THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS
LINGVAE LATINAE

EDITVS AVCTORITATE ET CONSILIO
ACADEMIARVM QVINQVE GERMANICARVM
BEROLINENSIS GOTTINGENSIS LIPSIENSIS
MONACENSIS VINDOBONENSIS

VOLVMEN I

MDCCCC
LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Quod Fridericus Augustus Wolfius, philologorum in Germania dux et princeps, mente agitaverat et in analectis litterariis ostenderat consilium, novus ut conderetur linguae latinae Thesaurus Gesneriano et Forcelliniano locupletior atque ordinatior, qui non modo omnia vocabula complecteretur, sed etiam unius cuiusque ab origine ad exitum quasi vitam ex temporum rerum animorum mutationibus explicatam traderet patefaceretque in usum hominum quocumque modo curantium antiquitatem, id efficiendum sibi proposuerunt anno 1857 invitati munificentia liberali Maximiliani II Bavarorum regis Fridericus Ritschl Bonnensis, cuius intentam lexico latino disciplinam vel ex Ribbeckii vel Vahleni appendiculis scaenicae et Ennianae poesis pernoverant, et Carolus Halm Monacensis et Alfredus Fleckeisen Francofurtanus. sed vix rationem operis conficiendi statutam habebant, munera pensaque inter sodales ac discipulos partiri coeperant, summam cogitationum in conventu philologorum Vindobonensi pronuntiaverant, cum graviore urgente necessitate ab hoc opere revocatae sunt quae in promptu fore credebantur pecuniae, privatisque officiis aut impensis id perfici posse desperatum est. remanebat tamen Thesauri novi vetus ac vehemens desiderium et in annos singulos augebatur nec minuebatur librorum multitudine magnorum parvorum quos ad amplificandum lexicon latinum aut corrigendum interim variarum nationum viri docti ediderunt, ex quibus unum nominare fas putamus ob indefessam senectute docilitatem atque industriam Carolum Ernestum Georges. spem autem olim interceptam restituit ac refovit in primis Eduardus Woelfflin, qui postquam Halmi in locum apud Monacenses successerat, anno 1883 archivum lexicographiae grammaticaeque latinae instituit quod per mensium aliquot vices in publicum emitteret praeparaturus et suggesturus materiam necessariam ad futurum Thesaurum. atque adiutricem in tolerando eorum annalium sumptu academiam invenit Bavaricam. proximus ab illo Thesauri causam ad quam Ritschelii gratia pridem accesserat denuo suscepit Martinus Hertz Vratislaviensis, causaeque ancipiti ac situ quodam pressae sua contentione et commendatione favorem conciliavit cum aliorum tum regni Borussici summorum administrorum et academiae Berolinensis. relatum est de Hertziano libello et sententia dicta de principiis operis ac dispensatione in actis academiae eius a. 1891 (9 Iul.), deinde diu multumque deliberatum per litteras et coram, Francofurtano concilio gravis auctor interfuit Theodorus Mommsen, denique ad finem vergente anno 1893 societate facta et consiliorum et impendiorum a rerum publicarum curatoribus benevolentissimis permissorum ad transigendum negotium se accinxerunt corpora academica Germaniae Austriaeque primaria quinque, quorum nomina huic praefationi subscripta sunt. quorum legati Thesauri nomine ab initio fuerunt suntque Hermannus Diels Berolinensis, Vdalricus de Wilamowitz, tum Fridericus Leo Gottingensis, Otto Ribbeck et post eius occasum Carolus Brugmann Lipsiensis, Eduardus Woelfflin Monacensis, Guilelmus de Hartel Vindobonensis. cooptatus est praeterea quem Ritschelius et Halmius ad ordinandum Thesaurum destinarant Franciscus Buecheler Bonnensis.

novatum in nostris rationibus hoc est potissimum, Thesaurum ut bifariam interpretati discerneremus hunc quem modo divolgaturi sumus librum ab schedarum ceterarumque copiarum instrumento illo quod conditum ac deinceps quoad vires valebunt exauctum in usum perpetuum manebit. hic liber si quando ab aequis et peritis arbitris non satisfacere existimabitur, novum licebit librum conficere copiis eisdem, atque adeo nunc si cui ullius vocabuli tractatus non sufficere videbitur, petat licebit quod addat et suppleat, quo meliorem ipse reddat, e Monacensi — ibi enim gazae nostrae adservantur in praesentia — gazophylacio. quaecumque vocabula in latinis libris extant scriptis ante Antoninos, in sua quodque scheda exscripta et exsignata, in librum litteramque digesta, cistularum numero maximo reposita et in unum collecta tenemus omnia. exscribendi diligentiam horum moles ingens et modica opum facultas vetuit produci ulterius: Apuleio et Commodiano et quibusdam aliis exceptis plurimorum usque ad saeculum septimum scriptorum excerptio tantum parata est singularium verborum et rarorum et vel praesentia vel absentia notabilium. similiter inscriptiones latinae pro vetustate ac dignitate aut totae in schedas nostras sunt relatae aut particulatim adsumptae excerpendo. neque vero ad verba

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

transcribenda librorum exemplaria volgaria adhibuimus, sed optima quae videbantur esse et fidelissima prius ab eruditis ac prudentibus viris ita retractari atque adnotari iussimus, ut schedis verbisque qui post essent usuri quam maxime prohiberentur a captionis et errorum periculis. ea in re itemque in excerpendo plerique Germanicarum atque Austriacarum, nonnulli etiam exterarum gentium philologi operam nobis praestiterunt praeclaram, multi gratuitam, liberalem cuncti. hos conditores Thesauri vel donatores grato animo meminimus, eosdem dare libet poscenti vades vel fideiussores, utramque ob causam eorum nomina infra adscripta sunt in tabula praefationi subiecta. neque alienum est hoc loco commemorare quorundam scriptorum antiquorum apparata esse nostro mandatu meliora eis quae ferebantur aut adeo primigenia exemplaria laboresque apparantium aere nostro sublevatos. ceterum universo huic exscribendi excerpendi colligendi muneri, ut erat divisum in duas provincias Gottingensem et Monacensem, ita duo viri praeerant Leo et Woelfflin, qui ad scriniorum officia duo sibi adsciverunt iuvenes, alter eorum Oscar Hey etiam nunc Thesauri nostri secretarius est vice praefecti. Woelfflinus scriptorum pedestrium curam agebat longe plurimorum, Leo huius generis paucorum velut Plinii Quintiliani Gellii, at praecipue poetarum et inscriptionum. intra quinquennium ratiocinati eramus cum opus inciperetur copias necessarias posse instrui et comparari: id temporis spatium excessimus quidem praeparatione nostra, sed perpaulo excessimus, tantillo ut etiam de exitu operis intra quindecim annos praefinito prospèra ac felicia audeamus ominari. autumno anni 1899 copiae Gottingenses Monacensibus adiunctae sunt omnesque coactae in unum, iam stant confertae in aedibus academicis Bavaricis.

interea editione Thesauri quo melius ac maturius defungeremur, et cum bibliopola erga philologos benevolente B. G. Teubnero pacti eramus de redemptione ac pretiis et ab spectato in litteris latinis viro Friderico Vollmer petieramus editionem ut adornaret informaret moderaretur, hoc unum omnibus relictis rebus officium reciperet. qui simul ac Bruxellis Monachium transmigravit Thesaurique iniit praefecturam, autumno proximo non solum ipse vocabulorum ex schedis excudere historias, commentari explanationes, effingere lexicon aggressus est, sed etiam qui adiutores ei sociique ibi dati sunt haud paucos adulescentes ad huius modi meditationem ac scripturam exemplo monitisque instigavit, consiliis mandatisque instruxit, ingeniorum ac laborum certamine exercuit. sic nata sunt quod iam emittimus lexici exordium et quae excipient propediem auxiliantibus Georgio Dittmann, Guilelmo Bannier, Gualtero Otto, Alfredo Klotz, Ernesto Lommatzsch, Paulo Rabbow, Ernesto Diehl, Georgio Lehnert, Adolfo de Mess, Henrico Oertel, Carolo Prinz, Ernesto Bickel philosophiae doctoribus antiquarum litterarum studio probatis. verum praeter domesticos extraneis quoque opus fuit accitis in Thesauri auxilium potentibus scientiae finitimae, si quidem latina lingua et eadem stirpe aut ex ipsa progenitae vix possunt disterminari. itaque etyma vocabulorum ubicumque declarantur, Rudolfi Thurneysen Friburgensis qui Guilelmum Schulze Gottingensem in consilium adhibuerat et sententias et verba rettulimus, de romanicis linguis Guilelmi Meyer-Luebke Vindobonensis secuti sumus auctoritatem.

cetera singillatim enarrandi quae quibus rationibus fieri voluerimus, alio loco Vollmer rector operis habebit occasionem, sive fors tulerit, nos non omittemus. nunc hoc optamus cupideque nos instare profitemur, ut quanto magis procedat opus tempore, tanto accedat propius ad speciem optimi ac perfecti, qualem doctissimus quisque mente conceperit, modo ad praesens pro huius saeculi sapientia ac viribus nostris conceptam mediocriter videamur esse adsecuti nec ferme deterius quam fata cogant mortalium. quisquis evolves hunc librum, bona cum venia lege, ita felix utaris.

Dabamus mense Iulio anni MDCCCC

BEROLINO REGIA LITTERARVM ACADEMIA BORVSSICA
GOTTINGA REGIA LITTERARVM SOCIETAS GOTTINGENSIS
LIPSIA REGIA LITTERARVM SOCIETAS SAXONICA
MONACHIO REGIA LITTERARVM ACADEMIA BAVARICA
VINDOBONA CAESAREA LITTERARVM ACADEMIA AVSTRIACA.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CVM OPVS INCIPIMVS NOBIS PRAESTO SVNT COPIAE HAE:

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Acro v. Scholia in Horatium			
Acta sanctorum			
passiones ——	varii	selegit P. Rabbow	E. Diehl
vitae ——			
Aegritudo Perdiccae	Bährens, poet. min. V		F. Vollmer
Alcimus Avitus	Peiper, Mon. Germ. ant. VI 2		G. Dittmann
Ambrosius	C. Schenkl, Corp. Vind. XXXII		C. Schenkl-W. Bannier
—— varia	Migne 16		M. Manitius
—— spuria	Migne 17		Alex. Souter
—— enarr. in psalmos			
—— expos. in psalm. CXVIII	(Ihm)		M. Ihm
Ambrosiaster			
Ammianus Marcellinus et Anonymus Valesianus	Gardthausen 1874		M. Petschenig
Ampelius	Wölfflin 1854		E. Wölfflin
Anthimus	Rose 1877		M. Ihm
Anthologiae partes selectae	Riese I² 1894	J. Ziehen	J. Ziehen
Apicius	Schuch 1874		A. Klotz
Appendix Vergiliana: Moret. Copa	Leo 1891	F. Bücheler	
—— Catalepton, Culex, Ciris, Dirae, Lydia	Ribbeck 1895	F. Leo	
—— Aetna	Munro 1867	F. Vollmer	
Apuleius, metamorphoses	J. van der Vliet 1897	W. Kroll	
—— opuscula philosophica	Goldbacher 1876		
—— apologia	Krüger 1864	O. Rossbach	
—— florida	Krüger 1865		
Ps. Apuleius, de herbis	(Köbert)		H. Köbert
Arator	(H. Schenkl)		H. Schenkl
Arnobius	Reifferscheid, Corp. Vind. IV		H. Scharnagl
—— iunior	Migne 53		
Asconius	Kiessling-Schoell 1875	E. Wölfflin	
Ps. Asconius	Baiter 1833		G. Lehnert
Augustinus, de civitate dei	Dombart 1877	O. Hey	
—— scripta didactica et polemica	Zycha, Corp. Vind. XXV et XXVIII 2. 3		J. Zycha
—— confess. et retractationes	Knöll, Corp. Vind. XXXIII		P. Knöll
—— epistulae	Goldbacher, Corp. Vind. XXXIV		A. Goldbacher
—— retractationes	Migne 32		A. Klotz
—— de musica, categ., de dial.	ibid.		W. Otto
—— varia	ibid.		J. Amsdorf
—— epistulae	Migne 33		A. Goldbacher

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Augustinus, epistulae	Migne 33, 471 sqq.		Ant. Huber
____ varia	Migne 34		Jul. Hauer
____ sermones	Migne 38		G. Hatz
____ sermones	Migne 39, 1493—1736		J. Wismeyer
____ varia	Migne 40		A. Warth-E. Ehrlich
____ varia	Migne 44		E. Ehrlich-F. Weigel
____ polemica	Migne 45		G. Jacob
____ opera omnia	varii		P. O. Rottmanner
Ps. Augustinus, sermones	Benedictini 1683		A. Souter-W. Bannier
____ sermones	Mai, nova patr. bibl. I		H. Usener
Aurelius Victor, Caesares	Pichlmayr 1892		F. Pichlmayr
____ epitome, origo	Tauchnitziana 1870		
____ de viris illustribus	ibid.		W. Schmaderer
Ausonius	Peiper 1886		W. Brandes-O. Könnecke
Avellana collectio	Günther, Corp. Vind. XXXV		O. Günther
Avianus, fabulae	Bährens, poet. min. V		M. Pohlenz
____ apologi	Fröhner 1862		W. Bannier
Avienus, Aratea	Holder 1887		P. v. Winterfeld
____ cetera	ibid.		H. Hobein
Bellum Alexandrinum	Kübler 1896	Rud. Schneider	
Bellum Africum	Wölfflin 1896	E. Wölfflin	
Bellum Hispaniense	Kübler 1897		
Benedicti regula	Wölfflin 1895		E. Wölfflin
Boetius, consol. et opusc. sacra	Peiper 1871		J. Penndorf
____ Aristotelica	Meiser 1877. 1880		G. Lehnert
____ arithm. musica	Friedlein 1867		E. Wölfflin
____ varia	Migne 63. 64		J. Denk
Bucolica Einsidlensia	Bährens, poet. min. III	H. Schenkl	
Caelius Aurelianus	Amman 1722		G. Helmreich
Caesaris fragmenta	Kübler 1897	E. Wölfflin	
Calpurnius, eclogae	Schenkl 1885	H. Schenkl	
Calpurnius Flaccus	Burmann 1720		H. Weber
Canones	Migne 56		E. Wölfflin
Carmen de bello Aegyptiaco et carmina de mensibus	Bährens, poet. min. I	H. Schenkl	
Carmen contra paganos	Bährens, poet. min. III	P. Sakolowski	
Cassianus	Petschenig, Corp. Vind. XIII et XVII		A. Klotz
Cassiodorus, variae	Traube, Mon. Germ. ant. XII		M. Ihm
____ historia tripertita	Migne 69		J. Schöne
____ chronica	Mommsen, Mon. Germ. ant. XI		O. Hey
Cassius Felix	Rose 1879		M. Ihm
Cato, de agri cultura	Keil 1895	E. Hauler	
____ fragmenta	Jordan 1860	O. Hey	
Ps. Cato, carmina	Bährens, poet. min. III		J. Schöne
Catullus	Schwabe 1886	L. Schwabe	
Celsus	Daremberg 1859	G. Helmreich	
Censorinus et frg. Censorini	Hultsch 1867		O. Hey
Chalcidius	Wrobel 1876		Alb. Köhler
Chiron	Oder 1899		H. Weber
Chronogr. a. 334 et liber gener.	Frick, Chronica minora 1892		M. Hölzl
Cicero, de inventione	Friedrich 1893	W. Friedrich	
____ orator	Heerdegen 1884	F. Heerdegen	

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Cicero, de oratore	Friedrich 1893	Th. Stangl	
—— de opt. gen., partit., topica	ibid.	E. Ströbel	
—— epistulae ad Atticum 1—8	Baiter 1866	W. Sternkopf	
9—16	ibid.	O. E. Schmidt	
—— ad Q. fratrem 1—2	C. F. W. Müller 1896	E. Wölfflin	
3	ibid.	J. Ziehen	
—— ad Brutum	Baiter 1866	L. Gurlitt	
—— ad familiares	Mendelssohn 1893	L. Mendelssohn	
—— epistularum fragmenta	Baiter 1866	L. Gurlitt	
—— Aratea	Bährens, poet. min. I	E. Maass	
—— fragmenta	C. F. W. Müller 1898	W. Otto	
Q. Cicero, de petit. consul.	Bücheler 1869	J. Ziehen	
Claudianus	Koch 1893		H. Hobein
Claudianus Mamertus	Engelbrecht, Corp. Vind. XI		J. Golling
Clemens ad Corinthios	Morin 1894		E. Wölfflin
Codex Gregorianus, Hermogenianus, Novellae Valent.	Haenel 1837		E. Grupe
Codex Iustinianeus	Krüger 1877		Hugo Krüger
Codex Theodosianus	Haenel 1842		H. Leipold
Collatio leg. Mos. et Rom.	Mommsen 1890		W. Bannier
Columella, de re rustica	Schneider 1794	V. Lundström	
—— de arboribus	Lundström 1897	O. Hey	
Commodianus	Dombart, Corp. Vind. XV	B. Dombart	
Corippus	Partsch, Mon. Germ. ant. III 2		P. Sakolowski
Cornelius Nepos	Fleckeisen 1884, Halm 1871	E. Wölfflin	
Curtius 3	Damsté 1897	H. W. Reich	
4—10	Vogel 1885	C. Weissmann	
Cyprianus	Hartel, Corp. Vind. III		Patres St. Stephani Augustae Vindelicorum
Damasi carmina	Ihm 1895		M. Ihm
Dares et Dictys	Meister 1872. 1873		M. Hölzl
Declamatio in Catilinam	Zimmerer 1888		E. Wölfflin
Didascalia apostolorum	Hauler 1900		W. Bannier-W. Otto
Dioscorides Langobardus	Auracher-Stadler 1882—93		
—— de herbis femininis	Kästner, Hermes XXXI		H. Stadler
—— graecus Vindobonensis	Stadler, Archiv X. XI et Wellmann, Hermes XXXIII		
Donatus in Terentium	(Rabbow)		P. Rabbow
Claud. Donatus in Vergilium	Fabricius 1561, Lucius 1613 (Vollmer)		
Dracontius, laudes dei	v. Duhn 1873		F. Vollmer
—— satisfactio	Bährens, poet. min. V		C. Lohmeyer
—— carm. prof. et Orestis trag.	Bährens, poet. min. I		
Elegiae in Maecenatem	L. Müller 1884	H. Schenkl	
Ennius (exceptis fabulis)	Hartel, Corp. Vind. VI	G. Goetz	
Ennodius	Bährens, poet. min. I		F. Ladek
Epicedium Drusi	Knöll, Corp. Vind. VIII 2	R. Ehwald	
Eugippius, vita Severini	Rühl 1887		E. Wölfflin
Eutropius	Bursian 1868		W. Schmaderer
Exuperantius	Thewrewk de Ponor 1889		E. Wölfflin
Festus-Paulus	Marx, Corp. Vind. XXXVIII	O. Hey	
Filastrius	Halm, Corp. Vind. II		F. Marx
Firmicus Maternus, err. prof. rel.	Kroll-Skutsch I 1897		Rich. Fisch
—— mathesis 1—4			M. Ihm

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Florus	Rossbach 1896	E. Wölfflin	
Fragmenta historicorum	Peter 1883	H. Peter	
Fragmenta oratorum	Meyer 1842		
Fragmenta poetarum (exceptis Enni et Lucili)	Bährens 1886	B. Maurenbrecher	B. Maurenbrecher
Fragmenta scaenicorum	Ribbeck 1897. 1898	F. Leo	
Fragmentum Muratorianum	Kuhn 1892		E. Wölfflin
Frontinus, de aquis	Bücheler 1858	E. Wölfflin	
——— strategemata	Gundermann 1888		G. Ries
Fronto	Naber 1867	E. Hauler	
Fulgentius mythologus	Helm 1898		R. Helm
Fulgentius Ruspensis	Migne 65		
Gaius, institutio	Krüger-Studemund 1884	E. Grupe	
Gargil. Martialis et Ps. Gargilius	Rose 1875		M. Ihm
——— curae boum	Schneider 1797		E. Lommatzsch
——— de arboribus pomiferis	Mai, class. auct. I		W. Bannier
Gaudentius	(Polaschek)		A. Polaschek
Gellius 1—2	Hertz 1883		F. Bölte
3—9	ibid.		F. Vollmer
10—20	ibid.		M. Ihm
Geographi minores	Riese 1878		H. Hobein
Germanicus	Bährens, poet. min. I	E. Maass	
Grammatici	Keil 1855 sqq.		P. Rabbow
Granius Licinianus	Heptas Bonnensis 1858		E. Wölfflin
Grattius	Bährens, poet. min. I	H. Schenkl	
Gregorius Turonensis	Arndt-Krusch 1884. 1885		A. Klotz
Gregorius Magnus	Maurini 1705		PP. G. Geiger B. Ponschab
Gromatici	Lachmann 1848		A. Schulten
Hegesippus	Weber 1857, Caesar 1862. 1863		O. Hey
Hermas	v. Gebhardt-Harnack 1877		M. Fieger
Hieronymus, epistulae	Migne 22		J. Hilberg - W. Bannier
——— comment. nov. Test.	Migne 26		E. Wölfflin
——— de viris ill. et Gennadius	Herding 1879		
Hilarius, super psalmos	Zingerle, Corp. Vind. XXII		W. Bannier
Hirtius	Kübler 1893	Rud. Schneider	
Historia Apollonii Tyrii	Riese 1893		B. Gerathewohl
Homerus latinus	Bährens, poet. min. III	F. Vollmer	
Horatius, sat., epist.	M. Hertz 1892	M. Hertz	
——— carm., epod.	ibid.	F. Leo	
Hydatius	Mommsen, Mon. Germ. ant. XI		Th. Opitz
Hyginus, astronomica	Bunte 1875		G. Dittmann
——— fabulae	M. Schmidt 1872		
——— de munitionibus castrorum	Gemoll 1879		G. Lehnert
Inscriptiones	Schneider, exempla 1886	M. Ihm	
	Bruns, fontes[6] 1893	E. Fabricius	
——— Acta ludorum saecularium	Corp. VI	C. Hülsen	
——— Res gestae divi Augusti	Mommsen 1883	E. Bormann	
——— Edictum Diocletiani	Mommsen 1893	H. Blümner	
——— Acta fratrum Arvalium	Corp. VI		E. Diehl
——— variae	Corp. I	M. Ihm	
	Corp. I 1^2		M. Ihm
	Corp. II		C. Meurer
	Corp. III		M. Ihm

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
	Corp. IV		E. Lommatzsch
	Corp. V		L. Radermacher
	Corp. VI		E. Lommatzsch
	Corp. VII		C. Meurer
	Corp. VIII		S. Dehner
	Corp. IX		E. Diehl
	Corp. X		
	Corp. XI		W. Otto
	Corp. XII		M. Ihm
	Corp. XIII 1		
	Corp. XIV		F. Vollmer
	Corp. XV		W. Otto
Inscriptiones christ. Rom.	Rossi I II		J. Caesar
—— —— Brit.	Hübner 1876		J. Schwab
—— —— Hisp.	Hübner 1871		
—— —— Gall.	Le Blant 1857. 1865		
—— —— Rhen.	Fr. X. Kraus 1890. 1894		
—— nummariae	Babelon1885 sqq.Cohen1880sqq.		O. Hey
—— Carmina epigraphica	Bücheler 1895. 1897	G. Karo	G. Karo
Institutiones Iustiniani	Krüger 1877		W. Kalb
Iordanis	Mommsen, Mon. Germ. ant. V 1		E. Wölfflin
Iosephus contra Apionem	Boysen, Corp. Vind. XXXVII		K. Boysen
Irenaeus	Stieren 1853. 1858		W. Bannier
Isidorus, origines	Arevalo 1798. 1801		M. Ihm
Itala	Rönsch, Itala u. Vulgata 1875		W. Otto
—— Lugdunensis	Robert 1881		W. Bannier
—— Monacensis	Ziegler 1883		
—— Wirceburgensis	Ranke 1871		
—— Palatina	Tischendorf 1847		W. Otto
—— Primasii	Haussleiter-Zahn 1891		R. Löbe
Itinera Hierosolymitana	Geyer, Corp. Vind. XXXIX	(Silvia) P. Geyer	P. Geyer
Itineraria Antonini et Hierosol.	Wesseling 1735		A. Klotz
Itinerarium Alexandri	Volkmann 1871		E. Wölfflin
Iulius Valerius cum appendice	Kübler 1888		O. Hey
Iustinus	Rühl 1886		W. Bierma
Iuvenalis	Bücheler 1893	A. Brinkmann	
Iuvencus	Marold 1886		F. Vollmer
Lactantius	Brandt-Laubmann, Corp. Vind. XIX. XXVII		S. Brandt
—— de ave Phoenice	Bährens, poet. min. III		P. Sakolowski
Laudes domini	Brandes 1887		W. Brandes
Laus Pisonis	Bährens, poet. min. III.	H. Schenkl	
Leges Burgundionum	v.Salis,Mon.Germ.leg.Germ.II 1		W. Bannier
Leges Visigothorum	Zeumer 1894		
Lex Salica	Behrend 1897		O. Plasberg
Leo Magnus	Migne 54. 55		A. Haberda
Licentius	Bährens, fragmenta poetarum		J. Schöne
Livius, dec. I	lib. 1—6 H. J. Müller 1881 sqq.	F. Luterbacher	
	lib. 7—10 Weissenborn 1893		
—— dec. III	Luchs 1888. 1879	E. Wölfflin	
—— dec. IV	Zingerle 1890. 1893	A. Zingerle	
—— dec. V	lib. 41 Zingerle 1899	O. Hey	
	lib.42—45Weissenborn1880.1881	E. Wölfflin	

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Livi fragmenta	Weissenborn 1891	E.Wölfflin-O.Hey	
Livi periochae et Iulius Obsequens	Jahn 1853		E. Wölfflin
Lucanus	Hosius 1892	C. Hosius	
Lucifer Caralitanus	Hartel, Corp. Vind. XIV		R. Neidhardt
Lucilius	Lachmann 1876	F. Marx	
Lucretius	Munro 1886	R. Heinze	
Lydus, de magistratibus	(Wünsch)		R. Wünsch
Macrobius, saturnalia	Eyssenhardt 1868		E. Wölfflin
—— somnium Scipionis	ibid.		M. Ihm
Manilius	(Bechert)	M. Bechert	
Marcellinus comes	Mommsen, Mon. Germ. ant. XI		W. Becher
Marcellus Empiricus	Helmreich 1889		G. Helmreich
Marius Mercator	Baluzius 1684 (Migne 48)		M. Ihm
Marius Victor	C. Schenkl, Corp. Vind. XVI		C.Schenkl-C.Weilnböck
Martialis	Gilbert 1886		E. Wagner
Martianus Capella	Eyssenhardt 1866		A. Dick
Maximianus	Bährens, poet. min. V		M. Rothstein
Maximus Taurinensis	Migne 57		C. Brather
Merobaudes	Niebuhr 1837		F. Vollmer
Metrologici	Hultsch 1866		G. Lehnert
Minucius Felix	Halm, Corp. Vind. II		Rich. Fisch
Nemesianus	H. Schenkl 1885		H. Schenkl
Nonius	L. Müller 1888		E. Wölfflin
Notitia dignitatum	Seeck 1876		J. Schöne
Novatianus, de trinitate	Migne 3		S. Matzinger
—— de cibis Iud.	Landgraf-Weyman 1899		
(Novatianus) homiliae	Batiffol 1899		E. Wölfflin
Novellae Iustiniani	Schoell-Kroll 1895		W. Kalb
Nux	Bährens, poet. min. I	R. Ehwald	
Optatus Milvetanus	Ziwsa, Corp. Vind. XXVI		C. Ziwsa
Oribasius	Molinier 1876		W. Bannier
Orientius	Ellis, Corp. Vind. XVI		C.Schenkl-C.Weilnböck
Orosius	Zangemeister, Corp. Vind V et Teubneriana 1889		O. Kienitz
Ovidius, am., epist., med., ars, rem.	Ehwald 1891	R. Ehwald	
—— tristia, Ibis, ex Ponto, fasti	Merkel 1889		
—— halieutica	Birt 1878		
—— metamorphoses	Magnus 1892	H. Magnus	
Pacianus	Peyrot 1896		E. Wölfflin
Palladius	Schmitt 1898		W. Bannier
Panegyrici	Bährens 1874		H. Smilda
Passiones v. Acta			
Passio coronatorum	Wattenbach 1870		E. Wölfflin
Patrologia	Migne 13 (except. Lucif., Pacian., Damas. carm.)		G. Lehnert - J. Schöne
	18 (excepto Symmacho)		H. Hobein
	20 (except. Sulp. Sev., Gaud.)		J. Schöne
	59 (except. Avit., Prud., Iul. Pom.)		M. Ihm
	65 (excepto Fulg. Rusp.)		
	66 (excepta regula Bened.)		
Paulini epigramma	C. Schenkl, Corp. Vind. XVI		C.Schenkl-C.Weilnböck
Paulinus Nolanus	Hartel, Corp. Vind. XXIX. XXX		A. Polaschek
—— incerti poema ad uxorem	ibid.		W. Brandes

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Paulinus Pellaeus	Brandes, Corp. Vind. XVI		W. Brandes et C. Schenkl-C. Weilnböck
Paulinus Petricordiensis	Petschenig, Corp. Vind. XVI		C. Schenkl-C. Weilnböck
Pelagonius	Ihm 1892		M. Ihm
Persius	Bücheler 1893	F. Bücheler	
Petronius	Bücheler 1882	R. Amann	
Phaedrus	L. Müller 1857	W. Hartel	
Physiognomonici	Förster 1893		A. Klotz
Placitus	(Köbert)		E. Wölfflin-W. Bannier
Plautus	Leo 1895. 1896	F. Leo	
Plinius, naturalis historia	Jan-Mayhoff 1875 sqq.	C. Mayhoff	
Plinius, epistulae		K. Burkhard	
—— panegyricus	Keil 1853	O. Hey	
Plini medicina	Rose 1875		M. Ihm
Plinius Valerianus	Pighinucci 1509		
Poetae minores V (exceptis Rutil. Namat., Aegr. Perd., Dracont., Orest. trag., Prisciani periegesi, Maximiano).	Bährens 1883		M. Pohlenz
Pomponius Mela	Frick 1880	A. Zimmermann	
Porphyrio in Horatium	Holder 1894, W. Meyer 1874		P. Rabbow
Porfirius Optatianus	L. Müller 1877		M. Ihm
Precationes terrae et herbarum	Bährens, poet. min. I	H. Schenkl	
Priapea	ibid.		
Priscianus, periegesis	Bährens, poet. min. V		G. Lehnert
Priscillianus	Schepss, Corp. Vind. XVIII		G. Schepss
Propertius	Bährens 1880	R. Reitzenstein	
Prosper Aquitanus	Migne 51		F. Weigel
Prudentius	Dressel 1860		J. Bergman
Publilius Syrus	W. Meyer 1880	O. Brugmann	
Querolus	Peiper 1875		E. Böckel
Quintilianus, institutio	Meister 1887	G. Thiele	
—— declamationes 244—276	Ritter 1884	F. Leo	
277—327	ibid.	P. Rabbow	
328—388	ibid.	G. Dittmann	
Ps. Quintilianus, declamationes	Bipontina 1784		G. Lehnert
Recepta ex notis Tironianis	Schmitz, Misc. Tironiana 1896		E. Wölfflin
Rhetores minores	Halm 1863		A. Reuter
Rhetorica ad Herennium	Marx 1894	O. Hey	
Rufi Festi breviarium	Förster 1874		W. Schmaderer
Rust. Helpidius, de Christi beneficiis	Brandes 1890		W. Brandes
—— hist. vet. et nov. Testamenti	Fabricius 1564, Du Chesne 1617 et (Brandes)		
Rutilius Lupus	Halm 1863	A. Reuter	F. Vollmer
Rutilius Namatianus	Bährens, poet. min. V		
Sallustius	Opitz 1894	E. Wölfflin	
—— fragmenta	Maurenbrecher 1893	O. Hey	
Ps. Sallustius	Jordan 1887		O. Hey
—— invectiva in Tullium	ibid.	O. Hey	
Salvianus	Pauly, Corp. Vind. VIII		J. Denk
Scholia in Ciceronem Bobiensia et Gronoviana	Orelli 1833 (Th. Stangl)		Th. Stangl

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Scholia in Germanicum et Aratus latinus	Breysig 1867, Robert 1878, Maass 1899		G. Dittmann
____ in Horatium	Pauly 1858, Hauthal 1864, Usener de scholiis Horatianis 1863, Kurschat Horazscholien 1884		P. Rabbow
____ in Iuvenalem	Jahn 1851		W. Schmaderer
____ in Lucanum	Usener 1869, Weber 1831, Genthe 1868		P. Rabbow
____ in Ovidii Ibin	Ellis 1881		
____ in Persium	Kurz 1875. 1888		W. Schmaderer
____ in Statium	Jahnke 1898, Barth 1664		
____ in Terentium	Schlee 1893 et Umpfenbach, Herm. II (cum adnot. Studem.)		P. Rabbow
____ in Vergilium	Hagen 1867 et 1900		
Scribonius Largus	Helmreich 1887	O. Hey	
Scriptores historiae Augustae	Peter 1884		A. Klotz
Sedulius	Huemer, Corp. Vind. X		J. Schöne
Seneca rhetor	H. J. Müller 1888	Alb. Köhler	
Seneca, apocolocyntosis cum Sisennae Milesiacis et testamento Porcelli	Bücheler 1882	F. Leo	
____ de beneficiis et de clementia	Gertz 1876	O. Hey	
____ dialogi	Koch 1884	F. Hermes	
____ epistulae	Hense 1898	O. Hey	
____ naturales quaestiones	Haase, ed. stereot. (Gercke)	A. Gercke	
____ tragoediae	Leo 1879	C. Schenkl	
Ps. Seneca, monita	Wölfflin 1878		E. Wölfflin
____ epistulae ad Paulum	Westerburg 1881		A. v. Mess
Serenus Sammonicus	Bährens, poet. min. III		R. Fuchs
Servius	Thilo 1878 sqq.		P. Rabbow
Sidonius Apollinaris	Mohr 1895		P. Mohr
Silius Italicus	Bauer 1890	F. Vollmer	
Solinus	Mommsen 1895		H. Hobein et F. Lederer
Soranus	Rose 1882		W. Bannier
Statius, silvae	Bährens 1876 (M. Krohn)	M. Krohn	
____ Thebais	1—6 Müller 1870 7—12 Kohlmann 1884	F. Vollmer	
____ Achilleis	Kohlmann 1879		
Suetonius, vitae Caesarum	Roth 1894	L. Preud'homme	
____ reliquiae	Reifferscheid 1860	O. Hey	O. Hey
Sulpicius Severus	Halm, Corp. Vind. I		J. Fürtner
Symmachus	Seeck, Mon. Germ. ant. VI 1		E. Diehl
Terentius	Dziatzko 1884	F. Skutsch	
Terentianus Maurus	Lachmann 1836		C. Fries
Tertullianus	Reifferscheid, Corp. Vind. XX	E. Wölfflin - O. Hey	
Theodorus Priscianus	Oehler 1853. 1854		I R. Gaupp, II O. Hey
Tibullus	Rose 1894		R. Fuchs
Valerius Flaccus	Hiller 1885	M. Rothstein	
Val. Maximus, Paris, Nepotianus	C. Schenkl 1871	S. Lederer	
____ incerti liber de praenom.	Kempf 1888	W. Heraeus	W. Heraeus
Varro, de lingua latina	ibid.		E. Wölfflin
____ saturae Menippeae	Spengel 1885	G. Goetz	
	Bücheler 1882	E. Norden	

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores vel opera	ediderunt	recognoverunt	excerpserunt
Varro, de re rustica	Keil 1889	E. Wölfflin	
____ fragmenta	nondum edita	E.Wölfflin-W.Otto	
____ sententiae	Riese 1865		E. Wölfflin
Vegetius, epitome rei militaris	Lang 1885		J. van Konynenburg
____ de mulomedicina	Schneider 1797 (E.Lommatzsch)		E. Lommatzsch
Velleius	Halm 1876	E. Wölfflin	
Venantius Fortunatus	Leo - Krusch, Mon. Germ. ant. IV 1. 2		G. Sommer
Vergilius, bucolica et georgica	Ribbeck 1894	F. Leo	
____ Aeneis 1—6	Thilo 1886	E. Norden	
7—12	ibid.	G. Sommer	
Victor Vitensis	Petschenig, Corp. Vind. VII et Halm, Mon. Germ. ant. III 1		M. Zink
Victorinus, de Iesu Christo	Fabricius 1564 (Brandes)		W. Brandes
Vitruvius	Rose 1867	H. Degering	
Zeno Veronensis	Migne 11		C. Ziwsa

Ephemerides philologicae, commentarii, opuscula			F.Hüffner, C.Münscher, M. Pohlenz.

In Ciceronis operibus philosophicis et orationibus, in Caesaris bello Gallico et civili, in Tacito, in Vulgata utimur lexicis Mergueti, Meuseli, Gerberi-Greefi secundum codices passim suppletis, concordantia Dutriponi, in scriptoribus iuris vocabulario Berolinensi, in Glossis thesauro Goetziano.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

NOTANDA

de lemmatis: [ ] *includunt corrupta*
( ) *non lecta, at secundum analogiam deducta, vel ficta a grammaticis.*
? praepositum dubiis
vocales, non syllabas certo longas lineola solita distinximus; graecorum tamen vocabulorum abstinuimus radicibus nisi ubi versus latini comprobant quantitates ex origine deducendas, signavimus terminationes latinae linguae legibus subiectas.

in locis scriptorum allatis: ⟨ ⟩ *includunt suppleta*
[ ] *delenda*
* *praefixum scriptoris vel scripti nomini vel numero indicat lemma ex coniectura mutatum esse.*
† *inscriptiones distinguit christianas, ubi ex re visum est.*

synonyma et opposita his ( ) uncis inclusa non leguntur iuxta lemmata in locis ante allatis, non inclusa reperiri possunt in partibus tractatuum sub numeris indicatis.

numeri nude inclinatis litteris positi indicant ipsius Thesauri paginas versusque.

verba lexicographi ubique data sunt litteris inclinatis.

in etymologicis his notis uti voluit R. Thurneysen:

cps.	*compositum*
cf. c.	*conferendum cum*
inc. orig.	*incertae originis*

anglosax.	*anglosaxonice*	*isländ.*	*islandice (altnordisch)*
armen.	*armeniace*	*lituan.*	*lituanice (lettisch)*
boruss.	*borussice*	*med.*	*medice (avestisch)*
cambr.	*cambrice (kymrisch, welsh)*	*osc.*	*osce*
		pers.	*persice*
got.	*gotice*	*slavon.*	*slavonice (altkirchenslavisch, altbulgarisch)*
gr.	*graece*		
hebr.	*hebraice*	*theod.*	*theodisce*
hibern.	*hibernice*	*umbr.*	*umbrice.*
ind.	*indice (sanskrit, vedisch)*		

ex linguis romanicis quas dicimus W. Meyer-Luebke non enumeravit nisi ea vocabula quae usu continuo servata vitam et transformationes linguae sunt secuta, omisit quaequae postea a doctis vel technicis ex latina lingua iam emortua noviciis inlata sunt. singulas linguas distingui voluit notis his:

it.	*italice*
val.	*valachice (rumänisch)*
francog.	*francogallice*
hisp.	*hispanice.*

quae in his linguis desunt verba, accita sunt ex dialectis sic notatis:

It. mer.	*Italiae meridionalis*
It. sept.	*Italiae septentrionalis*
sard.	*sarda*
langob.	*langobardica (lombardisch)*
tic.	*ticinensi (tessinisch)*
pedem.	*pedemontana (piemontesisch)*
raet.	*raetica*
neap.	*neapolitana*
sic.	*sicula*
prov.	*provinciali (provençalisch)*
francog. vet.	*vetere Francogalliae*
port.	*portugallica.*

nomina propria quoad per temporis angustias indigestamque adhuc materiae molem fieri licebat secundum radices et stirpes composita sunt; si qua litterarum ordine nimis remota et abstrusa colligentes effugerant, postea ordini alphabetico inseruimus lectore de stirpe monito. celtica ne diceremus nomina cavimus nisi ubi de hac origine certo constat.

auctorum nomina subscripta sunt vocabulorum singulis tractatibus, complurium tamen eiusdem deinceps sequentium tantum ultimo, hic illic ubi spatium deerat caute abbreviata.

Th. adscriptum est originationibus R. Thurneyseni,
M-L. iis quae de linguis romanicis addidit W. Meyer-Lübke,
V. iis quae composuit vel addidit F. Vollmer.

nostri aevi libros sive ephemerides plenis vel quae facile explentur nominibus attulimus; notandum PW. quod indicat conferendum esse Paulys Real-Encyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft, neue Bearbeitung herausgegeben von Georg Wissowa, Stuttgart 1894 sqq., PIR Prosopographia imperii Romani, Berolini 1897 sqq.

in scriptorum nominibus adbreviandis large cauteque egimus, ut ne brevior nota male intellegendi existat causa. eorum nominibus, quorum in fragmentorum similibusve collectionibus edita sunt opera, adposuimus brevem horum corporum notam, unde simul plerumque stili genus aliquatenus cognosci possit; velut

trag. indicat	*Poetarum scaenicorum Ribbeckii vol. I ed. tert.*
com.	*„ „ „ vol. II ed. tert.*
anth.	*Anthologiam latinam Riesii*
carm. epigr.	*Carmina epigraphica Buecheleri*
poet. min.	*Poetas latinos minores Baehrensii*
hist.	*Fragmenta historicorum Peteri, ed. sec.*
gramm.	*Corpus grammaticorum Keilii*
grom.	*Gromaticos Lachmanni*
rhet.	*Rhetores minores Halmii*
dig.	*Corpus iuris civilis vol. I*
metrol.	*Scriptores metrologicos Hultschii*
geogr.	*Geographos minores Riesii*
chron. min.	*Chronica minora Mommseni*
Migne	*Patrologiam Mignii*
Vind.	*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Vindobonense.*

quod in hoc operis exordio, inprimis in partibus I 1 et II 1, hic illic contra leges supra constitutas peccatum est quippe quae in condendo demum opere paullatim subnatae sint, bonam lectoris veniam expetimus.

molestias legendi plagulas partiri cum auctoribus tractatuum praeter Fr. Bücheler, Fr. Leo, E. Woelfflin directores non dedignati sunt viri clarissimi A. Pernice, L. Traube, quorum omnium doctrina et diligentia multa correcta, non pauca addita esse pii gratique animi officium est hoc loco profiteri.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

VOLVMEN I

A

a ***prima littera*:** Isid. orig. 1, 3, 4 apud *Hebraeos* prius dictum est aleph, deinde ex simili enuntiatione apud Graecos tractum est alpha et apud Latinos a. 1, 4, 16 a . . . in omnibus gentibus ideo prior est litterarum pro eo, quod ipsa prior nascentibus vocem aperiat. Scoti vers. de alphab. (poet. min. V p. 375) principium vocis veterumque inventio mira nomen habens domini sum felix voce pelasga. **1** *pronuntiatio*: Lvcil. 311 a primum longa brevis syllaba, nos tamen unum hoc faciemus et uno eodemque ut dicimus pacto scribemus 'pacem, placide, Ianum, aridum, acetum', Ἄρες Ἄρες Graeci ut faciunt. Terent. gramm. VI 328 a prima locum littera sic ab ore sumit: immunia rictu patulo tenere labra linguamque necesse est ita pendulam reduci, ut nisus in illam valeat súbire vocis nec partibus ullis aliquos ferire dentes. Mart. Cap. 3, 261 a sub hiatu oris congruo solo spiritu memoramus. Mar. Vict. gramm. VI 32, 33 a littera rictu patulo suspensa neque impressa dentibus lingua enuntiatur. Char. gramm. I 9, 1 a littera est vocalis, quae per se facit syllabam et brevem et longam. Diom. gramm. I 424, 2 a vocalis δίχρονος per se facit syllabas et breves et longas. *cf.* Atil. Fort. gramm. VI 279, 6. Prisc. gramm. II 7, 8 a littera brevis quattuor habet soni differentias . . . longa eadem sex modis sonat. Ter. Scavr. gramm. VII 18, 12 Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, *unde* Corp. I 551 paastores. 1006 Maarco. 1011 faato. 1052 *et* 1166 Vaarus, *sim.*; *in denariis Numonii* Vaala *cf.* Qvint. 1, 7, 14. *Ritschl, opusc. IV 150. Schmitz, Beitr. 42.* **2** *forma*: Plin. nat. 21, 66 ita discurrentibus venis *hyacinthi*, ut litterarum figura A I legatur inscriptum. Cic. div. 1, 23 sus rostro si humi A litteram impresserit. **3** *declinatio*: Varro ling. 9, 38 neque postulandum, ut inclinemus ab a et b, quod non omnis vox natura habet declinatus (9, 51 quod vocabula litterarum latinarum non declinentur in casus). 9, 52 hoc a, huic a. Prisc. gramm. II 7, 27 sunt indeclinabilia *nomina litterarum*, sive quod a barbaris inventa dicuntur, quod ostendit Varro . . . sive quod nec aliter apud Latinos poterant esse, cum a suis vocibus vocales nominentur. gramm. III 490, 23 litterarum nomina et apud nos et apud Graecos indeclinabilia sunt. Plavt. Truc. 690 'a' facio lucri (rabonem *pro* arrabonem *pronuntians*). **4** *genus: neutr.* Lvcil. 310 a primum est; hinc incipiam. Varro *l. 30.* Schol. Bob. gramm. VII 538, 9 litterarum nomina declinationibus carent neutrique sunt generis. *fem.* (*supple*: littera). Qvint. inst. 9, 86 a brevis. Prob. gramm. IV 5, 31 a et o correpta, o producta. Gell. 19, 14, 5 Nigidius haec scripsit: a et o semper principes sunt *in diphthongis* (*velut* ae, au), i et u semper subditae. Vvlg. apoc. 1, 8 ego sum alpha et omega, principium et finis; *item* 21, 6. 22, 13. *qua de re cf.* Tert. monog. 5 Ambr. expos. in VII vis. 1, 8 Prvd. cath. 9, 11. *litteris romanis* a *et* o *scriptum in lampade* Inscr. Hisp. christ. 106, *cf. Nic. Müller, Realencycl. f. prot. Theologie*[3] *p. 1 sqq.* A *pro numeris varie ponitur, cf.* Ps. Prob. gramm. IV 330. *v. Lejay, revue de philolog. 22 (1898) 146 sqq. secundum* Vitr. 9, 7, 2 A B C *etc. adscribebantur figuris geometricis ad denotanda puncta linearum transversarum. sim. cf.* Grom. p. 380 *sq. de littera* A *in terminis v.* Grom. p. 353. 357. 363 *et cf.* tab. 38. 39. *de scriptura secreta*: Svet. Aug. 88 quotiens autem per notas scribit, B pro A, C pro B ac deinceps . . . ponit; pro X autem duplex A (*cf.* Iul. 56).

pro verborum nota. Dosith. gramm. VII 382, 11 A nota pronominis, cum Aulum sola significat. *saepissime ita legitur littera* A *in lapidibus et libris; exempla praenominis plenis litteris scripti v. s. voce* Aulus. Cic. Mil. 15 A salutarem in iudicando litteram (*i.* absolvo). Inscr. numm. Babelon I 331, 8 (*in tabellis*) A·C (*i.* absolvo condemno). Ps. Ascon. div. Caec. p. 108. Fest. 292 Q·D·A (*i.* quo de agitur). Cato agr. 152 Q·A·M (*i.* quem ad modum). Cic. Att. 15, 3, 2 A·M·C *incerta litterarum significatione.* Cic. de orat. 2, 280 cum . . . in eius tabulis ostenderet litteras A·F·P·R idque diceret esse 'actum fide P. Rutili', Rutilius autem 'ante factum, post relatum' . . . quid ergo? inquit Scaurus: 'Aemilius fecit, plectitur Rutilius' *respondit c. Canius. tabellis, quibus utebantur in comitiis,* A *inscriptum significat* antiquo (*sc. legem*); *sequente numerali* anno. *saepe* A·A·A·F·F *i.* auro argento aere flando feriundo, *velut* Inscr. numm. Babelon I 122, 6 *et passim. cf.* Gramm. IV 276, 45. A·D *i.* ante diem *saepe; de titulis antiquis v. Mommsen Corp. I p. 197 et 210* A·V·C *i.* ab urbe condita *cf.* Gramm. IV 271. A *in codicibus disput. Tuscul. scriptum vulgo interpretantur* auditorem, *ut* M magistrum, *quod tamen iure impugnat Andr. Spengel, Philol. 48, 367. de ceteris notis epigraphicis cf. indices Corp. inscr., Henzeni indicem syll. Orellianae, p. 202. G. Wilmanns, Exempla II p. 710—712. de iuridicis laterculos notarum in Corp. gramm. IV 267 sqq.* *Wölfflin.*

ā, āh *interiectio v. sub* ah.

ā, ab, abs. [ab (ap-) abs (as-) a af au- *variae praepositiones vel adverbia inter se confusa. facile distinguuntur* **1** ab *i. q. gr.* ἀπό *got.* af *ind.* ápa 'ab'. **2** abs *i. q. gr.* ἄψ. **3** au *i. q. hibern.* ō ua, *sclavon.* u 'ab', *gr.* αὐ-χάττειν (ἀναχωρεῖν *Hes.*), *ind.* áva 'de'. *reliquae formae utrum ex his fluxerint an diversam habeant originem, dubium est. cum* af *cf. paelign.* af-ðed 'ab(-iit?)', *osc.* af-lukad 'ab (-ducat? deliciat?)'; *cum* a *fortasse umbr.* aha-vendu 'a(-vertito?)', *osc.* aa-manaffed 'faciundum curavit, f. locavit' *vel sim., theodisc.* uo-kalawēr 'recalvaster'. *de significatione Delbrück, Vergl. Syntax I § 276. 277. Th.*]. Gloss. ἀπό, ὑπέρ, παρά, χωρίς. *Rolfe, Archiv 10 (1898) 465—505.* aa Corp. I 202, 2. 29 (*a. 81 a. Chr.*). á Mon. Anc. *passim* (*semel tantum* a 5, 11). Corp. I 1194. V 41. 969. 2915. VI 4003. 4024. *al.* a *formam esse productam docet* Mart. Cap. 3, 287. *a sequente vocabulo non distinguitur* Lex. Rubr. 2, 5. 36. Corp. I 207 abeo. Lex Iul. mun. 155 abieis. Lex Rubr. 2, 38. ‹ ***forma:*** **1** *de* **a, ab** *grammaticorum doctrina* (Char. gramm. I 232, 24 *cf.* VII 34, 17 *al.*) *iubet poni* a *ante consonantes,* ab *ante vocales et* h, *quam de consonantibus legem neminem fere secutum esse et inscriptiones et codices docent. cf. Neue, II*[3] *831—856 et libros ibi indicatos. in inscriptionibus vetustioribus nulla certa regula videtur observari: singulari exemplo* Corp. VI 4249 (*Livia*) á epis‹tulis?›. †Corp. XIII 1601 a hoc. ab *ante* b: Lex agr. Corp. I 200, 56 ab bonorum emptore. Corp. VI 5188. 8743 ab bybliothece. *ante* c: Corp. I 577 (*a. 105 a. Chr.*) ab colonia. 589 (*c. a. 80*) ab communi. Lex Iul. mun. 82 ab censoribus (*sed* Mon. Anc. 2, 44 a condita. Acta lud. saec. Aug. 27 a contione. Lex Salp. 1, 12 a cive). *ante* duumviris *modo* a *ponitur modo* ab *in* Legg. Salp. Mal. (Lex Urs. *semper* a), *ante* divo Corp. II 1423. X 8038 (*Vespasiani aetatis*). *ante* f: Corp. I 199, 6. 12 ab fonte. 1412 ab fornice. *ante* g: Corp. I 569 ab gradu (Mon. Anc. 5, 11 a Gadibus). *ante* i: Lex Salp. 2, 41. 42 ab iusto. *ante* l: Corp. II 5042 ab L. Baianio. XI 1421, 54. *ante* n: Corp. VI 4250 (*Livia*) ab Niso. *ante* p: Corp. VI 3823 ab paago. Lex agr. Corp. I 200, 71 ab populo. Lavd. Turiae 1, 37 ab parentibus. *ante* r: Corp. I 551 (*a. 132 a. Chr.*) ab Regio. I 199, 7. X 4842, 44 (*Aug.*) ab rivo. Lex Vrs. 3, 1, 22 ab redemptore (Corp. XI 1832 [*Aug.*] a rege). *ante* s: Corp. I 204, 1, 32. 2, 26 (*a. 71 a. Chr.*) ab se. *ante* t a *ponitur*: Test. Dasumi 110 Carm. epigr. 194, 3; ab Corp. V 4365 ab Ti. Caesare. *ante* v: Corp. VI 2274 ab Venere. 5197 ab veste *al. cf.* II 4926 ap via. (a v- Lex. Vip. 5. 22). *de formis a scriptori-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus adhibitis diligentissime inquirenti multis locis vix licet discernere quae scriptori, quae librario, quae editori debeantur. hoc solum cum quadam similitudine veri potest statui ante nonnullas consonantes prae ceteris formam ab *in usu fuisse. velut apud Plautum invenias modo* a *modo* ab *ante* d, l, n, s, t *poni,* ab *semper ante* r; *apud Ciceronem cum isdem consonanis reperiuntur, sic ut quo scripta eius sunt recentiora eo magis doctrinam qualem postea grammatici statuerunt servasse videatur. semper fere scribitur* ab re est (COD. Iust. 7, 43, 8 [*Dioclet.*] abs re), *sed* a re publica *et* ab rep. *temporibus recentioribus, inde a saeculo ut videtur altero, saepissime* s *impurum sibi anteponit formam* ab, *cum ante* s *non minus frequentetur forma* a. **2** *forma* **abs** *praeter* t *ante nullam fere consonantem invenitur: apud Plautum semel ante* ch (PLAVT. Persa 159 abs chorago, *sed* Trin. 858 a chorago) *et ante* q (PLAVT. Men. 345); *in carmine evocationis vetusto legitur* MACR. sat. 3, 9, 7 absque his abeatis. TER. Ad. 254 abs quivis (*cf.* GLOSS. V 530, 42 abs quivis abs quovis). AVG. mus. 1, 12 abs quovis. PRISC. gramm. II 47, 30 ante 'q' in appositione 'abs': abs quolibet. *his exceptis ponitur ante* t, *maxime in formula* abs te (CHAR. gramm. I 234, 29. VEL. LONG. VII 60, 14 antiquos scimus et 'abs te' dixisse, nos contenti sumus 'a te' dicere. GLOSS. II 240, 40), *quae a Cicerone ut videtur magis magisque vitata (in scriptis philosophicis non nisi ex* NAEV.) *postea revixit, licet obloquantur grammatici* (VEL. LONG. gramm. VII 60, 20) *qui* abs *nisi in verbis compositis non admittunt. ante vocales* CARM. adv. Marc. 4, 103. 5, 121 abs ovibus, abs alio. **3** *de formis praepositionis* ***in compositione*** *adhibitis haec ponit* CIC. orat. 158: in reliquo sermone mutata est *af*: nam 'amovit' dicimus et 'abegit' et 'abstulit': ... quid si etiam 'abfugit' turpe visum est et 'abfer' noluerunt, ⟨aufugit et⟩ aufer maluerunt? quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur. *cf.* QVINT. inst. 1, 5, 69 CHAR. gramm. I 232, 21 VEL. LONG. gramm. VII 60, 6. *servatur* a *ante* m *et* v; abs *ante* c, p (asportare), t; ab *ante reliquas consonantes* (*nota* aspernari *ex* ab-sp-); *ante* f *scribitur* au (aufero, aufugio) *ab hac praepositione secernenda cf.* afui, afluo. **4** *scribitur* **ap** CORP. II 4926 ap via. PLAVT. Trin. 79 ap se *et* 217 ap stirpe *al. potissimum in cod. B.* *de* aps *cf.* PAVL. FEST. 22 abs praepositio a graeco (ἄψ) deducitur, *dubitat* VEL. LONG. gramm. VII 61, 5 utrum per p an per b et s debeat scribi propter Graecum ψ, sed qui originem verborum propriam respiciunt, per b scribunt. aps te *invenitur* CORP. V 1515. XI 1129 *et in codicibus* PLAVT. *et* CIC. epist. *passim.* CASSIOD. gramm. VII 157, 3 *hanc formam in compositis* apstinui, apscessi, apscondo *restitui iubet. cf. Neue II*^{3} *827.* **5** *de forma* **af:** CIC. orat. 158 una praepositio est af (ea *L*, ab *A*) quae nunc tantum in accepti tabulis manet ac ne his quidem omnium (PRISC. gramm. II 35, 18. VII 60, 12). *nunc legitur* CORP. I 551 (*a. 132 a. Chr.*) af Capua. I 1055 af Lucretia. I 587 af Lyco. VI 3824 af mil..... I 1143 af muro. I 1161 af solo. XIV 2772 af speculu. I 201, 11. 551 af vobis. Notizie degli scavi Oct. 1891 af vineis, af villa. afvolant *testatur* PAVL. FEST. 24.

***de positione*: a** *particula* que *adiungitur*: aque VERG. georg. 4, 347 OV. met. 3, 631 epist. 20, 180 trist. 4, 4, 85 Pont. 1, 8, 33 MANIL. 5, 437 (atque *codd.*) POET. min. 5, 119, 14. absque *v. l. 15.* **b** *postponitur vocabulo suo relativo* PLAVT. Asin. 119. Rud. 555 quo ab. *cf. Studemund, Verh. Karlsruh. Philol.-Vers. p. 58.* CARM. epigr. 1037, 7 draco consumpsit domina speciosus ab artus. LVCIL. 851 fluctibus a ventisque aversi *ut fiat ἀπὸ κοινοῦ constructio.* **c** *inter substantivum et adiectivum vel genetivum saepissime ponitur apud poetas, apud scriptores rarius (frequentat* TAC.*), maxime inter relativum et substantivum.* **d** *separatur a subst. suo, ut* OV. epist. 9, 96 damnis dives ab ipsa suis. 12, 18. 13, 116 ars 3, 668 Pont. 3, 3, 46. Ib. 406. 586. **e** *ἀπὸ κοινοῦ duorum membrorum alteri adicitur cf. Leo, anal. Plaut. I p. 42.* PLAVT. Asin. 163 solus solitudine ego ted atque ab egestate abstuli. PROP. 4, 3, 39 OV. epist. 6, 108. 8, 110 ars 1, 724. 763 STAT. Theb. 12, 365.

***de constructione*: a** *sequitur ablativus casus, recentioribus temporibus saepius accusativus cf. p. 40, 20.* **b** *nota in etymologiis*: VARRO ling. 5, 37 ab 'inconsitus' incultu. 5, 112 magmentum a 'magis'. 6, 83 aures ab 'aveo' *al.* 6, 50 maerere a 'marcere', *cum aliis locis ponatur gerundium. graecorum substantivorum ponitur dativus* VARRO ling. 5, 103 ab *λειρίῳ, μαλάχῃ, sim.* **c** *ante nomina urbium sim. saepe omittitur* (VARRO Ter. Scaur. gramm. VII 32, 20 'ab Roma' *πλεοναςμός* est pro 'Roma' *cf.* CHAR. gramm. I 232, 3), *sed non minus saepe ponitur, v. p. 10, 34. 10, 41. 10, 44. 10, 84. 14, 42. 15, 31.*

ad ***significationem*** *delineandam totam materiam distribuimus in partes tres: in prima tractavimus vim localem, quae tribus modis notatur: nam aut separationem significat aut missionem a quo quid veniat vel moveatur aut, si magis statum quiescentis consideramus, ubi quid sit. ex hac vi derivatur vis originis et causae modique, cuius exempla congessimus in parte secunda. parti tertiae reservavimus vim temporalem et ordinalem, ex separatione illa loci natam. hi praepositionis usus iam inde a Plauto fere omnes inveniuntur nisi quod primo vox vi locali posita proprie multo saepius legitur quam translate; accedit recentioribus temporibus usus partem significandi ac comparationem, cuius tamen radicem iam multo antea invenias. soloecismos quosdam ac vix latine dicta conlegimus in parte quarta.*

DE LOCO

VARRO rust. 2, 9, 4 *canes* a feminibus summis corpore suppresso. PLIN. nat. 11, 256 *avium* quaterni digiti, tres in priore parte, unus a calce. *de regionibus caeli*: VARRO ling. 7, 7 eius templi partes quattuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. PLIN. nat. 36, 30 ab austro et a septentrione. *ibid.* ab aquilonis parte. ab oriente *passim*. CVRT. 8, 9, 5 omnium ab oriente fluvius eximius. SEN. nat. 5, 17, 4 ab ortu ... ab occasu. VERG. georg. 3, 33 bisque triumphatas utroque ab litore gentes. PROP. 3, 9, 55. OV. met. 15, 829 gentes ab utroque iacentes oceano. SALL. Iug. 17, 4 ab occidente ..., ab ortu solis. PLIN. nat. 4, 68 Icarus insula sita est ab exortu solstitiali Deli. *sim. nota*: AVG. civ. 10, 27 p. 443 D. tantummodo daemones a luna et infra ordinatos agitari. *de partibus corporis*: APVL. Socr. 135 ut Tarquinius Priscus aquila obumbretur ab apice, Servius Tullius flamma conluminetur a capite. PLIN. nat. 24, 77 instillavit dentium dolori a contraria aure. 22, 70 infunditur a contraria aure. PHYSIOGN. 73 cum cervix a capite (*πρὸς τῇ κεφαλῇ*) capillosa est. CAEL. RVF. Quint. inst. 9, 2, 124 frustra a cervicibus tollebant. OV. met. 2, 476 prensis a fronte capillis. PLAVT. Men. 1011 ab umero qui tenet. SVET. Tib. 68 latus ab umeris et pectore. PAVL. FEST. 20 aclassis tunica ab umeris non consuta. PLIN. nat. 24, 118 imponuntur *folia rubi* a mamma sinistra. 25, 166 suco ab altera nare quam doleat infuso. CELS. med. 6, 6, 9 ab occipitio cucurbitula adhibenda est. OV. met. 7, 848 scissa a pectore veste. 11, 681. SVET. Caes. 33 veste a pectore discissa. a pedibus *velut* PLIN. epist. 2, 17, 21 a pedibus mare, a tergo villae, a capite silvae. Q. CIC. pet. 10 cum sinistra capillum eius a vertice teneret. PLIN. nat. 2, 50 qui *sol* per aequinoctium omnibus ... simul fiat a vertice.

2 CATO agr. 34, 2 loca aperta ab umbra. VARRO rust. 1, 13, 5 *aedificium* ex una parte apertum, et id ab area. Men. 535 sabulum iacere a pariete. ling. 5, 155 sub dextra *rostrorum* a comitio locus substructus. CIC. epist. 15, 4, 4 Cappadocia quae patet a Syria. CAES. civ. 2, 25, 1 munita natura loci, una ex parte ipso oppido Utica, altera a theatro ... substructionibus maximis (*cf.* BELL. Alex. 27, 4 flumen a Delta transire). VERG. georg. 4, 298 addunt quattuor a ventis obliqua luce fenestras (PLIN. epist. 2, 17, 16 utrimque fenestrae, a mari plures, ab horto pauciores). VITR. 5, 11, 2 a conisterio in versura porticus frigida lavatio. PLIN. nat. 15, 52 mali quae fuere a sole partes rubent. 33, 126. 26, 30 *al.* PAVL. FEST. 2 locum a sole apertum. CAES. Gall. 1, 1, 5 pars Gallorum attingit ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum. *accedit verbum* obstare *sim.* SALL. Cat. 58, 6 exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter a Gallia obstant. VAL. MAX. 4, 3, ext. 4 a sole mihi non obstes. LVCAN. 1, 59 nullae obstant a Caesare nubes. STAT. silv. 1, 2, 23 Theb. 4, 17. FRONTO p. 213, 23 N. Iovi ... nubem ab arbitris obstitisse. APVL. apol. 16 ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore obstitit. LVCR. 5, 754 cur luna queat ... a terris altum caput obstruere ei. PLIN. nat. 17, 10 cum pedamenta non sint a vento *aquilone* opponenda (*aliter* VERG. georg. 3, 302 stabula a ventis hiberno opponere soli). *cf.* VITR. 9, 2, 3 *luna* praeteriens ab sole. *de situ urbium*: CORP. I 587 Laodicenses af Lyco (*πρὸς τῷ Λύκῳ*). VI 27045 Heracleotes a Ponto. CIC. ad Q. fr. 2, 9, 2 a Magnetibus ab Sipulo. TAC. ann. 2, 47. *cf.* PLIN. nat. 3, 123 coloniae ab Alpium radicibus. *nomina officialium a locis tracta*: *iocose* CIC. Phil. 6, 15 L. Antonio a Iano medio patrono. IVV. 4, 116 dirus a ponte satelles. (*nota*: CORP. VI 9821 pomario de aggere a proseucha.) CORP. VI 9969 vestiarius ab aede Cereris. VI 7882 faber lectarius ab cloaca maxima. VI 9970. 71. 4476 a compito. VI 9854 a lacu Fundani. VI 9897 solatario ab luco Semeles. VI 9918 tabellarius a ripa. VI 9868 sagarius a theatro Marcelli. VI 9618 mellarius a porta Trigemina (VI 9815 librarius ab extra porta Tr.). VI 9921 ab porta Fontinali. VI 9721 a monte Esquilino. VI 9178. 9884 ab sex aris. VI 9548 a sacra via (*sed saepius* de s. v., *ut* de foro, Velabro, vico, Subura, Basilica, Carinis *sim.*). CORP. VI 9141 alipilus a Tritone. VI 9714 numularius a Mercurio sobrio. VI 7655. 9648 ab Hercule primigenio. VI 9975 a Quirinis. XIV 2886 a VII Caesares argentar(io) coactori. CORP. XII 4377 ospitalis a gallo gallinacio. VI 9238 casar(i)us a Furca. *adde officia quaedam cum notitia loci*: CORP. VI 3879 aedituus ab aede. 6227 ostiarius ab amphitheatr(o) (VI 4330 de basilica Asinia). 8907 medicus a bibliothecis. 8703 aedituus ab Concordia. 2209 a Diana. 8711 a Vesta. 8707 aedituus ab Isem Pelagiam (*cf.* 9102, 23). 2274 sortilegus ab Venere Erucina. 2240 sacerdos a Bona Dea. 2262 religioso a Matre magna. *collegia*: CORP. IV 2155, 4 fanatici tres a pulvinar. VI 2234 ab Isis Serapis. XIII 913 iuvenes a fano Iovis. *de ceteris officiis v. infra l. 81.*

C *de factionibus et officiis*: **1** *verba* ***stare, facere, esse,*** *sim. de re iudiciaria, sententia, pugna, sim.*: PLAVT. Rud. 1100 dum hic hinc a me sentiat :: atqui nunc abs te stat. RHET. Her. 4, 4 quod ab ea *contraria ratione* steterint. CIC. inv. 1, 4 a mendacio contra verum stare. *cf.* epist. 2, 16, 2 *bellum* praesertim contra eum ... ab eo. 2, 128 a voluntate eius stare. Brut. 273 ut nemo contra dementiam a senatu et a bonorum causa steterit constantius. *sim.* APVL. apol. 53 libertus qui a vobis stat. RHET. Her. 2, 43 multi ab reo faciunt. 2, 9 communes loci sunt: abs testibus contra testes *etc. cf.* 2, 14. 3, 13. CIC. inv. 1, 90 quod nihilo minus ab adversariis quam a nobis facit. Cluent. 93 non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. SEN. contr. 9, 4, 7 gravior esse testis solet qui a reo surgit. LVCR. 1, 693 contra sensus ab sensibus ipse repugnat. CIC. de orat. 1, 55 vide ne hoc totum sit a me. Att. 10, 8, 5 ab illis est periculum si peccaro, ab hoc si recte fecero. LIV. 1, 12, 2 principes utrimque pugnam ciebant, ab Sabinis Mettius Curtius, ab Romanis Hostius. *sim.* LVCAN. 7, 503 calet omne nocens a Caesare ferrum. TAC. ann. 4, 25 ab Romanis confertus pedes. DAR. 26 ex utraque parte multi ductores occiduntur, sed plures a Priamo. *cf.* AMBR. exhort. virg. 6, 36 adhaerens deo et totus a domino. SEN. contr. 10, 3, 12 color a parte accusatoris simplex est. ASCON. Cornel. p. 69 B. ut eisdem rebus ab utraque parte vel a contrariis utantur. QVINT. decl. 364 p. 396, 2 a parte divitis ille color introduci potest. 338 p. 331, 23 ut ... contradictiones ponas etiam a petitore. PLIN. epist. 6, 2, 2 oculum ... circumlinebat alterum si a petitore, alterum si a possessore esset acturus. 6, 31, 10 a parte heredum intraverunt duo. SCAEV. dig. 39, 5, 35 instrumenta debitorum a Labeone (*i.* sub nomine L.) recepit. *cf.* CIC. part. 124 praevaricationem accusator esse definiat omnem iudicii corruptelam ab reo. *de schola philosophorum, sim.*: CIC. fin. 4, 7 Zeno et qui ab eo sunt. orat. 113 Zeno a quo disciplina Stoicorum est. Tusc. 2, 7 qui sunt ab ea disciplina. de orat. 2, 160 erat enim ab isto Aristotele. QVINT. 4, 2, 31 scriptores qui sunt ab Isocrate. IREN. 2, 1, 4 eos qui sunt a Marcione. 2, 19, 4. *omittitur* esse: VARRO ling. 10, 42 alii ab Aristarcho grammatici. CIC. Mur. 63 illi a Platone et Aristotele. de orat. 2, 58 ab Aristotele Callisthenes. leg. 1, 39 Academiam, hanc ab Arcesila et Carneade recentem. off. 3, 116 *al. cf.* CIC. Att. 10, 8, 6 haec *auguria* collegii nostri ab Atto. *cf. p. 25, 49.*

synonyma: de *p. 22, 28.* ex *p. 21, 7. 30. 80. 83.* in *p. 21, 52. oppositum*: contra *p. 22, 44. 53.*

2 *absolute ponitur* ***de officiis;*** *quorum exempla collegit Rolfe, Archiv 10, 482. primo legitur sic ut de loco facile accipias*: CIC. Att. 8, 5, 1 Pollicem servum a pedibus meis *i. qui a pedibus stat.* CORP. VI 4001. *simile* a manu SVET. Iul. 74 CORP. VI 3966 *al.* a cubiculo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CORP. *passim.* a sede VI 3976. 9040 *al.* *deinde de re quae servo custodienda tradita est*: ab argento (VI 8731), ab aurarturis (VI 8737), ab auro (VI 8734 *al.*), a Corinthiis *vasis* (X 692), a crustalinis (VI 5348 III 536), a fiblis (III 536), a frumento, a mappis (VI 8891. 92), a marmoribus, a monumento, ab ornamentis, vilicus a plumbo (X 3967), a pulvinaribus, a specularibus, a speculum (VI 7297), a statuis, a suppellectile, a toris, a vehiculis, a veste, a vinis. *de aedificio cui praeest vel quod custodit: cf.* CHAR. gramm. I 232, 22 ab duplex est, nam et pro *ἀπό* et pro *ἐπί* apud nos accipitur, velut ab bibliotheca *ἀπὸ τῆς βιβλιοθήκης καὶ ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης*. ab aedificiis (VI 8665), a balineis (VI 1057. 8512), a bybliotheca, a domo (VI 2121), ab horreis (VI 9469), a loricata (VI 8690—92), a pinacothecis, a porticu, a sacrario, a scaena, a tabulario (VI 7374. 8529), a valetudinario. ab hortum novum (VI 8670), a lapicidinis (VI 8486), a vineis. a cyatho (VI 3963), a lagona (VI 8866. 8884), a potione; a cena centurionum (VI 8748), ab hospitiis (VI 9474). a frumento, a iumentis (VI 8863. 64), a iuvencis (VI 8865). ab aegris (VI 8770. 71). ab arka, ab aerario, ab albo (VI 9140). *de officiis Caesarum*: ab actis, ab admissione, ab alimentis (II 4238), ab auctoritatibus (III 1998. VI 8439), a censibus (FRG. Vat. 204 *al.*), a codicillis, a cognitionibus (SEN. apoc. 15 *al.*), a commentariis, a consiliis sacris (VI 1704), a copiis (*velut* VI 8538—40), a cura amicorum (VI 604. 630 *al.*), a diplomatibus (VI 8622), a ducenaris (XIV 2939), ab ephemeride (III 536), ab epistulis (TAC. ann. 15, 35 *al.*), ab indicibus (XI 19), ab instrumento, a legatis (VI 8434), a libellis, a libris pontificalibus (VI 2195 *cf.* 8878), a locis (VI 8775), a mandatis (III 536), a memoria (SVET. Aug. 79 *al.*) a militiis, a muneribus, ab officiis, ab opera publica, a patrimonio, a punctis (FRONTIN. aq. 115), a quaestionibus (VI 2755, 5. 2880), a ratione fisci, a rationibus, a sacris, a studiis, a subscriptionibus, a testamentis (VI 5299), a voluptatibus (SVET. Tib. 42). LAMPRID. Comm. 6, 13 libertus qui a pugione appellatus est. *incerta* a flamine CORP. X 3967. a rufo III 54.

accedunt eques, libertus, servus, verna (III 1315), publicus (VI 2341), evocatus; magister, proximus, praepositus, adiutor, vicarius; acceptor (VI 5181), dispensator, lictor (VI 1892 a sacris), nomenclator, officinator (VI 2270 a statuis), procurator, scrinarius (X 527 ab epistulis), tabularius, viator; denuntiator, rogator ab scaena (VI 10094. 95), vestificus a veste scaenica (VI 8554).

nota: CORP. VI 2210, 7 tutori a pupillatu. *in inscriptionibus invenitur etiam* ad (CORP. VI 3941 ad argentum, 3972 ad imagines, 3985 ad vestem, 4014 ad possess., 4046 ad ung. *in monumento Liviae*). VI 4426 supra argentum, 4439 supra cubyc., 4432 de bybliothece, 4420 *al.* ad bybliothecam (*in monumento Marcellae*). *cf.* ITALA (Lucif. Athanas. 2, 14) act. 12, 20 a cubiculo (*ἐπί*, VVLG. super). VVLG. III Esdr. 2, 17 Rathimus ab accidentibus (*ὁ τὰ προσπίπτοντα*). IV reg. 18, 18 *al.* a commentariis (LXX *ex hebraeo ὁ ἀναμιμνήσκων*).

D ***de distantia*: 1** *legitur* ***cum verbis*:** *abesse, deesse, sim.* CORP. VI 2120, 7 (*p. Chr. 155*) cum ab aedibus essem. PLAVT. Cist. 237 ab amica abesse. Bacch. 22 a patria. Ep. 681 ab domo. Curc. 119 quam longe a me abest. Ep. 27 unum a praetura tua abest. Trin. 1012 si aberis ab eri quaestione. TER. Haut. 668 haud multum a me aberit infortunium. CATO agr. 114 qui ager a mari aberit. 22, 1 digitum minimum abesse a solo. AFRAN. com. 242 abesse ab lustris procul. RHET. Her. 4, 49 ut et illi absint a culpa. VARRO ling. 5, 39 a quo *ardore* ipsa area non abest. CIC. inv. 2, 35 voluntas a faciendo demonstrabitur afuisse. SALL. Cat. 20, 16 neque animus neque corpus *meum* a vobis aberit. SEN. epist. 72, 9 profectus sed cui multum desit a somno. PLIN. nat. 2, 206 et quicquid ab Italia deest. LVCIF. non conv. 1 nec desunt ab his officiis. AVG. civ. 16, 41 p. 192 D. nunquam principes ... ab illa stirpe defuerunt. MART. CAP. 2, 217 uti ... dos a virgine non deesset. ALC. AVIT. epist. 66 tantum a consuetudine spiritualium defuit epularum. ENNOD. op. 4 p. 384, 6 si ab studio deest. OV. trist. 4, 3, 6 vester ab intacta circulus exstet humo. COLVM. arb. 26, 6. CAPITOL. Aurel. 7, 3 nec ab eo mansit. *verbum omissum*: LVCR. 1, 935 id quoque enim non ab nulla ratione videtur. 4, 10. HOR. carm. 4, 1, 14 caprea pascuis intenta fulvae matris ab ubere. VAL. FL. 6, 204 pater armento quos dives ab omni nutriverat. STAT. Theb. 11, 107 coetu fertur iam solus ab omni flere sibi *scil. absens.* Ach. 1, 623 tenero cum solus ab agmine Achilleus haec secum. VITR. 9, 1, 16 a refrigeratione caloreque *stellarum* medio convenientes ... habere videtur Iuppiter effectus. LVCR. 2, 312 omnis enim longe nostris ab sedibus infra primorum natura iacet. CELS. med. 3, 6 p. 86, 21 neque a capite aegri debet *medicus* residere. *de affinitate*: TAC. ann. 13, 19 pari ac Nero gradu a divo Augusto.

2 ***absolute*** *ponitur ad intervallum indicandum. apponitur praepositio eis locis a quo quid abest. cf.* GLOSS. IV 404, 1 ab: absens. CATO agr. 6, 3 pedes ternos alium ab alio serito. 22, 1 uti statuatur pariter ab labris (*cf.* 18, 2. 19, 1). 18, 3 ab stipite extremo ad parietem. CORP. IX 2827, 21 palum figeret a quercu pedes c. XI. VARRO rust. 3, 2, 14 fundus qui est ad quartum vicesimum lapidem ... a Roma (TAC. hist. 2, 24 *al.*). CIC. Tim. 17 paribus a medio radiis. CAES. Gall. 7, 16, 1 ab Avarico longe milia p. *tot.* PLIN. 21, 57 non gigni nisi intra CCC stadia a mari. 14, 84 totidem pedes a terra alte (*cf.* LIV. 1, 35, 9 COLVM. 5, 6, 15). 12, 89 statim a terra sex digitis surculosus. MART. 9, 64, 4 octavum marmor ab urbe legit. 1, 12, 4 vicina quartus ab urbe lapis. 4, 57, 4. VARRO rust. 2, 4, 14 haram facere ... ea altitudine abs terra. CIC. nat. deor. 2, 101 ultimus et a domiciliis nostris altissimus ... caeli complexus. rep. 6, 16 *stella* ultima a caelo, citima a terris luce lucebat aliena. VITR. 9, 1, 2 unum *cardinem* a terra et mari in summo mundo ..., alterum transcontra sub terra. 9, 1, 3 uti a terra excelsius habeat altitudinem centrum. COLVM. 4, 29, 8 cum *vitis* editior a terra est. 6, 2, 3 asseres ... a terra septem pedibus elati. 9, 5, 3. VLP. dig. 43, 27, 1 *nota* inferior a: VARRO rust. 1, 2, 16 *agricultura* succinit pastorali quod est inferior ut tibia sinistra a dextrae foraminibus. HYG. astr. p. 99 inferiore a nobis circulo constituti. PHYSIOGN. 5. 14 *linea capillorum* longe superior a cervice. *cf. p. 39, 42.* SOR. gyn. 2, 18, 60 retro ab orificio matricis infans est. 2, 17, 55. *apponitur praepositio ipsi nomini quod intervallum indicat*: CAES. Gall. 2, 7, 3 a milibus passuum minus duobus castra posuerunt. 4, 22, 4 *al.* 2, 30, 3 quod tanta machinatio a tanto spatio instrueretur. PLIN. nat. 3, 5 oceanus a quo dictum est spatio Atlanticum mare infundens. 19, 66 a quattuor digitorum intervallo. FRONTIN. aq. 7 propius urbem a septimo miliario substructione. *cf.* PLIN. nat. 17, 201 tabulata *arborum* ab octavo pede altitudinis dilatantur. PLIN. epist. 2, 17, 2 Laurentina *via* a quarto decimo lapide relinquenda est. AVG. civ. 11, 5 p. 467 D. a tantis locorum extra mundum spatiis absentem esse.

3 ***respondet ad,*** usque, usque ad, *ad fines indicandos intra quos quid sit vel fiat*: PLAVT. Pseud. 776 interminatus est a minimo ad maximum. Persa 604 volo ego hanc percontari :: a terra ad caelum quid lubet. Ep. 623 usque ab unguiculo ad capillum summumst festivissima. *cf.* HOR. epist. 2, 2, 4 talos a vertice pulcher ad imos. PLIN. nat. 7, 77 hominis spatium a vestigio ad verticem. APVL. met. 3, 21 ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos perlinit. AMM. 25, 4, 22 ab ipso capite usque unguium summitates. LIV. 1, 2, 5 ab Alpibus ad fretum Siculum per totam Italiae longitudinem. MELA 1, 8 quod terrarum iacet a freto ad ea flumina. 1, 15 forma litorum a Tanai ad Hellespontum. PLIN. 5, 67 latitudo a Seleucia Pieria ad oppidum ... Zeugma. 36, 175 ab Appennino ad Padum non invenitur fossicia *harena* (*cf.* TERT. anim. 46 Illyricum a Molossis usque Macedoniam). 36, 80 altitudo a cacumine ad solum pedes *tot. cf.* VARRO rust. 2, 4, 11 eius suis a cute ad os pedem et tres digitos fuisse. 3, 5, 11 a summa macerie ad epistylum. VITR. 10, 2, 12 non enim plus sunt ab lapicidinis ad fanum milia p. VIII. APVL. Socr. 140 vis aeris quae ab humillimis lunae anfractibus usque ad summum Olympi verticem interiacet. AVG. civ. 15, 26 p. 116 D. ut ab imo sursum versus tertia consurgeret habitatio. CORP. VI 29774 gestatio circini exterior a dieta Apollinis ad dieta(m) eandem in circuitu pedes *tot.* XI 3284 a Tarracone Narbone(m) m. p. *tot. passim.* HOR. sat. 2, 3, 308 ab imo ad summum totus moduli bipedalis. epist. 1, 1, 54 Ianus summus ab imo prodocet. OV. trist. 5, 8, 25 ingens ad finem solis ab ortu ... solis. Pont. 1, 4, 29 *Caesarem* solis ab ortu solis ad occasus utraque terra tremit. *de numeris*: CELS. med. 2, 18 p. 64, 26 aves omnes, a minimis ad phoenicopterum. SEN. dial. 10, 2, 4 omnes ... istos ab infimis usque ad summos pererra. *cf.* CIC. de orat. 2, 52 ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum res omnes mandabat litteris. VVLG. *passim vocabulo* omnes *sim. adposito velut* exod. 11, 5 morietur omne primogenitum a primogenito Pharaonis usque ad primogenitum ancillae. I reg. 15, 3 interfice a viro usque ad mulierem. I reg. 30, 19 nec defuit quicquam a parvo usque ad magnum. III reg. 4, 33 disputavit super lignis, a cedro ... usque ad hyssopum. Bar. 1, 4 a propheta usque ad sacerdotem cuncti. Ier. 51, 31 civitas enim, a summo usque ad summum. num. 6, 4 quidquid ex vinea esse potest, ab uva passa usque ad acinum. I Esdr. 9, 11 repleverunt eam ab ore usque ad os. *nota*: CIC. leg. 2, 68 funerum sumptus praefinitur ex censibus a minis V usque ad minam. SCRIB. LARG. 139 dantur a tribus usque ad septem *globulos.* PLIN. nat. 28, 207. 26, 56 *al. cf.* 17, 184.

4 *formula* ab re: GLOSS. *ἔξω τοῦ πράγματος*, contra rationem extra re(m). *in enuntiato negativo, excepto* PLAVT. Trin. 239 subdole [blanditur] ab re consulit. *forma semper fere* ab re; COD. Iust. 7, 43, 8 (*Diocletiani*) abs re. HIER. epist. 121, 8 (*ubi* absque *v. l.*). VOPISC. Aurel. 33, 1 absque re. PLAVT. Capt. 338 dum ab re nequid ores. Asin. 224 haud est ab re aucupis. Truc. 521 haud ab re (ad ob rem *codd.*) tibi istic obvenit labos. COD. Iust. 6, 2, 20, 1 actio ... non ab re extendatur. *sequitur infinitivus*: PLIN. nat. 27, 57 non ab re est dixisse, *passim.* FRONTO p. 134, 1 N. SVET. Aug. 94 Dom. 11 SVLP. SEV. Mart. 22, 6. *sequitur accusativus cum infinitivo*: MACR. gramm. V 610, 36 non ab re erat ... futurum ex ... transacto tempore procreari. *sequitur* ut: GELL. 1, 26, 4 non ab re est ut ... audias. MACR. som. 1, 3, 16. *sequitur* si: CAECIL. mort. pers. 1, 7 ab ⟨re⟩ ta⟨men non⟩ est si ... exponam. HIER. epist. 121, 8 non abs (absque *v. l.*) re arbitror si requiram. *oppositum*: (ex re).

DE ORIGINE AVCTORE MODO.

A ***de origine*** **1** *gentis, hominis, sim. verba*: INST. Iust. 1, 10, 2 sive *frater sororque* ab eodem patre eademque matre nati fuerint, sive ex

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alterutro eorum. LEX de Termess. (Corp. I 204) 1,5 *a. 71 a. Chr.* queique ab ieis prognati sunt. CAES. Gall. 6, 18, 1 se omnes a Dite patre prognatos. VARRO rust. 2, 3, 3 *caprae* a capris feris ortae. ling. 8, 4 ab Aemilio homine orti Aemilii et gentiles. CIC. Tusc. 1, 21 senem quem ait a Deucalione ortum. CAES. orat. Suet. Iul. 6 amitae meae Iuliae maternum genus ab regibus ortum. QVINT. inst. 11, 2, 15 'ortos plerosque ab alio Scopa. ACC. trag. 596 ab dracontis stirpe armata exortus.

CIC. top. 29 qui ab ingenuis oriundi sunt. CIC. Brut. 62 ut si ego me a M'. Tullio esse dicerem. CAES. orat. Suet. Iul. 6 ab Anco Marcio sunt Marcii reges, ... a Venere Iulii. SVET. Galba 3 ab hoc sunt imperatoris Galbae avus .... NEP. Att. 1, 1 ab origine ultima stirpis Romanae generatus. VITR. 9, 6, 2 qui ab ipsa natione Chaldaeorum profluxerunt. FILASTR. 24, 2 a Belo et de ipsius uxore processisse progeniem (AVG. civ. 12, 12 a parentibus progeniem pullulare mortalium *cf.* VERG. georg. 2, 17). SVET. Aug. 2 a quibus duplex Octaviorum familia defluxit. VERG. Aen. 8, 51 genus a Pallante profectum. SIL. 9, 415 a primo descendens consule Brutus. LAMPR. Alex. 44, 3 genus eius a Metellis descendere. VERG. Aen. 3, 35 demissaeque ab Iove gentis *cf.* 1, 288. OV. fast. 6, 803 Marcia deductum nomen ab Anco. VELL. 2, 41, 1 ab Anchise ac Venere deducens genus (CVRT. 4, 23 IVV. 8, 273). TRAG. inc. 124 quod ipse a Tantalo ducat genus. PLIN. epist. 9, 22, 1 Propertium, a quo genus ducit. OV. fast. 4, 305 genus Clauso referebat ab alto. MELA 2, 11 Basilidis ab Hercule et Echidna generis principia sunt. VAL. MAX. 3, 2, 16 a quo Porciae familiae principia manarunt. *absolute ponitur*: ENN. ann. 6, 4 nomine Pyrrhus, uti memorant, a stirpe suprema. VARRO rust. 2, 5, 5 filios Neptuni a Menalippa. *cf. p. 40, 34.* CIC. Phil. 13, 27 est etiam ibi Decius, ab illis opinor Muribus. SALL. Iug. 86, 3. VERG. 4, 230 genus alto ab sanguine Teucri (6, 500. 5, 45 genus alto a sanguine divum. LVCAN. 1, 428 Arverni ... sanguine ab Iliaco populi). 1, 380 genus ab Iove summo. *al.* (PROP. 4, 10, 41 genus hic Rheno iactabat ab ipso). VERG. Aen. 5, 299 alter ab Arcadio Tegeaeae sanguine gentis. HOR. carm. 3, 17, 1 Aeli vetusto nobilis ab Lamo. MANIL. 1, 798 Veneris ab origine proles. PLIN. nat. 3, 104 Apulorum genera tria: Teani a duce e Grais, Lucani subacti a Calchante .... *formulae* a patre *sim.*: GAIVS inst. 1, 156 agnati ... quasi a patre cognati. CIC. inv. 2, 107 iam a maioribus ... amicum. Sull. 25 a materno genere. TAC. ann. 2, 43 insita ferocia a patre Pisone. SVET. Aug. 4 a matre Magnum artissimo contingebat gradu. APVL. apol. 98 si quid adhuc, a matre graecissat. Plat. 2, 3 hominem ab stirpe sua neque absolute malum nec bonum nasci. AMM. 25, 3, 23 matre iam inde a maioribus nobili. CASSIOD. var. 11, 39, 5 ab avis atavisque praefui. CARM. epigr. 863, 2. OV. met. 2, 368 materno quamvis a sanguine iunctus. Pont. 3, 3, 62 ab Aenea est qui tibi fratre tuus. SIL. 14, 290 geminaque a stirpe parentum astus miscebat Tyrios levitate Sicana. STAT. Theb. 4, 398 unus ab origine sanguis. Ach. 1, 257 praeclusaque leti tantum a matre *Thetide dea immortali* via est. SIDON. carm. 2, 361 patre Suebus, a genetrice Getes. *de schola philosophorum cf. p. 22, 74*: CIC. de orat. 3, 61 cum essent plures philosophi orti fere a Socrate. inv. 1, 61 omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti. fin. 5, 7 ab his oratores exstiterunt, ... medici denique ex hac ... officina profecti sunt. Tusc. 3, 8 a quo (*Socrate*) haec omnis philosophia manavit (CLAVD. 17, 87). *cf.* de orat. 3, 62 leg. 3, 14. de orat. 1, 42 philosophorum greges ... ab illo fonte et capite Socrate. CENS. 15, 3 Carneades a quo tertia academia est. FILASTR. 61, 1 Manichaei a Mane surrexerunt. 34, 1 alii autem ab Iuda traditore instituerunt haeresim. CELS. med. 5 praef. Herophilus deductique ab illo viri.

2 *nominis. verba*: VARRO ling. 5, 99 haec appellata ... ab eo unde scribit Apollodorus. 5, 159 *al.* LIV. 1, 3, 3 ab situ ... longa Alba appellata. *al.* VELL. 1, 11, 1 Pseudophilippus a mendacio appellatus. PLIN. nat. 33, 36 ab amicitia eius Gracchanus appellatus. QVINT. 3, 4, 12. VARRO ling. 5, 109 ⟨ut⟩ suilla sic ab aliis generibus cognominata. 7, 45. 5, 52 deorum arae a quibus cognomina habent. 8, 22 alius declinat nomen ab eo qui vendit ..., alius a regione ..., ab Ionia Iona, ... sic alius ab alia aliqua re. *al.* 10, 65 neque a similitudine quoque vocum declinatus habent, ut Iuppiter ... Iovi. 5, 63 a qua vi natis dicta vita. *al.* 10, 49 sic dicitur ab Hercules Herculi et Herculibus. 10, 16 ut sit ab Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere Capuanus. VERG. Aen. 8, 331 Thybris a quo ... fluvium cognomine Thybrim diximus. *al.* PLIN. nat. 5, 35 mons ... Ater nostris dictus a natura. VARRO ling. 5, 120 alterum a magnitudine alterum a latitudine finxerunt. 5, 96. LVCR. 6, 424 presteres Grai quos ab re nominitarunt. VARRO ling. 5, 32 ea fere nominata aut tralaticio nomine ab hominibus ut Sabini et Lucani, aut declinato ab hominibus ut Apulia et Latium. SALL. Iug. 78, 5 Syrtes ab tractu nominatae. OV. fast. 1, 328 a pecoris lux (*i. Agonalia*) est ipsa notata metu. SALL. frg. 3, 70 a Bithyno rege Bithynia nuncupata. OV. fast. 5, 166 *stellae* quas Hyadas Graius ab imbre vocat. PLIN. nat. 31, 6 *villam* vocabat Academiam ab exemplo Athenarum. VARRO ling. 5, 20 ut a cavo caveo ... sic ortum, unde omnia apud Hesiodum, a chao, cavo caelum. *al.* 5, 2 a qua re sit Pertinacia cum quaeritur, ostenditur esse a perten⟨den⟩do. 6, 37 sedeo et cetera quae non sunt ab aliquo verbo. 10, 15. 10, 67 *al.* PROP. 4, 4, 93 a duce Tarpeia

mons est cognomen adeptus. TAC. ann. 14, 27 *Puteoli* cognomentum a Nerone apiscuntur. 4, 55 Graecia cui mox a Pelope nomen. OV. met. 8, 151 *Ciris* a tonso est hoc nomen adepta capillo. CAES. civ. 3, 112, 1 *turris* nomen ab insula cepit. BELL. Alex. 27, 1 *Delta* nomen a similitudine litterae cepit. OV. fast. 6, 410. PROP. 4, 2, 48 nomen ab eventu patria lingua *Vertumno* dedit. VELL. 1, 1, 4 loco a se nomen dedit. LAVS Pis. 15 ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat. LIV. 8, 15, 8 ab incesto id ei loco nomen factum. VARRO rust. 2, 1, 10 nomina multa habemus ab utroque pecore. LIV. 38, 18, 4. OV. fast. 3, 150 a numero nomina quisquis *mensium* habet. LVCAN. 7, 441 annos a consule nomen habentis. VARRO ling. 5, 1 a quibus rebus vocabula imposita sint. CIC. leg. 1, 58 sapientia a quoius amore Graeco verbo philosophia nomen invenit. Tusc. 2, 43 a viris virtus est nomen mutuata. VERG. Aen. 7, 63 Laurentis ab ea *lauro* nomen posuisse colonis. 5, 121 *Sergestus*, domus tenet a quo Sergia nomen. CIC. nat. deor. 2, 66 nomen productum ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando. OV. fast. 2, 685 traxit ab illa *regis fuga* ... nomina dies. met. 8, 230. fast. 3, 847 a quacumque trahis ratione vocabula Pallas. VARRO ling. 5, 77 vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus. 5, 107 cetera opera *pistoria* a vocabulis Graecis sumpta. PAVL. FEST. 5 adolescit a Graeco ἀλδήσκω venit. HOR. carm. 4, 8, 8 domita nomen ab Africa lucratur. EPICED. Drusi 338 *cognomen* quod solum domito victor ab hoste tulit. *absolute positum*: OV. fast. 2, 478 a telo *nominatus* venit in astra deus. VELL. 1, 1, 2 tres ibi urbes statuit, duas a patriae nomine, unam a victoriae memoria. PLIN. nat. 5, 74 Decapolitana regio, a numero oppidorum. TERT. spect. 8 columnae Sessias a sementationibus ... sustinent, *al.* *semper fere legitur cum gerundio, velut* VARRO ling. 5, 134 sarculum ab serendo; pala a pangendo. 7, 7 a tuendo primo templum dictum. CIC. nat. deor. 2, 67 a gerendis frugibus Ceres tanquam Geres. AEL. STILO Cic. top. 10 assiduus, appellatus ab aere dando. *sed cf. p. 3, 65. saepissime legitur* ab eo quod, a quo, *velut* VARRO ling. 5, 28 ab hoc qui circumit, ambit. 5, 70 ab eo quod ignis propter splendorem fulget, fulgor et fulmen. 5, 73 Mars ab eo quod maribus in bello praeest. *al.* 5, 97 capra carpa, a quo scriptum 'omnicarpae caprae'. *deinde eodem fere sensu ponitur ac* itaque, velut: VARRO ling. 5, 62 a quo est in Sota Enni. 6, 11 ab eo Plautus. 10, 70 a quo Valerius ait. *al. v. p. 34, 27.* *nota*: PAVL. FEST. 59 coepiam futurum tempus ab eo quod est coepi. 61 citior comparativum a cito. *sim.* 92 furum genetivus pluralis a fur. 118 nomen compositum a lacu et Arcobriga. 5 fit deminutive a macro macellus. *al.* QVINT. inst. 1, 4, 12 ut ex scamno fiat 'scabillum' aut a pinna 'bipennis'.

3 *de patria.* *hominum*: CARM. epigr. 1252, 1 ortus ab Iguvio. VARRO ling. 5, 101 a Roma quod orti Siculi. rust. 2, 2, 1 pastores a Pergamide Maledove. CAT. 81, 3 tuus moribunda ab sede Pisauri hospes. LIV. 6, 12, 6 coloni a Velitris Romani (*cf.* 6, 13, 8. 6, 17, 7). 1, 50, 3 Turnus Herdonius ab Aricia. *al.* VITR. 1, 1, 16 Eratosthenes Cyrenaeus, Archimedes et Scopnias ab Syracusis. 10, 16, 3 quidam architectus ab Arado, nomine Callias. VAL. FL. 1, 394 Butes Actaeis dives ab oris. SIL. 8, 614 fidus Sicula regnator ab Aetna. 1, 431 litore ab Hesperidum Temisus. *sim.* SEN. Phaedr. 753 thyrsigera Liber ab India. SOL. 27, 9 Carthagini auctor est a Tyro populus. IVL. dig. 46, 3, 36 mulier Alexandrina ab Aegypto. VVLG. Matth. 21, 11 hic est Iesus propheta a Nazareth. Marc. 3, 7 multa turba a Galilaea et Iudaea. AVG. epist. 53, 2 Marinum ab aquis Tiburtinis. AVSON. 470, 6 Tarbellis ... genetrix ab Aquis. CYPR. sent. episc. 1 Caecilius a Biltha (*sim. passim*; *semel* de: epist. 67, 6 Felix de Caesaraugusta). AVELL. 2, 23 Eusebius a Vercellis (*alibi ubique* de). ITALA Lugd. gen. 29, 4 unde estis vos? a (ἐκ, VVLG. de) Charra sumus. *adde similia*: VERG. georg. 3, 2 pastor ab Amphryso (*Apollo*). DRAC. carm. prof. 2, 104 pastor ab Ida. 2, 136 noster Narcissus ab undis. 9, 209 Hecuba ... matrem praesentet ab undis (*scil. Thetidem*). ANTH. 462, 13 Maevius, a castris miles melioribus. TERT. nat. 1, 10 Attin deum a Pessinunte. CIC. epist. 15, 20, 1 sermo *Sabini* constans habere quoddam a Curibus videbatur. *bestiarum et rerum*: PLIN. nat. 31, 34 maxime laudatur sal Cyprius a Salamine. 12, 133 praecipua *uva* ex Parapotamia, secunda ab Antiochia atque Laudicea Syriae, tertia ex montibus Medicis. 16, 172 aucupatoria harundo a Panormo laudatissima. MART. epigr. 18, 2 tigris ab Hyrcano gloria rara iugo. STAT. silv. 2, 2, 68 aera ab Isthmiacis ... favillis. *al.* *simile* VITR. 8, 31 fontalis ab Camenis *aqua*. *cf. cognata*: CELS. med. 4, 16 p. 142, 19 aqua a ferrario fabro. *ibid.* sebi hircini a renibus. PLIN. nat. 28, 102 adipe a lumbis. 30, 15 sordes ab uberibus ovium. 30, 72 sebum ex omento pecudis, praecipue a renibus. 28, 46 fragmentum clavi a cruce. CIC. Pis. 67 panis et vinum a propola atque de cupa. *adde de nominibus dicta ut* VARRO ling. 5, 166 *a segete* ... segestria appellarunt, nisi si a Graecis. 5, 97. 5, 173 in argento nummi, id ab Siculis. 7, 97 *scaeva* a Graeco est. PAVL. FEST. 87 famuli origo ab Oscis dependet (*cf. p. 17, 30*). VARRO ling. 5, 66 putabat hunc *Dium Fidium* esse Sancum ab Sabina lingua et Herculem a Graeca.

4 *varia de fonte atque origine*: *verba transitiva*: PLAVT. Amph. 327 homo a me sibi malam rem arcessivit iumento suo. CIC. Verr.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 115 sacra ab exteris nationibus adscita atque arcessita. 6, 187 Cael. 19 rivolus arcessitus et ductus ab ipso capite accusationis. off. 1, 52 ab igne ignem capere. PLIN. nat. 18, 341 primum a sole capiemus praesagia. STAT. silv. 4, 7, 10 nunc ab intonsa capienda myrto serta. OV. met. 6, 341 sitim collegit ab aestu. 1, 233 ab ipso colligit os rabiem. AMM. 20, 11, 29 *iris* proximos albo colores a sole decerpit, subvirides vero a nubis similitudine. QVINT. inst. 7, 2, 18 argumentis a personis ductis. *cf.* CIC. top. 13. RHET. Her. 4, 46 a persona aut loco aut re aliqua similitudo ducitur. CIC. Deiot. 2 qui commendationem ineuntis aetatis ab impietate et scelere duxerit. Vatin. 14 quoniam omnium rerum magnarum ab dis principia ducuntur. off. 1, 153 a communitate ducatur officium. 3, 5 ius civile ductum a natura. Tusc. 4, 4 multa ... in nostris institutis ducta ab illis. HOR. carm. 4, 4, 59 ab ipso ducit opes animumque ferro. OV. met. 9, 264 nec quicquam ab imagine ductum matris habet *Hercules*. LIV. 1, 8, 3 numerum quoque ipsum ductum ab Etruscis. TIB. 1, 8, 19 cautus vicinis fruges traducit ab agris. PLAVT. Mil. 1026 ut ferrem abs te consilium. TER. Ad. 870 hoc fructi ... ab eis fero. ACC. trag. 148 tropaeum ferre a forti viro. CIC. Att. 2, 12, 3 quae si statim a me ferre non potueris. NEP. Paus. 2, 5 nullius rei a se repulsam laturum. HOR. carm. 3, 16, 22 ab dis plura feret. OV. epist. 9, 104 tulit a capto nota tropaea viro. OCTAVIA 499 a quo salutem tulerat. VEN. FORT. 1, 6, 10 pacis ab amplexu morbida bella tulit. CIC. inv. 2, 8 ab utrisque ea in suas artes contulerunt. RHET. Her. 4, 7 allatis ... exemplis a Catone, a Graecis .... CAES. Gall. 2, 14, 3 a Caesare ... indignitates perferre. SPART. Sev. 3, 7. TERT. pudic. 1 nec amplius ab ecclesia quam publicationem dedecoris relaturis. VITR. 2, 7, 2 sufferunt et ab oneribus et a tempestatibus iniurias. *cf.* HIER. epist. 147, 1 decem plagas ... quasi a patre commonente sustinuit. TERT. scorp. 9 a confusione vel maxime formari negationem. VARRO ling. 10, 51 analogia fundamenta habet aut a voluntate hominum aut a natura verborum aut re utraque. CIC. Brut. 112 habet hoc a natura ipsa quod a doctrina non facile posset. *cf.* de orat. 1, 126. Verr. 4, 161 haberet aliquid res publica abs te muneris. Tusc. 1, 73 ab eo *Apolline* divinationem habere. VVLG. I Ioan. 2, 20 vos unctionem habetis a domino. CIC. leg. 1, 17 non ... a praetoris edicto ... neque a XII tabulis hauriendam iuris disciplinam. RHET. Her. 4, 2 ab Ennio sumere aut a Graeco ponere exemplum (*cf.* CIC. top. 50 ab adiunctis posui equidem exemplum. PAVL. NOL. epist. 14, 1 multa a patriarchis exempla). CIC. de orat. 1, 254 multa ... ab uno artifice sumimus. OV. met. 8, 366 sumpto posita conamine ab hasta. Pont. 4, 10, 42 *Boreas* sumit mores a propiore loco. CIC. Phil. 2, 20 aliquid enim salis a mima uxore trahere potuisti. 11, 28 est lex recta et a numine deorum tracta ratio. PROP. 4, 3, 14 *fax* traxit ab everso lumina nigra rogo. OV. Pont. 4, 8, 61 victor laudem superatis ab Indis traxit. VAL. MAX. 3, 2 ext. 7. SEN. contr. 1, 2, 22 vitium ... a Graecis declamatoribus tractum. *adde verba* accendere, describere *sim.*: OV. met. 1, 254 ne forte sacer tot ab ignibus aether corriperet flammas. 5, 442 pinus ... succendit ab Aetna. STAT. Theb. 12, 270 qualis ab Aetnaeis accensa lampade saxis. CLAVD. 3, 120 ambusto flagrantis ab aggere ripae succendit ... pinum. *cf.* LVCR. 6, 687 ab ollis excussit ... ignem. FLOR. 2, 11, 1 fax ... ab illo Syllae rogo exarsit. CIC. ac. 2, 11 se ... ab eo ipso illos libros descripsisse. Att. 13, 21, 5. LIV. 1, 32, 5 ius ab Aequiculis descripsit. SVET. vit. Ter. p. 32 Reiff. cum fabulis conversis a Menandro.

verba neutra: LVCR. 4, 542 asperitas ... vocis fit ab asperitate principiorum. 3, 285 ut quiddam fieri videatur ab omnibus unum. AVG. civ. 14, 13 p. 32 D. neque enim fieret ille fructus malus nisi ab arbore mala. QVINT. decl. 306 p. 199, 24 tot annos qui facere poterant ab infantia virum fortem. LVCR. 4, 144 perpetuo fluant ab rebus lapsaque cedant. *al.* 6, 923 omnibus ab rebus fluere ... corpora. CIC. orat. 230 vitio quod ab Hegesia maxime fluxit. Brut. 201 a Cotta haec omnis fluxit oratio. div. 2, 137 a corporibus ... et a ceteris figuris ... fluere imagines. CIC. nat. deor. 2, 79 unde haec in terram nisi ab superis defluere potuerunt? HOR. carm. 1, 28, 29 merces ... defluat aequo ab Iove. CIC. Cael. 6 ab his fontibus profluxi ad hominum famam. off. 1, 152 cum omnis honestas manet a partibus quattuor. HOR. sat. 2, 6, 50 a rostris manat per compita rumor. Q. CIC. pet. 17 nam fere omnis sermo ad forensem famam a domesticis emanat auctoribus. CIC. nat. deor. 1, 3 quod ab iis *dis* ad hominum vitam permanare possit. LIV. 1, 6, 4 certamen coortum a satis miti principio. CAT. 68, 158 a quo sunt primo omnia nata bona. CIC. Att. 10, 8[a], 1 *offensio* magis a zelotypia mea quam ab iniuria tua nata est. CAES. Gall. 7, 43, 5 profectio nata a timore defectionis. *al.* HIRT. 8, 48, 9. GERM. progn. frg. 2, 6 *motus* alter ab ipsis nascitur. CIC. rep. 6, 27 principium ... nec ipsum ab alio renascetur nec ex se aliud creabit. TER. Andr. 489 hoc ... abs te esse ortum. Hec. 632 a Myrrhina haec sunt ... exorta omnia. Hec. 223 aegritudo haec oritur mihi abs te. Ad. 189 tibi a me nulla orta est iniuria. 593. VARRO ling. 6, 37 declinata sunt quae ab ali[qu]o oriuntur. Men. 402 porro inde ab uno quoque compito ternae viae oriuntur. LVCR. 4, 483 ab sensu falso ratio orta. 4, 521. VAL. MAX. 4, 8, 1 cum ab his *iudicio et benevolentia* orietur ratio. SEN. dial. 9, 27 hoc oritur ab intemperie animi. RHET. Her. 4, 39 ut a priori sententia posterior contraria priori proficiscatur. *al.* CIC. nat. deor. 1, 11 haec in philosophia ratio profecta a Socrate. top. 82 a naturane ius profectum sit, an ab aliqua quasi condicione hominum. VARRO ling. 5, 9 an non potius mea verba illa quae hereditate a Romulo rege venerunt quam quae a poeta Livio relicta. Q. CIC. pet. 50 non ut ad populum ab his omnis fama perveniat. OV. epist. 13, 110 cur venit a verbis multa querela tuis? SEN. nat. 6, 32, 1 non enim aliunde animo venit robur quam a bonis artibus, quam a contemplatione naturae. epist. 66, 1 ad cetera contemnenda a contemptu sui venit. PLIN. epist. 6, 2, 2 illud ipsum ... a nimia (animi *codd.*) superstitione, sed tamen et a magno studiorum honore veniebat. IVV. 6, 139 venient a dote sagittae. ENNOD. epist. 1, 13 p. 23, 23 a commotione evenit tacere. OV. ars 3, 101 cultis bene Liber ab uvis provenit. CATO agr. 14, 3 huic operi pretium ab domino bono. CIC. Mur. 61 ea *bona* sunt omnia non a natura, verum a magistro. Att. 12, 16 cum primum ab aliquo poterit esse *solamen*, a te erit. fin. 1, 21 infinitio ista ... tota ab illo est. *al.* LVCR. 2, 132 his a principiis est omnibus error. OV. fast. 1, 59 omen ab eventu est. LIV. 8, 4, 10 unde haec illis tanta modestia nisi a conscientia virium? SEN. benef. 1, 10, 4 nisi quod omnia ista ab ingrato sunt. nat. 1, 4, 4 color ille igneus a sole est, caeruleus a nube. epist. 44, 1 omnes ... a dis sunt. dial. 4, 5, 3 origo huius mali ab ira est. SIL. 13, 262 a Poenis nullam esse salutem. LACT. inst. 3, 6, 2 scientia in nobis ab animo est, ... ignoratio a corpore. VVLG. Matth. 5, 37 quod his abundantius est, a (ἐκ) malo est. HIL. trin. 1, 1 adest securitas a labore et satietas ex pascuis. CIC. leg. 1, 46 virtutes et vitia quae exsistunt ab ingeniis. VVLG. Luc. 2, 1 exiit edictum a Caesare Augusto. III reg. 1, 27 a domino meo verbum. I par. 13, 2.

omittitur verbum: PLAVT. Stich. 708 decumam a fonte. CIC. Tusc. 1, 74 sed haec vetera et a Graecis. de orat. 3, 220 laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scaena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra. LIV. 28, 15, 4 aestus a meridiano sole. SEN. contr. 2, 6, 2 omnia a te vitia. epist. 58, 21 alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari. STAT. Theb. 9, 70 quis tuus hic, quis ab hoste cruor? PORPH. Hor. carm. 1, 10 hymnus est in Mercurium, ab Alcaeo lyrico poeta *sumptus*. *ibid.* 2, 15, 10 'praescriptum' ..., a magistris ludi.

nota absolute positum: LVCR. 2, 51 fulgorem ... ab auro. VITR. 5, 10, 3 a vapore umor. PLIN. nat. 29, 86 dolor a morsu eius qualis a scorpione. MART. 10, 6, 5 longus a Caesare pulvis. *sollemniter in sermone technico rhetorum*: argumentum a (ἀπό) persona, loco *sim.* (*Halm, rhet. min. index s.* 'loci'). *similiter* commendatio a (DONAT. Ter. Hec. 41 *al.*), defensio a (*ibid.* 660). *rarius* ex *et* de. *cf. p. 27, 8. 38.* *accedit ad substantiva, ita ut paene passiva evadat sententia, cf. p. 30, 64.* PLAVT. Curc. 405 inibis a me solidam et grandem gratiam. Asin. 59 Ep. 441 Stich. 514 Trin. 376 Cist. 629. 736 TER. Eun. 557 CIC. Verr. 5, 143 Att. 7, 9, 3 *al.* CAES. Gall. 6, 43, 5. PLAVT. Capt. 279 quo honore est illic? :: summo atque ab summis viris. CIC. Mil. 96 res honori fuit a civibus. epist. 15, 4, 13 hoc nescio quid gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem. off. 2, 45 laudem et a summo viro et ab exercitu consequebare. CAES. Gall. 1, 34, 2 si quid ipsi a Caesare opus esset. PLIN. nat. 34, 21 nescio an primo honore tali a populo, antea enim a senatu erat. SIL. 16, 133. *cf.* OV. epist. 15, 374 nomen ab aeterna posteritate feres. trist. 2, 118. TERT. nat. 2, 9 a quibus *Romanis superstitio* auctoritatem sibi extruxit. PLAVT. Trin. 637 ut qui beneficium a benevolente repudies. Most. 1127 qui a patre eius conciliarem pacem. *cf.* CIC. Arch. 17. VVLG. Rom. 1, 7 gratia vobis et pax a deo. TAC. ann. 2, 36 quantum odii fore ab iis. SVET. Iul. 14 quanta eos a plebe Romana maneret invidia. ACTA synod. Rom. 2, 2, 6 p. 422 qua *tranquillitate* ab externis utamur. FRONTO p. 50 N. desidiae culpam a te subire TERT. idol. 4 nullum ab iis invenietis auxilium. *adiectiva*: PLAVT. Amph. 48 gratum esse id a vobis sibi (CIC. par. 11). Rud. 25 nil ei acceptumst a periuris supplici. PLIN. epist. 4, 22, 4 sed hoc a Maurico non novum est.

synonyma: de *p. 25, 13. 26, 58*, ex *p. 25, 69. 26, 42. 28, 25; cf. 26, 68.*

II ***de auctore et causa.*** GLOSS. II 469, 7 a singulo ὑφ' ἑκάστου. SEN. epist. 65, 8 quinque ergo causae sunt, ut Plato dicit: id ex quo fit, id a quo, id in quo, id ad quod, id propter quod ..., id a quo artifex est.

A *legitur cum passivo talibusque verbis quae* ***vim passivam*** *habent.* **1** *cum* ***passivo*** *legitur apud Plautum ceterosque priscae latinitatis scriptores usque ad Varronem et Ciceronem de personis* (*exceptis* PLAVT. mil. 166 nisi quid malefactum a nostra familiast. ACC. trag. 594 a fortuna opibusque omnibus desertum. CAEL. hist. 49 a senatu): *postea etiam de substantivis collectivis* civitas (*cf.* RHET. Her. 2, 25), Asia *sim. et de rebus.* *de hominibus passim legitur, ut* PLAVT. Men. 783 ludibrio habeor :: unde? :: ab illo. *cf.* Bacch. 539. AFRAN. com. 34 malunt metui quam vereri se ab suis. VARRO ling. 7, 3 ab suis qui sit ignoratur. RHET. Her. 4, 10 ne possit ars eminere et ab omnibus videri. CIC. Catil. 2, 27 a Catilina relicti sunt *etc.* *de collectivis ut* CIC. Scaur. 35 retentus a cuncta Asia supplice. Verr. 4, 176 pecunia a civitatibus numerata est. 6, 63 a classe. Mur. 6 a re publica. HOR. sat. 1, 7, 22 ridetur ab omni conventu. LIV. 2, 54, 5 consulatum oppressum a tribunicia potestate. FLOR. 2, 6, 7 cum a Corfinio Roma adpeteretur. *de rebus ut* VARRO ling. 10, 61 a natura libido humana corrigetur, non a libidine natura. Men.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rivus offensus aliquo a scopulo lapidoso albicatur. TRAG. inc. 105 qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari urgetur Isthmus. RHET. Her. 3, 13 ab animo tractata. 3, 26 a natura datum. *al.* CIC. de orat. 1, 207 id oneris ab horum ... studiis imponitur. Verr. 4, 98 ab omnibus ventis invidiae circumflari. leg. 1, 4 ab aquila Tarquinio apicem impositum. ac. 2, 71 nihil ita signari in animis nostris a vero posse quod non eodem modo posset a falso. LVCR. 3, 429 a tenui causa magis icta movetur. 2, 99 vexantur ab ictu. CAES. Gall. 3, 13, 7 *naves* ab aestu relictae. civ. 3, 64, 3 *cum* aquilifer a viribus deficeretur. OV. met. 3, 183 infectis adversi solis ab ictu nubibus. trist. 5, 4, 29 cuius vocor exul ab ore. VITR. 1, 4, 3 ferrum ab ignis vapore percalefactum. 2 praef. 4 Dinocrates a facie ... corporis commendatus. LVCAN. 2, 86 non ille favore numinis, ingenti superum protectus ab ira. PLIN. nat. 32, 39 sistitur ab eo remedio alvus. STAT. Theb. 11, 743 longo ... exarmatus ab aevo *leo*. CARM. epigr. 1538, 5 ossa nostro condita ab officio. *notabilia*: **a** *ponitur saepius cum gerundivo pro dativo, ut* RHET. Her. 1, 5 quod ab omnibus defendendum videtur. 4, 7 ab aliis eligendi. 3, 19 ea pars a nobis ad dicendum comparanda est. CIC. de orat. 2, 86 deserendus ullo modo est a cohortatione nostra. Manil. 34 a me in dicendo praetereunda non sunt. *al. in epistulis saepissime*; VELL. 2, 48, 1 SEN. epist. 65, 3 PLIN. nat. 25, 12. 36, 148 QVINT. 1, 1, 16. 8, 4, 1 *etc.* **b** *de participiis notanda*: CIC. de orat. 3, 31 ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur (*cf.* OV. Pont. 2, 9, 49 nec ... quisquam magis est instructus ab illis). CIC. epist. 12, 26, 1 habeas eos a me commendatissimos (epist. 13, 10, 1 commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum). CORP. VI 11005 filio ... ab omnes amantissimo. VELL. 2, 43, 1 omnia ab iis acta fecerat irrita. QVINT. 3, 7, 8. SEN. contr. 1 praef. 10 quaecunque a celeberrimis viris facunde dicta. *al.* QVINT. 6, 3, 42. 2, 7, 4. *cf.* actum, dictum alicuius. **c** *saepius verbum omittitur, ut* CIC. Att. 13, 3, 1 a me igitur cetera *scil. praestabuntur*. 13, 33, 4 casu sermo a Capitone de urbe augenda (*cf.* Phil. 2, 39) *et sic passim in epistulis*. epist. 5, 31 *contumeliae* ut sunt leves ab eiusmodi homine. 3, 13, 1 oratione sententia, quibus ego a tali viro contentus eram. fin. 4, 7 a te quidem apte et rotunde. nat. deor. 3, 69 off. 3, 60. 106 *etc.* VELL. 2, 6, 5 id unum nefarie ab Opimio *factum* proditum. *per euphemismum omissum*: TERT. adv. Val. 32 ut Marcus aut Gaius ... ab angelo — tacendo iam dixi — *futuaris*. *de dictis*: CIC. Tusc. 3, 44 ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta. epist. 9, 21, 1 quare nihil tibi opus est illud a Trabea. VARRO rust. 1, 24, 4 ille adicit ab eodem scriptore. VVLG. II Petr. 3, 2 memores sitis eorum ... verborum a sanctis Prophetis. TERT. anim. 55 habes etiam de paradiso a nobis libellum *scriptum*. PLIN. nat. 3, 102 novem adolescentes totidemque virgines ab Illyriis *emissi*. CORP. XII 4333 (*Augusti*) tres equites Romani a plebe *electi*. *cf.* tribunus militum a populo, *sim.* LAMPRID. Hel. 10, 1 qui iam Caesar erat a senatu. VVLG. Gal. 1, 1 apostolus, non ab (*ἀπό*) hominibus neque per (*διά*) hominem.

2 *legitur cum verbis* ***intransitivis,*** *quae vim passivam habent.* CIC. off. 2, 26 non ex insidiis interiit, non a paucis. LVCR. 6, 709 interiisse neque a morbo neque forte veneno. BELL. Afr. 85, 7 a milite. NEP. reg. 3, 3 a morbo periit. PROP. 2, 27, 11 quando periturus et a qua morte. OV. ars 2, 208 pereat miles ab hoste tuus. Pont. 3, 3, 46. CYPR. epist. 59, 18 a quo. OV. epist. 9, 36 infesto ne vir ab hoste cadat. 12, 18 caderet cultu cultor ab ipse suo. fast. 6, 564 VAL. FL. 8, 317. TAC. ann. 16, 9 donec a centurione caderet. OV. met. 13, 597 occidit a forti Achille. CIC. epist. 15, 17, 2 P. Sullam patrem mortuum habebamus: alii a latronibus, alii crudilate dicebant. SEN. contr. exc. 5, 3 moriuntur non alter ab altero, sed uterque a patre. VAL. FL. 7, 484 patris ab ira. PS. CYPR. mont. 9 a Iudaeis. AMPEL. 16, 2 Alexander defunctus est dubius a vinolentia an veneno.

VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 satellitem ⟨a⟩ tyranno male audire. QVINT. inst. 12, 10, 13 ab ipsis inimicis male audire. TAC. dial. 18 Ciceronem a Calvo male audisse tamquam solutum et enervem. SEN. contr. 9, 4, 2 ne a tyranno quidem impune vapulavi. SEN. apocol. 15 ab illo flagris vapulantem. QVINT. inst. 9, 2, 12 an ab reo fustibus vapulasset. VAL. MAX. 6, 9, 12 bona eius a creditoribus ... venierunt. QVINT. inst. 12, 1, 43 a cive se spoliari malle quam ab hoste venire. *adde*: PLAVT. Rud. 286 comiter fiet a me. *al.* OV. trist. 2, 28 fiat ab ingenio mollior ira meo. SEN. contr. 9, 2, 10 fit a praecone silentium. *al.* OV. trist. 3, 14, 44 certior esse. *cf.* met. 14, 290. SEN. contr. exc. 7, 6 reus est a filio dementiae (*cf.* QVINT. decl. 316 p. 243, 17). COD. Iust. 6, 27, 1 (*Pertinax*) existere ab ... debitore liber et heres. APVL. apol. 3 quodsi a ceteris silentium est. SVLP. SEV. chron. 2, 4, 5 a nostris concilia fuere.

3 *legitur* ***cum aliis verbis*** *de causa efficiente.* *transitivis*: CIC. Att. 13, 1, 2 a te hortos habebo *i. te potissimum adiuvante*. DICT. 6, 5 ab eorum filiis ... plurimos sociorum amisit. COD. Iust. 6, 51, 1, 1 a nobis ... suum amittat vigorem *lex Papia*. IORD. Rom. 388 quomodo *terras* ab ignaris rectoribus amiserit. ENNOD. op. 3 p. 372, 13 virgo ab stupratoris insidiis pudorem perderet. *intransitivis iisque potissimum incohativis*: VARRO ling. 5, 109 assum quod id ab igni assudescit. 7, 83 ab igni solis tum aureo aer aurescit. CIC. nat. deor. 2, 138 *anima* calescit primum ipso ab spiritu, deinde contagione pulmonum. SIDON. epist. 2, 10, 3 ab hexametris ... basilicae latera clarescunt. VITR. 7, 11, 1 simul aes et ea harena ab ignis vehementia confervescendo coaluerint (OV. met. 2, 602 animus tumida fervebat ab ira). VVLG. Hab. 3, 16 a voce contremuerunt labia mea. OV. am. 2, 5, 39 longis flavescere ... ab annis. fast. 1, 215 intumuit suffusa venter ab unda. LVCAN. 2, 397 nulloque a (qua *M U V*) vertice tellus altius intumuit (OV. fast. 2, 776 a vento qui fuit unda tumet. COLVM. 7, 10, 2 *venam* ab ictu virgae tumentem). OV. fast. 2, 775 solet a magno fluctus languescere flatu. met. 1, 66 pluvio madescit ab austro. CIC. frg. F 1, 17 uvas a sole mitescere. OV. fast. 5, 323 caelum nigrescit ab austris (SIL. 9, 225 corpora ab immodico nigrantia Phoebo). CORIPP. Iohan. 4, 696 densis iubar pallescit ab hastis. OV. met. 14, 17 vetus umor ab igne percaluit solis (*cf. p. 29, 11*). LVCR. 6, 875 umor ... tremulo rarescit ab aestu. OV. trist. 4, 5, 3 cuius ab adloquiis anima ... revixit. VVLG. Is. 34, 3 tabescent montes a sanguine eorum. SEN. Tro. 392 ut calidis fumus ab ignibus vanescit. *cum aliis verbis*: AMBR. myst. 9, 52 a prophetae prece cruor cessavit fluminum. CIC. ac. 2, 105 *mare* ... qua a sole conlucet, albescit. VVLG. psalm. 38, 12 defeci a fortitudine manus tuae. IV Esdr. 15, 13. OV. met. 14, 847 a cuius *sideris* lumine flagrans crinis (CIC. nat. 2, 92 ut ... conflagrare terras necesse sit a tantis ardoribus). VVLG. Os. 7, 5 furere a vino. OV. am. 1, 13, 41 vir tibi marcet ab annis. SIL. 9, 565 genitor tibi natus ab armis ille meis. CAT. 64, 275 purpureaque procul nantes ab luce refulgent *undae*. OV. met. 13, 105 nitor galeae claro radiantis ab auro. LVCAN. 7, 215 miles Phoebi radiatus ab ictu. OV. met. 6, 286 sonuit contento nervus ab arcu. VVLG. Ezech. 43, 2 et terra splendebat a maiestate eius. SIL. 4, 251 affuso squalent a pulvere crines. OV. met. 4, 163 *ferrum* a caede tepebat. AVIEN. orb. terr. 636 pars tepet ab Zephyro Lilybeia.

Abascantis, -idis, *Ἀβασκαντίς. cogn. mul.* CORP. VI 21546 d. m. Lucceia Abascantis Lathymo vernae suo b. m. f. **Abascantius,** -ī *cogn. vir.* CORP. VIII 1970 (*Theveste*) d. m. s. P. Paetio Abascantio pio . . . P. Paetius Abascantius pater. **Abascantiānus,** -ī *cogn. vir.* CORP. VI 158 (*a. p. Chr. 131 et 140*) *et* 159 (*a. 140*) L. Pompeius Abascantianus. 14894 Ti. Claudio Abascantian(o). *idem* 14895. 17976 T. Flavi Abascantiani. 25596 C. Rupilio Abascantiano C. Rupili Abascanti filio. XIV 324 (*Ostiae*) P. Cl. P. f. Horat(io) Abascantiano fil. dulcissimo P. Cl. Abascantus pater (326). **Abascantio,** -ōnis *cogn. vir.* CORP. VIII 7738 M. Sittius Abascantio (*Cirtae*). **Abascantilla,** -ae *cogn. mul.* CORP. X 1884 (*Puteolis*) Corneliae Abascan⟨t⟩il⟨l⟩ae uxori. **Abascantulus** *pupi nomen.* CORP. VIII 12658 Abascantulus Aug(usti) pius vixit anno uno . . . Abascantus Aug(usti) pater.

Abasgī, -ōrum, *Ἄβασγοί. gens Caucasia.* NOT. dign. or. 31, 41 ala prima Abasgorum (55). NOV. 28 praef. **Abasgia,** *Ἀβασγία. regio quam incolunt Abasgi.* RAVENN. 167, 7 patria . . . Abasgia. 38, 3 Auasgia. *v. Tomaschek, PW. I 20.* *Diehl.*

abaso infirma domus GLOSS. (infima *et* infama *hic illic codd.*). GLOSS. Scalig. V 591,32 infirma domus quasi sine base. GLOSS. Aelfrici 185, 21 abaso infirmatorium, seoccra manna hus. *cf.* HESYCH. *ἀβὰς εὐήθης καὶ ἱερὰ νόσος.* [*inc. orig. Th.*] *V.*

Abaticī *v.* Avatici.

Abātius *v.* Abbius.

Abaton SEN. nat. 4, 7 *Ἄβατον, petra* (*in Nilo*). LVCAN. 10, 323 Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas. SERV. Verg. Aen. 6, 154 Abatos. *Diehl.*

abatto, abatī, abattere. *Hauler, Archiv 2 (1885) 450.* LEX. Sal. 41 add. 1 si quis hominem de bargo ('galgen') vel de furca abattere presumpserit (dimittere pres. *vel* abbatiderit *vel* dimiserit *al. codd.*) sine voluntate iudicis. capit. I 2 si quis hominem de furcas abaterit (descenderit *var. lectio*). *cf. ital.* abbattere, *francog.* abattre.

abaudio, -īre. ITALA cod. Lugd. exod. 7, 4 non abaudiet (*εἰσακούσεται*, VVLG. audiet) vos Farao. *V.*

abavia, -ae *f.* [*cf. c.* abavus *Th.*] GLOSS. *προ[σ]γόνη μάμμη προμάμμη* (*versione lib.*). *Hauler, Archiv 2 (1885) 289.* PAVL. dig. 38, 10, 10, 15 *abavia* octies numeratur: est enim proavi paterni aut materni, item proaviae paternae aut maternae mater. GAIVS dig. 38, 10, 3 abavunculus abmatertera, id est abaviae frater et soror. *al. cf.* abavus. *latiore vi:* GLOSS. II 3, 9 abavia quinta: *προμάμμη* (*est* atavia).

abavunculus, -ī *m.* [*cf. c.* abavus abnepos *Th.*] *Hauler, Archiv 2 (1885) 290.* GAIVS dig. 38,10,3 pr. (*item* ANON. de grad. 8 *ex suppl.* INST. 3, 6, 6) sexto gradu sunt supra . . . abavunculus abmatertera, id est abaviae frater et soror. PAVL. dig. 38, 10, 10, 17. 18 *cf.* abamita. ISID. orig. 9, 6, 26 avunculi mei proavus mihi abavunculus est; *errore, est* abavus maternus. *latius patet:* PAVL. sent. 4, 11, 6 = LEX Visig. Recc. 4, 1, 6 abavunculus abmatertera: hi sunt abaviae paternae maternaeque frater et soror, abavique materni. GLOSS. Vatic. 1471 (add.) abavunculus frater aviae (*i.* avunculus magnus). *cf. B. Delbrück, Abh. sächs. Ges. 25 p. 489.*

abavus, -ī *m.* [*ex* ab *et* avus *compositum esse videtur, sicut Persis fuit* nyāka '*avus*' apa-nyāka '*abavus*' *Th.*] *Hauler, Archiv 2 (1885) 290.* PAVL. FEST. 13 abavus dicitur, quia abest ab avo et est avus avi. GLOSS. *προπάππου πατήρ, ἀππάππος*; pater proavi, id est avus avi. *B. Delbrück, Die indog. Verwandtschaftsnamen, Abh. sächs. Ges. 25 p. 475.* ababus CORP. VI 1743 Munatio Planco Paulino v(iro) c(larissimo) praesidi Pann(oniae) per ann(os) XVII . . . ababo suo.

PLAVT. Persa 57 pater avos proavos abavos atavos tritavos. Mil. 373 ibi mei sunt maiores siti, pater avos proavos abavos. CIC. Brut. 213 (*post avos et proavos*) duorum abavorum. VELL. 1, 2, 1 Temenus Cresphontes Aristodemus quorum abavus (atavus *P*) fuerat *Hercules.* SEN. clem. 1,10,1 abavus tuus (*Augustus Neronis. cf.* TAC. ann. 13,34. 14, 53. 55). TAC. ann. 15, 35 Torquatus Silanus . . . divum Augustum abavum ferebat (atavum *M*, *cf. Prosopogr. imp. Rom. II n. 558*). PAVL. dig. 38, 10, 10, 15 abavus, cuius intellectus in octo personas porrigitur: est enim proavi paterni aut materni pater, quos singulos duplici modo intellegendos diximus, aut proaviae paternae aut maternae pater. GAIVS dig. 38,10,1,6 quarto gradu sunt supra abavus abavia (PAVL. *l. l. al.*). 38, 10, 3. PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 atavus est abavi vel abaviae pater . . . patris vel matris abavus. *al.* SERV. Aen. 8, 268 patris avi proavi abavi atavique vocabulum. SIDON. carm. 15, 152 doceatque nepotes non abavi solum sed avi quoque iungere fasces. abavus patris (*pro* atavus): CORP. I 1198 = X 4780 Mess⟨ius ...⟩ f. Stichus ⟨me⟩nsor(*?*) abavos patris mei ⟨Iu⟩noni Populona⟨e⟩ sacrum. *latiore vi:* CIC. har. 38 *de Clodio:* coniventis illos oculos abavi tui (*App. Claudi Caeci*). 22 te, Cn. Lentule, cuius abavi (ab avia *codd.*) manibus esset accepta *mater Idaea* (*pro* atavi, *sed cf. Drumann II 405 adn. 5*). SEN. Ag. 406 abavusque tuam . . . respice prolem (*sc. Iuppiter Argivos*). PLIN. nat. 18, 39 defendi aequum est abavos, qui praeceptis suis prospexere vitae. GLOSS. II 563, 41 tertius pater. IV 3, 14 pater avi. IV 201, 2 tritavi pater. II 564, 4 abaus (*Loewe, gloss. nom. 4, 15*, abans *cod.*) avus. *in codd.* abavus, -ia *et* atavus, -ia *saepe confunduntur, ut* TAC. ann. 14, 53. 15, 35. *v. Mess.*

abax *v.* abacus.

abba pater. [*reddit vocem ἀββᾶ ὁ πατήρ, qua Iesus et christiani deum patrem appellare consuerant sec.* Marc. 14, 36 Rom. 8, 15 Gal. 4,6. *Th.*] AVG. serm. 156,15 abba enim hebraice pater dicitur. HIER. ad Gal. 4, 6: cum abba pater hebraeo Syroque sermone dicatur et dominus noster in evangelio praecipiat, nullum patrem vocandum nisi deum, nescio qua licentia in monasteriis vel vocemus hoc nomine alios vel vocari nos acquiescamus. GLOSS. IV 3,1 abba syrum, graece *πατήρ*, latine genitor, in vocativo amittit s sicut Pallas et cetera nomina graeca in as exeuntia *cf.* ISID. orig. 7, 13, 5. PAVL. NOL. epist. 26, 5 PROSP. c. coll. 18, 3 psalm. 118, 45. 48. *Klotz.*

Abbaitae, -ārum *Abbaitis Mysiae regionis incolae.* CORP. XIV 2218 (*in columna*) C. Salluio C. f. Násoni leg(ato) pro pr(aetore) Mysei Ab⟨b⟩aitae et Épict⟨ete⟩s, quod eos bello Mitrhida⟨ti⟩s conservavit, virtutis ergo. *in gemino titulo graeco Ἀββαιεῖται.* *Diehl.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abbās *vel* **abba**. [*'abt' ex Aegypto tractum esse videtur, ubi ut alios viros venerandos ita monachos voce 'ἄββα pater' appellabant. Th.*] *Hauler, Archiv 2 (1885) 292—314.* *nom.* abbā *passim*, VEN. FORT. carm. 4,4,10. GREG. TVR. *solam hanc formam nominativi agnoscit (Bonnet, le Latin de Grég. p. 365) quae etiam in titulis christianis regnat. gen.* abbate GREG. TVR. hist. Franc. 10,29, abbix CARM. epigr. 720,1 (*an voc.?*). *dat.* abbae NOVELL. 133, 6 pr. *vir venerandus, pater*: HIER. ad Gal. 4, 6 (*cf. p. 48, 74*). CASSIAN. conl. 1, 1 una cum sancto abbate Germano. *al.* *monasterio praefectus*: HIER. epist. 51, 2 per sanctum presbyterum et abbatem monachorum Gregorium. AVG. vit. erem. 9 abbas scilicet vel prior. 10 episcopum aut abbatem vel magni nominis priorem. PS. AVG. serm. 307, 1 vitis significat servos dei, abbates, monachos. CASSIAN. inst. 2,3,5 monasteriis praeesse audemus et abbates nos ... statuimus. AVELL. p. 441,6 presbyterum et abbatem Constantinopolitanae civitatis. 703,27 clericis et abbatibus. SIDON. epist. 7, 17, 4 abbas sit ... supra congregationem, tu vero et supra abbatem. carm. 16, 113 urbem ... monachosque antistes et abbas ... regis. GREG. TVR. glor. conf. 80 ut abba ordinaretur. vit. patr. 12, 3 stabilitisque abbatibus. hist. Franc. 4, 4 in cuius loco Guntharius abba subrogatur. GREG. M. epist. 2, 4, 1 constituto abbate. ALC. AVIT. carm. 6, 506 *Eugenia* fieret abbas *in coenobio monachorum*. *Klotz.*

Abbās, -ātis *m. nom. originis semiticae, cf.* abbas. CORP. VI 15926 Cocceia Herais M. Helbio Abbati coniugi. XV 6269 (*in lucerna*) Abbas. *fem.* Abba: CORP. XIII 2191 (*Lugudumi, saec. III*) Centusmia Abba *Iuventiniae Auspiciae avia.* *cognatum sine dubio* **Abbeus,** -ī. CORP. III 10307 (*in Pannonia inf.*) Barsemis Abbei ... d(omo) Carris. *Otto.*

Abbassium, -ī *opp. Phrygiae.* LIV. 38, 15, 15 ad Abbassium posuit castra *Cn. Manlius.* *Diehl.*

abbatia. [*ab* abbas *Th.*] *Hauler, Archiv 2 (1885) 444.* AGATH. epist. 2 *et postea.*

abbatissa. [*ab* abbas *Th.*] *Hauler, Archiv 2 (1885) 445—449.* habbat(issa) CORP. XII 5352 (*saec. VI*). abtissa III 9551 (*saec. VII*). GREG. TVR. hist. Franc. 10, 16 abbatissa etiam in monasterio restituta. 10, 26 neptem suam abbatissam instituit. GREG. M. epist. 6,11 iuvenculas abbatissas fieri vehementissime prohibemus. 7, 12 vitam actusque ancillarum dei sive abbatissae. 9,7 abbatissa est constituta. *ibid.* abbatissa ab episcopo ordinata est. *al.* *Klotz.*

Abbi *scriptum est in signaculo* CORP. XV 4927.

Abbir *indecl., n. et f. oppida Africae proconsularis cognominibus distincta, cf. Wilmanns, Corp. VIII p. 102, J. Schmidt, PW. I 21.* CORP. VIII 12344 (= 814, *imperante Philippo*) municipium Iulium ⟨Phi⟩l⟨ippianu⟩m Abbir Cellense. 893 ⟨civita⟩s Abb⟨ir⟩cellens⟨is⟩. CYPR. sent. episc. 16 Successus ab Abbir Germaniciana. **Abbiritānus.** COLL. Carth. a. 411 (Mansi IV 109) Felix episcopus Abbiritanorum maiorum. CONC. Carth. a. 419 (Mansi IV 438) Candidus Abbiritanus alias Germanicianorum. VICT. VIT. 2, 26 Felix Abbiritanus episcopus. NOT. procons. 2 Felix Ab⟨bi⟩ritanus. *duo tantum oppida fuisse statuit Wilmanns, alterum* Abbir maius *sive* Cellense, *alterum* Abbir minus *sive* Germanicianorum. Cyprianus Cellensis *nominatur in* NOT. procons. 45.

Abbius, -a *nom. gent. prognatum ex voce quam infantium lingua creavisse videtur, cf.* Ἄββας, Ἄβας *al.* (*Kretschmer, Einleit. in d. Gesch. d. griech. Spr. p. 336*). CORP. X 8042,3 (*in tegulis Campanis*) L. Abbi Verul. *idem videtur esse quod legitur* CORP. II 5862 Abia C. f. Aminicum ⟨V⟩xsamens., *nisi est* Avia. **Abiēnus,** -a *nom. gent.* CORP. IX 4800 add. C. Abieni C. f. Iucundini ... C. Abienus Eutychus ... Abienae Heliodorae. AMM. 28,1,48—50 Abienus *senator. sed potest etiam* Avienus *esse.* **Abēiēnus,** -a *nom. gent.* INSCR. Orell. 82 (*Pisauri*) Abeienae C. f. Balbinae flaminicae Pisauri et Arimini. *nisi est* Aveiena. **Abātius,** -a *nom. gent., cf.* Atatinus *al.* CORP. VI 7662 C. Abati Iusti, ... Abatia Felicitas. **Abenna,** -ae *m. nom. gent. Etruscorum more fictum.* CORP. VI 7663 M. Abenna Zabda. 10447 M. Abenna M. l. Euphemus. 10448 M. Abenna Probus. 22893 M. Abenna Hilarus. XIV 3311 (*Praeneste*) M. Abenna M. l. Princeps ... M. Abennae Sabinaeo ... M. Abennae M. l. Fausto ... M. Abennae M. l. Lathmo. *mulieres, ut fieri solet, distinguuntur suffixo*: Abennia, -ae: CORP. VI 4557 Abennia L. l. Clara. 10449 Abennia Symposio, Iulia Ti. Caesar. Aug. l. Iconio. XIV 3311 (*Praeneste*) M. Abennae Sabinaeo patri, Abenniae M. l. Hilarae matri. *hinc videtur natum esse* **Abenius** *nom. gent.*: CORP. XIV 493 (*Ostiae*) Sex. Abenio Agapeto ... Sex. Abenius Aprilis. *derivatum* **Abennaeus** *nom. serv.* CORP. V 704 (*in agro Tergestino*) Abennaeus Catti M. s(ervus). *idem* **Abinnaeus** *nom. serv. non coniungendum cum* Habinnas, *quamquam in* CORP. VI 22100 *scriptum est* Q. Marcius Q. l. Habinnaeus. CORP. VI 10330 Abinnaeus Perpernae ser. minist. 10454 Abinnaeus Caesaris Aug. p. 19794 C. Iulius C. l. Abinnaeus. 21156 C. Laterninius C. l. Abínnaeus. XIV 1443 (*Ostiae*) Cn. Pacilius Abinnaeus. IX 5664 (*Treiae*) Q. Fabius Abinnaeus. X 8059, 185 (*in signaculo*) C. Grai Abinnei. VI 28665 (*periit*) C. Vetiu⟨s⟩ Abinaei⟨us⟩. **Abinnius** *nom. gent.* CORP. VI 10455 M. Abinnius Victor. **Abinnericus,** -ī *et* **Abennericus,** -ī *nom. serv.* CORP. IV 2585. 2599. 2600. 2601 (*in vasis*) M. Valeri Abinnerici *et* Abennerici. XV 4900 (*in operculo amphorae*) Abinner(ici). VI 29329 (*saec. II*) Abin·nerichus *cf.* Ioseph. ant. iud. 20, 2,1 Ἀβιννήριγος *vel* Ἀβεννι-. **Abidius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 4798 (*Fori Novi*) C. Abidio T. f. Ste., L. Abidio T. f. Ste. 4799 (*ibid.*) L. Abidius L. l. Dama, Abidia L. l. Salvia, Abidia Polla, Abidia Bassa. V 2187 (*Altini*) Abidia Crescentilla. 3403 (*Veronae*) Abidia Maxima. 4031 (*prope Sirmionem*) P. P. Abidii P. P. f. f. Tilicus Atilianus et Vrbicus. VIII 1451 L. Abidius Faustus Lucilianus. 17722 Abidius Bassus. **Abidiānus,** -ī *cogn.* CORP. V 3662 (*Veronae*) M. Manilius M. f. Pob. Silo Abidianus. VIII 1454 C. Herculeius Abidianus. *vide ne quaedam ex his ad* Avidius *referenda sint.* **Abilius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 10452 Sex. Abilius Trophimus. 10453 Abiliae Paulae. 16713 Abiliae Vener. HIER. chron. a. Abr. 2100 secundus Alexandrinae ecclesiae constituitur episcopus Abilius (SYNC. *ex Eusebio Αἰμίλιος*). PROSP. chron. 507. Abbilius *v. sub* Abbula. Abillius: CORP. XII 4541 (*Narbone*) M. Abillíus M. lib. Gal. Silvanus. *Ἄβίλλιον Romuli ex Hersilia fuisse filium ex Zenodoto Troezenio tradit* PLVT. Rom. 14. *cogn.* Abilleus: CORP. VI 14491 L. Cassi Abillei. **Abiliāna** *cogn. mul.* CORP. II 4149 (*periit*) Abiliana uxor. *vide ne sint quaedam ex his cum* Av- *coniungenda aut pro barbaricis habenda, cf.* Abilus. **Abinius,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 1227 Abinia Secunda. **Abīrius,** -a *nom. gent.* CORP. V 2183 (*Altini, periit*) Abiriae L. l. Maximae. *v. etiam* Abisinius.

Abbōnius *nom. gent.* CORP. VIII 15273 Q. Abbonius Iunianus. CORP. V 3120 (*cf.* add. p. 1074, *Vicetiae*) M. Abonius Acanthus ... adcensus cos. in memoriam Aboni ⟨...⟩rici patroni sui. VIII 14791 (*a. 182*) Q. Abonius ⟨.⟩ fil. Secundus. CORP. VI 15191 Diadumenus Aboni f. qui et Marinus vocitatus est. **Abōniānus** *adi. et cogn.* CORP. VI 1671 hortis Abonianis. IX 1263 (*Aeclani*) C. Flavio Marciano Aboniano.

Abullius, -a *nom. gent.* CORP. VI 10464 M. Abullius Melito. IX 2524 Abull⟨iae⟩ C. fil. Iu⟨stae⟩. 2655 (*Aeserniae, saec. II*) L. Abullio De⟨xtro⟩. 2653. 2653 a. 2654. 2656 (*ibid.*) L. Abullio L. f. Tro. Hym⟨no?⟩. 2690 (*ibid.*) ⟨L. A⟩bullius L. l. Philomusus. 2691 (*ibid.*) Abulliae Vtiae Q. f. Tarentinae. II 2255 (*a. u. c. 735*) Abulliam N. l. Nigellam. 2254 (*periit*) N. Abul⟨l⟩ius Chr⟨e⟩st⟨us⟩. VIII 18794 M. Abullius Arabus. 18915 Abullia Q. f. Maxima. **Abulēnus,** -a *nom. gent.* CORP. X 3766 (*Suessulae*) Abulene ⟨... ine⟩. **Abuccius,** -a *nom. gent.* VARRO rust. 3, 2, 17 L. Abuccius homo, ut scitis, adprime doctus. 3, 6, 6 ut quidem Abuccius aiebat. *monumenti Abucciorum titulos habes* CORP. VI 8117—8172. *ibid.* 200 col. 3, 8 (*a. 70*) L. Abuccius Crescens. 10460 L. Abuccius Trophimus. 10462 Abuccia Polla. 14149 L. Abuccius Ianuari l. Calpurnius Silvester. X 1991 (*Puteolis*) L. Abuccius L. f. Rufus. 6128 (*Formiis*) L. Abuccio Nereo. XIII 2038 (*Luguduni*) Abuccia Euterpe. III 8016 (*in Dacia*) Abuccia Claudiana. VI 10463 Abuciae Trofimen. II 2626 R·specto Abucie servo. *Abucii omnes Luci praenomen habent.* **Aburius,** -a *nom. gent.* M. Aburius *trib. pl. a. u. c. 567* LIV. 39, 4, 3. 39, 5, 11. 41, 14, 5. 41, 15, 5; *idem potest esse* M. Aburius M. f. Gem(inus) *nummorum* CORP. I 306. C. Aburius *legatus ad Masinissam Carthaginiensesque missus a. u. c. 583* LIV. 42, 35, 7; *idem fortasse* C. Aburius Gem(inus) *nummorum* CORP. I 305. D. Aburius Bassus *cos. suff. a. 85* CORP. III p. 855. CORP. VI 10465 Aburiae Genesi. XIV 2457 (*Castrimoenii*) Aburius Genialis. IX 6083 (*Aeclani, in signaculo*) T. Aburi. XI 872 (*Mutinae*) Q. Aburius Q. f. 1331 (*Lunae, imperante Nerone*) Q. Aburio Nepote. 3393 (*Tarquiniis*) C. Aburius Achoristus. 3628 (*Caere*) Aburia C. f. Rufa. 3693 (*ibid.*). II 3669 C. Aburio ⟨. f.⟩ Vel. Monta⟨no⟩. 5849. VIII 18356 L. Aburius Secundin. III † 7582 (*in Moesia inf.*) Nazarini⟨...⟩ fili Aburi⟨...⟩. IX 3726 (*Marruvii*) Aburria N. f. VIII 12491 C. Aburrius Felix Aburrianus. **Aburiānus** *cogn.* CORP. VI 3517 P. Cutio P. f. Pal. Aburiano ... P. Aelius Vlpianus amico. VIII 12491 C. Aburrius Felix Aburrianus. **Aburcius** *nom. gent.* CORP. VI 127 (*a. 86*) L. Aburcius Eutychus. **Aburnius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 1421 (*imperante Hadriano*) L. Fulvio C. fil. Popín(ia) Aburnio Valenti, *est nobilis iurisconsultus, quem nominant* DIG. 1, 2, 2, 53. 4, 4, 33. 32, 78, 6 Aburnius Valens. Q. Aburnius Caedicianus leg. Aug. *Daciae nominatur in tegulis aetatis Hadrianae* CORP. XV 227—234. 603—611. III 1089. VI 10466 L. Aburnius .... 10467 Aburnia Primigenia Aburniae Antiochidi fil. **Aburniānus** *cogn.* CORP. VI 2080,33 (*a. 120*) C. Sentius Aburnianus *senatoris filius.* **Aburtidius** *nom. gent.* CORP. VI 1056, 3, 102 (*a. 205*) Aburtidi Cogitate *vigil.* **Abursidius** *nom. gent.* CORP. VI 2375 a 15 (*imperante Hadriano*) C. Abursidius Severus. **Aburtennius** *et* **Abortennius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 4952 (*Curibus*) P. Aburtennio Prisco, P. Aburtennio Restituto IIII vir. VI 10456 (*periit*) Abortennia Festa fecit Villio Maximo. **Abuttius,** -a *nom. gent. deminutive fictum.* CORP. VI 4505 Abuttia Hilara. 10468 Abuttia Galla mater Abuttiae Romeni filiae. 18954 Graptus Abutti. X 5906 (*Anagniae, a. u. c. 743*) L. Abuttio Laconí. 5914 (*ibid.*) C. Abuttio L. f. Lacon⟨...⟩ aid(ili) sen(atori) cop(tato). *cogn.* CORP. VI 11446 ...⟩us Abuttius. *Otto.*

abbo. GLOSS. II 472,8 *φιλῶ στόματι ὃ λέγεται ἐπὶ βρέφους*: abbo basio. *V.*

Abbo, -nis *m. nom. barbaricum.* CORP. III 12014, 1 (*ad* 6010, 1, *in Illyrico, vasorum inscriptio*) Abbo f(ecit). VEN. FORT. vita Germ. 61 ab Abbone *Rotagiacensi.* BAVDON. vita Radeg. 26 de Burgundia ... veniens ... abbas nomine Abbo. *vide etiam Holder, Altcelt. Sprachsch. I, 6.* *gentilicium* Abbonius, *quod nomini* Abbius *subieci, ab hoc nomine seiungendum puto.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Abboiocum (*genet. plur.*) *gens Hispana.* CORP. II 6294 (*in Hispan. Tarrac.*) Attia Abboiocum ⟨R⟩ectug⟨e⟩ni f⟨i⟩l(ia) Vx(amensis). *Otto.*

abbreviātio, -ōnis *f. ab* abbrevio, *cf. Hauler, Archiv 2 (1885) 452. scripti alicuius redactio in breve vel scriptum in breve redactum*: FAVSTIN. trin. Migne 13, 76 *has quaestiones* . . . non ut librum . . . scribere coeperam, sed ut quasi cuiusdam abbreviationis de fide quaedam taxatio signaretur. AMBROSIAST. Rom. praef. Migne 17, 49 quia abbreviatio facta legis est, quae compendio daret salutem. PS. HIER. Migne 24, 974 in Isaiam parvula abbreviatio de capitulis paucis (*tit.*). IORD. Get. praef. opusculo, quod intra manus habeo, i. e. de abbreviatione chronicorum. ISID. sent. 1, 21, 2 *ad* Is. 28, 22 haec abbreviatio *scripturae sanctae. rerum imminutio*: VVLG. Is. 10, 23 consummationem . . . et abbreviationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terrae (ISID. fid. cath. 1, 61, 8). Is. 28, 22 *et* HIER. comm. Is. Migne 24, 335 consummationem . . . et abbreviationem audivi a domino deo exercituum super universam terram (ISID. sent. 1, 21, 1). ISID. fid. cath. 1, 61, 9 *ad* Is. 10, 23 quae consummatio et abbreviatio praecessura, quae potest esse nisi iudicii futuri?

abbreviātor, -ōris *m.* ISID. prooem. nov. et vet. test. 89 Marcus abbreviator Matthaei.

abbrevio, -āvī, -ātum, -āre *i.* ad-brevio. *Hauler, Archiv 2 (1885) 450.* [*francog.* abréger *M.-L.*]

1 *in brevius redigere*: FAVENT. architect. tit. M. Ceti Faventini artis architectonicae privatis usibus adbreviatus liber. AVR. VICT. Caes. tit. Sextus Aurelius Victor de Caesaribus sive historiae abbreviatae pars altera. VEG. mil. 3 praef. quae (*Martii operis praecepta*) per diversos auctores librosque dispersa . . . mediocritatem meam abbreviare iussisti. RVFIN. Orig. Rom. praef. hoc quindecim voluminum corpus . . . adbreviem et ad media . . . spatia coartem. AVG. hypomn. c. Pelag. praef. 2 tamquam hypomnesticon abbreviatum hunc facere libellum curavi. ISID. orig. 2, 29 tit. de divisione definitionum ex Marii Victorini libro abbreviata. AMBROSIAST. Rom. Migne 17, 47 multa in veteribus tradita sunt, quae misericordia dei abbreviavit. 17, 146 quae (*salus*) abbreviata ex lege est . . . abbreviata . . . lege reliquiae Iudaeorum salvantur. **2** *praecidere, interrumpere*: ITALA (Hier. comm. Ezech. 7, 10 Migne 25, 69) I Cor. 7, 29 tempus . . . abbreviatum est (*ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστίν*). ITALA (Hier. comm. Dan. 7, 25 Migne 25, 558) Matth. 24, 22 *seu* Marc. 13, 20 (*cf.* AVG. epist. 198, 5 fuissent) nisi abbreviati essent dies illi, nequaquam salva esset omnis caro (*εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι* VVLG. nisi breviasset dominus dies). AMBR. in psalm. 38, 22 abbreviavisti dies vitae humanae, qua vivimus. Iob 1, 5, 14 abbreviabo horas, ubi ascenderit crucem. HIER. comm. Is. 28, 22 (Migne 24, 336) siquidem quod dominus tempore differebat vincula captivitatem atque supplicia sive ultimum iudicii diem iam rebus expleturus est et consummaturus et abbreviaturus (ISID. fid. cath. 1, 61, 9 quae consummatio et adbreviatio praecessura, quae potest esse, nisi iudicii futuri?). comm. Ezech. 7, 10 (Migne 25, 68) 'contracta est', inquit, 'dies et abbreviata instatque vicina captivitas'. VVLG. Dan. 9, 24 septuaginta hebdomades abbreviatae sunt. HIER. comm. Matth. 24, 22 (Migne 26, 185) 'nisi breviati fuissent dies' . . . abbreviatos dies non secundum deliramenta quorundam, qui putant temporum momenta mutari . . ., sed iuxta temporum qualitatem sentire debemus, i. e. abbreviatos non mensura, sed numero, ut quomodo in benedictione dicitur 'longitudine dierum replebo eum' (ps. 90, 16), sic et nunc abbreviati dies intelligantur, ne temporum mora fides concutiatur credentium. OROS. apol. 28, 9. FAVST. symb. 2 (Caspari anecd. I 332) vere post hoc adbreviatum triduum resurrexit *Christus*, adbreviatum utique, ut . . . . CANON. 4, 3 conversio et fides eorum tempus abbreviabunt. CORIPP. Ioh. 4, 231 abbreviata dies infanda et pessima regni est (*sic Partsch,* alii breviata *cod. T*). PS. AVG. serm. 280, 5 cogunt presbyterum, ut abbreviet missam. ITALA (Gaudent. Migne 20, 953) Is. 10, 23 quoniam verbum abbreviatum faciet dominus super terram (*ὅτι λόγον συντετμημένον κύριος ποιήσει ἐν τῇ οἰκουμένῃ*). ITALA (Hier. comm. Is. Migne 24, 335) Is. 28, 22 vos nolite laetari ne confortentur vincula vestra, quia consummatas et abbreviatas res audivi a domino deo Sabaoth (*διότι συντετελεσμένα καὶ συντετμημένα πράγματα ἤκουσα*). AMBR. Tob. 20, 79 'verbum consummans et brevians faciet dominus super terram' (Rom. 9, 28 *secundum* Is. 10, 23), hoc est ex multis ratiociniis abbreviata tibi summa conveniat. VVLG. Is. 10, 22 *et* HIER. comm. Is. (Migne 24, 143) consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Rom. 9, 28 verbum . . . consummans et abbrevians in aequitate, quia verbum breviatum faciet dominus super terram (*cf.* LXX Is. 10, 23; Hier. Migne 24, 243; Cassian. Nestor. 6, 3). **3** *debilitare, imminuere*: VVLG. Is. 50, 2 numquid abbreviata est et parvula facta est manus mea? Is. 59, 1 ecce non est abbreviata manus domini ut salvare nequeat (*cf.* HIER. *ad loc.* Migne 24, 597). Micha 2, 7 numquid abbreviatus est spiritus domini? (*cf.* HIER. *ad loc.* Migne 25, 1169 num larga eius misericordia et clementissimus spiritus, qui late et abundanter ortus est omnibus, tantum in nobis abbreviabitur et severus erit?) ISID. expos. gen. 5, 31, 7 (Migne 83, 277) quia populus . . . valde imminutus atque abbreviatus est. **4** *coercere minutionibus*: NOVELL. 42, 48 competens est eos (*parentes*) imitantes legem non vehementer magnis eos (*filios*) adbreviare minutionibus (*συστέλλειν ταῖς ἐλαττώσεσιν*). 8, 1 subiecimus descriptionem huic nostrae sacrae legi declarantem, quid competat unamquamque administrationem nostram praebere . . . occasione codicillorum aut praeceptorum. unde et illud abbreviatum est, ne praestet ille maximum damnum (*ὥστε ἐκεῖνό τε συνεστάλθαι i. ut exiguum sit*). 73, 1 ut abbreviemus probationes (*ἵνα συστέλλωμεν τὰς ἀποδείξεις*). 105, 4 ab eis faciendas expensas adbreviantes, a nobis autem largitatem non minorantes. 3, 2 *verba φυλαξόμεθα τοιοῦτό τι πράττειν καὶ χειροτονηθησομένους . . . στέλλειν interpres falso vertit* 'cavemus tale aliquid agere, et ordinandos adbreviamus' *pro* 'nos ipsi cavebimus tale quid facere et ordinandos mittere'. *Bannier.*

Abbula, -ae *cogn. mul. barbaricae, ut videtur, originis.* CORP. XIII 1877 (*Lugudun*) d. m. . . . ⟨P⟩lacidi Pervinci ⟨v⟩et. leg. XXII et Tiburiae Abbulae, Pervincia Placid⟨i⟩ana filia. **Abbilius** *officinatoris nomen adfert Holder, Altcelt. Sprachsch. I 6. Otto.*

abbundio, -īvī, īre. LEX Sal. 14, 4 si quis hominem, qui migrare voluerit et de rege habuerit praeceptum et abbundivit (abmundivit, abundivit, *sim. alii codd.*) in malum (*i.* mallum) publico et aliquis contra ordinationem regis testare praesumpserit '*der einwandernde öffnet das praeceptum regis feierlich in öffentlicher versammlung' Müllenhoff apud Waitz, das alte Recht d. sal. Franken p. 276. V.*

Abda *indecl. m.*, עַבְדָּא, *Ἀνδών, Ἀβδᾶς, nom. vir. hebr.* VVLG. III reg. 4, 6. II Esdr. 11, 17. HIER. nom. hebr. p. 40, 21 Abda: servus eius. *cf.* Obdia.

Abdacus *m. nom. semiticum, cf.* Abda. CORP. VIII 10533 (*Carthagine*) C. Fiduculanius C. l. Abdacus.

Abdaeus *m., Ἀβδαῖος, nom. semiticum, cf.* Abda. CORP. X 1990 (*Puteolis*) Abdaeus Caes. n. ser. Ulpiae maritus. Abdaes *m.* CORP. VI 19521 (= I 1058) C. Sepulli(us) C. l. Abdaes, Hordionia C. l. Marta. *Otto.*

Abdagaeses, *Iosepho Ἀβδαγάσης, Parthus nobilis.* TAC. ann. 6, 37 *et* 44 Abdagaeses. 36 *et* 43 Abdagaesen *acc. Diehl.*

Abdalgulla *f. nom. semiticum, cf.* Abda. CORP. VI 27316 d. m. Thabibu matri optimae Abdalgulla f. *Otto.*

Abdalonymus, -ī, *Ἀβδαλώνυμος, nom. semiticae linguae accommodatum graecae, cf.* Abda *al.* rex ab Alexandro Sidoniae constitutus IVST. 11, 10, 8. CVRT. 4, 1, 19 Abdalonymum. 4, 1, 21. 23. 26. *Diehl.*

Abdara *v.* **Abdera.**

Abdaretās, -ae, עבדחרתת, *nom. vir. semiticum.* CORP. inscr. semit. II 1, 159 (*Romae, titulus aramaicus latinus*) Abgarus Eutychi f. Petraeus Abdaretae cognato suo Estechi f.

Abdās, -ātis *et* -ae *m.*, עבדאס, *nom. semiticum.* CORP. IX 6083, 6 (*in signaculo*) P. Aemili Abdatis. XV 4928 (*in vasculo*) Abd(as?). CASSIOD. hist. 10, 30 (*Ἄβδας*) de virtutibus Abdae apud Persas episcopi. Abdas quidam. evocavit Abdam. *Otto.*

Abdatratus, -ī, *Ἀβδάστρατος, rex Tyrius.* IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 122. *v. l.* Abdatractus. *Diehl.*

Abdeae *statio in Mesopotamia.* TAB. Peut. 11, 5. *Otto.*

abdecet non decet GLOSS. PELAG. 2 *de equis*: cauda longa et non setosa . . . abdecet. *V.*

Abdeēl *indecl. m.*, עַבְדְּאֵל. VVLG. Ier. 36, 26. HIER. nom. hebr. p. 53, 12 Abdihel: serviens deo. *Otto.*

[**Abdelum,** -ī] *opp. Pari.* SOL. 11, 26 marmore Paros nobilis, Abdelo oppido frequentissima. *perperam sumpsit ex* PLIN. nat. 4, 67 Parus cum oppido, ab Delo XXXVIII, marmore nobilis. *Diehl.*

Abdemelech *indecl. m.*, עַבְדְ־מֶלֶךְ, *Ἀβδεμέλεχ, nom. semiticum.* HIER. nom. hebr. p. 53, 13 Abdemelech: servus regis. VVLG. Ier. 38, 7 Abdemelech Aethiops. 8. 10. 11. 12. 39, 16. PS. AMBR. spir. sanct. 2, 111. 114 eris igitur et tu Abdemelech, hoc est assumptus a domino, si de profundo gentilis imprudentiae levaveris dei verbum. THEOD. terr. sanct. 6 Abdimelech (*codd. male* Abimelech). *Otto.*

Abdemonus, -ī, *Ἀβδήμουνος, al. Ἀβδήμων, vir Tyrius.* IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 120 Abdemonus. 115 Abdemonum. *Diehl.*

Abdenago *indecl. m.*, עבד נגו, *Ἀβδεναγώ, nom. chaldaicum.* HIER. nom. hebr. p. 55, 29 Abdenago: serviens taceo. VVLG. Dan. 1, 7. 3, 12. 14 *al.* NOT. Tir. 128, 11. *Otto.*

Abdēra, -ae, *Ἄβδηρα.* **1** *opp. Thraciae Democriti Protagoraeque patria, opp. Baeticae Hispaniae. nomin.* Abdera: OV. Ib. 467 aut te devoveat certis Abdera diebus. *nota* MARC. med. 382, 5 *hexametri pedem quintum*: Abdĕra *v. i.* (MARC. *licentiose graecorum nominum prosodiam tractat*). CIC. Att. 4, 17, 3 hic (*Romae*) Abdera (*propter senatorum stupiditatem*). PLIN. nat. 4, 42. 73 AMM. 22, 8, 3 HIER. chron. a. Abr. 1364. Abdere MELA 2, 29 urbs quam soror *Diomedis* suo nomine nominavit Abdere (*Thraciae. idem narrat* MART. CAP. 6, 657). *acc.* Abderam: PLIN. nat. 6, 217. 25, 94 IVL. VAL. 1, 49 ITIN. Alex. 8. LIV. 45, 29, 6 praeter . . . Maroneam et Abdera. cis . . . (abderati *V*). *voc.* ARNOB. nat. 5, 12 o Abdera, Abdera ⟨dares⟩ quantas vias mortalibus inridendi. *ad Baeticae oppidum nota*: MELA 2, 94 Abdera (*Straboni Ἄβδηρα*). PLIN. nat. 3, 8 Abdara (*Ptolemaeo Ἄβδαρα*). RAVENN. p. 305, 3 Abdera. p. 343, 10 Aderia. **2** *translate*: MARC. med. 382, 5 quod Cous docuit senior quodque Abdera suasit: *Hippocrates subintellegitur et Democritus. cf.* ARNOB. nat. 5, 12. *adi.* **Abdērītēs,** -ae, *Ἀβδηρίτης. Abdera ortus. nomin.*: LABER. mim. 71 Democritus Abderites physicus philosophus (VITR. 9, 6, 3). CIC. Brut. 30

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Protagoras Abderites (Qvint. inst. 3, 1, 10). *gen.*: Mart. Cap. 2, 110 quoddam Abderitae senis alimma. *acc.*: Sol. 3, 5 Democritum Abderiten (Min. Fel. 8, 3). *abl.* Cic. de orat. 3, 128 de Protagora Abderita. *plur.* Liv. 43, 4, 8 Abderitae legati. *plur. subst.* Abderitae, -arum. *Abderae (Thraciae) incolae.* Ivl. Val. 1, 48 Abderitae. Liv. 38, 41, 9 Abderitarum (Ivl. Val. 1, 48). 43, 4, 13 Abderitis. 12 Abderitas (Vitr. 7, 5, 6). 43, 4, 11 de Abderitis. *adi.* **Abdērītānus,** -a, -um. Mart. 10, 25, 4 Abderitanae pectora plebis habes (*stupidus es*).

Abderus, -ī, *Ἄβδηρος. Diomedis, Thraciae regis, servus.* Hyg. fab. 30 p. 64, 17 cum Abdero famulo. *v. Hirschfeld, Hübner, Tümpel, PW. I 22.* *Diehl.*

Abdī *indecl. m.*, עַבְדִּי, *Ἀβαΐ, Ἀβδί, Ἀβδία, nom. hebr.* Vvlg. I par. 6, 44. II par. 29, 12. I Esdr. 10, 26.

Abdias, -ae *m.*, עבדיהו *Ἀβδιού et Ἀβδίας*, עובדיה *et* עבדיה *Ὀβδιού* (*sic propheta*), *nom. vir. hebr.* *propheta*: Abdiu Lib. gener. 333, 20. Abdeus Chron. Alex. 271. Abdia Hier. nom. hebr. p. 52, 7. Gramm. suppl. 97 hebraica nomina in as desinentia primae sunt declinationis ut hic Elias huius Eliae, sic . . . Abdias. Hier. nom. hebr. p. 52, 7 Abdia: servus domini. comm. Tit. 1, 1 Vvlg. Abd. 1, 1 Hier. epist. 108, 13 Avg. civ. 18, 31 Hier. chron. a. Abr. 1086 Prosp. chron. 125 Isid. orig. 7, 8, 17 Not. Tir. 121, 98 *al.* Abdiae *alii*: Vvlg. III reg. 18, 3. 5. I par. 27, 19. II par. 34, 12. *Otto.*

abdicātio, -ōnis *f.* Gloss. *ἀποκήρυξις.* abdicatione: excisione (*num* exclusione?). *v. Neumann, PW. I 24.*

I *depositio muneris*: Liv. 6, 16, 8 abdicatione dictaturae.

II *expulsio filii vel exheredatio*: Sen. contr. 1, 8, 6 ille abdicationem virtute delevit. 2, 1, 15 haec est divitis quarta abdicatio. 2, 1, 17 abdicationem filius meus non timet. 2, 1, 28 quos abdicatione non potuit terrere. 7, 1, 26. 3, 3. 7. 10, 2, 4. 11. Val. Max. 6, 9 ext. 2 patrem . . . abdicationis iniungentem notam. Plin. nat. 7, 150 abdicatio Postumi Agrippae post adoptionem. Qvint. inst. 3, 6, 77 abdicatio actio non est. 7, 1, 15. 7, 4, 10. 24. 27. 29. 9, 2, 88 decl. 256 p. 47. 257 p. 49. 258 p. 52. 259 p. 55 in omnibus . . . abdicationis controversiis. p. 59. 271 p. 109 communis omnibus ex abdicatione pendentibus controversiis quaestio. p. 112. 275 p. 124. 279 p. 136 illa omnibus fere abdicationum iudiciis vulgata. 281 p. 145. 283 p. 149. 286 p. 151. 290 p. 158 *al.* Ps. Qvint. decl. 2, 14 *al.* Calp. decl. 30 *al.* Sol. 1, 49 abdicatio (ablegatio Plin. nat. 7, 149) Agrippae post adoptionem. Svlp. Vict. rhet. p. 350. Zeno tract. 2, 23 *deus nos* filios vocat, ut abdicatio timeatur. Ambr. exam. 5, 4, 10 tu, o homo, docuisti abdicationes patrum in filios, separationes odio offensas. Prosp. voc. omn. gent. 2, 20 quales reprobat abdicatio, tales adoptat electio. resp. ad cap. Gall. 1, 8 in parvulorum adoptione aut abdicatione. Sidon. epist. 4, 23, 1 dignum abdicatione, cruce, culleo *filium*. Cod. Iust. 8, 46 (47), 6 abdicatio, quae Graeco more ad alienandos liberos usurpabatur et apoceryxis dicebatur. Cassiod. hist. 6, 44. Isid. syn. 1, 12 *me* repudiant omnes, abdicationem intendunt. **III** *renuntiatio sive abiectio*: Tert. spect. 1 abdicatione voluptatum. 3 abdicationem spectaculorum. 14. Zeno tract. 1, 12, 6 mundum abdicatione calcandum. Ambr. fug. saec. 2, 7 haec . . . vera est sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum. Pavl. Nol. epist. 3, 2 abdicatione saeculi et repulsa carnis. Avg. epist. 34, 2. Ps. Avg. serm. 99 mala est eius rei possessio, cuius abdicatio fructuosa est. Leo M. serm. 72, 5 declinatio vanitatis et abdicatio omnis erroris. Cassiod. hist. 2, 5 tit. de abdicatione Arii. Cod. Iust. 6, 31, 6, 2 suam abdicationem *hereditatis* revocare.

abdicātīvus, -a, -um. *t. t. dialect. negativus* (*ἀποφατικός*). Ps. Apvl. herm. p. 266 aliae *propositiones* dedicativae sunt (*καταφατικαί*) . . ., aliae abdicativae, quae abdicant aliquid de quopiam. *ibid. passim.* Mart. Cap. 4, 411 secundus modus *syllogismorum* est, in quo conficitur ex universali dedicativo et universali abdicativo universale abdicativum directum. *passim.* *adv.* **abdicātīvē:** Mart. Cap. 4, 409 et dedicative et abdicative concludi potest.

abdicātrīx *f.* Salv. eccl. 2, 52 *puniuntur* sola . . . avaritia et abdicatrix misericordiae inhumanitas.

abdico, -āvī, -ātum, -āre. Gramm. IV 569 abdico (abduco *codd.*) filium domo *ἐξωθῶ τὸν παῖδα τῆς οἰκίας, ἀρνοῦμαι τὴν οἴκησιν τῷ παιδί*, abdico me praetura *παραιτοῦμαι τὴν ἀρχήν, ἀπαγορεύω τῇ ἀρχῇ*. Gloss. *ἀποκηρύσσει* denegat, abominat; exheredat, filium pellit de suo iure; alienat, abicit, repellit, expellit; respuit, repudiat, derogat, detrahit. abdicatus refutatus. -um exclusum vel foedatum. *Hauler, Archiv 3 (1886) 92.* *vetustioris usus ex sermone publico sumpta de liberis* (II) *et magistratu* (III), *illud rhetoribus et ex poetis Pacuvio, Ovidio, Senecae tragico, Martiali, hoc historicis frequentatum. latior Plini usus* (IV. V), *recentiora alia* (VI. VII). abdīcor, abdīcas Drac. *v. p. 54, 21 et p. 55, 69.* abdicare *et* abdicere *miscent recentiores*: Gloss. abdixit: avertit, amovit. *cf.* abdīco *p. 56, 28.*

I *i. q. negare*: Non. 450 abdicare non solum de patris facto potest dici, quod est familia abicere, sed rem quamlibet negare. Pacuvius Atalanta (trag. 55): mortem ostentant, regno expellunt, consanguineam esse abdicant. Ps. Apvl. herm. p. 266 aliae propositiones sunt abdicativae, quae abdicant aliquid. *ibid.* abdicat enim voluptati inesse bonitatem.

II *de patre*: Pacvv. trag. 343 te repudio nec recipio, natum abdico (naturam dico *codd.*). Ov. epist. 4, 128 *Hippolytum Theseus* fugit et

factis abdicat ipse suis. Sen. contr. 1, 1, 1. 2. 4. 6. 8. 9. 10. 11 adoptavi te, cum abdicatus es: cum adoptas (abdicas *codd.*), abdico. 13 an abdicatus non desinat esse filius. 14 an adoptatus abdicari possit. 18 ne abdicarer a patre. 20. 23. 1, 4, 1. 6 *al.* Val. Max. 5, 7, 2 cum abdicare filium suum iuberetur. Sen. Med. 507 placare natis :: abdico, eiuro, abnuo. Qvint. inst. 3, 6, 77 non licet abdicare filium. 97. 102 abdicatum quoque inter liberos esse. 4, 2, 95. 98. 7, 1, 14. 21. 7, 2, 17. 7, 4, 4. 11 quae in scholis abdicatorum, haec in foro exheredatorum. 26. 27. 9, 2, 88. 89. 11, 1, 59. 82. decl. 256 p. 47. 257 p. 48. 49 cum abdicetur filius. 258 p. 52. 54. 259 p. 55. 59 filiam abdicas. p. 61. 260 p. 63 *al.* Ps. Qvint. decl. 1, 16 quasi abdicaret, quasi expelleret. 3, 18. 17, 13 *al.* Calp. decl. 14 tit. abdicatus patrem liberans. 30 qui et suos abdicat et adoptat alienos. *al.* Svet. Aug. 65 *Augustus* Agrippam . . . abdicavit seposuitque Surrentum. Tib. 15 Tert. apol. 3. Iren. 4, 8, 3 fratres suos non agnovit et filios suos abdicavit. 4, 41, 3. Lact. inst. 2, 14, 6 pater abdicavit atque expulit filium. 4, 4, 5. 11, 7. 20, 5 *al.* Non. 450 *cf. p. 53, 77.* Fortvn. rhet. p. 88. 103. Svlp. Vict. rhet. p. 350 an patres ex lege habeant abdicandi potestatem. Vir. Ill. 17, 1 filium Caesonem . . . abdicavit. Ambr. exam. 5, 18, 58 quis docuit nisi homo filios abdicare? 6, 4, 22 Cain et Ab. 2, 9, 38 Hier. in II Cor. 6 Mart. Cap. 5, 470. Drac. carm. 8, 96 abdīcor crimine nullo (*Paris*). Ennod. dict. 23. Cassiod. hist. 6, 44 expulit eum (*filium*) sua domo et coram omnibus abdicavit. *addito unde*: Char. gramm. I 295 abdico filium domo. *cf.* Diom. gramm. I 315 *et* Gramm. IV 569, *v. p. 53, 66.* Dict. 3, 26 filium suum . . . abdicandum a penatibus suis decrevit. Ps. Cypr. adv. Iud. 3 fugari de regno, abdicari hereditate. *nota*: Qvint. decl. 298 p. 177 abdicent me licet boni mores. Qverol. 4, 2 exheredasti nos, thesaure: quonam (quoniam *codd.*) redituri sumus tot abdicati? Ambr. patr. 3, 10 *iustus* abdicat posteritatem, quae patrium non servaret affectum. *de filio*: Liv. 40, 11, 2 *Quinctium* sibi *Demetrium* abdicato patre in locum tuum (*Philippi patris*) substituit. Cvrt. 4, 10, 3 fastidio esse *Alexandro* patriam, abdicari Philippum patrem. *de marito*: Firm. math. 5, 14, 4 proprias abdicabunt uxores. Serv. Aen. 2, 156 prius se abdicaret ab ea (*familia*), in qua fuerat. Salv. eccl. 3, 25 cur eos a natura expellitis et quasi a iure sanguinis abdicatis? *de avibus*: Ambr. exam. 5, 18, 60 *aves* magis a tenero pullos suos instituere . . . ad praedam, quam pastus abdicare conpendiis. *ibid.* quod *aquila* suos abdicet fetus. *cf.* 61. *translate de natura vel deo homines abiciente*: Plin. nat. 2, 154 *terra nos* novissime conplexa gremio iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens. Tert. haer. 37 ego sum heres apostolorum . . . vos certe exheredaverunt semper et abdicaverunt. Ps. Cypr. dupl. mart. 40 adv. Iud. 3. 6. Lact. inst. 4, 20, 5 abdicato et exheredato populo Iudaeorum. Ambr. vid. 3, 20 Ambrosiast. Rom. 4, 23. 9, 25. Salv. gub. 5, 61 abdicare (abdica te *Halm*) . . . a te ipso, ne abdiceris a Christo. Cassiod. in psalm. 68, 9.

III *magistratu sim. cedere*: *reflexive*: Piso hist. 27 Cn. Flavius . . . dicitur . . . scriptu se abdicasse (*cf.* Liv. 9, 46, 2 iurasse se scriptum non facturum). Cic. Att. 6, 1, 4 tutela cogito me abdicare. *cf.* Vlp. reg. 11, 17 si abdicaverit se tutela, desinit esse tutor; abdicare autem est dicere nolle se tutorem esse. Modestin. dig. 1, 5, 21 homo liber, qui se vendidit, manu missus non ad suum statum revertitur, quo se abdicavit. magistratu: Cic. Cat. 3, 15 div. 2, 74 rep. 2, 61 leg. 2, 31 Liv. 4, 47, 6. 5, 9, 8. 5, 11, 11. 5, 17, 3. 5, 31, 9. 6, 27, 5. 6, 38, 6. 8, 3, 4. 8, 15, 6. 8, 17, 4. 8, 18, 13 *al.* consulatu: Fast. Cap. a. 731 Liv. 2, 2, 10. 2, 21, 3. 3, 29, 3. 6. 3, 54, 5. 6. 4, 15, 4 Vell. 2, 22, 2 Val. Max. 1, 1, 3. praetura: Cic. Cat. 3, 14. 4, 5 Svet. Claud. 29 Capitol. Aur. 12, 4. censura: Liv. 9, 42, 3. 27, 6, 18 Frontin. aq. 5. dictatura: Caes. civ. 3, 2, 1 Liv. 2, 31, 10. 3, 29, 7. 4, 24, 6. 5, 23, 7. 6, 1, 4. 6, 29, 10. 7, 11, 9. 8, 40, 3. 9, 26, 18. 9, 34, 13. 14. 27, 6, 12. Liv. 4, 34, 5 iussoque magistro equitum abdicare se magistratu. 9, 34, 21 censores post mortem collegae se magistratu abdicarunt. 30, 39, 8 aediles plebis vitio creati magistratu se abdicaverunt. 37, 51, 6 praetorem magistratu abdicare se conantem. 39, 39, 9 aedilitate se abdicaturum. 40, 42, 8 duumvirum navalem . . . pontifex magistratu sese abdicare iubebat. Flor. 3, 14, 5 ut *tribunus pl.* abdicare se magistratu cogeretur. Pomp. dig. 1, 2, 2, 24 omnes *quaestores parricidi* magistratu se abdicarent. Avr. Vict. Caes. 12, 2 *Nerva* semet eo (*imperio*) abdicavit. Paneg. 9, 16 se abdicasset imperio. Vir. Ill. 21 decemviros abdicare se magistratu coegerunt. Avg. civ. 2, 17. Svlp. Sev. chron. 2, 51, 6 sponte se episcopatu abdicaverat. *active*: Sall. Cat. 47, 3 abdicato magistratu. Liv. 2, 28, 9 abdicare consulatum iubentes. 5, 49, 9 causa . . . non abdicandae post triumphum dictaturae. 6, 18, 4 vinculorum suorum invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset. 6, 39, 1 inter priorem dictaturam abdicatam novamque a Manlio initam. 28, 10, 4 dictator magistratu abdicato . . . in Etruriam . . . est profectus. Lampr. Alex. 48, 5 abdicantem . . . imperium et mori paratum. *absolute*: Fast. Cap. a. 303 *consules* abdicarunt, ut decemviri consular⟨i imperio fierent⟩. a. 731 ⟨imp.⟩ Caesar Divi f. C. n. Augustus XI. abd(icavit) in eius loc(um) factus est ⟨L. Sestius⟩. Lex rep. (Corp. I 198) 72 = 79 sei is praetor . . . ⟨eo magistratu⟩ ioudiciove inperiove abierit, abdicaverit mortuosve erit. Cic. nat. deor. 2, 11 augures rem ad senatum; senatus, ut abdicarent consules; abdicaverunt. Liv. 4, 34, 5 ipse deinde abdicat . . . reddito in pace imperio. 8, 37, 1 *dictator* priusquam ab-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dicaret, consules creavit. 9, 33, 4 nulla vi compelli, ut abdicaret, potuit. INSCR. christ. Rossi II p. 69, 38, 31: postquam et cenobia quatuor construxit ac abdicavit. *item reflexive*: PAPIN. dig. 1, 18, 20 legatus Caesaris ... abdicando se non amittit imperium. VLP. reg. 11, 47 in iure cedere ... tutela testamento datus non potest, nam et legitimus in iure cedere non potest, abdicare se non potest. *transitive: expellere aliquem magistratu*: PLIN. nat. 6, 89 eligi regem liberos non habentem et, si postea gignat, abdicari. DIOM. gramm. I 316 abdicor praetura. SCHOL. Iuv. 11, 91 minitatus abdicaturum se eum magistratu. HEGES. 1, 43, 7 ut ... regno abdicaretur *Herodes*. PS. CYPR. adv. Iud. 6 ipsi abdicaverunt regem modestissimum. MARC. COM. p. 84, 6 episcopus ... ab ... patribus sacerdotio abdicatus est. p. 92, 11 quem ... Orestes imperio abdicavit. *cum dativo*: VIR. ILL. 64, 4 Octavio ... magistratum abdicavit (*sic solus Bruxell.; rel.* abrogavit).

IV *i. q. abicere, excludere*: PLIN. nat. 2, 82 a sidere caelestis ignis expuitur praescita secum adferens, ne abdicata quidem sui parte in divinis cessante operibus. 4, 31 *Penius* accipit amnem Horcon, nec recipit, sed olei modo supernatantem ... brevi spatio portatum abdicat. 10, 16 Marius in totum ea (*signa*) abdicavit (*i. sustulit*). 33, 6 utinam quo posset *aurum* e vita in totum abdicari. ITALA (Iren. 3, 21, 9 Ambr. ev. Luc. 3, 40 Hier. epist. 96, 12) Ier. 22, 29 scribe virum hunc abdicatum (ἐκκήρυκτον). TERT. apol. 6 Serapidem et Isidem et Arpocratem ... Piso et Gabinius consules ... eversis etiam aris eorum abdicaverunt. IREN. 2, 20, 2 Iudas ... abdicatus est et eiectus *e numero duodecim*. AMBR. fid. 5, 14, 182 vitiis abdicatis. ev. Luc. 7, 140 delicias abdicandas. 145 intemperans motus temperantia corporis abdicatur. FVLG. myth. 1, 5 hunc (*Plutonem*) etiam tenebris (*i. ad tenebras*) abdicatum dixerunt. HEGES. 4, 8, 9 nobis solis *civitas* intercluditur, soli abdicamur, soli expellimur. PAVL. NOL. carm. 10, 49. AVG. ad fratr. erem. 69 carnalia abdicantes. epist. 181, 9 remotis abdicatisque omnibus, quibus ... caligabat aspectus. SVLP. SEV. dial. 18, 2 COD. Theod. 6, 22, 1. CASSIAN. inst. 4, 36, 1 tollere aliquid praesumas ex his quae renuntians abdicasti (*cf. ibid.* ne quid aliquando eorum resumas, quae renuntians abiecisti). 5, 11, 2. 7, 12 conl. 10, 4. LEO M. serm. 16, 5 hos ... homines ab amicitia vestra penitus abdicate. epist. 35, 3 sententiam abdicare. 120, 3 abdicata veritate atque approbata falsitate. app. cod. can. eccl. 59, 11 hunc abdicari et eici debere. SALV. gub. 2, 4, 19 gemmas regias abdicat, crispantia auro ... indumenta deponit. eccl. 3, 15, 61. ENNOD. epist. 2, 19 tropaei gustus abdicari imperat lucis affectum (*i. vitae amorem*). 4, 14. CASSIOD. hist. 4, 24 abdicamus ... illos et extra terminos ecclesiae abicimus. 2, 5 Arium abdicarunt. 4, 20. 5, 20. 35. 36 *al.* GREG. TVR. glor. mart. 106 carnalibus desideriis abdicatis. LEG. Visig. 12, 3, 1 *lex* de omnium haeresum erroribus abdicandis promulgata. 5, 7, 17. GREG. M. hom. in Ez. 1, 4, 5. ISID. Goth. 53 abdicans ... perfidiam (*i. fidem Arii*).

V *i. q. prohibere, aspernari*: PLIN. nat. 5, 73 *gens* praeter ceteras mira, sine ulla femina, omni venere abdicata. 7, 117 te (*Cicerone*) dicente legem agrariam ... abdicarunt tribus. 15, 135 laurus ... abdicat ignes crepitu. 16, 226 *ligna* crispa ... glutinum abdica⟨n⟩t. 17, 170 plerique austros optant, Cato abdicat. 20, 19 Democritus ... ea (*rapa*) abdicavit in cibis. 23, 18. 25, 147 antiqui (aliqui *codd.*) et mandragora utebantur, postea abdicatus est in hac curatione. 26, 12. 28, 172. 30, 96. 37, 26 *crystallus* caloris inpatiens, nisi in frigido potu, abdicatur. 37, 91. MART. 5, 56, 7 si versus facit, abdices poetam. SVLP. AP. perioch. Ter. Andr. 10 Chremes recusat nuptias, generum abdicat. TERT. castit. 13 *feminae quaedam* sponte matrimonio abdicato assenescunt. PANEG. 12, 15 abdicandis vitiis adoptandisque virtutibus. CHAR. gramm. I 91 quam vocem tametsi novitas abdicavit, declinatio eius tamen manet. FVLG. myth. 1 praef. litterarios mercatos (*i.* -tus) abdicare. AMBR. epist. 18, 12 non exquisita, sed abdicata lenocinia. de virg. 17, 110 PAVL. NOL. carm. 31, 391 AVG. epist. 181, 6. BACHIAR. prof. fid. 1 cuius (*gentis Moab*) origo ... ab ecclesiae foribus abdicatur. MACR. somn. 1, 2, 6 quae ex his (*fabulis*) a se abdicet *philosophia* ac ... excludat. COD. Theod. nov. 22, 1, 9 abdicando donationes. LEO M. epist. 15, 16 quod illi abdicando impugnant, isti recipiendo corrumpunt. SIDON. epist. 9, 9, 13. DRAC. carm. 9, 128 prostratis ... busta negas (*Achilles*) mortesque sepulchris abdīcas. CASSIOD. var. 11, 40 hist. 9, 14 LEG. Visig. 12, 2, 2. NOVELL. 42, 1, 1 quod commune quoddam et abdicandum sanctissimis ecclesiis immitteret bellum.

VI *privare vel liberare*: *cum abl.*: CIC. Phil. 3, 12 eo die se non modo consulatu, sed etiam libertate abdicavit. SOL. 35, 9 venere se penitus abdicaverunt. LACT. inst. 2, 1, 16 ipsi ... se ... hominum nomine abdicant. 3, 10, 14 vitam pecudum secutus humanitate se abdicat. 5, 19, 3 seque ipsos sensibus spoliant, ratione abdicant. PANEG. 10, 7 terrarum se curis abdicaverit. PANEG. 12, 28 vita sese abdicare compulsus est. DON. Ter. Phorm. 367 multi ... tales fiunt, ut cognitione abdicandi sint. AMBR. exam. 3, 5, 23 qui se abdicant intemperantiae saecularis illecebris. Cain et Ab. 2, 4, 14 fug. saec. 2, 7 poen. 1, 2, 5. 2, 11, 106. AMBROSIAST. II Cor. 12, 7 ne laborum suorum fructibus abdicentur. LEO M. serm. 33, 3 benedictionem ... qua se filii carnis abdicant. COD. Theod. 10, 21, 2 quisquis vetito se ... non abdicavit indutu. *cf.* COD. Iust. 11, 9 (8), 2. *cum* ab: SOL. 31, 3 a divitiis paupertate

se abdicaverunt voluntaria. LEO M. serm. 26, 4 qui ... a generatione Christi non metuunt abdicari. PROSP. voc. omn. gent. 2, 4, 1 SALV. eccl. 3, 5, 22. *cum* ex: SALV. eccl. 2, 15, 72 ubi e facultatibus suis spiritus abdicatur. *absolute*: AMBR. in psalm. 1, 9 *psalmus* ab iracundia mitigat, a sollicitudine abdicat, a maerore allevat.

VII *interdicere vel detrahere alicui aliquid*: HIER. in psalm. 41, 20 durum est praesentia sibi abdicare. PAVL. NOL. epist. 34, 3 *vidua pauper* sibi totum eius substantiae ... abdicavit. PRVD. perist. 13, 52 *antra* abdicata soli. NOVELL. 65 praef. omnibus abdicavimus, ne cui liceat, sacrosancta vasa ... venumdare. AMBR. ev. Luc. 7, 220 qui recedit a Christo, se sibi abdicat, qui ad dominum regreditur, se sibi reddit. PAVL. NOL. epist. 40, 11 se ... ipsum vincit ... qui renuntiat moribus suis et se sibi abdicat.

synonyma: *ad II*: abnuo, exheredo, expello. *ad IV*: eicio, expello, removeo, abicio, excludo, nego. *opposita*: *ad II*: adopto, recipio. *ad IV*: recipio, approbo, opto, adopto, exquiro.

abdīco, -dīxī, -dictum, -dīcere. CHAR. gramm. I 256 abdico abdic. GLOSS. abdico ἀπαγορεύω, abdixi destiti, abdixit ἀπεῖπεν, ἀπηρνήσατο, negavit, abnegavit, abnuit; avertit, amovit *cf.* abdico *p. 53, 75*. **I** *abnuo, nego*: CIC. div. 1, 31 cumque *Attus Navius* in quattuor partis vineam divisisset trisque partis aves abdixissent. POMP. dig. 1, 2, 2, 26 cum animadvertisset *Verginius* Appium Claudium ... vindicias filiae suae a se abdixisse et secundum eum ... dixisse (*h. e. filiam Vergini dimisisse Appium aliique tradidisse*). TERT. adv. Marc. 4, 15 totum quod ab homine captatur, abdixit creator, nedum benedictionem. AVG. vis. inf. 2, 8 nemini imponendum est, quod aut impossibilitas ei abdicat aut tempus evanescens adimplere prohibeat. **II** *abusive pro* abdicare: APVL. Plat. 2, 12 si quis ea *bona* possidens usu se abdicet, ea illi inutilia erunt (abdĭco *an* abdīco?). ITALA II Cor. 4, 1 (Tert. pudic. 15 = VVLG.) abdicamus (abiciamus ITALAE frg. Monac.) occulta dedecoris (*quamquam cf.* ἀπειπάμεθα *et* AMBR. inst. virg. 1, 7). PETR. CHRYS. serm. 12 nec sic lassescit fame deus, ut ... quod est suae potestatis abdicat (addicat *codd.*). DRAC. laud. dei 1, 430 abdicet (addicet *cod. Brux.*) nec plasma suum *deus* (*cf.* carm. 8, 96 *sub* abdico *p. 54, 21*). CASSIOD. var. 11, 40, 1 poenas abdicimus, tormenta damnamus. *Klotz.*

Abdigidus, -ī. AMM. 18, 6, 12 Abdigidum quendam tribunum (*a. p. Chr. 359*). *Diehl.*

Abdīēl *indecl. m.*, עַבְדִּיאֵל, Ἀβδιήλ, *nom. hebr.* VVLG. I par. 5, 15. *O.*

Abdilimus, -ī, עבדאלם, Ἀβδήλεμος. *Tyrius.* Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 157 Mittinus et Gerastartus Abdilimi (*sc. filii*) iudices. *Diehl.*

abdiscit NOT. Tir. 53, 75 a.

Abdismun, -is *m.*, עבראשמן, *nom. semiticum.* CORP. VIII 1562 Macer Imilconis Abdismunis f(ilii). *Otto.*

abditīvus, -a, -um PAVL. FEST. 17 abditivi abortivi. [PLAVT. Poen. prol. 65 *ex coni., male.*]

abditūdo, -inis *f.* VIRG. GRAMM. p. 83, 4 caelum quia celat et ... celatur, abditudine (obtitudine *Neap.*, altitudinem *exc. Med.*) sua rectissime nomen accipit.

abdo, -didī, -ditum, -dere. [*i. q. gr.* ἀποτίθημι, *ind.* apa-dadhāti 'amovet, abdit'; *conf. c.* condo credo *et c.* facio. *Th.*] *Thielmann, Archiv 3 (1886) 471—494.* GLOSS. abscondo ἀποκρύπτω. *usitatum aevo christiano subst.* abditum, *pro verbo potius* abscondo; *hoc, non* abdo, *Tert. ed. Vindob. I, Aug. civ., Vulgata; cf. Thielmann p. 471. in linguas romanicas non abiit. proprie abdi dicitur quod occultandi includendi recondendi causa loco movetur, inde a Cic. etiam quod loco manens contegitur.* GREG. TVR. hist. Franc. 3, 36 abdire. absdo *nusquam legitur. in mss. saepius cum* addo *confunditur (Thielmann l. l.).*

37, 81 magnitudo abellanam nucem aequat. MARC. med. 1, 106 ad modum nucis avellanae (20, 74. 20, 92. 25, 38. 26, 31. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 99 medicamen in avellanae modum sumptum. MARC. med. 17, 14 sucus, quantum nux avellana recipit (30, 15). 20, 115 quantum avellanae est magnitudo. 27, 37 quantum avellana grandis est. 33, 46 ad formam nucis avellanae. 20, 90 quantum sit magnitudo avellanae maioris. PELAG. 77 iuxta modum magnitudinis avellanae minoris. ORIBAS. syn. 2, 58 avolana habit obolus ς. *de vi nociva*: PLIN. nat. 23, 150 nuces abellanae capitis dolorem faciunt et inflationem stomachi, corpori et pinguetudinis conferunt plus quam sit veri simile (GARG. MART. 54). *usus in medicina*: PS. PLIN. med. 2, 6 flores vel cincinnos de avellana colligis et mittis in furno. MARC. med. 26, 33 avellanae purgatae et excaldatae. EDICT. Diocl. 6, 53 nucium abellanarum purgatarum. THEOD. PRISC. eup. 54 avellana ... contrita pro electario ... adhibenda. log. 110. APICIVS 7, 303 concisas nuces, avellanas tostas. ORIBAS. syn. 4, 13. 4, 18. 4, 36. 4, 16 de pomis digestibiliora sunt nuces ab aballanis (*sic*). ANTHIM. 89 PS. PLIN. med. 83 CASS. FEL. 68 p. 167. *in re magica*: PETRON. 137 abellanas nuces cum precatione mersit in vinum. **Abellīnum,** -ī *n. opp. agri Hirpini, non longe ab Abella et Nola, tribu Galeria, hodie* Atripalda *prope* Avellino. *Ptolemaeo* 3, 1, 71 *dicitur Ἀβέλλινον, pleno nomine* CORP. X 1117 (*a. 240*) col(onia) Ven(eria) Livia Aug(usta) Alexandrian(a) Abellinatium. PLIN. nat. 3, 63 Abellinum. TAB. Peut. 6 d Abellino. CORP. IX 2118 (*agri Beneventani*) Q. Vinius Q. f. Gal. II vir i. d. Abellin⟨i⟩. *adi.* **Abellīnus** *v. p. 64, 65.* PAVL. NOL. carm. 20, 68 urbis Abellinae de finibus. *incola*: **Abellīnās,** -ātis. PLIN. nat. 3, 105 Abellinates, *paulo post* Abellinates cognominati Marsi. CORP. X 1120 coloniae Abellinatum (-ium *plurimi testes*). 1125 ordo ... et populus Abellinatium (Abellinorum *trad. Maffei*). 1126. 1143. COD. Theod. 12, 1, 68 (*a. 364*) Avellinatium. ACTA synh. Rom. a. 499 (Mon. Germ. auct. antiqu. XII p. 401, 53) Timotheo Abellinati (*abl.*). *ibid.* p. 409, 58 Timotheus episcopus ecclesiae Abellinatis. *cf.* CORP. IX 1199 A⟩eclan(i) et Abellinatis. IV 2159 Lucceius Albanus Abellinas. *V.*

Abellio *et* **Abelio** *deus Pyrenaeus.* CORP. XIII (*in salt. Pyren.*) 30 Abelioni. 39 Abellioni deo. 40 Abelioni deo. 77 Abellionn(i) deo. 148 Abelioni. 166 Abellionni deo. 171 Abellionni. 333 Abelíonn(i) deo. 337 Abellionni.

Abellius *v.* Abrius.

abellus *v.* avillus.

Abelmehūla *indecl.*, אָבֵל מְחוֹלָה, *Ἀβελμεουλά (Σαβελμαουλά), opp. Palaestinense.* VVLG. iud. 7, 23 usque ad ... crepidinem Abelmehula. III reg. 4, 12. 19, 16. HIER. nom. hebr. p. 31, 15 Abelmeola: luctus parturientis. sit. et nom. p. 97, 11 Abelmaula (EVSEB. *Ἀβελμαελαί*) urbs unius ex principibus Salomonis, unde fuit Elissaeus propheta. est autem nunc vicus in Aulone ... in decimo a Scythopoli miliario contra australem plagam nomine Bethaula. sed et Abelmea villula nuncupatur inter Neapolim et Scythopolim.

Abelonii *v.* Abel.

Abelsatīm *indecl.*, אָבֵל הַשִּׁטִּים, *Βελσᾶ (Βελσαττίμ), Iosepho Ἀβίλη, opp. Palaestinense.* VVLG. num. 33, 49 usque ad Abelsatim. ITALA cod. Lugd. num. 33, 49 Belsattun. HIER. nom. hebr. p. 16, 12 Abelsattim: luctus litorum vel riparum. sit. et nom. p. 86, 20 Abelsattim locus in deserto ad meridiem Moabitarum. *Otto.*

Abelteriō. *abl.* ITIN. Anton. 418. 419 itinere ab Olisipone Emeritam. RAVENN. 316, 6 Abelterion.

Abelux, *Polybio* 3, 98, 99 *Ἀβίλυξ.* LIV. 22, 22, 6 Abelux erat Sagunti nobilis Hispanus (22, 22, 21). *Diehl.*

abemo. PAVL. FEST. 4 abemito significat demito vel auferto. GLOSS. II 3, 29 abemit: ab eam accepit *ἔλαβεν.* [*francog.* aveindre *M.-L.*] *Klotz.*

Aben Boen, אֶבֶן בֹּהַן, *λίθος Βαιών, lapis Bohani Beniamitarum terminus.* VVLG. Ios. 18, 18 ad Aben Boen, id est lapidem Boen, filii Ruben (id est lapidem Boen *Hieronymi sunt*). HIER. sit. et nom. p. 135, 30 lapis Boen filiorum Ruben. est autem terminus tribus Iudae. *Otto.*

Abenius *v.* Abbius.

Abenna *gens v.* Abanni. *promunturium v.* Abila.

Abenna *nom. gent.*, **Abennericus, Abennius** *v.* Abbius.

Abenner *v.* Abner.

Abennezer, אֶבֶן הָעֶזֶר, *Ἀβενέζερ (Ἀβεννέζερ), lapis auxilii, unde locus Palaestinensis nomen habuit.* ITALA (Aug. civ. 17, 7) I reg. 7, 12 adsumpsit lapidem unum ... et vocavit nomen eius Abennezer (VVLG. lapis adiutorii). HIER. sit et nom. p. 96, 20 Abenezer, quod interpretatur lapis adiutorii sive lapis auxiliator. GLOSS. Abennezer (*cod.* Abenneger) lapis adiutorii. *Otto.*

Abensa, -ae *opp. prov. Afr. Zeugitanae.* VICT. VIT. 1, 40 sanctus Valerianus, Abensae civitatis episcopus. *adi.* **Abensēnsis,** -e. ACTA conc. Carthag. a. 411 (Mansi 4, 110) Fortunatus episcopus plebis Abensensis. *Diehl.*

abeo, -iī, -itum, -īre *v.* eo. [*i. q. gr. ἄπειμι, ind.* apa-ēti 'abit', *cf. c. got.* afiddja 'abii', *fortasse c. paelign.* afḟed 'abiit?' *Th.*] CHAR. gramm. I 173, 11 *ἀπέρχομαι.* GLOSS. *ἄπειμι ὅ ἐστιν ἀπέρχομαι, ὑπάγεις, ἐπορεύθη, saepe* discedere, *interdum* recedere, excedere, ambulavit, vadunt vel veniunt. *Menrad, Archiv 4 (1887) 467 sqq. deest apud Vitruvium* (*adsunt* discedo, recedo), *Celsum* (*aliquoties* discedo, recedo), *Scribonium* (*desunt et* abscedo, discedo, recedo), *Frontinum de aquis* (*semel* recedo, *desunt* abscedo, discedo), *Florum, Persium, nec pervenisse videtur ad linguas romanicas.*

PRISC. gramm. II 7, 11 'a' sine aspiratione acuitur vel gravatur ... ábeo, àbimus. PROBI app. gramm. IV 200, 11 inter 'habeo' et 'abeo' hoc interest, quod 'habeo' 'retineo' significat, 'abeo' autem 'eo' demonstrat. ANECD. Helv. gramm. suppl. 298, 33 'abiit' ... sine h littera scribendum. LEX Salp. (Corp. II 1963) II 41 *et* 42 habeat *pro* abeat, PLAVT. Amph. 668 Curc. 553 habeo *codd. pro* abeo, Men. 333 habit *pro* abiit B¹C, Poen. 71 habiit B C D, PASS. VII dorm. Anal. Boll. XII 3 habire, APVL. met. I 25 Florent. habirem, ITALA cod. Rehdiger. Ioh. 16, 7 habiero, HIL. Athan. 1, 25 habieris, INSCR. Le Blant, Inscr. chrét. de la Gaule 641, 16 habeuntes; *in codd. passim confunduntur formae verborum* adeo (*cf.* PAVL. FEST. 26, 9 abisse pro adisse dicebant), habeo, aveo, adsum, obeo, ambio. *formae perfecti in* v *nusquam traduntur* (AVG. princ. dial. 1413 abiit, non abivit); DAMAS. Carm. epigr. 670, 7 genitoris abīit *v. p. 68, 11. cf.* 520, 6, COMM. apol. 323 (*?*), DRAC. laud. dei 2, 570; *contractae passim in Plauti codd., vix perfectum est* Capt. 887 abit *in fine versus (cf. Fleckeisen, exercit. Plaut. Gött. 1842, Engelbrecht, Wien. Stud. 6, 1884, 232 sqq.), postea* CAT. 68, 85 OV. Pont. 3, 4, 60. 4, 13, 26 STAT. Theb. 8, 173. 12, 231 MART. 1, 93, 2 (*?*) abisse, *cf.* COMIN. gramm. I 265, 10 barbarismus fit ... adiectione ... syllabae ut 'nos abiisse rati' pro abisse (VERG. Aen. 2, 25); SORS Praen. (Corp. I 1450) *v. p. 69, 82* PRIAP. 70, 4 OV. fast. 3, 664 (*?*) met. 7, 487. 11, 194 EPIC. Drusi 238 GERM. 128 *et inde a Seneca passim* abit, *cf. Friedländer ad* MART. epigr. 16, 1; STAT. Ach. 2, 152 abi; Theb. 6, 490 abisset, *cf. Lachmann ad Lucr. p. 23 et 207 sqq.* CORP. I 1007, 8 *imp.* abei (*cf.* PLAVT. Merc. 749 C, Poen. 1283 A). PLAVT. Amph. frg. III abiendi, *cf.* PRISC. gramm. II 564, 16. ITALA cod. Cantabr. Luc. 8, 14 *et* 22, 13 abientes. *impers.* PLAVT. Merc. 776 PAVL. dig. 18, 2, 14, 3 abibitur, LIV. 9, 32, 6. 24, 19, 7 abiretur, VLP. dig. 17, 2, 14 *ter* abeatur, VLP. dig. 2, 14, 7, 6 POMP. dig. 18, 1, 6, 2 abiri, RHET. Her. 2, 2, 3 ventum aut abitum (AFRIC. dig. 39, 6, 24 PAVL. dig. 18, 2, 14, 2).

I ***proprie*: 1 *absolute*:** NAEV. ep. 4 uxores noctu Troiad exibant ... abeuntes lacrimis cum multis. PLAVT. Epid. 63 asta, abire hinc non sinam (*cf. l. 57* Merc. 773). Mil. 1087 quid hic nunc stas? quin abis? Curc. 589 maneam an abeam. Aul. 730 abeam an maneam, an adeam an fugiam. Truc. 115 manedum ... priusquam abis (*item* LIV. 2, 32, 5, *cf.* 7, 35, 8. 10, 19, 11 TAC. hist. 4, 17). CVRT. 4, 3, 11 nec perseveraret an abiret satis certo *Alexandro.* SALV. epist. 1, 6 ei nec residendi nec abeundi facultas suppetat. PLAVT. Amph. 1037 quaeso ut advocatus mi adsis neve abeas, *cf.* Rud. 1328 Capt. 573. TER. Phorm. 471 te absentem ... qui abieris. PLAVT. Amph. 514 heri venisti, ... nunc abis (*cf.* 532. 695. 758 TER. Andr. 84). Rud. 1243 ut cum maiore dote abeat quam advenerit. TER. Eun. 791 nunquam accedo quin abs te abeam doctior. CIC. Caec. 20 abiturum eum non esse, si accessisset (*cf.* 46 OV. ars 2, 529). CIC. Flacc. 87 venientis praetores exspectant, praesentibus inserviunt, abeuntis deserunt. fin. 4, 7 iidem abeunt qui venerant. LVCR. 2, 72 quae decedunt corpora cuique, unde abeunt, minuunt, quo venere a⟨u⟩gmine donant. 1, 680 quaedam decedere abire atque alia adtribui. OV. met. 13, 769 veniuntque abeuntque carinae. PAVL. NOL. carm. 16, 1 abit et venit aetas. PLAVT. Truc. 824 neque ut hinc abeam neque ut hunc adeam scio. Capt. 487 abeo ab illis ... pergo ad alios, venio ad alios. NAEV. *v. p. 70, 65.* PLAVT. Mil. 864 abi, actutum redi. Aul. 444 quo abis? redi rursum. Men. prol. 56 illuc redeo unde abii, atque uno asto in loco (*lusus cf. l. 37 et p. 70, 67*). CIC. Phil. 10, 8 in eandem urbem redire, ex qua illi abirent, *cf.* Mur. 26. HOR. sat. 1, 1, 108 illuc unde abii redeo (*cf. p. 70, 66*). ars 201 ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis. OV. met. 2, 697 simulat Iove natus abire, mox redit. PAVL. NOL. carm. 27, 3 dies ... aegra redire, | ales abire. PLAVT. Amph. 358 auferere, non abibis. CIC. Caec. 46 qui abierit, facilius sibi vim factam probabit quam qui effugerit? Phil. 2, 100 quemadmodum illinc abieris vel potius non abieris, scimus. Catil. 2, 1 abiit excessit, evasit erupit. OV. fast. 5, 201 Zephyrus conspexit: abibam; insequitur: fugio. PLAVT. Amph. 543 abi prae, iam ego sequar, *cf.* TER. Ad. 167 Haut. 489 Phorm. 777 Eun. 499 ('praecede' GLOSS. V 530, 41 *et* 531, 14). *proverbium*: CIC. fin. 4, 80 scrupulum, inquam, abeunti (*scil. inicis*). *de exercitu*: PLAVT. Amph. 208 abituros agro Argivos. ACC. trag. 127 Danai abeuntes. SALL. Iug. 87, 4 reges ... divorsi in locos difficiles abeunt. LIV. 1, 27, 9 abeuntis Albani exercitus. 2, 64, 9 Romanos nocte abituros. 2, 63, 4 hostes ... citato agmine abeunt. 32, 24, 7 si inermes abire vellent, *cf.* 10, 36, 3. 9, 23, 6 ne infecta re abiretur. FRONTIN. strat. 2, 13, 7 abeuntium agmen. LIV. 3, 28, 10 *Aequis* licere abire, sed ... sub iugum abituros. SIL. 16, 636 tu consul abire a victore paras hoste. ***formulae in comoedia tritae*:** abi (*cf.* CARM. epigr. 52, 8 dixi, abei), abite, abeas, abi hinc, abi intro, abi modo, abi dum (TER. Haut. 249), i abi (*?* PLAVT. Epid. 164), non abis?, potin abeas?, iamne abis?, quin abis? (*etiam* APVL. met. 2, 25), ne abi (Truc. 366); *cumulatae* Mil. 857 abi, abi intro iam. Most. 1180 age abi, abi inpune, *vel sic repetitae* Poen. 426—32 propera atque abi ... i modo ... abi modo ... i modo ... abi modo ... etiamne abis ... abiturun es?, *cf.* Merc. 749 Most. 578. 849. Cas. 712 abi et cura, 421 abi et ... fac accures. 229 abi atque abstine

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manum, 295 abi atque evoca, 491 abi atque obsona. Cas. 213 abi, adpropera, Curc. 255 abi, deprome, Mil. 761 abi aufer. *cum devotione*: Poen. 309 abi domum ac suspende te, *cf.* Ter. Andr. 255. Plavt. Capt. 877 abi in malam rem, ludis me, *cf.* Pers. 288. Ter. Andr. 317 abin hinc in malam rem. Plavt. Epid. 78 abi in malam rem maxumam a me. Aul. 459 abi in malum cruciatum ab aedibus. Pers. 856 abi intro, in crucem. Most. 850 abin hinc in malam crucem, *cf.* Men. 1017. Poen. 799 utinam hinc abierit malam crucem (*sine* in). Epid. 513 malo cruciatu ut pereas atque abeas cito. Ter. Andr. 317 abin hinc in malam rem cum suspicione istac, scelus. Cat. 14, 21 vos hinc interea valete abite illuc, unde malum pedem attulistis. 27, 5 at vos quo lubet hinc abite lymphae. Cic. Phil. 13, 48 quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum. Liv. 6, 40, 12 abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis. 1, 26, 4 abi hinc cum immaturo amore ad sponsum. *cum improbatione*: Plavt. Mil. 291 abi, non veri simile dicis, 324, Most. 1080 abi, ludis me. Capt. 870 abi, stultu's. Truc. 972 abi sis, nugator. 756 mendax es, abi. Ter. Eun. 221 abi, nihil dicis, *cf.* Ad. 220. Apvl. met. 2, 24 abi . . . fatue. Plavt. Aul. 826 abi, ere, scio quam rem geras. Pers. 490 abi, ne iura, satis credo. (Qverol. p. 10, 20.) *cum laude*: Plavt. Pers. 215 iam abi, vicisti. Asin. 704 abi laudo, *vel in carmine ad deum*: Trin. 830 abi, laudo, scis ordine ut aequomst tractare homines. Ter. Ad. 564 laudo, Ctesipho, patrissas: abi, virum te iudico, *cf.* 765. Hor. epist. 2, 2, 205 non es avarus, abi. Stat. Theb. 6, 816 vincis, abi.

2 ***indicato statu abeuntis*:** Plavt. Mil. 456 abeo missa. Hor. sat. 2, 1, 86 tu missus abibis *cf. p. 70, 61.* Plavt. Mil. 1084 abeam . . . viva a vobis. Capt. 332 alio pacto abire non potes. Men. 1044 ut a me abeat liber quo volet, *cf.* 1028. 1058. Most. 1180 abi impune (Varro rust. 1, 16, 5). Ter. Eun. 716 alio pacto honeste quomodo hinc abeam nescio. Cato or. frg. 40, 7 incolumis abii (Liv. 9, 12, 7 Aetna 641 Val. Max. 7, 2 ext. 3 Cvrt. 4, 5, 22). Sall. Iug. 53, 3 collis aut noctis . . . auxilio integri abeunt. Tib. 3, 9, 17 inlaesus abibit . . . aper. Ov. met. 12, 92 indestrictus abibo. 13, 279 Hector abit violatus vulnere nullo. Liv. 10, 12, 2 haud inviolatos abituros. Sen. Med. 186 abeatque tuta (Arnob. nat. 1, 3 ab his . . . immunem abisse). *de pugna, sim.*: Verg. *v. p. 69, 27.* Ov. ars 2, 197 victor abibis (1, 394). Liv. 34, 19, 2 victores ex . . . certamine abire. 2, 7, 3 inde abiere Romani ut victores, Etrusci pro victis. Manil. 5, 162 ille prius victor stadio quam missus abibit. Val. Max. 1, 7, 3 victricem abituram. Liv. 1, 2, 2 neutra acies laeta ex eo certamine abiit. Cvrt. 8, 3, 15 abire cum gloria poterant. Stat. Theb. 1, 461 spoliis gavisus abibis. Sall. Iug. 79, 7 victi abire (Verg. georg. 3, 225). Sall. Iug. 60, 7 pauci integri, magna pars volneribus confecti abeunt. 58, 5 inultos abire (Val. Max. 9, 7 Mil. Rom. 2. Vvlg. Iob 24, 12). Verg. Aen. 3, 452 inconsulti abeunt. Ov. met. 8, 870 elususque abiit. Liv. 27, 12, 13 si uno proelio haud incruentus abeat. 9, 5, 6 foedius inde quam venissent abituri. 3, 11, 8 mulcatus nudatusque abibat, *cf.* Sen. nat. 3, 25, 3. Val. Max. 9, 15 ext. 1 inrita nefarii propositi abiit. Cvrt. 6, 5, 31 inritam spei abire . . . *cf. p. 70, 44 et 71, 23.* Clavd. in Eutr. 2, 4 vanas luget abisse minas. Amm. 20, 5, 9 abiere nec offensi nec tristes. Vvlg. deut. 15, 13 vacuum abire. *de iudicio*: Cic. Q. Rosc. 41 ab iudicio abeas turpissime victus. Hor. epist. 1, 9, 5 multa quidem dixi, cur excusatus abirem. sat. 2, 3, 246 quorsum abeant? sani ut creta an carbone notati? Sall. Iug. 110, 8 haud repulsus abibis. Verg. Aen. 5, 314 tertius Argolica hac galea contentus abito, *cf.* 305. Liv. 22, 59, 19 ne a vobis damnati ac repulsi abeamus. Val. Max. 7, 5, 1 repulsa inde abiret notatus. Calp. ecl. 6, 30 praedamnatus abire. Amm. 15, 5, 14 abiit innoxius (21, 12, 20. 22, 3, 5. 29, 2, 17. 29, 3, 9). Vvlg. deut. 25, 3 ne foeda laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Verg. Aen. 7, 733 nec tu carminibus nostris indictus abibis. Plin. epist. 8, 2, 8 tanto mihi obligatior abiit. Apvl. Socr. 113 ut neutra pars vestrum . . . dictionis huius expertes abiretis. *ex vinculis, e periculo*: Plavt. Capt. 678 fallaciis abiisse eum abs te mea opera atque astutia, *cf.* 260 Merc. 662. Verg. Aen. 10, 799 dum genitor nati parma protectus abiret. Ov. rem. 529 neque abire potes vinctusque teneris. Val. Fl. 7, 20 sed sic quoque, talis, abito. Anth. 473, 2 *aurae* cum rursus abire laborant, verberibus rimantur iter.

3 ***indicato loco unde abeatur*:** Carm. evocationis Macr. sat. 3, 9, 7 ut populum . . . Carthaginiensem deseratis, loca templa sacra urbemque eorum relinquatis absque his abeatis. *additur*: hinc, inde, illinc, istinc, unde, domo, navi (Plavt. Merc. 110), urbe, agro; a me, abs te, a se, ab aedibus, a portu, ab his regionibus, ab his locis lenoniis (Men. 553), a legione (Amph. 523), de foro (Men. 599), de provincia (Cic. Verr. 2, 55) *cf. Ulrich de verborum compos. ap. Plaut. structura p. 20,* undique (Liv. 23, 28, 4), exinde (Vict. Vit. 3, 16). Plavt. Mil. 1312 ubi pulcherrime egi aetatem, abeo (Stich. 142). Vidul. 71 eoque ab opere . . . te abire iussi. *de magistratu*: Lex rep. (Corp. I 198) 72 = 79 sei is praetor . . . sei⟨ve is quaestor . . .⟩ . . . ⟨eo magistratu⟩ ioudiciove inperiove abierit abdicaverit, *ibid.* 9 ⟨quei eorum e⟩x eo mag(istratu) inperiove abierit (Corp. II 1963, I 1. Cic. Pis. 6 abiens magistratu *et saepius, etiam* Vlp. dig. 47, 10, 32), *item* dictatura (Fast. Capit. a. 474), consulatu, decemviratu (Liv. 3, 34, 5), honore, interregno (Liv. 7, 22, 3), flamonio (Corp. XII 6038, 11 Liv. 26, 23, 8 Val. Max. 1, 1, 4), potestate (Svet. Iul. 20), sacerdotio (Gell. 7, 2, 4), tribunatu (Tac. ann. 13, 44). Liv. 30, 39, 5 cum . . . veteres magistratus abissent, novi suffecti non essent. Amm. 16, 7, 1 sacramento solutum abire iussit in larem. 28, 2, 9 sacramento exutus abiit ad lares (28, 4, 20). Pomp. dig. 17, 2, 18 abire a societate. Vlp. dig. 17, 2, 14 *bis* ne societate abeatur, dig. 26, 4, 3, 8 abierunt tutelā (26, 10, 3, 18 *et* 4, 1 tutelā vel curā abeat, *cf. p. 71, 72*). *de visu*: Plavt. Cas. 302 Trin. 989 abin hinc ab oculis (Truc. 477). Amph. 518 abin e conspectu meo (Men. 876). Porc. Lic. 4, 7 ítaque ex conspectu ómnium abit in Gráeciam. Sall. Iug. 68, 1 maestus ex conspectu abiit (Caes. Gall. 6, 43, 4 civ. 2, 22, 4 Liv. 22, 12, 7. 25, 16, 2 Val. Max. 5, 8. 3). Sen. epist. 36, 10 quae ab oculis abeunt et in rerum naturam . . . reconduntur. Cvrt. 8, 3, 5 abire conspectu iubet (*sine* ex). Damas. carm. epigr. 670, 7 (*anni 383*) erepta ex oculis Flori genitoris abiit. Amm. 25, 8, 11 ut dux meriti celsioris abiret e medio (31, 15, 12). Avg. civ. 22, 8 de conspectu populi eos abire iussi. Vvlg. Os. 11, 2 abierunt a facie eorum (*ἀπῴχοντο ἐκ προσώπου μου*). *de matrimonio vel amore*: Plavt. Mil. 970 ab illo cupit abire: odit senem. Men. 723 an sis abitura a tuo viro. 979 a te ut abeat per gratiam. 1125 quin potius per gratiam bonam abeat abs te. 1164 ex hoc matrimonio abierim. 1167 senem aps te abiisse, postquam feceris divortium (Ter. Eun. 733). Prop. 1, 4, 2 quid . . ., Basse, mutatum domina cogis abire mea.

4 ***indicato loco quo abeatur*:** *additur*: intro, alio, aliquo, huc, illuc, istoc (Ter. Ad. 169 istuc *Bemb.*), nusquam (Plavt. Cist. 702, Ter. Ad. 246), quo, ne quo, quovis gentium (Ter. Haut. 928), domum, foras, rus, obviam (Ter. Haut. 249), istorsum (Ter. Haut. 588), dextrorsum, sinistrorsum (Hor. sat. 2, 3, 50), introrsus (Sen. Herc. O. 1674), diversum (Stat. Theb. 11, 113), laevorsum (Apvl. met. 1, 21), sursum (Cato agr. 61, 1 *v. p. 69, 62*), retrorsum (Vvlg.), retro (Cvrt. Liv. *cf. p. 69, 41 et 71, 83 et 72, 15*), ulterius (Ov. met. 2, 872), ultra (Itala), uspiam (Arnob. nat. 6, 18) intus (Qverol. p. 3, 1), huc ad meam sororem, ad nos, ad forum, ad navem, ad portum, ad praetorem, ad legiones (Plavt. Amph. 691, 737 *cf.* Epid. 46. Varro Men. 223 ad turbam abii, fera militia munera belli ut praestarem, Liv. 22, 15, 16 nocte ad exercitum abiit, *at* prol. Amph. 102 *et* 125 in exercitum), in arcem, in tuam provinciam (Cas. 103, *cf.* Liv. 3, 60, 1. 21, 63, 5. 41, 10, 5), in angulum aliquo (Ter. Ad. 786), Tarentum ad mercatum (Men. 1112), in Ephesum (Bacch. 171, 388); Titin. com. 18 legatus abiit peregre publice, *cf.* Mil. arg. 3. Lex rep. (Corp. I 198) 29 ⟨quei mortuos e⟩rit aut in exilium abierit (Liv. 3, 50, 11. 3, 13, 9. 3, 29, 7 Sen. contr. exc. 4, 3) *v.* Serv. Aen. 4, 106 *de* abeo *et* eo. Verg. Aen. 11, 855 cur . . . diversus abis?, *cf.* 5, 166. 5, 162 quo tantum mihi dexter abis?, *cf. p. 69, 37.* Liv. 1, 16, 7 *Romulus in somnio visus* haec . . . locutus sublimis abiit, *cf.* 1, 34, 9. Varro rust. 2, 5, 13 in dexteriorem partem abit *taurus cum iniit.* Sen. nat. 6, 13, 2 frigidum et calidum semper in contraria abeunt, unā esse non possunt. dial. 5, 27, 1 abire in diversum *translate, item* 4, 12, 2 abire in partem alteram. *cf. p. 69, 39.* Lvcr. 3, 1065 abit in somnum gravis atque oblivia quaerit (*abit in cubiculum ut dormiat*), *cf.* Amm. 16, 8, 10 in somnum abiens. Plavt. Curc. 109 hac abiit, hac persequar (Men. 556, 566). Most. 1045 abii illac per angiportum (illa AP *cf. Brix ad Mil. 63 app.* Pers. 444). Ter. Haut. 588 abi sane istac istorsum quovis. Rhet. Her. 4, 63 si ad me domum recta abissetis (recte *det.*). *euphemismus de morte*: Plavt. Poen. 71 abiit ad Acheruntem, *cf.* Trin. 535. Cas. prol. 19 abierunt hinc in communem locum. Lvcil. 864 insperato abiit, quem unā angina sustulit horā. Cic. Tusc. 1, 32 abiit ad deos Hercules. 74 abiit e vita. Cato 80 abeunt . . . illuc omnia, unde orta sunt (*cf.* Xenoph. Cyrop. 8, 7, 20 *ἕκαστα ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυλον*). Sept. Ser. frg. 16 ('Catullus' Non. 517) animula miserula properiter abiit (obit Diomed. p. 513). 17 perit abit avipedis animula leporis. Hadrian. frg. 3 animula . . . quae nunc abibis in loca pallidula. Ov. Pont. 4, 13, 25 in aetherias numen abisse domos. Liv. 2, 46, 4 telo extracto praeceps Fabius in vulnus abiit (cadit *Müller*). Phaedr. 4, 20, 16 abiturus illuc quo priores abierunt. Petron. 42 abiit ad plures. Sen. Herc. O. 751 decus illud orbis (*Hercules*) . . . abiit. Med. 428 mecum omnia abeant. trahere cum pereas libet. Sen. benef. 4, 22, 1 abire e rebus humanis. Tert. ux. 1, 6 maritus de rebus abiit. Sen. benef. 7, 20, 3 optimumque est abire (obire *det.*) ei, qui ad se nunquam rediturus est. dial. 10, 7, 4 vita abierunt. epist. 30, 4 aequo animo abire. Lvcan. 7, 687 iam pondere fati deposito securus abis. Petron. 37 in caelum abiit et Trimalchionis topanta est. Mart. epigr. 16 raptus abit media . . . ad aethera taurus harena. 1, 93, 2 Elysias gaudet adisse domos (abisse *pars codd.*). Stat. silv. 2, 2, 127 deprendet suprema dies . . . abire paratum. Theb. 9, 559 laetus abi multumque aliis iactantior umbris. Plin. epist. 5, 21, 5 quae nunc omnia cum ipso sine fructu posteritatis abierunt (aruerunt *vulg.*). 2, 1, 7 plenus annis abiit. Apvl. flor. p. 68 ante letum abire (adire *Stewech*) quam lectum. Cens. 15, 2 ut vita abiret, *cf.* Amm. 21, 15, 3. 22, 14, 7. 25, 3, 15 e vita. Tert. test. 4 de aliquo iam pridem defuncto . . . dicere: abiit (habet *codd.*) iam et reverti debet. anim. 28 quod (*animae*) hinc abeuntes eant illuc et rursus huc veniant et vivant et dehinc e vita abeant, *cf.* Avg. civ. 10, 30. Amm. 25, 3, 18 gaudensque abeo. 26, 6, 3 inter abeuntis anhelitus animae. Clavd. bell. Gild. 292 cum divus abirem, res incompositas . . . reliqui. Lact. inst. 1, 15, 33 Romulum ad deos abisse. Ps. Qvint. decl. 4, 5 quid moraris abeuntem? Inscr. christ. Rossi II p. 170, 26 hinc digressus abiit superis iungendus ad astra | coetibus. Carm. epigr. 1089, 2 (*cf.* 1090, 2) et subito tempore raptus abit. Drac. sat. 178 abit dignus honore dei.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5 ***coniungitur*****:** *c. supino*: Plavt. Most. 486 abimus omnes cubitum; *sic* dormitum, comissatum, accersitum, ambulatum, exulatum (*v. p. 69,54*), libidinatum (Tert. scorp. 3 c) *alia*. Rud. 707 vos in aram abite sessum. 898 abiit piscatum ad mare. Rud. 395 eum cum navi scilicet abiisse pessum in altum. Truc. 36 rete (Aul. 598. Lact. inst. 3, 20, 14 navis. Hyg. fab. 125 *Ulixes*). *c. inf.*: Plavt. Bacch. 900 abiit aedem visere. Trin. 535 Cist. 502 abi quaerere (alibi quaere *A*). Vvlg. Marc. 6, 46 abiit in montem orare (*ἀπῆλθε προσεύξασθαι*) (Ps. Prosp. promiss. dei 1, 20). Hier. epist. 29, 3 abierant considerare terram. Bened. reg. 27 pastor in montibus abiit unam ovem quaerere. *cum* ut: Plavt. Poen. 194 abeamus intro, ut . . . perdoceamus. Amph. 970 abeam iam intro, ut apparentur quibus opust. *c. part. fut.*: Verg. Aen. 2, 675 si periturus abis, et nos rape in omnia tecum, *cf.* Ov. met. 11, 696. *cum* ad *c. ger.*: Liv. 9, 45, 13 ut . . . e castris ad deportanda omnia abirent. 43, 5, 4 ad aliud bellum gerendum abisse. Vvlg. deut. 19, 5 abiisse . . . in silvam ad ligna caedenda. *c. acc.*: Plavt. Rud. 1027 sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam. Hil. Athan. 1, 25 ne abieris vias cum illis (proverb. 1, 15; ne ambules cum eis Vvlg.). Vvlg. I Macc. 5, 24 abierunt viam trium dierum (*ἐπορεύθησαν ὁδόν*). 8, 19 abierunt Romam, viam multam valde. 9, 2 abierunt viam quae ducit in Galgala. Cypr. de rebapt. 4 abibat viam suam gaudens.

alia: Plavt. Rud. 855 abi sane ad litus curriculo, *cf.* frg. inc. 4. Truc. 286 abire hinc ni properas grandi gradu, *cf.* Liv. 25, 37, 15. Germ. 131 *Virgo* super montis abit alite cursu. Liv. 8, 1, 5 agmine trepido abierunt. Sil. 13, 751 inde citato celsus abit gressu. Cic. Att. 9, 7, 5 abeamus igitur inde qualibet navigatione. Verg. Aen. 10, 859 bellis hoc (*equo*) victor abibat. Plavt. Men. 327 ne quo abeas longius ab aedibus. Ter. Ad. 169 nimium istoc abisti: hic propter hunc adsiste. Eun. 633 longe iam abieram, cum sensi. 662 longius (Haut. 212 Ad. 882 Sall. Iug. 98, 5 Liv. 36, 3, 3 Ov. met. 2, 718 Qvint. decl. 320 p. 256, 8 Symm. epist. 3, 55, 2 Vvlg. exod. 8, 28 *cf. p. 70,70 et 76*). Sen. epist. 122, 5 *a recto* quam longissime abire. Priap. 8, 1 procul hinc abite castae (Liv. 7, 5, 5 Sen. epist. 94, 69 Mela 3, 65 Stat. Theb. 11, 669 Amm. 20, 4, 13).

II ***translate*****: 1** ***absolute*****:** *de aqua*: Plavt. Truc. 564 aqua abeat in mare. Cato frg. or. inc. 9 aqua de via abiret. Ov. fast. 4, 329 fluminis ad flexum veniunt . . . unde sinister abit (*cf. p. 68, 39*). Lvcan. 3, 550 huc abeunt fluctus, illo mare. Mela 3, 41 Cyrus et Cambyses. . . . vicinis fontibus editi in diversa abeunt (*cf. p. 68, 43*). Sen. epist. 74, 25 aqua decurrens intercipiatur atque abeat (habetat *trad.*). Stat. Theb. 7, 553 Inachus ante retro . . . abibit. *cf. p. 68, 26.* silv. 1, 5, 50 unda . . . abire recusat. *de sole, stellis*: Plavt. Merc. 873 sol abit. Cic. div. 1, 46 cum se convolvens sol elaberetur et abiret (*in somnio*), *cf.* Liv. 1, 39, 3 mox cum somno et flammam abiisse. Ov. fast. 2, 73 Hesperias Titan abiturus in undas. 6, 727 sol abit a Geminis. am. 1, 8, 30 Mars abiit, signo nunc Venus apta suo. Plin. nat. 2, 109 heliotropium abeuntem solem intueri semper. Mela 1, 53 sol, hieme terris propior . . . tunc altius abit. Manil. 1, 307 ne coeant abeantve suis a sedibus umquam *stellae*. Germ. 688 tum Procyon obscurus abit, redit . . . Ales. Plin. nat. 2, 62 *stellae errantes* ad septentrionem accedunt abeuntque ad austrum. Germ. 667 illa (*Cassiepia*) abit oceano, totius serta Coronae in caelum redeunt, *cf.* 606; 598 Bootes in terras abit. Hyg. astr. p. 116, 18 cum abierit sol sub terram (p. 112, 23). *de re familiari*: Plavt. Merc. 43 res exsulatum ad illam . . . abibat patris *cf. l. 3.* 593 exsulatum abiit salus, *cf.* 594. *Langen, Jahrb. Phil. 1882, 674 sq.* Cic. Verr. 1, 191 si res abiret ab eo mancipe (3, 148). 2, 55 ut sibi id, quod ab ipsis abisset pecuniae, curet. Ps. Ascon. Verr. 2, 1 p. 194 abisse a se pecuniam certis nominibus inscriptis. Pavl. formula dig. 18, 2, 1 nisi . . . condicionem fecerit, quo res a domino abeat. Pomp. dig. 50, 17, 205 quae nobis abire possint (a nobis *Mommsen*). Pavl. dig. 6, 1, 66 quod abire a nobis dominium speratur. *de falsa via*: Cato agr. 61, 1 si male arabit, radices sursum abibunt (adibunt *cod., at cf.* Plin. nat. 17, 127). Sall. Cat. 25, 4 *Sempronia* luxuriā atque inopiā praeceps abierat. Prop. 1, 13, 7 primo lapsus abire gradu (adire *codd.*). Sen. contr. exc. 2, 7 patientia saeculi nostri abiit. dial. 10, 10, 5 abit igitur vita eorum in profundum. Mart. 1, 99, 9 abisti in tantam miser esuritionem. Tert. carn. Christ. 17 quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Mart. Cap. 8, 805 cessimque formidantes | abeunt pedes tremore | titubansque moliensque | haeret redit recurrit. Vvlg. Is. 45, 16 abierunt in confusionem fabricatores errorum (*πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ*). Ier. 7, 24 abierunt (*ἐπορεύθησαν*) in voluntatibus et in pravitate cordis sui mali. thren. 1, 18 iuvenes mei abierunt (*ἐπορεύθησαν*) in captivitatem.

de mensura: Cato agr. 135, 4 in commissura abibunt pedes III, reliqui erunt pedes XLVI. *impersон.*: Ter. Andr. 175 mirabar hoc si sic abiret ('transigeretur' Gloss. V 529, 3). Cic. fin. 5, 7 hoc . . . non poterit sic abire. Att. 14, 1, 1 non posse istaec sic abire. *cf.* Cat. 14, 16. Sen. Herc. f. 27 non sic abibunt odia. epist. 3, 1 si . . . illo verbo quasi publico usus es, . . . hac abierit. *de tempore*: Ter. Eun. 341 dum haec dicit, abiit hora. Ad. 691 menses. Mart. 5, 84, 9 December. Varro rust. 1, 2, 5 nox et dies modice redit et abit (Stat. Theb. 12, 231). Sors Praen. (Corp. I 1450) tempus abit iam. Cic. Sest. 72 annus. Cael. 74 tempus querellae. Mur. 7 abiit illud tempus, mutata ratio est (Salv. eccl. 2, 15). Brvt. Cic. epist. 11, 13, 1 hic dies hoc modo abiit (Cat. 61, 109 Prop. 2, 16, 33). Ov. epist. 15, 312 si tam securum tempus abibit iners (Pont. 4, 2, 42). Sen. epist. 36, 11 aestas abiit. Stat. Theb. 4, 39 rex tristis propiorque abeuntibus annis. Vlp. dig. 38, 5, 1, 7 si passus esset actionis diem abire. Vvlg. cant. 2, 11 hiems transiit (*παρῆλθεν*), imber abiit (*ἀπῆλθεν*) et recessit. Sen. dial. 12, 2 in praeteritis adquiescit et ea iudicat certiora quae abierunt. *de rebus cum tempore evanescentibus*: Cic. epist. 9, 20 illa mea quae solebas antea laudare . . . abierunt. Cat. 68, 84 coniugio, | quod scibant Parcae non longo tempore abisse. Liv. 2, 2, 7 cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum. Cvlex 225 in vanas abiere vices. Epiced. Drusi 238 auctor abit operis, sed tamen exstat opus. Ov. fast. 4, 709 factum abiit, monimenta manent. Pont. 4, 5, 44 gratia . . . posset abire. Liv. 2, 4, 2 quorum vetustate memoria abiit (Qvint. decl. 347 p. 368, 14.). 3, 10, 11 Aequos movere . . . arma posse iam fides abierit. Sen. epist. 74, 11 incerta et abitura contingant (*cf.* 18). Petron. 64 heu heu abistis, dulces caricae. Mart. 11, 7, 4 iam stropha talis abit *cum regno Domitiani*. Tert. adv. Herm. 34 caelum et terra abierunt. Avg. civ. 20, 17 et mors iam non erit, quia priora abierunt (apoc. 21, 4 *τὰ πρῶτα ἀπῆλθαν*). Vvlg. eccl. 3, 15 deus instaurat quod abiit, *cf.* apoc. 21, 1 Plin. nat. 21, 67 *aestivi flores* abeunt et hi marcescuntque, alii rursus subeunt autumno. 20, 262 *carduus* florem . . . emittit . . . celeriter canescentem et abeuntem cum aura. Tib. 2, 1, 43 tum victus abiere feri. Ov. met. 11, 14 crescunt bella modusque abiit. Germ. 128 *Astraea* cuius abit usus. Anth. 21, 3 ecce abiit damnum. Clavd. carm. min. 22, 4 quo sensus abiere pii? Vvlg. Is. 26, 3 vetus error abiit. Ov. trist. 3, 5, 20 signa favoris pectoribus teneo non abitura meis. Tert. nat. 1, 15 si de memoria abierunt, quae . . . transegisse ⟨recognoscimini⟩. *de affectibus, sensibus, somno, sim.*: Cato orat. 5, 1 voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit (*antecedunt eadem vi* recedet *et* abscedet, *Musonius ap. Gell. bis οἴχεται*). Ter. Phorm. 1019 e medio abiit qui fuit in hac re scrupulus. 731 praesens quod fuerat malum, in diem abiit. Cic. Att. 14, 10, 2 nausea. 13, 28, 3 abiit illud quod tum me stimulabat. epist. 14, 1, 3 abiit pestilentia. Lvcr. 4, 949 ergo sensus abit mutatis motibus alte. Cic. Tusc. 1, 109 quamquam . . . sensus abierit. Cat. 63, 38 abit . . . furor animi. Sen. dial. 5, 32, 2 (*ira*). Stat. Theb. 10, 641 abiit honorque vigorque ex oculis. Tib. 1, 6, 13 livor abiret (Ov. trist. 2, 455). Ov. trist. 4, 3, 22 lenis ab admonito pectore somnus abit, *hoc saepissime*. am. 3, 14, 37 mens abit et morior (fast. 2, 573). Pavl. Fest. p. 159, 4 mente captus dicitur, cum mens ex hominis potestate abit *cf. p. 71, 1.* Sil. 10, 624 mens abiit (*i. consilium mutavit*). Ov. epist. 3, 141 abiit corpusque colorque. 14, 37 sanguis abit. trist. 2, 153 sic abeunt redeuntque mei variantque timores. Liv. 23, 45, 3 abisse illam vim vigoremque. Ov. met. 7, 565 salutis spes abiit. am. 3, 6, 55 quo cultus abiere tui? epist. 16, 204 cum ventis noster abibit amor (rem. 64). Val. Max. 5, 6, 7 pietatem . . . ex pectoribus aliorum abeuntem revocavit. 7, 2 ext. 11 voluptates abeuntes consideremus. Plin. nat. 30, 26 dolorem abire (Ser. Samm. 413). Mart. 12, 17, 1 quare . . . a te . . . non abeat febris. Avg. civ. 15, 16 ne ipsa proximitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret et propinquitas esse desisteret. Val. Aedit. 1, 2 verba labris abeunt. Ov. ars 1, 551 et color et Theseus et vox abiere puellae. Clavd. VI cons. Hon. 258 *dux Getarum* sua membra suasque cernit abire manus (*i. milites*) *cf. p. 71, 4.* Ov. Pont. 2, 8, 65 fossis lumen abire genis. Plin. nat. 8, 114 *cervae* fugiunt . . . secundā semper aurā, ut vestigia cum ipsis abeant. *de neglectis*: Ov. trist. 1, 9, 13 mobile sic sequitur Fortunae lumina vulgus: quae simul inducta nube teguntur, abit. Sil. 2, 206 divumque abeunte favore. Mart. 11, 6, 1 potes hinc iam lector abire (Gell. praef. 19). Sen. benef. 6, 1, 1 ⟨quae⟩ abire protinus iusseris (controv. 10 pr. 13). *de carceribus*: Verg. Aen. 5, 318 primus abit . . . Nisus. Manil. 5, 162 ille prius victor stadio quam missus abibit. Stat. Theb. 6, 481 luctantur abire iugales. *de avibus migrantibus*: Plin. nat. 10, 28 milvi . . . non . . . ante hirundinem abeuntes. 10, 20 ceteri *accipitres* hieme abeunt (10, 70 *et* 71 *et* 1, ind. 34 de avibus nostris quae discedunt et quo abeant).

2 ***indicato loco unde abeatur*****:** Naev. com. 92 ad virtutem ut redeatis, abeatis ab ignavia. *ab argumento disputationis* Cic. de orat. 2, 259 sed abeo a mimis (*cf.* Plavt. Men. prol. 56 *v. p. 66, 57*). orat. 112 sed ab hoc parumper abeamus. ac. 2, 90 sed abeo a sensibus. div. 2, 22 abeamus a fabulis, propiora videamus. rep. 3, 38 nec vero longius abibo. fin. 2, 96 ne longius abeam (S. Rosc. 47 Caec. 95 epist. 7, 19, 1). S. Rosc. 47 quid ad istas ineptias abis? Val. Max. 4, 1, 2 vix iuvat abire a Publicola, sed venire ad Furium Camillum libet. (4, 5, 2). Sen. benef. 4, 9, 1 sed ne ⟨ad⟩ aliam disputationem ex obliquo abeam. Plin. nat. 17, 243 ne ⟨in⟩ infinitum abeamus. Qvint. inst. 9, 2, 55 in quo est et illa . . . digressio: abit enim causa in laudes Cn. Pompei. Tac. ann. 6, 22 ne nunc incepto longius abierim (Plin. epist. 4, 22, 7 Symm. epist. 1, 32, 5). Ov. met. 9, 152 in cursus animus varios abit. Sen. contr. 7, 3 in has (alias *codd. praeter* exc.) cogitationes abii. Vlp. dig. 32, 1, 15, 7 non puto eos ultra procedere, ceterum res longe abibit *cf. p. 69, 28.* ab iure *sim.*: Cic. Verr. 2, 114 de suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat. Afric. dig. 39, 6, 24 abitum ab iure pristinae obligationis. Pomp. dig. 18, 1, 6, 2 abiri a tota emptione potest (18, 5, 1 Vlp. dig. 2, 14, 7, 6 Pavl. dig. 18, 2, 14, 2 *et* 3). Pomp. dig. 18, 5, 1 ut abeatur ab ea venditione. a mente: Pavl. Fest. 153 mente captus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dicitur . . . et ⟨amens⟩ quod a mente abierit *cf. p. 70, 40.* Cens. 14, 6 post annos LXXXIV a mente sua homines abire. *a foedere, sim.*: Liv. 24, 45, 6 quod si abire *socios* a Romanis liceat, redire ad eos non liceat. 28, 24, 8 ab signis abibant, *cf.* Ter. Phorm. 542. Sall. Iug. 62, 7 perfugarum pauci ad regem Bocchum in Mauretaniam abierant. Liv. 33, 16, 6 Corcyram ad Romanos abirent. Vell. 2, 50, 1 qui venerant abire ad Pompeium.

3 ***indicato loco quo abeatur*:** *in res tegentes et abscondentes*: Lvcil. 1078 terra abit in nimbos imbremque. Lvcr. 1, 1106 terraque se pedibus raptim subducat et omnis . . . abeat per inane profundum. Obseq. 27 terra IV iugerum spatio in profundum abiit. Stat. silv. 4, 4, 83 rura abiisse mari. Lvcan. 2, 626 in nubes abiere Ceraunia (Sil. 3, 493). Sen. Oed. 320 *Iridis pars* ultima in tenebras abit. Ov. met. 11, 741 furit Aesacus inque profundum pronus abit. Lvcan. 5, 135 in inmensas cineres abiere cavernas. Plin. nat. 13, 109 *loti herbae* caput ipsum et florem vespera mergi *fluvio* totumque abire in altum. Val. Fl. 8, 365 *Styrus* iam tamen exstat iamque abiit fundoque iterum violentus ab imo erigitur. Tert. anim. 52 nihilo refert integram abire corporis navem an dissipatam, cum animae navigatio evertatur. Cic. Att. 11, 1, 2 in quos . . . sumptus abeunt fructus praediorum. Ivv. 14, 148 tota novalia saevos in ventres abeant. Lvcan. 7, 841 populus *in pugna occisus* . . . inque feras discerptus abit. Ov. trist. 1, 8, 35 cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos (*cf. p. 67, 48*). Sen. epist. 94, 17 alioqui abibunt in vanum monentium verba. 21, 5 in idem quandoque silentium abitura (obitura *trad.*) oblivioni resistent *pauca.* Gaivs inst. 2, 103 duo genera testamentorum in desuetudinem abierunt (3, 107 Callistr. dig. 11, 1, 1 Vlp. dig. 9, 2, 27, 4). *penetrare, sedem mutare, sim.*: Lvcr. 4, 1110 abire in corpus corpore toto *de actu venereo.* Verg. Aen. 9, 695 cornus . . . sub altum pectus abit. Stat. Theb. 8, 495 hasta viri trans pectus abit. 11, 631 num totum abiit in corpora ferrum? (Val. Fl. 6, 654 *et* 705 Coripp. Ioh. 4, 756). Ov. met. 8, 254 sed vigor ingenii quondam velocis in alas inque pedes abiit. 10, 701 in pectora totum pondus abit. Sen. nat. 6, 6, 2 *navigia* si inclinata sunt et abierunt in latus. Ov. Ib. 605 ut cruor *Nessi* Herculeos abiit diffusus in artus (met. 9, 161). Lvcan. 6, 96 in voltus . . . pestis abit. Petron. 41 vinus mihi in cerebrum abiit. Liv. 2, 36, 3 ne in ora hominum pro ludibrio abiret *T. Latinius.* Lvcan. 8, 320 quas magis in terras nostrum felicibus actis nomen abit aut unde redit maiore triumpho? Vvlg. Matth. 4, 24 et abiit opinio eius per totam Syriam (*ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ εἰς*). Ov. met. 15, 111 longius inde nefas abiit. Sen. Herc. O. 1615 inter labores ignis Herculeos abit. dial. 6, 12, 6 istud inter res nondum iudicatas abeat. Ps. Qvint. decl. 17, 4 abiit per tacitas conquestiones mens in obitus. *mutari in (subluccente interdum notione priore)*: Verg. georg. 4, 409 *Proteus* aut acrem flammae sonitum dabit atque ita vinclis excidet aut in aquas tenuis dilapsus abibit. Ov. met. 5, 434 pectora . . . in tenues abeunt evanida rivos, *cf.* 8, 873. Varro ling. 5, 91 e in u abiit. Avct. de praen. 4 Volero in praenomen abiit. Sen. contr. 4, 10 res in iocos abiit. Plin. nat. 35, 85 quod et ipsum in proverbium abiit. Ov. met. 1, 236 in villos abeunt vestes, in crura lacerti. 4, 396 pars abit in vites et quae modo fila fuerunt palmite mutantur (2, 673. 4, 658. 13, 674. 14, 499 *et* 551). met. 11, 653 *Morpheus* in faciem Ceycis abit. met. 1, 495 sic deus in flammas abiit. trist. 5, 14, 6 nec potes in maestos omnis abire rogos. Sen. Thy. 772 piceos (piceus *A*) ignis in fumos abit. Oed. 67 pars quota in cineres abit? Herc. O. 1760 o quanta . . . ad nihil moles abit. Sil. 14, 314 ceu fulminis ictu correptae rapido in cineres abiere ruinae. Homer. 1062 inque leves abiit tantus dux ille favillas (Stat. Theb. 7, 180). Cato agr. 61, 1 in radices vires oleae abibunt. Priap. 77, 12 in semenque abeo. Plin. nat. 15, 10 cum sucus omnis in corpus abeat. 16, 60 *laricem* decoctam . . . minus picis reddere quoniam in serum abeat. 24, 56 salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. 31, 73 totumque stagnum in salem abit. 3, 70 Stabiae oppidum . . . quod nunc in villam abiit. Mela 1, 89 promunturium . . . abit in paene insulae faciem. Lvcan. 9, 416 maior in unam orbis abit Asiam. Epiced. Drusi 117 in vires abiit flendi mora. Epist. Sapph. 83 sive abeunt studia in mores artisque magistra ingenium nobis molle Thalia facit, *cf.* Liv. 1, 32, 2 facta spes, in avi mores atque instituta regem abiturum. Sen. epist. 23, 6 voluptates, breves . . . in contraria abituras. 71, 5 quae ceteris videntur mala . . . in bonum abibunt. Lvcan. 4, 490 conferta iacent cum corpora campo, in medium mors omnis abit, perit obruta virtus. Apvl. Socr. 175 pernix est, abibit in senectutem. Tert. nat. 2, 2 ⟨in⟩ incertum abiit etiam quod invenerant. *de tutela*: Hor. sat. 2, 3, 218 ad sanos abeat tutela propinquos. Lex Salp. (Corp. II 1963) II 41 quo ne ab iusto tutore tutela abeat (*bis*). *cf. p. 68, 4.* Nep. Thras. 4 in proelii concursu abit res a consilio ad vices ⟨rerum⟩ virtutemque pugnantium. *de terrarum vel montium formis*: Mela 2, 58 *Italia* ubi longe abit, in duo cornua finditur. 2, 73 Alpes . . . ubi Germaniam adtigerunt, verso impetu in orientem abeunt. 2, 86 ipsa Hispania . . . magisque et magis latior ad occidentem abit. 3, 33 Sarmatia . . . qua retro abit. Mela 1, 61 Arabia . . . qua in altum abit adeo edita, ut. 2, 17 Haemus in tantum altitudinis abit, ut . . . Hadriam . . . ostendat. Val. Fl. 4, 202 scopuli, qui montibus altis summus abit longeque iugo stat solus ab omni (6, 613). retro abire *i. minui*: Sen. frg. 105 *patris* historias ab initio bellorum civilium, unde primum veritas abiit retro. Plin. epist. 3, 19, 7 ut reditus agrorum sic etiam pretium retro abiit *cf. p. 68, 26.* *nota*: Sen. Thy. 996 omnis in vile hoc caput abeat procella. dial. 6, 9, 4 quis non . . . in capita inimicorum . . . abire illa *mala* iubeat. Vlp. dig. 14, 6, 3, 3 etsi in creditum abii filio familias . . . licet coeperit esse mutua pecunia (14, 4, 5, 18. 42, 8, 10, 10).

4 ***novicia ex Graeco vel vi praepositionis deminuta*:** Itala (Tert. scorp. 2) deut. 13, 4 post dominum deum vestrum abibitis et hunc timebitis (*ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε*, Vvlg.: sequimini). Tert. scorp. 3 abeundo post deos aliorum et serviendo et adorando eos. *sic saepius eodem sensu* sequi, abire post, ambulare post, *cf.* Hil. de non. conv. 8 de non. parc. 2 Hier. epist. 46, 7. 48, 8 Vvlg. I reg. 17, 13. III reg. 13, 14. IV reg. 7, 15 *alia.* Tert. scorp. 2 ut abeuntes serviatis deis aliis, *cf.* Vvlg. III reg. 9, 6. II paralip. 7, 19. Hier. epist. 48, 8 multae abierunt retrorsum post Satanam (123, 3 *et* 4). Tert. pudic. 18 beatum virum, qui non abierit in consilio inpiorum (psalm. 1, 1 *ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν*, Vvlg.: abiit in consilio, *cf.* Filastr. 129, 4). spect. 3 felix vir . . . qui non abiit in concilium impiorum. Comm. apol. 1055 in umbra mortis abibunt. Vvlg. III reg. 18, 16 abiit ergo Abdias in occursum Achab (IV reg. 23, 29). Hil. de reg. apost. 2 abii in via quam misit me deus (I reg. 15, 20; Vvlg.: ambulavi) *et sic saepius, cf. Hagen, sprachl. Erört. z. Vulgata p. 83, Thielmann, Sprache und Kritik d. Apolloniusromans p. 34.* Vvlg. psalm. 104, 41 dirupit petram et fluxerunt aquae; abierunt (*ἐπορεύθησαν*) in sicco flumina. *at cf. p. 69, 36.* Damas. 46, 9 ipse tuis precibus meruit confessus abire *fidem christianam, cf. p. 67, 25.*

synonyma v. p. 65, 83. opposita v. p. 66, 36 sqq. derivata: abitus, abitio, Abeona. transabeo. *Vollmer.*

Abeōna, -ae *f.* [Abeona *ab* abire *Th.*] *dea abitui praefecta.* Tert. nat. 2, 11 ⟨ab abeun⟩do Abeona e⟨s⟩t. Avg. civ. 4, 21 commendare . . . deae Adeonae adeuntes, Abeonae abeuntes. 7, 3 Iuno . . . Iterduca est pueris et opus facit cum deabus ignobilissimis Abeona et Adeona. *Otto.*

abequito, -āvī, -āre. Liv. 24, 31, 10 tanto clamore ad arma discursum est, ut praetores inter tumultum pavidi abequitaverint Syracusas.

abercet *v.* abarceo. *V.*

***?* abēripio,** -reptum, -ripere, *v.* ab *et* eripio. Amm. 20, 3, 1 (*de solis defectu*:) e mundi conspectu penitus lance aberepta (*sic trad.*, abrepta *edd.*). *Dittmann.*

Abero, -ōnis *cogn. vir.* Corp. V 7961 (*Cemeneli, periit*) C. Vippio Vippi f. Aberon. Tertia Vippia Vippi f. fratri. **Aber(ius***?***)** *nom. gent.* Corp. III 10282 (*in Pannonia inf.*) pro salute Aber(iorum*?*) Vigoris et Vigoriani ⟨et⟩ Lucani et Lucaniani Aber(ius*?*) Acutus pater.

Aberra *cogn. vir.* Corp. XI 2640 (*Clusii*) L. Titius C. f. Aberra.

cognatum fortasse **Aberrīnus** *nom. gent.* Corp. VI 10450 M. Aberrino Philadespoto . . . fecit eí M. Aberrinus Fortunatus. Aberēnus, -a *nom. gent.* Corp. VI 14696 (*periit*) Cestio C⟨l⟩adeo coiug. b. m. Aberena Helias. *Otto.*

aberrātio, -ōnis *f.* Cic. Att. 12, 38, 3 hanc aberrationem a dolore (*de scribendo*). epist. 15, 18, 1 'ridere igitur', inquies, 'possumus'. non mercule facillime; verum tamen aliam aberrationem a molestiis nullam habemus. *v. Mess.*

Aberrīgiuēs *v.* Aborigines.

aberro, -āvī, -ātum, -āre *v.* erro. Gloss. *ἀποπλανῶ, ἀποπλανῶμαι. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 104.* [*sard.* aerrare *M.-L.*]

I ***proprie*:** *coniungitur cum* a, ex, extra, in (*cum abl. et acc.*), inter, per, super, ultra; apud (I 2); *cum abl. et dat.* **1** *de hominibus et animalibus*: Plavt. Men. 31 puer aberravit inter homines a patre (Petron. 97 puer in balneo). Liv. 31, 37, 2 dispersi equites per agros quidam aberrarunt decepti clamoribus. *cf.* 37, 13, 1 aberrantes ex agmine naves. Veg. mil. 2, 18 milites . . . a suis contubernalibus (2, 13. *cf.* Max. Tavr. Migne 57, 313). Hyg. fab. 191 p. 122 Silenus. 141 p. 22 Sirenes . . . Proserpinae raptu aberrantes (Ps. Dosith. p. 72 *διὰ τὴν ἁρπαγὴν Περσεφόνης θρηνοῦσαι, lat.* lamentantes. *sed cf.* Mythogr. I 186 II 101). Mythogr. III 11, 19 a . . . litore *Leander.* Lact. inst. 6, 17, 13 si . . . aberraverit *rector currus (in figura).* Ivl. Val. 2, 39 nec vagum quemquam a regione vel sedibus suis aberrasse quopiam probaturus sum. Cod. Iust. 12, 17, 3, 1 (*edictum Theod. II*) desides ac propriis tam diu muniis aberrantes, quos esse convenit adsiduos. *cf. de sideribus*: Mart. Cap. 1, 8 neque eum (*Mercurium*) sine Apollinis consilio quicquam debere decernere aut fas ab eius congressibus aberrare. 8, 880 ultra XXII partes. 8, 881. 882. Liv. 41, 13, 2 *taurus* pecore. Plin. nat. 11, 54 *si apis* lassata defecit aut forte aberravit. Pavl. dig. 41, 3, 13 pecus. Vlp. dig. 47, 14, 1 bovem aberrantem. Porph. Hor. carm. 1, 23, 1 inuleus qui matri aberravit. Ps. Cypr. dupl. mart. 21 *ovis* a grege (Hier. epist. 2. Avg. serm. script. 46, 10). Ps. Ambr. serm. 22, 6 (Migne 17, 648) cum una ovicula de centum ovibus aberrasset (Mercat. subnot. 8, 10 Migne 48, 155. *cf.* Vvlg. Matth. 18, 12 quae erravit. Luc. 15, 4 perierat *τὸ πλανώμενον et τὸ ἀπολωλός*). Ivvenc. 2, 621 quisque meis gregibus . . . liber aberrat. Avg. lib. arb. 3, 15 (Migne 32, 1278) aberrans equus. Max. Tavr. hom. 96 (Migne 57, 478) lupos . . . non longe ab eorum (*leonum*) venatibus aberrare. **2** *de rebus inanimatis*: Sen.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 3, 27, 7 *torrens* vulsis ... minoribus tectis ... tandem in maiora violentus aberrat. PETRON. 67 aberrante tunica super genua. 126 incessus arte compositus et ne vestigia quidem extra mensuram aberrantia. *de epistulis et sim.*: AVG. epist. 159, 1 una *epistula* nescio quomodo aberravit et diu quaesita non potuit reperiri (162, 9 apud nos aberrans. 164, 22). 237, 1 codex. conf. 4, 13 *libri* a nobis nescio quomodo. serm. script. 37, 3 *lapides pretiosi* ab ornamentis mulieris huius (*sc. ecclesiae*).

II ***translate*:** *coniungitur cum* a, ad, in (*cum acc. et abl.*); *cum abl.*; *cum* circa, per ECCL. **1** *a proposito*: RHET. Her. 4, 15 in hoc genus plerique cum declinantur et ab eo, quo profecti sunt, aberrarunt. Q. CIC. pet. 49 ne videar aberrasse a distributione mea. CIC. de orat. 1, 145 ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberret. fin. 5, 83 a proposito ... aberramus (5, 85 Tusc. 1, 81 AMM. 23, 6, 74 *al.*; *cf. l. 20*). SEN. contr. 2, 37 ad Othonem redeo, a quo longius aberravi. DON. Ter. Phorm. 124 ut rediret ad nominativum casum, unde aberraverat. VARRO ling. 5, 13 non ..., si ab agro ad agrestem hominem ... pervenero, aberraro. SEN. dial. 5, 19, 1 aberrare alicui possimus videri et in devium exire. *cf.* AVSON. 217 praef. CIC. Caec. 55 ne ab eo, quod propositum est, longius aberret oratio (Tusc. 3, 80). de orat. 2, 152 a quo ... homine ... non aberrat oratio tua. Tusc. 5, 66 redeat, unde aberravit oratio. off. 1, 135 etiamsi aberrare ad alia coeperit *oratio*. **2** *de animo, mente, sim.*: CIC. de orat. 3, 160 alio ducitur cogitatione neque tamen aberrat. Phil. 7, 1 animus aberrat a sententia, suspensus curis maioribus. CLAVD. 10, 6 mens omnis aberrat in vulnus, quod fixit amor. OV. rem. 661 ubi nulla simultas incidit, admonitu liber aberrat amor. SVET. Claud. 4 (*epist. Aug.*) *ἐν τοῖς σπουδαίοις*, ubi non aberravit eius animus. SEN. nat. 6, 29, 1 animos inter dolorem et metum destitutos aberrasse. *cf.* FIRM. *l. 40*. *a miseria, curis*: CIC. Att. 12, 45, 1 nullo ... alio modo a miseria quasi aberrare possum. 12, 38 scribendo dies totos nihil equidem levor, sed tamen aberro. SEN. clem. 1, 8, 2 a fortuna. epist. 104, 8 o quam bene cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent! CIC. frg. F 5, 72 timor, qui si quando paululum aberravit. IVVENC. 2, 479 pectoribus vestris semper timor omnis aberret. **3** *a recto, a natura*: CIC. Ligar. 19 partim consiliis, partim studiis a communi utilitate aberrantibus. ac. 2, 140 hanc praescriptionem esse naturae, a qua qui aberravisset (SEN. epist. 98, 14). benef. 6, 32, 2 ab optimis. ARNOB. nat. 1, 1 suis mundus aberravit a legibus. FIRM. math. 3, 7, 10 a recto vivendi ordine praeposteris dementiae casibus aberrasse. AMM. 22, 10 a quo (*iudicio recto*) ne aberrasset (*cf. supra* ab aequitatis recto tramite deviasse). CIC. off. 1, 100 *naturam* si sequemur ducem, numquam aberrabimus. SEN. epist. 37, 4 non aberrabis. benef. 5, 22, 4 uxor maritum aberrantem ad se reduxit. **4** *ab exemplo quodam et sim.*: CIC. de orat. 2, 160 a cuius (*Aristotelis*) inventis tibi ego videor non longe aberrare. fin. 4, 40 non multum ab Erilli levitate. 4, 53 si a falsis principiis profecta congruunt ipsa sibi et a proposito non aberrant. SEN. benef. 4, 25, 3 ab exemplari suo *ratio*. PLIN. epist. 4, 28, 3 imitationis imitatio, a qua ... artificem ... ne in melius quidem sinas aberrare. ARNOB. nat. 7, 48 fatalia ... carmina multum veris ... praesagiis. AVG. spir. et an. 35 a similitudine conditoris degener aberrat. civ. 15, 26 ab eius sensu, qui ista conscripsit, ... longe aberrare. *al.* SEN. contr. 3 praef. 10 Pylades in comoedia, Bathyllus in tragoedia multum a se aberrant. SEN. epist. 120, 21 numquam eundem, ne similem quidem sibi: adeo in diversum aberrat. CIC. fin. 5, 90 venio ad inconstantiae crimen, ne saepius dicas me aberrare. 5, 80 cur tantum aberret (habeat *codd.*, abeat *Madvig*) in natura boni *Epicurus*. **5** *errando*: CIC. har. 23 si aedilis verbo aut simpuvio aberravit. Att. 14, 22, 1 vereor ne nihil coniectura aberrem: minime enim obscurum est (nat. deor. 1, 100. *cf. Schoemann et Mayor in edd.*). Phil. 12, 23 attendite num aberret [a] coniectura suspicio periculi mei. PETRON. 54 nec longe aberravit suspicio mea. APVL. apol. 68 longe a vero. LACT. inst. 3, 24, 10 qui cum semel aberraverint constanter in stultitia perseverant (ep. 64, 5 HIER. epist. 82, 7 AVG. serm. 74, 1 [Migne 38, 472] *al.*). DON. Ter. Andr. 86 putare est eius, qui simplicitate pectoris aberravit. SEN. epist. 81, 2 nemo habet in beneficiis tam certam manum, ut non saepe fallatur: aberrent, ut aliquando haereant (*cf.* PLIN. nat. 28, 100 iaculantium ictus deerraturos. TAC. ann. 13, 29 sors deerrabat ad parum idoneos). **6** *de tempore*: SEN. nat. 3, 16, 3 hiems numquam aberravit. CENSOR. 20, 8 adeo aberratum est, ut C. Caesar ... duos menses intercalarios ... interponeret. **7** *in sermone ecclesiastico* (*cf. II 3 et 5*): *absolute*: LACT. inst. 6, 24, 9 quicumque aberraverit, referat pedem. *cf. etiam l. 42*. FILASTR. 127, 2 suspicantur aberrantes. 153, 3 praedicant aberrantes. *et passim*. *cum* a: LACT. inst. 1, 6, 17 aberrantes a veritate falsis religionibus serviunt (AVG. civ. 8, 24 *al.*). 2, 13, 12 a notitia dei. 3, 28, 1 unde (*a dei agnitione et cultu*) ... philosophi. 5, 22, 14 a disciplina. 6, 11, 12 a vera iustitia. AVG. civ. 9, 2 a vero Deo. LACT. inst. 4, 4, 4 fons ... sapientiae et religionis deus est, a quo hi duo rivi si aberraverint. HIER. epist. 18, 9 diverso tramite ab apostolorum legibus aberravit. AVG. serm. 56, 6 ne aberremus a via. *cum* in: LACT. inst. 6, 12, 26 in ceteris ..., quamvis verum limitem non tenuerint, ... quasi odore quodam veritatis retenti propius aberrarunt. ep. 64, 5 hic Plato aberravit. AVG. bapt. 1, 7, 9 (Migne 43, 115, 12) in quo aberraverat. *cum* circa: FILASTR. 69, 1 circa incorporationem aberrant. AVG. bapt. 4, 19, 26 (Migne 43, 152, 18) circa veritatem. *al.* *cum* ad: LACT. inst. 4, 11, 1 aberrantes ad inpios cultus deorum. ep. 38, 4. *cum* per: COMM. instr. 2, 22, 5 vino copioso parce, ne per illum aberres. AVG. conf. 5, 13, 23 (Migne 32, 717) per Manichaeas fallacias aberrabat.

synonyma: deerrare. *ad I 1*: (declinare), decedere (CAES. civ. 3, 112 *de navi*), (deviare); digredi (CIC. nat. deor. 2, 103 *de luna*). *ad I 2*: (evagari) *al.* *ad II 1*: declinari, in devium exire (digredi, abire, egredi a proposito, evagari). *ad II 2*: (abduci). *ad II 3* (*et 7*): deviare (decedere, discedere, recedere). *ad II 4*: deviare (MACR. sat. 5, 15, 1 a gravitate Homerica). *al.* *v. Mess.*

*?***abes** *βληχρός* GLOSS. III 129, 20. *V.*

Abesan, אִבְצָן, *Ἀβαισσάν*, *iudex Israelitarum*. VVLG. iud. 12, 8 BEDA chron. 65. Absan (*codd.* Abgam *et* Adgam) HIER. nom. hebr. p. 31, 19. Abessa ISID. chron. 92. *idem nominatur* Esebon: HIER. chron. a. Abr. 826 PROSP. chron. 90. Usbon: LIB. geneal. 516. Esbal: CHRON. Alex. 249. *Otto.*

Abessa *v.* Abisai.

Abessālōm *v.* Absalom.

Abessinii *v.* Habessinii.

*?***Abeulone** *civitas prov. Byzacenae*. RAVENN. p. 144, 8 (*v. l.* Abenlone). *Ioh. Schmidt corruptum esse coniecit ex* Aviduvicus TAB. Peut. 6, 3. *v. PW. I 29*. *Diehl.*

abextrā *adv.* HIER. reg. monach. 28 (Migne 11, 415) *feminae* de albatae ab extra ut monumenta quae extra auro relucent. *V.*

[**abfero, abfugio**] *v.* aufero, aufugio.

Abgabes *v.* Archabis.

Abgarus, -ī, *al.* Abgar, -is, *Ἄβγαρος*. *nom. semiticum*. **1** *nomen multorum Osrhoenae regum aetatis imperatoriae, e quibus notissimo, quem laudat* TAC. *Christus epistulam dedisse traditur. alii apud scriptores historiae Augustae*. Abgarus, -i: CAPITOL. Pius 9, 6 Abgarum (SPART. Sev. 18, 1). FVLG. aet. mund. 13 p. 175, 13. HIER. chron. a. Abr. 2235 Abgarus rex sanctus regnavit Edessae (BEDA chron. p. 289, 351). THEOD. terr. sanct. 32. Abgar, -is CORP. VI 1797 (*Severi aetatis*) Abgar Prahates filius rex ... Orrhenoru. Abcar, -is LEG. Burg. const. praef. 14 signum Abcaris comitis (*v. l.* Abgaris). *estne nomen semiticum?* Acbarus, -i TAC. ann. 12, 12. 12, 14. Aggarus, -i SILVIA 17 *et* 19 *saepe*. **2** *nom. vir.* CORP. inscr. semit. II 1, 159 (*Romae titulus Aramaicus latinus*) Abgarus Eutychi Petraeus. **3** *cogn. vir.* CORP. VI 12991 M. Aur. Abga⟨rus et Aelia Capi⟩tolina coniux. *Diehl.*

Abgatha *indecl.*, אַבְגְּתָא, *nom. vir. hebr.* VVLG. Esth. 1, 10. *Otto.*

abgistinus. SEV. MINOR. Migne 20, 742 d grando minutissima, quam incolae insulae illius (*Minorcae*) gentili sermone abgistinum vocant.

abgrego, -āre. PAVL. FEST. 23 abgregare est a grege ducere, adgregare ad gregem ducere, segregare ex pluribus gregibus partes seducere. GLOSS. *ἀπαγελάζω, ἀποχωρίζω, διαχωρίζω, διαζευγνύω*, segrego, separo.

abhibeo, -ēre. PLAVT. Trin. 263 mille modis, Amor, ignorandu's, procul abhibendu's (adhibendus *AP*) atque abstandu's.

abhinc *adv.* PRISC. gramm. II 46, 28 integra manet b ut abdo ... abhinc. III 28, 10 *praepositio* adverbiis praeponitur per compositionem ut ... abhinc. AVG. gramm. V 519, 36 *abhinc, exinde, dehinc, sim.* placuit contra regulam accentuum proferri, ne separatim additae praepositiones videantur adverbiis. CHAR. gramm. I 116, 22 praecipue et hoc observandum est quod numquam adverbium praepositionem recipiat praeter hoc 'adprime' ... et quae dixerunt veteres '⟨a⟩ mane' et 'abhinc annos decem natus est' quod est 'ante annos decem natus est'. *cf.* CAPER *ibid.* 195, 1 (*de* PLAVT. Most. 494 abhinc sexaginta annis) utroque casu recte dicimus, quamvis ut sordidum et vulgare quidam improbent. PRISC. gramm. III 156, 10 *Ter. in Andria* 'abhinc triennium', pro 'hinc'. *Ploen, Archiv 4 (1887) 109—115.*

I *de tempore praeterito comparato cum praesenti*: *quasi praepositio cum acc.*: PLAVT. Bacch. 388 ut in Ephesum hinc abii (hoc factumst ferme abhinc biennium). Cas. 39 is servos, sed abhinc annos factum est sedecim, quom conspicatust. Most. 494 qui abhinc sexaginta annos (-is *codd.*) occisus foret, *cf.* CAPER *l. 61 et Abraham, studia Plaut. p. 232*. Stich. 137 qui abhinc iam abierunt triennium. Truc. 341 quasi ⟨ab⟩hinc ducentos annos fuerim mortuos. TER. Andr. 69. Hec. 822 menses decem. Phorm. 1017 TVRP. 133. LABER. 13 menses duos. CIC. Q. Rosc. 37 triennium. Verr. 2, 34. 3, 25 Balb. 16 Phil. 2, 119. div. 2, 118 *Demosthenes* abhinc annos prope trecentos fuit. HOR. epist. 2, 1, 36 scriptor abhinc annos centum qui decidit. VELL. 1, 6, 2 imperium Asiaticum ... translatum est ad Medos abhinc annos ferme octingentos septuaginta, *et sic 24ies in summa apud* VELL., *interdum sic auctum*: 1, 8, 2 abhinc annos ferme MCCL ... cum ... funebres ludos faceret. 1, 12, 5 abhinc annos CLXXIII Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio consulibus (*sic saepe*). 2, 93, 1 ante triennium fere quam Egnatianum scelus erumperet, circa Murenae Caepionisque coniurationis tempus, abhinc annos L. 2, 103, 3 Aelio Cato C. Sentio consulibus V kal. Iulias, post urbem conditam annis septingentis quinquaginta quattuor, abhinc annos septem et viginti. 2,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

128, 1 ante bellum Punicum abhinc annos trecentos. SVET. Aug. 69 nunc coepi an abhinc annos novem? APVL. apol. 55 nec hoc ad tempus compono, sed abhinc ferme triennium est, cum ... veneram ..., eadem ista prae me tuli. SVLP. SEV. chron. 1, 2, 1 mundus a deo constitutus est abhinc annos iam paene sex milia. 2, 9, 7. 2, 30, 8. 2, 33, 1. 2, 39, 8. *cum abl.*: CIC. Q. Rosc. 37 quo tempore? abhinc annis XV. Verr. 3, 130 comitiis iam abhinc diebus triginta factis (*refertur ad tempus rei narratae*). Att. 12, 17 quod pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV spopondisse dicit Flavius. GELL. 1, 10, 2 sermone abhinc multis annis iam desito uteris. ALFEN. dig. 5, 1, 76 populum eundem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuisse[n]t. *ibid.* ut ... nos ipsi non idem essemus qui abhinc anno fuissemus. COD. Theod. 7, 11, 2 abhinc triennio (*opp. tempus tum praesens et* in posterum). 8, 7, 15 qui abhinc quinquennio ... in ordines indebitos evolarunt, pristinis officiis reddantur. SIDON. epist. 9, 9, 3 venisti ... talis, qualem abhinc longo iam diu tempore desideria nostra praestolabantur. *cum numeris ordinalibus, sim.*: IMP. AVREL. Fronto p. 35, 2 N. anno abhinc tertio me commemini ... in agrum Pompei Falconis devertere. GELL. 14, 1, 20 ut ... centesimo usque abhinc saeculo vel magis primo caeli atque mundi exordio atque inde iam deinceps ... stellae istae praemonstrare debuerint, qualis ... futurus sit, quisquis hodie natus est. OROS. 7, 43, 11 superiore abhinc anno. APVL. apol. 1 dies abhinc quintus an sextus est, cum me ... incessere. *varie iungitur*: AMM. 30, 4, 12 leges ignotas cum Euandri matre abhinc saeculis obrutas multis. NOVELL. Theod. 23, 1, 1 intra triginta annos abhinc retro numerandos. NOVELL. Maior. 7, 1, 1 intra triginta abhinc retro annos. SIDON. epist. 4, 4, 1 cumque abhinc retro iuvenes eramus, *quibus locis additum* retro *probat usum de futuro tempore tunc iam praevaluisse. idem* superius *de ordine orationis*: CLAVDIAN. MAM. stat. anim. 1, 3 post subicit ... abhinc superius etiam ... obicit.

II *de tempore futuro*: *absolute*: *refertur ad tempus praesens*: PACVV. trag. 22 seque ad ludos iam inde abhinc exerceant. TERT. adv. Marc. 3, 5 causas ... agnoscendas abhinc. 4, 9 abhinc (Luc. 5, 10 *ἀπὸ τοῦ νῦν*, VVLG. ex hoc iam) ... homines eris capiens. 4, 41 abhinc (Luc. 22, 69 *ἀπὸ τοῦ νῦν*, VVLG. ex hoc) ... erit filius hominis sedens ad dextram virtutis dei. *cf.* AMBR. in psalm. 40, 26 abhinc (Marc. 14, 62 *om. graecus textus et* VVLG.). TERT. adv. Prax. 24 abhinc nostis illum (Ioh. 14, 7 *ἀπ' ἄρτι*, VVLG. amodo). ITALA apoc. 14, 13 felices illi mortui qui in domino mortui sunt abhinc (*ἀπ' ἄρτι*, cod. Gig. iam ex hoc, VVLG. amodo). AMBR. bon. mort. 11, 49 (AVG. c. Pelag. 4, 11, 31) abhinc induamus huiusmodi studium. SIDON. epist. 4, 16, 2 abhinc uberi praeconio non carebis. 7, 9, 16 Simplicius, hactenus vestri iamque abhinc nostri ... ordinis comes *et passim* (COD. Theod. 16, 2, 40 *lege* ab hac, *cf.* Iust. 1, 2, 5). *comparatur tempus narrationis, plerumque praeteritum*: TERT. anim. 38 iura civilia abhinc (*i. a pubertate*) agendis rebus adtemperant. adv. Val. 17. AVSON. Caes. tetr. 276, 65 Antoninus abhinc regimen capit. AVR. VICT. Caes. 13, 12 abhinc (*ascito ad imperium Hadriano*) divisa nomina Caesarum atque Augusti. 24, 9. 37, 5. PALLAD. 4, 13 latent abhinc (*a septimo equi anno*) aetatis notae. AMBR. de XLII mans. 12 (Migne 17, 24 B) iam abhinc promoventur filii Israel de monte Sina. OROS. 3, 23, 68 finis Macedonici belli finis etiam libri fiat, praesertim cum iam abhinc Pyrrhi bella incipiant et mox Punica consequantur. 5, 19, 2 de Mithridatici belli spatio varie traditum est, utrum abhinc primum coeperit, an tunc praecipue exarserit. HILAR. epist. 3, 7 (p. 134 Thiel) Eusebius chronicorum abhinc (*a Nino*) exorsus est historiam, *antecedit* a cuius tempore. *passim. paene causaliter*: EMPOR. rhet. min. p. 566, 11 quae autem abhinc bona etiam in posteros propagata conspicio! *cum casu vel numeris*: *a tempore praesenti*: APVL. flor. p. 77 Oud. libro mandabo, uti per omnis provincias eat totoque abhinc orbe (*cf. l.* 74) totoque abhinc tempore laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repraesentet. SYMM. epist. 4, 59, 2 pretium proxima abhinc aestate mittemus. *a tempore praeterito*: PS. AMBR. sermo 14, 1 (Migne 17, 652 B) *non dicitur* quinquagesima nisi abhinc tertia, nec quadragesima nisi abhinc quarta dominica. OROS. 3, 22, 6 altero abhinc anno. 4, 4, 5 sequenti abhinc anno. 7, 27, 12 intra sex abhinc menses. HIL. c. Const. 2 (Migne 10, 579) quinto abhinc anno (*vide ne sit retro numerandum*). AVR. VICT. Caes. 41, 15 abhinc consumpto fere biennio.

III *de loco*: LVCR. 3, 954 aufer abhinc lacrimas. APVL. flor. *v. l. 60.* ITIN. Ant. p. 296 huc usque Italia, abhinc Gallia. AVG. civ. 22, 11 terra abhinc sursum versus est prima, secunda aqua super terram, tertius aer super aquam. OROS. 3, 16, 2 Illyrios quoque et Thracas translato mox abhinc (*a Graecia*) bello domuit. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. 2, 10 p. 141, 10 estne aliquid, quo abhinc locorum uspiam progrediaris. 2, 12 p. 144, 19 abhinc (*a luna*) ignium aetheriorum spatia usque in extima transmundana. 2, 12 p. 150, 15. PATRICIVS Migne 53, 824 monachus et virgo, unus ab hinc et alia ab aliunde, in uno hospitio non commaneant. IORD. Get. 17, 94 abhinc (*a Marcianopoli*) ... post longam obsidionem ... Geta recessit ad propria. *de ordine disputationis*: TERT. resurr. 42 abhinc enim definimus carnem resurrecturam. adv. Val. 14 Euthymesis sive iam Achamoth, quod abhinc scriptum. AMBR. par. 5, 28 facilis abhinc praeceptorum caelestium series videretur. in ps. 36, 64. PAVL. NOL. carm. 26, 114 recolamus abhinc signata sacratis gesta patrum libris. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. praef. p. 19, 13 primus liber in suo primordio ... post ... abhinc. 2, 9 tit. p. 131, 2. CASSIAN. Nest. 5, 5, 2 ut libello abhinc proximo instituimus. DOSITH. gramm. VII 402, 21 trigena abhinc *sc. post uniformia*.

synonyma: *ad I*: (ante hos ... annos), (iam). *ad II*: (in posterum), ex hoc, amodo; (inde), (deinde), a tempore. *ad III*: (hinc), (inde), (deinde, tum), (postea). *opposita*: *ad I*: nunc, ad tempus, hoc tempore, hodie. *ad II*: hactenus. *ad III*: hucusque, ab aliunde; (supra, prius). *Vollmer.*

abhorreo, -horruī, -horrēre. *cf.* ab *et* horreo. GLOSS. *ἀποφρίσσω, διαφωνῶ*; abhorret: *ἀπάδει, ἀπῳδόν ἐστι*; abhorreo: abhorresco, discrepo, dissentio, dissono; abhorret: discrepat, dissonat, longe est, obtorpuit; abhorrere: adversum esse; abhorrens: *ἀπάδων, ἀσύμφωνος*, discrepans *v.* abhorris. *verbum in deliciis habent Cicero (85es) et Livius (23es), non exhibent poetae praeter Plautum (bis), Terentium (bis), Titinium (semel), Catullum (semel), Lucretium (semel); propria intransitivi significatione deposita inde a Suetonio transitive usurpatur, passivi nulla praeter gerundivum forma extat. cf. Ploen, Archiv 4 (1887) 276.* [*hisp.* aburrir, *prov.* aorrir *M.-L.*]

I ***proprie***: *adduntur*: multum, plus, quam plurimum, adeo, usque adeo, tantopere, quantopere, quam, sic, valde, plane, aeque quam, ineffabiliter, omnino, prorsus, penitus, retro (*v. l. 72*), procul (*v. p. 77, 53. 79, 31 et 68*), quantum liceat ... (*v. l. 64 et 65*); non, nihil; naturā, iudicio, animo, studio ac voluntate.

A *cum praepositione* **ab:** *cf.* DIOM. gramm. I 315, 31 abhorreo ab illo (*cf.* SERG. expl. in Don. gramm. IV 556, 30 ARVS. gramm. VII 452, 17). SERG. gramm. IV 553, 32 abhorreo a stulto. CHAR. gramm. I 231, 10 ab arce abhorreo. **a** *de hominibus, qui abhorrent* **1** *a rebus* **α** *abstractis*: TER. Andr. 828 adulescentulo in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria (*cf.* CIC. Cluent. 27 se ab eis nuptiis abhorrere. GELL. 15, 20, 6 *Euripides* natura abhorruit a mulierum coetu). CIC. fin. 3, 62 perspicuum est natura nos a dolore abhorrere (*cf.* GELL. 12, 5, 7 ut *unusquisque nostrum* omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret). Cael. 48 abhorret *ille* non modo ab huius saeculi licentia, verum etiam a maiorum consuetudine atque concessis. (*cf.* CVRT. 6, 36 dum memineritis aeque illum (*Philotam*) a nostro more quam a sermone abhorrere). fat. 8 *ut* alii a (*add. recte Lambin.*) talibus vitiis abhorreant (*cf.* Sest. 112 cum ipse lator nihil ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorreret. SEN. epist. 97, 15 natura nos a scelere abhorrere. GELL. 1, 3, 7 metus, ne a perfidia et culpa non abhorreat. AVG. civ. 1, 9 qui dissimiliter vivunt et a malorum factis abhorrent. conf. 3, 3 amicitiis eorum delectabar aliquando, a quorum semper factis abhorrebam. c. Gaud. 2, 9 a factis eorum abhorrendo). CIC. Arch. 1 a qua (*disciplina*) ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse. ac. 1, 4 *qui* a Graecorum artibus et disciplinis abhorrerent. fin. 1, 8 ut *quidam* abhorreant a latinis (*litteris*), quod inciderint in inculta quaedam et horrida. GELL. 13, 20 (19), 3 adulescens ... non abhorrens a litteris. CIC. de orat. 1, 179 homo neque meo iudicio stultus et suo valde sapiens et ab iuris studio non abhorrens. Planc. 58 ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis. de orat. 2, 14 me ... ne ipsum quidem a studio audiendi abhorrentem. epist. 13, 12, 2 est *Fufidius* a nostris studiis non abhorrens (*cf.* epist. 13, 22, 1 AVG. retract. 1, 6). CIC. Pis. 62 cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorrere. de orat. 3, 59 cum ipsi doctrina et ingeniis abundarent, a re autem civili et a negotiis animi quodam iudicio abhorrerent. fin. 3, 37 ut a rebus cognitione dignis abhorreat. Arch. 27 non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere (*cf.* HIER. adv. Lucif. 2, 18 se Arianum non esse et penitus ab eorum blasphemiis abhorrere). Phil. 7, 4 animo illos abhorruisse semper ab optimo civitatis statu. epist. 7, 3, 2 cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret. off. 2, 64 conveniet ... a litibus ..., quantum liceat et nescio an paulo plus etiam, quam liceat, abhorrentem *esse* (*cf.* AMBR. off. 2, 21, 106 [Migne 16, 131] decet ... esse ... fugitantem litium, abhorrentem a iurgiis). Sest. 132 C. Caesarem, mitem hominem et a caede abhorrentem. (TAC. hist. 3, 65 mitem virum abhorrere a sanguine et caedibus. SVET. Dom. 9 usque adeo ab omni caede abhorrebat. LACT. inst. 5, 9, 14 ipsi ... ab humano sanguine abhorrentes). LVCR. 1, 943 (= 4, 18) quoniam haec ratio plerumque videtur tristior esse quibus non est tractata, retroque volgus abhorret ab hac. CAES. civ. 1, 85, 3 ipsos duces a pace abhorruisse (*cf.* LIV. 22, 18, 1 ab nocturno utique abhorrens certamine). NEP. Milt. 3, 5 adeo se abhorrere a ceterorum consilio (*cf.* LIV. 25, 23, 4 *aliqui* quia ab novis consiliis abhorrebant). PLIN. epist. 1, 2, 5 confitebor et ipsum me et contubernales ab editione non abhorrere. GELL. 9, 14, 8 inperitiores 'dei' legunt (*pro* 'dii') ab insolentia scilicet vocis istius abhorrentes. AVG. civ. 22, 8 vir ... multum abhorrens a religione Christiana. gen. ad litt. 1, 20 a segetis asperitate abhorrentes et spinarum floribus inhiantes. in psalm. 132, 8 (Migne 37, 1734) illi abhorrentes a verbo tamquam tenebrae fugientes a lumine. epist. 127, 9 (Migne 33, 487) noli ... vir abhorrere a virtute quam mulier parata est suscipere. SALV. gub. 7, 17, 72 ut etiam qui ab hac re (*ab impudi-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

citia vel lupanari) penitus abhorrerent, tamen vitare vix possent. **β** *concretis*: PLAVT. Merc. 837 ab Atticis abhorreo. TITIN. com. 39 ab hac domo (*vel* hac domo *Ribb.*², hanc domo *codd.*) abhorres. CIC. Att. 12, 38, 4 de Drusi hortis, quamvis ab iis abhorreas. APVL. apol. 88 miror, quod tu a villa tantopere abhorreas. PS. CYPR. dupl. mart. 29 oportet . . . illud considerare quantopere Christiani abhorrent ab idolothytis et ab ingressu fanorum atque ab ipsis etiam simulacris. LACT. inst. 5, 22, 1 necesse sit sapientem ac iustum virum longe ab illis bonis (*velut opibus, honoribus, imperiis*) abhorrere. **2** *ab hominibus*: CIC. Flacc. 9 si quis unquam de nostris hominibus a genere isto (*a Graecis*) studio ac voluntate non abhorrens fuit. TAC. ann. 13, 12 uxore ab Octavia . . . fato quodam . . . abhorrebat *Nero*. MERCAT. Cyrilli apol. (Migne 48, 955) nos ab ita credentibus abhorrere.

b *de animo, de similibus aliisve abstractis*: TER. Hec. 714 omnino abhorrere animum huic video a (*omittit* A) nuptiis. CIC. inv. uti a tali culpa non videatur abhorruisse *animus*. SEST. 71 animum Caesaris a causa non abhorrere. Att. 2, 6, 1 a scribendo prorsus abhorret animus. Ligar. 28 animi a causa abhorrebant. LIV. 2, 57, 2 eo plus abhorrebant a certatione animi. 30, 30, 9 animo tantum nobis opus est non abhorrente a quietis consiliis. 28, 24, 3 quem (*animum captivae*) cum abhorrentem a voluntario videret stupro. 42, 62, 7 numquam ab talibus consiliis abhorrebat regis animus (*opp.* comprobo). SEN. contr. 2 praef. 3 video animum tuum a civilibus officiis abhorrentem et ab omni ambitu aversum. CVRT. 5, 8, 10 a qua (*fuga*) multum abhorret animus. SVLP. SEV. chron. 1, 10, 7 Ruben, cui a tanto facinore abhorrebat animus. *cf.* GELAS. tract. 3, 4 (*v. p. 78, 56*). FLOR. Verg. or. an poeta (p. 184, 19 R.) tota mens, totus animus resiliit atque abhorruit ab illa civitate. CIC. epist. 16, 21, 2 ut non solum animus a factis, sed aures quoque a commemoratione abhorreant. CVRT. 4, 6, 3 sunt Bactriani . . . horridis ingeniis multumque a Persarum luxu abhorrentibus. CIC. Cluent. 78 huius Staieni persona . . . ab nulla turpi suspicione abhorrebat. CIC. prov. 43 voluntatem Caesaris a salute mea non abhorrere. epist. 2, 17, 6 quam valde Bibuli voluntas a me sine causa abhorreret. CIC. Verr. 3, 10 ut ego istum accusarem, a quo mea longissime ratio voluntasque abhorrebat. CIC. Att. 14, 19, 1 adsentiris . . . nostram aetatem a castris, praesertim civilibus, abhorrere. CIC. Lael. 50 si *virtus* a caritate vulgi abhorreret. LIV. 6, 6, 7 Quinctiorum Cincinnatique et Capitolini sententiae abhorrebant a caede. LACT. inst. 3, 25, 2 non est ergo sapientia, si ab hominum coetu abhorret. AVG. epist. 138, 1, 1 (Migne 33, 525) multa sunt, a quibus sensus eorum si adhuc abhorret et resilit. *cf.* mend. 9, 15 (*v. p. 78, 70*). *cum gerundio sive gerundivo*: CIC. Att. 7, 13a, 23 dilectus adhuc quidem invitorum est et a pugnando abhorrentium. 2, 6, 1 a scribendo prorsus abhorret animus. CIC. epist. 2, 16, 3 vidisti quam abhorrerem ab urbe relinquenda. Att. 14, 13, 5 *Quintus* a ducenda uxore sic abhorret. LIV. 9, 26, 4 longinquitas quoque abhorrere *Romanos* a relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infestas gentes cogebat. 44, 25, 4 Romanos . . ., et ipsos duces et senatum, non abhorrere a finiendo tam incommodo ac difficili bello. GELL. 12, 5, 14 esse quaedam intolerabilia, a quibus viri aut obeundis abhorreant aut sustinendis.

B *cum* ***ablativo***: *v.* TER. Hec. 714 *A* (*v. l. 15*) CVRT. 6, 7, 11 *Dymnus* versabat *Nicomachi* animum tanto facinore procul abhorrentem. TAC. ann. 1, 54 neque ipse abhorrebat talibus studiis. HEGES. 1, 30 eos . . . abhorrentes studio. TAC. ann. 14, 21 maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis. TAC. hist. 4, 55 publice civitas talibus inceptis abhorrebat.

C *cum* ***accusativo***: *cf.* ARVS. gramm. VII 452, 14 abhorrere illum, Cic. pro Cluentio (*41*). **1** *personae*: (*in zeugmate*: CIC. Cluent. 41 omnes illum aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes . . . fugiebant.) SVET. Aug. 83 pumilos atque distortos et omnis generis eiusdem, ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat. SED. op. pasch. 2 dominus . . . abhorrens divinis monitis non parentes. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 25 *Martinus*, qui vos abhorrens Romae mirabilia fecit. **2** *rei*: **a** *abstractae*: SVET. Galb. 4 ceterisque ut obscenum ostentum abhorrentibus. Vit. 10 abhorrentis quosdam cadaverum tabem. PS. ACRO Hor. carm. 2, 4, 19 *ancillam* abhorrentem fraudem et pecuniam. PORPH. Hor. carm. 1, 3, 17 quam mortem abhorrere potest, qui . . . videre potuit. 2, 16, 13 paterna re familiari contentus, victum angustum abhorret. epod. 16, 35 quippe cum abhorre⟨a⟩nt eos (*reditus*). sat. 1, 6, 98 *Maecenas* abhorrens senatoriam dignitatem . . . . LACT. ep. 46 (51), 2 scio . . . multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere a veritate. DON. Ter. Ad. 349 ut alii facinora abhorreant. HIER. epist. 32, 5 (Migne 30, 241) tantum scelus abhorremus omnes. AVG. poen. 7, 18 temerarius est, qui peccatum non abhorret. CYRILL. in Aug. epist. append. 19, 8 (Migne 33, 1139) sanctimonialis domina . . ., quae illud vitium quam plurimum abhorrebat. DICT. 2, 23 exemplum huiusmodi abhorrentes. 25 Polymestorem exemplum admissi abhorrentem. HERM. mand. 5, 2, 6 quia spiritus *tenerrimus* (*sc. sanctus*) consuetudinem eius (*sc. spiritus magni i. e. mali*) abhorret (*τὸ τρυφερὸν πνεῦμα . . . μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ πονηροῦ πνεύματος*). AMBR. epist. 19, 13 (Migne 16, 986) quod vagam ac familiarem adolescentulis abhorreret animo lubricae libidinis consuetudinem. HEGES. 5, 16 quod *deus* abhorreat tantorum contagia flagitiorum et funestorum scelerum aversetur atrocitatem. ISID. reg. mon. 3, 3 (Migne 83, 871) *monachus* philargyriae contagium ut letiferam pestem abhorreat. HIER. expos. interl. Iob (Migne 23, 1416) sicut mortiferum omnis abhorret, ita . . . . PAVL. NOL. carm. 10, 168 de vanis libera curis otia amant strepitusque fori rerumque tumultus cunctaque divinis inimica negotia donis et Christi imperiis et amore salutis abhorrent. CASSIAN. conl. 20, 12, 4 nec . . . a fetidis criminum sordibus, quae abhorret dominus, quemquam abstinuisse sufficiet. AVG. civ. 5, 9 fati nomine . . ., quod nos abhorremus praecipue propter vocabulum. poen. 8, 21 (Migne 40, 1120) qui eius (*sc. hominis*) fragilitatem non abhorruerit. ad fratr. erem. 35 (Migne 40, 1297) decet iudicis calcare superbiam, abominari luxuriam, abhorrere falsitatem, despicere avaritiam. 46 humilitas . . . primatus et cathedras omnes fugit, omne dominicum abhorret. CYRILL. in Aug. epist. append. 19, 20 (Migne 33, 1147) hic (*monachus*) . . . mulierum visus ineffabiliter abhorrebat, ita ut earum memoriam formidaret. ZENO tract. 2, 71, 1 (Migne 11, 467) cuius (*populi Iudaici*) abhorrens infelicitatem dominus. MAX. TAVR. hom. 16 (Migne 57, 258) vos autem . . . abhorrete vana, refugite falsa, impia declinate. CASSIOD. var. 1, 41 *collega de vena nobilium* qui se promittat abhorrere moribus, quam refugit sanguine, vilitatem. hist. 11, 10 cuius (*Sabatii*) mores cum populus abhorruisset. FRVCTVOS. reg. monast. 8 (Migne 87, 1116) habent *novicii senes* consuetudinem mores pristinos nunquam abhorrere. DION. EXIG. cod. can. Eccl. 53 (Migne 67, 197) nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorrent. 68 (Migne 67, 58) si quis . . . velut abhorrens nuptias (*βδελύττων τῶν γάμων, βδελυττόμενος τὸν γάμον*). 73 (Migne 67, 58) si qua mulier . . . nuptias abhorrens (*βδελυττομένη τὸν γάμον*). 57 (Migne 67, 200) agnita veritate falsitatem eorum (*Donatistarum*) abhorrentes. AVG. civ. 6, 6 quae (*sc. quae aut poetae aut philosophi scribunt*) sic abhorrent *populi*, ut . . . . ANTH. 730, 12 non deus hoc recipit, quod homuncio sanus abhorret. GREG. TVR. hist. Franc. 5, 11 unus Iudaeorum super caput conversi Iudaei oleum fetidum . . . diffudit. quod cum cunctus aborrens populus voluissent eum urguere lapidibus . . . . *nota*: PS. AMBR. prec. 2, 3 humilitas vera . . . novitatum praesumptionem abhorret . . . . EPIST. Conc. 11 (Migne 13, 584) tormenta abhorreat religio sacerdotis. *passive*: abhorrendus, a, um: CYRILL. in Aug. epist. append. 19, 5 (Migne 33, 1134) talia coepit et tam abhorrenda verba fari. 19, 19 (Migne 33, 1146) tot et tanta vitia abhorrenda. 19, 20 (Migne 33, 1147) *monachus* paene eam ad illicita et omnino ab hominibus abhorrenda . . . invitabat. NOVELL. Valent. 13, 1 ne abhorrenda usurpatio ab omni honesta conversatione vires diutius obtineret. **b** *concretae*: MIN. FEL. 12, 5 praecerptos cibos et delibatos altaribus potus abhorretis (*cf.* GREG. TVR. hist. Franc. 5, 5 *Pappolus* abhorret cibum potumque). ZENO tract. 2, 66 (Migne 11, 521) tauros hircos, arietes et agnos abhorret dominus. ALEX. c. Dind. p. 176, 17 sanguinis fluenta manantia abhorremus. VVLG. Sirach 38, 4 vir prudens non abhorrebit illa (*sc. medicamenta, οὐ προσοχθιεῖ αὐτοῖς*). SED. hymn. 2, 22 praesepe non abhorruit. AVG. ad fratr. erem. 36 (Migne 40, 1300) divitias abhorrens. EVGEN. carm. 85, 25 (Migne 87, 400) felix . . . qui terrae fragiles semper abhorret opes. GREG. TVR. vit. patr. 1, 4 *Lupicinus* non abhorrens luridae maculam leprae.

D *cum infinitivo*: PORPH. Hor. carm. 1, 1, 16 mercator . . . abhorret navigare. AVG. civ. 2, 5 qualia viri optimi abhorrent suis adhibere conviviis. propr. nat. 2, 1 (Migne 46, 961) laudari a male viventibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi est, non voluptati. GELAS. tract. 3, 4 quod abhorret animus dicere, sed cogit necessitas non tacere. PETR. CHRYS. sermo 54 (Migne 52, 351) eam (*margaritam*) inter stercora ipsa perquirere non abhorret. BAVDON. vita Radeg. 6 cuius voluntatem . . . facere abhorruit.

E *absolute*: CAT. 22, 11 tantum abhorret ac mutat. CIC. de orat. 2, 85 sin plane abhorrebit et erit absurdus *orator*. 2, 185 ut *iudices* aut cupiant aut abhorreant. BELL. Afr. 73, 4 *Caesar* aequo loco *hostes* invitat ad dimicandum. postquam abhorrere eos videt . . . . LIV. 29, 12, 10 Epirotae . . . legatos de pace communi ad Philippum misere . . . ne ipsius quidem regis abhorrebat animus. AVG. serm. app. 22, 3 (Migne 46, 917) quae est ergo res, quam speramus? . . . terra est? non . . . . aliquid quod in aere volitet? abhorret anima. SALV. gub. 6, 3, 18 sacrilegio non pollueris, quia mente dissentis, et si intervenias latrocinio, non inquinaris actu, quia abhorres animo. AVG. mend. 9, 15 (Migne 40, 499) si fimo perfundatur . . . patiaturve muliebria, omnium fere sensus abhorret. AMBR. apol. Dav. 2, 4, 25 lex prohibet, repugnat religio, abhorret fides, ut ad dexteram dei omnipotentis mortalem hominem loces. civ. 7, 13 sequitur ut sit omnis viri animus deus; quod si et ipsos abhorrere absurditas ipsa compellit.

II ***translate***: *discrepo, sum alienus, remotus. adduntur*: multum, non multum, haud multum, plurimum, nimium, paulum, parum, tantum, potissimum, adeo, usque adeo, tam, ita, omnino, penitus, longe, longius, procul, non procul; non, haud, haud sane; colore, lingua, moribus, animo, mente.

A *finito subiecto*: **1** *cum praepositione* **ab. a** *de rebus abhorrentibus* **α** *a rebus*. CIC. leg. 2, 16 mentes haud sane abhorrebunt ab utili aut a vera sententia. Tusc. 4, 35 quorum mens abhorret a ratione. CIC. Sest. 96 nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

officio vestro nec ab ipsa causa P. Sestii abhorrebit oratio mea (*cf.* rep. 1, 24 oratio abhorrens a persona hominis gravissimi. Att. 11, 17, 2 quod Oppium tecum scribis locutum, non abhorret a mea suspicione eius oratio. de orat. 1, 83 haec erit spinosa quaedam et exilis oratio longeque ab nostris sensibus abhorrebat). Planc. 78 nam hoc quidem abhorret a virtute verbum. opt. gen. 23 verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. part. 20 verba ... ab ipsa actione. 53 verba..., quae vim habeant inlustrandi nec ab usu sint abhorrentia. Verr. 4, 52 cum huius iudicii discrimen ab opinione tua non abhorreret. Scaur. 9 hic opinio fuit ... duplex, una non abhorrens a statu naturaque rerum (*cf.* Avg. civ. 6, 6 *opiniones populorum* quas ab deorum natura abhorrere ... sentio). Flacc. 69 istorum (*Iudaeorum*) religio sacrorum a splendore huius imperii, gravitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat. Cic. Sest. 98 otium, quod abhorreat a dignitate. Scaur. 33 res non modo non abhorrens a consuetudine, sed usitata etiam; *cf.* Deiot. 17 etsi a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum res abhorrebat. Don. Ter. Hec. praef. 27 ut res novae fiant, nec tamen abhorreant a consuetudine. Avg. util. cred. 17 (Migne 42, 77) res abhorrentes a sensu qualiumcumque hominum. Cic. S. Rosc. 68 tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. Arch. 3 genere dicendi, quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat. Pis. 71 ne hoc ipsum genus orationis ... ab huius loci more abhorreret (*cf.* de orat. 3, 66 genus orationis ... abhorrens ab auribus vulgi. Brut. 31 quod genus *philosophiae* ab hoc, quod proposuimus, abhorret). epist. 1, 9, 23 *libri de oratore* abhorrent a communibus praeceptis. ad Q. fr. 1, 1, 39 nullae tuae vehementiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos, nullae contumeliae perferuntur, quae cum abhorrent a litteris, ab humanitate tum vero contraria sunt imperio ac dignitati. Att. 1, 20, 2 a meis consiliis ratio tua non abhorret (*cf.* Qvint. inst. 9, 2, 78 ratio sententiarum non procul a ratione iocandi abhorret). opt. gen. 20 causa ipsa abhorret illa quidem a (*om. Sangall. al.*) formula consuetudinis nostrae, sed est magna. de orat. 3, 202 inlusio a praeceptis Caesaris non abhorrens (*cf.* Qvint. inst. 9, 1, 28). rep. 2, 11 civitatem ... praeclaram ..., sed a vita hominum abhorrentem et moribus. par. 1 locos graves ex philosophia tractare abhorrentes ab hoc usu forensi et publico (*cf.* Lact. inst. 5, 12, 5 est apud Ciceronem non abhorrens a vero locus). fin. 3, 4 agri cultura, quae abhorret ab omni politiore elegantia. 5, 31 ab interitu naturam abhorrere (*cf.* Tac. ann. 13, 47 maxime despecta et nullius ausi capax natura eius *Sullae* a crimine abhorrebat). Cat. 1, 18 consilium, quod a tuo scelere abhorreat (*cf.* Liv. 9, 30, 7 consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum. Ambr. ev. Luc. 3, 36 (Migne 15, 1604) sancti Matthaei consilium a rationis iustitia non abhorret). Nep. Att. 14, 2 eos vocabat, quorum mores a suis non abhorrerent. Liv. 1, 48, 5 quia *scelus* non abhorret a cetero scelere. 22, 13, 6 Punicum abhorrens ab Latinorum nominum ⟨pronuntiatione *add. Haupt*, os *add. Gron.*⟩. 29, 6, 8 spem ab effectu haud abhorrentem. Sen. epist. 103, 5 *philosophia* non abhorreat a publicis moribus. Cvrt. 3, 6, 19 cultus habitusque paulum a privato abhorrens. Colvm. 8, 8, 1 horum (*columborum*) possessio non abhorret a cura boni rustici. Tac. dial. 35 ut materiae abhorrenti a veritate declamatio adhibeatur. Plin. epist. 2, 11, 23 qui titulus a vita hominis compti semper et pumicati non abhorrebat. Mar. Vict. gramm. VI 151, 19 priapeum metrum ..., quod genus hexametri adeo abhorret ab heroi lege, ut .... gramm. VI 16, 8 mediam vocem, quae non abhorreat ab utraque littera (*sc.* m *et* n). Ivlian. dig. 50, 17, 66 exceptionem iustam nec ab aequitate naturali abhorrentem. Vlp. dig. 42, 4, 7, 11 *furiosi* status et habitus a pupilli condicione non multum abhorret. Gell. 4, 15, 6 verborum significatio a sententia Sallustii ... non abhorret. 10, 4, 4 cum adnuimus et abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret, *cf.* Mercat. Cyrill. apol. (Migne 48, 951) humanus sensus ... a veritatis dogmatibus abhorrentem habeat motum. Gell. 18, 11, 2 vocum fictionibus, quae mihi neque abhorrere a poetica facultate visae sunt neque dictu profatuque ipso taetrae aut insuaves esse. 19, 8, 2 sermocinatio ... a Latinae linguae studio non abhorrens. Apvl. apol. 90 vitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere. Plat. 2, 13 ille alius abhorrens ab humanitatis clementia, qui vulgo amor dicitur. 2, 22 paria a similibus non abhorrent. Capitol. Ver. 10, 2 fabula ... abhorrens a talis viri vita (*cf.* Macr. sat. 1, 17, 51 fabula non abhorret ab intellectu naturalis arcani). Lampr. Diad. 4, 4 quamvis non multum abhorruerit ab illo signo Diademati nomen Diadumeni. Lact. inst. 3, 25, 12 Tullius ait abhorrere a multitudine philosophiam. Chalc. comm. 315 non erit omnino abhorrens a ratione vel inconveniens praesumptio. Aqvila rhet. p. 36 quorum ordo ab humili, fortuna a sordida, natura a turpi oratione abhorret (*cf.* Mart. Cap. 5, 537. Avg. civ. 21, 1 nec a divinis ordo iste abhorret eloquiis). Hier. in Mich. 1, 69 (Migne 25, 1175) non abhorrebit a veritate expositio tractatoris. Avg. gen. ad litt. 3, 18, 28 ille sensus non abhorret ab his verbis (*cf.* c. Iul. 6, 24, 75 [Migne 44, 868] frustra sensum alium novum atque distortum et a vero abhorrentem moliris exsculpere). civ. 11, 32 a fidei regula non abhorrentes ... sententias (*cf.* Cassian. inst. 3, 9, 2 secundum

Ecclesiastis sententiam, quae licet habeat et alium mysticum sensum, tamen ab hoc [*sensu*] quoque non abhorret). epist. 120, 20 non eam (*sc. trinitatem*) a nostro intellectu omnino abhorrere apostolus testis est. 104, 17 sine tormentis corporalibus a proposito nostro abhorrentibus. civ. 22, 19 deformitates humanorum corporum ..., quae huic miserae vitae congruunt, abhorrent autem ab illa futura felicitate sanctorum. 12, 11 epistula Alexandri multum abhorret in spatiis temporum a probabili fide rerum. epist. 167, 2, 6 (Migne 33, 736) ab hac (*sc. constantia*) longe abhorret et indubie contrasistit. c. Iul. 2, 5, 10 diversis modis, ab una tamen regula fidei non abhorrentibus. retract. 2, 37 (Migne 32, 646) origo nominis, quae abhorret a vera religione. quaest. Dulc. 8 (Migne 40, 154) non abhorret ... a ratione veritatis iste intellectus huiusce sententiae. Sidon. epist. 4, 22, 5 scriptio historica videtur ordine a nostro multum abhorrere. Boet. Porph. p. 86 C ab hominum mentibus doctrinae secretum altioris abhorreat. Cassiod. in psalm. 123 (Migne 70, 915) ne discrepantia sexus aliquibus abhorreat. orthogr. 7 (gramm. VII 188, 1) 'bam' et 'ban' syllabas cum aliis vocalibus in nominativo casu a latino sermone abhorrere cognovimus. Greg. moral. 22, 7, 14 (Migne 76, 221) ab huius significationis ordine haec ... suspicio non abhorrebit. Cic. Mur. 69 si etiam illud addam, quod a consuetudine non abhorret (*cf.* Sen. benef. 2, 35, 2 a consuetudine quaedam quae dicimus abhorrent, deinde alia via ad consuetudinem redeunt. Don. Ter. Hec. 756 in omnibus, quae minus pervulgata sunt quaeque abhorrent a consuetudine. Hec. alt. prol. 31 hoc abhorret a nostra consuetudine. Avg. quaest. hept. [Migne 34, 730] nonnulli ... aliud opinantes 'in phantasmate' interpretari volunt, quod omnino sic abhorret a consuetudine locutionis nostrae, ut .... doctr. christ. 3, 22 [Migne 34, 78] sed ea tamen abhorrent a consuetudine bonorum, qui .... 3, 10, 5 [Migne 34, 71] si quid scriptura vel praeceperit, quod abhorret a consuetudine audientium, vel quod non abhorret culpaverit). Cic. off. 1, 128 nos autem naturam sequamur et ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. inv. 1, 77 verum illa nobis abhorrere ab usu oratoris visa sunt (*opp.* pertinere). de orat. 3, 224 sed illud videtur ab huius nostri sermonis officio non abhorrere. Cat. 1, 20 id quod abhorret a meis moribus (*cf.* de orat. 1, 219 satis est ea de moribus hominum et scire et dicere, quae non abhorrent ab hominum moribus. 1, 224 usque eo illa, quae dicenda de iustitia putabat *Plato*, a vitae consuetudine et a civitatum moribus abhorrebant. Cvrt. 7, 8, 11 quae *legatos* locutos esse apud regem memoriae proditum est, abhorrent forsitan moribus ⟨hominibus⟩que nostris). Cic. div. 2, 125 nec frustra ac sine causa quid facere dignum deo est, quod abhorret etiam ab hominis constantia. de orat. 3, 65 sed utrumque est in his, quod ab hoc quem instruimus oratore valde abhorreat. fin. 5, 66 quicquid aget quaeque virtus, id a communitate et ea, quam exposui, caritate ac societate humana non abhorrebit. Cels. 1 prooem. (p. 8, 16) ea neque addicta alterutri opinioni sunt neque ab utraque nimium abhorrentia. Qvint. inst. 8, 3, 43 ⟨ab ipsa actione atque *suppl. edd. vett.*⟩ imitatione rerum non abhorrentia. 5, 12, 1 quae adiecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt. Svet. Nero 43 multa et inmania, verum non abhorrentia a natura sua creditur destinasse. Vlp. (Ivlian.?) dig. 19, 5, 13, 1 abhorrere haec ab area. Vlp. dig. 8, 4, 6, 3 a a quo non abhorret, quod Marcellus ... scribit. Victorin. schol. Cic. p. 207, 15 si id, quod dicimus, a natura nostra non abhorreat. 207, 18 ut id, quod agimus, a populi more non abhorreat. Amm. 15, 7, 8 alia ... a proposito legis abhorrentia. 22, 10, 5 sufficit pro multis hoc unum ponere nec abhorrens a proposito nec absurdum. 28, 4, 32 quae longe abhorrent a studiis et voluntate ... plebis. Ambr. exam. 4, 4, 15 si hoc abhorret a vero (Cain et Ab. 2, 4, 14 etiam illud non abhorret a vero, quod ... in se manus iniecit. spir. 2, 5, 34 meliorem operationem spiritus sancti quam patris et filii, qui cupient separare, defendent: quod abhorret a vero, *cf.* Avg. c. Iul. 4, 8, 43. Avg. quaest. hept. 4, 33 quamquam et illud non abhorret a vero, ut ideo additum intelligatur 'quae habet in se vitium ...'. epist. 82, 3 quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt. gen. ad litt. 8, 9, 18 quid ergo abhorret a vero, si credamus hominem ita in paradiso constitutum ...? retract. 2, 54 aliquid, quod a veritate non abhorreat). Ambr. off. 3, 9, 158 hinc nascuntur ... hereditates ... quod abhorret a proposito Christiani viri. Hier. transl. Orig. hom. 11 in Ierem. (Migne 25, 673) etiamsi Christus hoc dicit, non abhorret ab intellectu. *ibid.* (Migne 25, 675) hoc ... sive de cruce domini praedicatum, sive de iustis sive specialiter de Ieremia volueris accipere, non abhorrebit a sensu (*cf.* Avg. persev. 9, 22 quod ita abhorret a sensibus christianis aut prorsus humanis, ut ...). adv. Lucif. 2, 18 (Migne 23, 171) Muzonius ita locutus est: ... quae sunt mala, et ab auribus et a corde nostro abhorrere debent. Avg. acad. 3, 1 (Migne 32, 933) pauca ... de spe ... non ab re abhorrentia ... audiatis (*cf.* dial. 6 [Migne 32, 1412] si quis dicat homines piscibus similes natando fieri, et inde piscinae nomen esse natum, stultum est hoc refutare, cum ab re neutrum abhorreat, et utrumque lateat). serm. script. 7, 3 (Migne 38, 63 *et* 64) hoc ... quod abhorret a regula fidei, a regula veritatis (*cf.* epist. 147, 14, 34, Migne 33, 612). anim. 3, 4, 6 quod abhorret ab ista similitudine. c. Iul. op. imp. 2, 53 (Migne 45, 1165) ostende per Adam solum sine muliere generationem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exstitisse; nec hoc enim ab elegantia tui abhorret ingenii. CASSIAN. conl. 23, 12, 4 (*v. l. 21*). SALV. eccl. 3, 15, 62 (*v. p. 82, 63*). GREG. M. epist. 1, 36 (Migne 77, 490) quod mihi tantum displicet, quantum a veritatis iudicio abhorret. hom. in Ezech. 2, 5, 8 (Migne 76, 989) si quis utraque haec ostia in hac vita velit accipere, neque hoc a salubri intelligentia abhorret. 2, 4, 18 sin vero utraque hoc loco marginem ac thalamos memorat, neque hoc ab hac sententia abhorret. ISID. orig. 2, 12, 4 si quis abhorrens aliquid ab sanctimonia et nomine suo fecisse dicatur. *de concretis*: CVRT. 3, 1, 14 vehiculum ... cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens. 8, 9, 4 *Indus* aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes. 8, 9, 14 mare *rubrum* ... ne colore quidem abhorret a ceteris. QVINT. inst. 12, 10, 41 athletarum corpora non esse naturalia atque ab illa specie, quae sit concessa hominibus, abhorrere. *β ab hominibus*: CIC. de orat. 3, 65 sed utrumque est in his, quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat. Cluent. 167 quid unquam Avitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? LIV. 10, 3, 7 qui terror non eo tantum a Fabio abhorret, quod .... CVRT. 5, 6, 17 Mardorum gentem bellicosam et multum a ceteris Persis cultu vitae abhorrentem. TAC. hist. 2, 2 neque abhorrebat a Berenice iuvenilis animus. CASSIAN. conl. 23, 12, 4 abhorret ab illo iustitiae ac pietatis auctore, quidquid bonitati aequitatique contrarium est.

b *de hominibus ab aliqua re alienis, remotis*: CIC. de orat. 1, 12 in dicundo ... vitium sit a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere *oratorem* (*cf.* QVINT. inst. 8 prooem. 25). opt. gen. 16 si quis erit, qui se Thucydidis genere causas in foro dicturum esse profiteatur, is abhorrebit etiam a suspicione eius, quod versatur in re civili et forensi. LIV. 4, 44, 11 Postumia virgo Vestalis de incestu causam dixit, crimine innoxia, ab suspicione propter cultum amoeniorem ingeniumque liberius, quam virginem decet, parum abhorrens. QVINT. inst. 9, 2, 30 adversariorum cogitationes velut secum loquentium protrahimus, qui tamen ita demum a fide non abhorreant, si ea locutos finxerimus, quae cogitasse eos non sit absurdum. PLIN. epist. 5, 7, 3 scio te ... a iudicio meo non abhorrere. SERV. Verg. Aen. 8, 294 alii Pholum non abhorrere a vera historia tradunt. HEGES. 4, 7 Idumaeos ... tantum abhorrentes ab eorum proposito. 1, 40 ubi advertit regem a sua sententia non abhorrere (*cf.* AVG. c. Iul. op. imp. 2, 133 [Migne 45, 1197] Paulum ... ab hac constabit abhorrere sententia). 5, 46 ut *Titus* ab indulgentia non abhorreret. AVG. civ. 11, 33 a regula ... fidei ... non abhorruimus. c. Faust. 22, 44 (Vind. 25, 636) ab illo opere patrem abhorrere sentiebant *filiae Lot*. enchir. 103 ut oraretur pro regibus et iis, qui in sublimitate sunt, qui putari poterant fastu et superbia saeculari a fidei Christianae humilitate abhorrere. c. Pelag. 3, 7, 17 (Migne 44, 601) quis ... ita non solum a divino, sed a sensu quoque abhorret humano? c. Iul. 5, 2, 5 (Migne 44, 785) inverecundi erant ... et a pudoris sensu abhorrebant. pecc. orig. (Migne 44, 363) quod si diceret, non abhorrere a doctrina apostolica videretur. epist. 138, 2, 9 (Migne 33, 529) quid est ... non reddere malum pro malo nisi abhorrere ab ulciscendi libidine? 155, 3, 9 (Migne 33, 670) abhorrentes vel a tali philosophia. 258, 2 (Migne 33, 1072) a quibus (*rebus divinis*) tu longe abhorrebas. c. Iul. 4, 15, 77 (Migne 44, 778) dogmata hominum a sacris litteris nostris abhorrentium. MERCAT. Cyrill. apol. (Migne 48, 995) hi a rectis dogmatibus abhorrentes et adversus sacras litteras durum sensum insolentemque opponentes (*cf. ibid.* Migne 48, 945 procul a recta semita videtur errare et a pietatis dogmatibus abhorrere). *ibid.* Migne 48, 936 quod ab huiuscemodi opinione abhorreamus. COD. Iust. 12, 32 (33), 1 si abhorreant a condicione servili.

2 *cum dativo*: LIV. 2, 14, 1 huic tam pacatae profectioni ab urbe regis Etrusci abhorrens mos traditus ... manet bona Porsennae regis vendendi. ZACCH. consult. 1, 1 (Migne 20, 1073) quidquam ex divinis vestrae sapientiae congruum talique (talisque *codd.*) iustitiae abhorrens. BONIF. epist. 1, 3 (Migne 20, 752) invenietis ..., quod non solum divinis legibus abhorreat verum etiam displicere possit humanis.

3 *cum ablativo: hic illic dubites, utrum sit ablativus an dativus* (*cf. Archiv 4, 1887, 287*): PLAVT. Cist. 54 quid, cedo, te obsecro tam abhorret hilaritudo? CVRT. 6, 2, 5 inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen. 8, 6, 2 munia haud multum servilibus ministeriis abhorrentia. APVL. met. 10, 16 quid potissimum abhorreret asino excogitantes scrupulose. BOET. herm. sec. 2, 7 (p. 159, 27) dicimus non quidem Alexandri sententiam abhorrere ratione, sed hanc (*sc. Porphyrii*) esse meliorem. FLOR. epit. 1, 1, 7, 2 non abhorrebat moribus uxor Tullia. CYPR. epist. 67, 9, 6 abhorrentes deo (VVLG. Rom. 1, 30 deo odibiles, θεοστυγεῖς). COD. Iust. 2, 17, 3 (*v. p. 82, 42*). DOSITH. gramm. VII 426, 17 usu forensi abhorret, *μισεῖ τὴν ἀγοραῖον*.

4 *reciproce* **inter se:** LIV. 38, 56, 5 nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque ... P. Scipionis et Ti. Gracchi abhorrent inter se. CELS. 6, 18, 7 anus ... neque inter se multum abhorrentes curationes habet. MAR. VICTOR. gramm. VI 102, 31 dactylica cum trochaicis semper dissentientia inter se atque abhorrentia. **5** *cum praepositione* **in:** PLIN. nat. 37, 195 mellis ... Corsici in omni alio usu acrimonia abhorrentis. PS. BOET. geom. p. 393, 3 lector ... si in aliquibus superius propositis vacillando abhorreat.

6 *absolute*: LIV. 21, 32, 10 Gallos haud sane multum lingua moribusque abhorrentes (*sc. ab incolis Alpium*). 40, 57, 7 facile Bastanis Scordiscos iter daturos — nec enim aut lingua aut moribus [aequales *del. Duker*] abhorrere. GELL. 6, 8, 4 delphini amantis et pueri non abhorrentis (*sc. ab amore delphini*) consuetudines. AVG. mus. 6, 2, 3 (Migne 32, 1164) aut annuimus aut abhorremus. 6, 4, 5 vel annuendo vel abhorrendo. PLAVT. Cist. 54 (*v. p. 81, 66*). LIV. 27, 37, 13 carmen in Iunonem..., illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum, si referatur. 30, 44, 6 *risus* qui tamen nequaquam adeo est intempestivus, quam vestrae istae absurdae atque abhorrentes lacrimae sunt. PLIN. nat. 37, 113 prasius, cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret, tertium (*genus*) virgulis tribus distinctum candidis. MAR. VICT. gramm. VI 103, 4 ipso sensu abhorrentium aurium percipis duo metrorum cola dissidentia inter se ita confragose atque aspere coisse in unitatem conexionemque. CYPR. epist. 34, 2 dum salubres cibos et utiles potus quasi amaros et abhorrentes respuunt. GELL. 7, 12, 4 non abhorrens neque inconcinna quasi mentis quaedam in hoc vocabulo (*sc.* testamentum) significatio. AVG. civ. 18, 43 sensum ... etiam ipsum non abhorrentem. CONSTANTII epist. ad Euseb. (Migne 13, 565) quod ad utilitatem ecclesiae non abhorret. AMBR. ev. Luc. 6, 62 (Migne 15, 1770) nec abhorret illud Matthaei .... INNOC. epist. 31, 2 (Migne 20, 594) aliqui ... sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod abhorrens longius et penitus approbatur adversum. EVGEN. epist. 2, 6 (Migne 87, 408) ad ceteras interrogationes, si hoc non abhorret, transeamus. AMBR. ev. Luc. 6, 38 (*v. l. 44*). CLAVDIAN. MAM. p. 149, 21 (*v. l. 45*).

B ***infinitivus*** *subiecti vice fungitur*: CIC. div. 2, 125 nec frustra ac sine causa quid facere dignum deo est, quod abhorret etiam ab hominis constantia. ac. 2, 29 haec ... habere dubia nec iis ... confidere, abhorrere a sapientia plurimum *dicebat Antiochus*. CELS. 6, 6, 1 neque a ratione abhorret etiam penicillo ... uti. DON. Ter. Ad. 196 non abhorret a persona et plebeii et lenonis et vim passi Iovem ipsum convicio persequi. *cum acc. c. inf.*: LIV. 9, 36, 6 abhorrebat a fide quemquam externum Ciminios saltus intraturum. SVET. Cal. 12 nec abhorrebat a veritate ... ipsum postea ... de ... parricidio professum *esse*. SCHOL. Cic. Bob. p. 339, 22 B. non abhorret a fide hoc dixisse Clodium. AVG. quant. an. 14, 24 (Migne 32, 1048) non abhorret a vero animum carere omni corporea magnitudine. MACR. somn. 1, 18, 2 solem ac lunam et stellas quinque, quibus ab errore nomen est, ... suo motu in orientem ab occidente procedere non solis profanis sed multis quoque doctrina initiatis abhorrere a fide ac monstro simile iudicatum est. COD. Iust. 2, 17, 3 abhorret saeculo nostro sub praetextu debiti procurationem contra privatos fiscum praestare. AMBR. ev. Luc. 6, 38 (Migne 15, 1764) illud quoque intellegere non abhorret .... CLAVDIAN. MAM. p. 149, 21 non abhorret aliquid illic esse terrenum.

C ***enuntiatum*** *subiecti vice fungitur*: CIC. Cael. 10 quod Catilinae familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicione abhorrere debet. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 14 (*v. p. 80, 60*). AVG. c. Iul. 6, 19, 59 (Migne 44, 858) cur putamus ab eius (*sc. dei*) operibus abhorrere, quod origine vitiata damnabiles illo creante nascuntur? quaest. hept. 7, 49 nec abhorret a vero, quod filiae nomine eadem significatur ecclesia. GREG. M. moral. 35, 20, 48 (Migne 76, 779) nec abhorret a vero, quod per generationes dicimus tempora designari. 22, 4, 7 (Migne 76, 216) nec abhorret a rationis ordine, quod auro dicimus ingenium designari. AVG. civ. 20, 9 non ... abhorret a fide recta, ut ipsa impia civitas intellegatur et populus infidelium contrarius populo fideli et civitati dei. 22, 8 *medicus persuasit* valde abhorrere a suis moribus, ut hominibus ... palmam tanti laboris auferret. epist. append. 20, 15 (Migne 33, 1161) si licet uti graeca lingua ..., cur abhorret, ut substantia eius, qua deus est aequalis cum patre, graeco vocabulo approbetur ostensa? (*paulo supra synonymum*: absurdum est, ut ...). SALV. eccl. 3, 15, 62 abhorrere hoc videlicet a Christiano nomine videtur, ut dicatur futura non credere. COD. Theod. 11, 27, 2 abhorret ... nostris moribus, ut quemquam fame confici vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. *subiectum ex antecedentibus assumendum est*: TAC. hist. 5, 24 .... neque abhorret vero. SVET. Tib. 62 .... nec abhorret a vero. AMBR. apol. Dav. II 8, 40 .... distat a vero, abhorret a sensu.

synonyma ad I: horreo, abhorresco, fugio, refugio, dissentio, detestor, reicio, respuo, resilio, abominor, aversor, odi; sum alienus, absurdus, aversus, remotus, infensus. *opposita*: annuo, cupio, comprobo, consentio, delector, gaudeo, inhio; sum concors, paratus. *synonyma ad II*: abnuo, abludo, abscedo, discedo, recedo, discrepo, discordo, disconvenio, disto, differo, dissideo, displiceo, dissentio, contrasisto; sum absonus, adversus, alienus, absurdus, contrarius, discors, discordans, dissonus, dissimilis, diiunctus, distinctus, inconveniens, inconditus, inconcinnus, remotus, oppositus. *opposita*: annuo, congruo, consentio, convenio, pertineo; sum addictus, concors, congruus.

abhorrēsco, -ere; *cf.* abhorreo. *fere idem valet quod* abhorreo; *exemplum, quo incohativa vis verbi plane perspiciatur, nullum legitur.* GLOSS. *ἀποστρέφομαι, διαφωνῶ,* abhorreo, discrepo, dissentio, dissono, avertor, devertor; abhorrescens discrepans. [*hisp.* aborrecer *M.-L.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

absolute: VVLG. II Macc. 6,12 obsecro eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos casus (*μὴ συστέλλεσθαι διὰ τὰς συμφοράς*). *cum acc.*: RVFIN. Orig. comm. in epist. ad Rom. 1, 19 quomodo deus tradere dicitur eos, quorum actus et animum a se declinantem et indulgentem vitiis abhorrescit et deserit. 10, 6 ut . . . non spernant eos, abiciant, abhorrescant.

abhorridus, -a, -um [*cf. cum* abhorreo *et cum* horridus *Th.*] *idem quod* abhorrens: SEN. epist. 86, 19 *rami* cum tamquam a planta processerint, nihil habent in se abhorridum aut triste. *adv.* **abhorridē**. CHAR. gramm. I 57,5 canitia an canities dicenda sit quaeritur. canitia nec inrationabiliter nec abhorride dicitur.

? **abhorris** *vel* aborris. GLOSS. V 161, 11 abhorris (V 591, 48 aborris) scandalosus (*an* abhorrens*?*). *Oertel.*

abhortor *ἀποτρέπομαι* GLOSS. II 242, 2.

? **abhumus** *ἀπὸ τοῦ χαμαί, ἄκαιρος* GLOSS. *V.*

Abi, Abia *indecl.*, אֲבִי *et* אֲבִיָּה, *Ἄβου et Ἀβιά, nom. mul. hebr.* VVLG. IV reg. 18, 2. HIER. nom. hebr. p. 44, 20 Abisa: voluntas mea in ea. VVLG. I par. 2, 24. II par. 29, 1.

Abia *indecl.*, אֲבִיָּה *et* אֲבִיָּהוּ, *Ἀβιά, rex Iudaeorum.* VVLG. I par. 3, 10. II par. 11, 20. 12, 16. 13, 1. 3—22. 14, 1 HIER. chron. a. Abr. 1038 PROSP. chron. 118 GREG. TVR. hist. Franc. 1, 15. *acc.* Abiam: VVLG. II par. 11, 22 Abiam filium. 13, 2 inter Abiam et Ierobeam. *idem* Abias: VVLG. Matth. 1, 7 LIB. gener. 272. *acc.* Abiam: VVLG. *ibid.* LIB. gener. 273. *idem* Abiam *indecl.*, אֲבִיָּם, *Ἀβιού*. VVLG. III reg. 14, 31. 15, 1. 7. 8 LIB. gener. 332, 36. Abiu: CHRON. Alex. 269. 270. Abiud (*Ἀβιούδ*) SVLP. SEV. chron. 1, 42 LIB. geneal. 383. 385. Abdias: ITALA (Priscill. tract. 3 p. 50) II par. 13, 22 sermones Abdiae. *alii eiusdem fere nominis viri*: **Abia** אֲבִיָּה, *Ἀβιά, filius Samuel et ipse iudex.* VVLG. I reg. 8, 2. I par. 6, 28. HIER. nom. hebr. p. 34, 12 Abia: pater dominus vel pater fuit. *idem* Habia: LIB. gener. 358. Abiathar: LIB. geneal. 530. **Abia** *indecl.*, אֲבִיָּה, *Ἀβιά, princeps sacerdotum.* VVLG. I par. 24, 10 Luc. 1, 5 LIB. geneal. 536. *alii*: VVLG. I par. 7, 8 (*Ἀβιούδ*) *et* III reg. 14, 1 (*Ἀβιά*). *vide etiam* Iabes. *Otto.*

Abia felaesurafro sacrum CORP. II 2524. *nom. dei fuit fere* Abiafelaesuraecus. *V.*

Abialbōn, אֲבִי־עַלְבוֹן, *nom. vir. hebr.* VVLG. II reg. 23, 31 Abialbon Arbathites. HIER nom. hebr. p. 37, 23 Abialbon: pater meus superintellegens. *vide* Abiel. *Otto.*

Abiamarcae *deae Matronae.* CORP. inscr. Rhen. 635 Matronis Abiamarc(is). *cf.* 646 Marti Herc⟨u⟩l⟨i⟩ Mercurio Ambiomarcis. *Ihm, PW. I 96.* *V.*

Abianius, -ī *nom. divinum, cf.* Abinius. CORP. XII 6034 (*Aptae*) deo Abianio.

Abiāsāph *indecl.*, אֲבִיאָסָף *et* אֶבְיָסָף, *Ἀβιασάρ et Ἀβιασάφ, filius Core.* VVLG. exod. 6, 24. I par. 9, 19. Abiasar: ITALA Lugd. exod. 6, 24. LIB. geneal. 483 Abiasar qui dicitur pater meus. Abiasap: LIB. gener. 360. אֶבְיָסָף, *Ἀβιασάφ, filius Elcanae.* VVLG. I par. 6, 23. 37. HIER. nom. hebr. p. 12, 12 Abiasaf: patris mei conlectio.

Abiāthār *indecl.*, אֶבְיָתָר, *Ἀβιάθαρ, nom. vir. hebr.* VVLG. I reg. 23, 9 ad Abiathar sacerdotem. 22, 20. 22. 30, 7. II reg. 8, 17. Marc. 2, 26 *al.* AVG. civ. 17, 5 sacerdotes . . . Sadoc et Abiathar. HIER. nom. hebr. p. 34, 21 Abiathar: pater superfluus. chron. a. Abr. 947 Hebraeorum pontifex Abiathar clarus habetur. PROSP. chron. 108. Habiathar: LIB. gener. 357. Abiathas: LIB. gener. a. 334 114.

Abibalus, -ī, *cf.* אבבעל, *Ἀβίβαλος, rex Tyriorum.* Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 112. 117. *Otto.*

? **Abicelia** *nom. gent.* CORP. XII 215 ⟨Abi⟩celia Secundi⟨na⟩. *Arazi testatur de parte nunc deperdita se legisse* Fabicella. *V.*

abicio, -iēcī, -iectum, -icere, *v.* iacio. MACR. sat. 6, 4, 14 proiecta, si secundum consuetudinem dicatur, intellegitur abiecta, si secundum veteres, porro iacta. *cf.* PS. QVINT. decl. 5, 9 proice quod rapiam, abice quod colligam. GLOSS. *ἀποβάλλω, ἀποῤῥίπτω, παραῤῥίπτω,* proicio, expello. ābicit CIC. carm. 19, 7 STAT. Ach. 1, 172 Theb. 2, 479 PAVL. PETR. 3, 240, ābicito HOR. epist. 1, 13, 7, ābiciet IVVENC. 3, 156, ābice CAT. 24, 9 SER. SAMM. 113. ăbiciam NAEV. com. 94, ăbicit MORET. 94 IVV. 15, 17 PRVD. psych. 149. *non liquet de* PLAVT. Merc. 851 Men. 555 TER. Ad. 744. *cf. Thielmann, Archiv 4 (1887) 532. invenitur inde a Naevio.* CIC. *habet* (*addito adi.* abiectus) *164 locis*, LIV. *29*, VAL. MAX. *40*, SEN. *philosophus 33*, PLIN. *mai. 37*, APVL. *27*, VVLG. *53. legitur semel apud* TER., VERG., VAL. FL., MART., IVV.; *non invenitur apud* LVCR., LVCAN., PERS., SIL. *ad litteras romanicas non pervenisse videtur.*

I ***proicio, deicio:*** **1** *proprie in universum*: NAEV. com. 94 immo quos scicidi minus, conscindam atque abiciam. CATO agr. 108, 2 VARRO rust. 1, 68. CIC. Brut. 192 tibias (*cf.* OV. fast. 6, 702). Tusc. 3, 44 ea . . . tollenda de libro vel totus liber potius abiciendus (QVINT. inst. 10, 3, 28 abiciendi codices. FILASTR. 142, 3). 2, 37 ut . . . *milites* abiectis oneribus expeditis armis . . . pugnare possint. SALL. Iug. 91, 2 omnibus sarcinis abiectis. HOR. epist. 1, 13, 6 si te forte meae gravis uret sarcina chartae, abicito potius. SVET. Galb. 20 AMM. 29, 5, 36 (*cf.* LACT. inst. 6, 12, 36 abiectis oneribus quae te premunt. AMBR. Noe 29, 113 alia est denudatio animae qua velut quandam sarcinam corporis abicit atque exuit). MORET. 93 contemptaque passim *coria* spargit humi atque abicit. OV. am. 1, 7, 58 qualiter abiecta de nive manat aqua. SEN. Herc. O. 727 abiectus horret sanguis. benef. 4, 29, 2 stipem aeris abiecti. CVRT. 8, 1, 44 ne positis quidem sed abiectis poculis. SCRIB. LARG. 156. COLVM. 12, 8, 3 abiecto caule. 12, 58, 1 PLIN. nat. 7, 65. 16, 239. 15, 67 ramentisve abiectis. 28, 116. 30, 59 membrana, quae abici solet. 31, 93 intestinis piscium ceterisque, quae abicienda essent. 32, 113 abiectis carnibus. 33, 104 faecem. GRAN. LIC. p. 22a, 16 videt asellum forte abiectis cibariis aquam petere. SVET. Ner. 6 APVL. met. 7, 21 stramentis abiectis. 7, 21 ligno quod devehebat, abiecto. 9, 40 eaque (*spatha*) longissime abiecta. VLP. dig. 47, 2, 7, 2 abiecto furto (*cf.* AFRIC. dig. 38, 5, 10 si pecuniam in fraudem abiecisset). ITALA cod. Lugd. num. 5, 18. HERM. sim. 3, 1 ostendit mihi arbores abiectis foliis. CAEL. AVR. acut. 2, 316 negligenter abiectis cruribus atque conversis. IVVENC. 1, 429 retibus abiectis. INST. 2, 1, 47 quod dominus ea mente abiecerit, ut id rerum suarum esse nollet. ISID. orig. 15, 13, 15. HIER. Os. 1, 4, 15 vacca lasciviens et abiciens iugum. MAX. TAVR. serm. 30 iugum Aegyptiae servitutis. PLIN. nat. 25, 108 haec (*herba*) abiecta blattas in se contrahit. PLIN. epist. 6, 16, 18 ibi super abiectum linteum recubans. AVSON. 325, 32 respicit abiectas desperans Phaedra tabellas. CIC. carm. 19, 7 *aquila* abicit efflantem *serpentem* et laceratum adfligit in unda. BELL. Afr. 84, 4 elephans milite abiecto . . . ad reliquas bestias se recepit. PLIN. nat. 8, 66 raptor . . . abicit unum ex catulis. STAT. Ach. 1, 172. HIER. Hab. 1, 1, 6 *equi* equites abiecerint. PRVD. Symm. 1 praef. 38 abiectus coluber. AVG. epist. 185, 27. SEN. epist. 121, 18 producit fetus suos natura, non abicit. IVST. 11, 12, 6 uxorem eius ex collisione abiecti partus decessisse (*abortum facere*). PAVL. dig. 25, 3, 4 necare videtur . . . is qui abicit *partum*. AMM. 16, 10, 18 ut quotiescumque concepisset, immaturum abiceret *partum*. PETRON. 74 aliquis in vicinia animam abiciet. *addito quo*: PLAVT. Men. 555 demam hanc coronam atque abiciam ad laevam manum. CIC. Verr. 6, 140 C. Servilium . . . ad tribunal ante pedes tuos ad terram virgis et verberibus abiectum. SEN. clem. 1, 21, 2 ex alto ad inimici pedes abiectus. PLIN. nat. 28, 86. VARRO ling. 5, 23 in sepulcrum eius abiecta gleba. CIC. Verr. 5, 26 *crucem* in profundum abiecistis (VAL. MAX. 6, 9 ext. 5. VLP. dig. 19, 5, 14, 2 calicem argenteum . . . in profundum). VAL. MAX. 1, 1, 13 *Tarquinius M. Atilium* culleo insutum in mare abici iussit. PLIN. nat. 33, 27 anulus in mare abiectus (FRONTO p. 219, 10 N. IVV. 15, 16). VAL. MAX. 9, 3, 7 arcus sagittasque Cretensium frangi atque in amnem abici iussit. SEN. clem. 1, 18, 2 eos qui se aliquid offenderant in vivarium . . . abici iubebat. nat. 3, 20, 4 res abiectae in eundem lacum. COLVM. arb. 17, 2 oportet . . . in imum scrobem lapidem glareamque abicere. PLIN. nat. 15, 136 (*v. l. 76*). 22, 135 omnia in ignem abiciat. PLIN. epist. 7, 29, 3. SVET. Cal. 5 lares a quibusdam familiares in publicum abiecti. Nero 24 subverti et unco trahi abicique in latrinas omnium *hieronicarum* statuas et imagines imperavit. IVLIAN. dig. 14, 2, 8 si quis onere pressus in viam rem abiecerit. TERT. pudic. 9 abici in tenebras. 20 in locum immundum. SOL. 54, 14 coemunt *aurum* et abiciunt in terrarum profunda (*cf.* PLIN. nat. 6, 133 defodiunt). LAMPR. Hel. 8, 3 in populum non nummos . . . vel minuta animalia sed boves opimos et camelos et asinos et servos (cervos *Salmasius*) populo diripiendos abiecit. IVST. 44, 4, 6. AMM. 31, 13, 13 equi lapsu prostratum abiectumque in paludem. PS. CYPR. abus. 8 velut in terram abiectus. *cf.* VAL. MAX. 2, 10, 6 Marius in profundum ultimarum miseriarum abiectus. ITALA (AVG. Adim. p. 123, 22) psalm. 54, 23 abice in dominum sollicitudinem tuam (VVLG. iacta super dominum). CIC. off. 3, 58 ante pedes Pythi pisces abiciebantur. LIV. 38, 24, 9 caput centurionis ante pedes eius abiecit (VAL. MAX. 6, 1 ext. 2. FORTVN. rhet. p. 90, 24 cereum ardentem ante fores meretricis abiecit. CAES. Gall. 5, 48, 5 ut tragulam cum epistula . . . intra munitionem castrorum abiciat. LIV. 23, 9, 13 gladium in publicum trans maceriam horti abiecit. PETRON. 34 hanc (*larvam argenteam*) cum super mensam semel iterumque abiecisset. VVLG. Ezech. 32, 4 super faciem agri abiciam te. PLIN. nat. 22, 149 grana . . . post se abiciunt. TAC. ann. 14, 7 gladium abicit inter pedes eius. HYG. fab. 22 p. 53 lapidem inter eos (*armatos*) abiecit. APVL. apol. 101 hasce tabulas hic ibidem pro pedibus tuis abicio. TERT. pud. 20 abicitur *homo tanquam lapis* extra civitatem in locum immundum. SOL. 27, 37 *gemma heliotropium* extra . . . aquam splendorem eius (*solis*) abicit et avertit. CASSIOD. var. 3, 51, 9 mappam . . . iussit abici per fenestram. VVLG. gen. 21, 15 abiecit puerum subter unam arborum. APVL. met. 9, 28 his et pluribus verbis compellatum et insuper adfatim plagis castigatum forinsecus abicit. apol. 58 hunc . . . puerum nullum habuisse, qui pinnas converreret et foras abiceret. *cf.* ITALA (TERT. scorp. 12) I Ioan. 4, 18 perfecta . . . dilectio foras abicit (VVLG. mittit) timorem. *cum dativo*: BELL. Hisp. 18, 7 quorum (*tabellariorum*) litteras Caesar oppidanis abiecit. PLIN. nat. 32, 50 iocur ranae . . . abici formicis oportere. 15, 136 *Liviae Drusillae* gallinam . . . sedenti aquila ex alto abiecit in gremium inlaesam. APVL. met. 4, 12 verens, ne et ea quae prius miserat . . . non sociis suis sed in alienos lares . . . abiceret. PORPH. Hor. epist. 1, 7, 14 quae (*pira*) si non edisset, subus abiceret. CASSIOD. var. 2, 24, 2 pro sua quisque voluntate aliquid exigentibus dignetur abicere. *addito unde*: CIC. Sest. 58 (*p. 85, 49*). AMBR. serm. 37, 7 quin etiam huiusmodi (*τοὺς τοιούτους*) abiciamus de nostra navicula. AVG. serm. 62, 12 ut abiciant lutum de manibus. LIV. 9, 13, 9 abiecto ex equo frumento.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. MAX. 1,8 ext. 11 quem (*remigem*) cum e navi fluctus abiecisset. PLIN. nat. 10,60 abici lapillos e pedibus. PANEG. 3,10 pensa e manibus. SEN. clem. 1, 21, 2 (*p. 84, 31*). PLIN. nat. 15, 136 (*p. 84, 76*). *cf.* VAL. MAX. 7,6,1 imperii sui gubernacula e manibus abiecit (CIC. Att. 2, 7, 4 non abiectis sed ereptis gubernaculis). ITALA (PACIAN. epist. 3, 17) Matth. 5, 29 abice eum (*pedem*) abs te (ἔκκοψον ... καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ VVLG. proice). *cum abl.*: AVSON. 170, 10 occidis emissae percussus pondere testae, abiecit tecto quam manus artificis. AVG. civ. 22, 8 iratus ... illum domo abiecerat. *addito ubi*: CIC. fin. 5, 92 *Polycrates* anulum ... in mari abiecerat. IVST. 14, 1, 9 epistulae totis castris abiectae. NEP. Hann. 9,3 eas (*statuas aeneas*) in propatulo domi abicit. VAL. MAX. 9,6 ext. 2. CVRT. 10,9,12 ut discissae canis viscera ultimo in campo ... abicerent. PLIN. nat. 24, 171 cribro in limite abiecto (*codd.* adiecto). 32,17 in mari panem abiectum. HYG. fab. 165 p. 19 tibias ibi abiecit. ITALA cod. Lugd. lev. 1,16 abiciat eas (*pinnas*) secus altare ad orientem in loco cineris (VVLG. proiciet in loco). VEG. mil. 3, 24 repente toto campo Romani tribulos abiecerunt. *cf.* PLIN. nat. 7, 2 *natura* hominem ... in nuda humo natali die abicit.

2 *saepissime usurpatur* **a** *de armis*: QVADRIG. hist. 22 arma plerique abiciunt atque inermes inlatebrant sese. CIC. Deiot. 29 suasor armorum non deponendorum sed abiciendorum. Phil. 8, 12 tu arma abicienda censes? (Att. 10, 8, 4 CAES. Gall. 5, 37, 1 LIV. 4, 29, 4. 34, 15, 7 SEN. benef. 5, 16, 5 TAC. hist. 4, 2 DIOM. gramm. I 467, 4. ITIN. Alex. 9 pauci studio fugae arma pro onere abiecerant). epist. 6, 2, 2 armis aut condicione positis aut defatigatione abiectis (CAES. Gall. 4, 15, 1 BELL. Afr. 85, 4 NEP. Chabr. 4, 3 LIV. 5, 38, 8). CAES. Gall. 4, 37, 4 abiectis armis. 7, 28, 2 (SALL. Iug. 38, 7 OV. Pont. 2, 2, 79. LIV. 4, 34, 3 *passim*. VAL. MAX. 2, 10, 2 STAT. Theb. 9, 46 IVST. 8, 2, 4. AMM. 17, 13, 28 armorum abiecto munimine). LIV. 28, 3, 11 dextras nudas ostentantes, ut gladios abiecisse appareret (*cf.* LIV. 23, 9, 13 (*p. 84, 59*) TAC. ann. 14,7). VELL. 2,19,3. SVET. Nero 34 abiecto clam iuxta pugione. CIC. Tusc. 2, 54 ut ignavus miles ... abiecto scuto fugiat. de orat. 2, 294 ut non modo non abiecto sed ne reiecto quidem scuto fugere videar. VAL. MAX. 2, 10, 6 abiecto ferro. SVET. Cal. 12. FLOR. 1,41 abiectis ... telis (PAVL. PETR. 1, 161). STAT. Theb. 8, 164 clipeos. VVLG. II reg. 1, 21. CIC. Mur. 45 iacet, diffidit, abiecit hastas. Att. 15, 29, 1 Sextum scutum abicere nolebam. **b** *de vestimentis et insignibus*: CIC. red. 1, 12. Att. 4, 2, 4 abiecta toga se ad generi pedes abiecit. CAT. 88, 2 abiectis pervigilat tunicis. VAL. MAX. 4, 5, 3. CVRT. 3, 12, 5 amiculum ... abiecerat in manibus eius qui repertum ferebat (APVL. met. 3, 20). SVET. Iul. 16 abiecta praetexta. APVL. met. 3, 24 abiectis propere laciniis totis. 7, 9 abiecto centunculo. VVLG. Ez. 26, 16 vestimenta sua varia abicient. Ion. 3,6 abiecit vestimentum suum a se. HIER. epist. 48,4 pallium. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 1 miles quidam cingulum in ecclesia abiecerat. CASSIAN. conl. 6, 10, 7 indumentum ... rescindens atque abiciens. *cf.* AMBR. in psalm. 38, 22 quod exspoliamur abicimus, quod supervestimur induimus. CIC. Sest. 58 insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit. Planc. 98 (CVRT. 3, 11, 11 FRONTIN. strat. 2, 1, 14. TAC. hist. 1, 82 militiae insignia. APVL. apol. 75 omnia insignia dignitatis abiecit). Phil. 2, 85 unde diadema? non enim abiectum sustuleras. VAL. MAX. 5, 1, 9. OROS. hist. 6, 3, 7 aufugit diademate et tiara, ne agnosceretur, abiectis. TAC. ann. 2, 57 coronam. VAL. MAX. 7, 3, 8 abiecto honoris praetexto. SEN. Phoen. 275 abieci necis pretium paternae sceptrum. PRVD. psych. 148 ebur infelix decorisque pudendi perfida signa abicit. CIC. Pis. 74 detractam e cruentis fascibus lauream. Pis. 97. STAT. Theb. 2, 478 *legatus* ... ramumque precantis olivae abiecit. 3, 566 ergo manu vittas damnataque vertice serta deripit abiectaque inhonorus fronde sacerdos inviso de monte redit. VAL. MAX. 9, 3, 3 *nobiles* anulos aureos sibimet ipsis et phaleras equis suis detractas abiecerunt. PLIN. nat. 33, 18. OROS. hist. 7, 29, 10 purpuras. **c** *de cadaveribus*: CIC. Pis. 82 abiectum hoc cadaver. Mil. 86 ut ... ambureretur abiectus. SEN. dial. 5, 16, 3 occisos *liberos* in conspectu parentis abiecit. QVINT. decl. 299 arg. p. 180, 10 eius quoque qui sepultus fuerat, ossa eruit et abiecit. PS. QVINT. decl. 6,11 ut pater ... filium suum efferat, mater ... abiciat. SVLP. VICT. rhet. p. 347, 22. AVG. Cresc. 3, 46 semivivos. PS. QVINT. decl. 6, 11 qui parentes in calamitate deseruerit, insepultus abiciatur. SERV. Aen. 12, 603 sciendum, quia cautum fuerat in pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam finisset, insepultus abiceretur. SEN. contr. exc. 8, 4 homicida insepultus abiciatur (QVINT. decl. 299 p. 180 *passim*. PS. QVINT. decl. 4 arg. 4, 9 *passim*). LACT. inst. 6, 12, 27 iacere inhumatum et abiectum. AVSON. epigr. 24, 1 abiecta inhumati testa hominis.
addito quo: CIC. Mil. 33 cruentum cadaver eiecisti domo, tu in publicum abiecisti (QVINT. decl. 379 p. 423). Mil. 90 in curiam ... abiecit *mortuum*. Phil. 11, 5 reliquum corpus abiecit in mare. IVST. 3, 3, 12 PS. QVINT. decl. 6 arg. MODESTIN. dig. 28, 7, 27 si reliquias eius in mare abiciat. PLIN. nat. 8, 145 cadavere in Tiberim abiecto. TAC. ann. 5, 9 corpora in Gemonias abiecta. SVET. Tib. 53. 61. PLIN. epist. 3, 14, 2 cum exanimem putarent, abiciunt in fervens pavimentum. CAPITOL. Alb. 9, 5 *filios* cum matre percussit et in profluentem abici iussit. SPART. Sev. 11, 9 LAMPR. Hel. 17, 2. IVST. 3, 3, 12 abici ... in mare ossa sua moriens iussit. TAC. ann. 1, 29 corpora extra vallum abiecta ostentui. QVINT. decl. 273 p. 120 tyranni corpus extra fines abiciatur. ITALA cod. Sangerm. II Macc. 9, 15 laceratos avibus abicere feris, bestiis. CASSIOD. in psalm. 78, 3 ut feris abicerent insepultos. *ibid.* si sepelire est pietatis officium, volatilibus caeli abicere magnae crudelitatis constat exemplum. *addito ubi*: TAC. ann. 1, 22 responde, Blaese, ubi cadaver abieceris. PLIN. nat. 8, 145 a corpore abiecti in gradibus gemitoriis. SVET. Nero 48 ex odore abiecti in via cadaveris. PS. QVINT. decl. 6, 9 si parum celebri loco videtur abiectum *corpus*. CASSIOD. var. 3, 19, 2 dilecta corpora vilissimis foveis potius dolentes abicere. APVL. met. 9, 36 abiecta per agros cadavera. **d** *de infantibus et catulis* (*expono*): SEN. contr. 10, 4, 16 aliqui vernulas aut omine infausto editos aut corpore invalidos abiciunt. PLIN. nat. 7, 2 STAT. Theb. 6, 153. SVET. Claud. 27 Claudiam ... exponi ad matris ianuam et nudam iussit abici. ARNOB. nat. 4, 3 quod abiectis infantibus pepercit lupa. AMBR. exam. 5, 18, 58 pauperiores abiciunt parvulos et exponunt. COD. Theod. 5, 7, 1 qui servos aut liberos ... domo recens natos abiecerint. QVINT. inst. 3, 7, 5 *Romulus* abiectus in profluentem (FLOR. 1, 1, 2 *ubi Bamb.* iactatus *cf.* GLOSS. IV 5, 20 abiectus, iactatus. VIR. ill. 1, 2). TAC. ann. 15, 47 bicipites partus abiecti in publicum. VARRO rust. 2, 9, 12 statim eligere oportet quos habere velis (*catulos*), reliquos abicere.
e *de litteris vel syllabis*: *in fine verborum*: CHAR. gramm. I 172, 38 si secundae personae abicias novissimam litteram et adicias 're', facis infinitiva. PRISC. gramm. II 21, 4 quae (*consonantes*) solent mutari vel abici per casus. II 133, 16 abiciunt extremam s genetivi. II 539, 9 abiecta finali s. 364, 5 *passim*. GRAMM. suppl. 66, 20.
in mediis verbis: PRISC. gramm. II 488,2 finxi fictum et pinxi pictum euphoniae causa n in supino abiciunt. II 507, 26 *passim*. ALBINVS gramm. VII 307, 12 *et* 29.

3 *reflexive*: RHET. Her. 4, 65 uxor illius infelicissimi cum maximo fletu ad istius pedes abiecit sese. CIC. Phil. 2, 86 supplex te ad pedes abiciebas. p. red. 1, 12 epist. 4, 4, 3. Att. 4, 2, 4 abiecta toga se ad generi pedes abiecit. VAL. MAX. 6, 1 ext. 2. CIC. Att. 8, 9, 1 cui tali in re lubenter me ad pedes abiecissem. prov. 6 nobilissimas virgines se in puteos abiecisse. Tusc. 1, 84 ait ... e muro se in mare abiecisse. VAL. MAX. 6, 1 ext. 1 in mare se abiecit. PLIN. epist. 6, 24, 4 se cum marito ligavit *femina* abiecitque in lacum. PS. AVR. VICT. epit. 39, 4 in ignem se abiecit. PS. CYPR. dupl. mart. 14 abiecit sese in terram. OROS. hist. 5, 19, 13 super fraternum sese cadaver abiecit. PS. AVR. VICT. 24, 2 epist. Taurinus ... ipse se Euphrate (*an* Euphrati?) fluvio abiecit. *cf.* CVRT. 5, 12, 8 *Dareus* in humum pronum corpus abiecit. 10, 5, 19 laceratis crinibus humi corpus abiecit. PLIN. nat. 21, 75. VAL. MAX. 3, 1, 2 inde (*ex excelsa aedium parte*) abiecturum se minatus est. CIC. de orat. 1, 28 ut *Socrates* se abiceret in herba. PHAEDR. 4, 2, 13 mustela ... involvit se farina et obscuro loco abiecit. APVL. met. 7, 20 ibi memet inprovido saltu totum abicio. 4, 4 cogitabam totum memet flexis scite cruribus pronum abicere. CIC. Sest. 79 se abiecit exanimatus. VAL. MAX. 7, 3, 2 Brutus perinde atque casu prolapsus de industria se abiecit. 8, 1 abs. 6 abiecere se tam suppliciter aut attollere tam deformiter. CIC. Sest. 74 socer ad pedes abiectus. 79 hunc Cn. Pompeius cum in suis castris supplicem abiectumque vidisset, erexit (*cf.* Cael. 79 quem vos ... abiectum non tam ad pedes quam ad mores sensusque vestros ... sustentate). SEN. clem. 1, 21, 2. OV. epist. 7, 1 udis abiectus in herbis. PETRON. 26 abiecti in lectis. APVL. met. 3, 13 abiectus in lectulo. 9, 2 super constratum lectum abiectus. PROP. 1, 14, 1 tu licet abiectus Tiberina molliter unda Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

4 *varia*: *emitto*: CAES. civ. 2, 34, 6 priusquam telum abici posset aut nostri propius accederent, omnis Vari acies terga vertit. LIV. 9, 13, 2 pila. 9, 35, 3 abiectis missilibus. 2, 46, 3 pilis inter primam trepidationem abiectis temere magis quam emissis. STAT. Theb. 8, 585 iaculum. CAES. civ. 3, 56, 2 telis ex vallo abiectis. *prosterno*: *de luctatoribus, gladiatoribus*: CIC. Tusc. 2, 36 inpelluntur, feriuntur, abiciuntur, cadunt. FEST. 62 in corpore gladiatoris abiecti occisique. VAL. MAX. 1, 7, 8 compulso murmillone et abiecto (PARIS deiecto). 3, 2 ext. 5 unum ex his (*magis*) obscuro loco abiectum. SEN. benef. 5, 3, 1 luctator ter abiectus perdidit palmam. ISID. orig. 18, 24.
de hostibus: VERG. Aen. 10, 735 super abiectum *Oroden* posito pede nixus et hasta. *de bestiis*: CIC. carm. 33, 39 Erymanthiam haec (*dextra*) vastificam abiecit beluam. ACC. trag. 594 a fortuna opibusque omnibus desertum abiectum afflictum ex animo expectorant. CIC. Verr. 4, 103 Cetarinos, Acherinos ... omnino abiectos esse ac perditos. Cat. 2, 2 iacet ille nunc prostratus et se perculsum atque abiectum esse sentit. Mur. 58 Mil. 56 epist. 10, 12, 4. 11, 18, 3 velim ... ut plane abiectus et fractus sit Antonius. NEP. Att. 8, 6. VAL. MAX. 1, 5, 1. 3, 2 ext. 5 civitas Spartana iacet nostris armis abiecta. 5, 1, 8. 5, 6 ext. 5. 8, 1 abs. 7 inimicum. LEO M. epist. 158. VVLG. prov. 11, 17 qui crudelis est, etiam propinquos abicit (ἐξολλύει). CIC. Verr. 3, 160 hi tamen istius evertere statuam non dubitaverunt; qua abiecta, basim tamen in foro manere voluerunt. VAL. MAX. 1, 5, 1 abiectae urbis *Veiorum* ruinis. 5, 10 ext. 2 altaria. OROS. hist. 2, 19, 15 ictu fulminum forum cum imaginibus vanis abiectum est. *deorsum derigo*: CIC. leg. 1, 26 cum ceteras animantes *natura* abiecisset

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad partum, solum hominem erexit. LACT. inst. 2, 18, 6 homo quem suus parens non ... ad terram more quadrupedum abiectum, sed stantem potius ac rectum ... agnoverit. 7, 9, 11. op. 10, 26 illis (*bestiis*) angustum pectus ... et ad terram versus abiectum. PS. CYPR. carm. 1, 112 vertice ut abiecto serperet *draco*. ISID. diff. 2, 23 deposita facie, maesto ore, abiecto vultu. *cf.* VVLG. thren. 2, 10 abiecerunt in terram capita sua virgines (LXX *κατήγαγον εἰς γῆν*). CIC. Lael. 32 qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamque contemptam. COD. Theod. 9, 42, 5 si per egestatem abiecti sunt in faecem vilitatemque plebeiam. BOET. cons. 3, 9 quem vilitas abicit. CIC. parad. 14 sic te ipse abicies atque prosternes, ut nihil inter te atque inter quadripedem aliquam putes interesse? AVG. in ev. Ioann. 4, 9 quantum se abiecit, et ideo multum elevatus est. quaest. hept. 7, 37. in psalm. 21, II 7 quare ... sic se abiecit, ut diceret 'vermis'.

removeo, expello: PROP. 4, 7, 90 errat et abiecta Cerberus ipse sera. SEN. Herc. O. 551 fulmine abiecto deus cum fronte subita tumuit et ... mare ... scidit. PS. ENN. sat. 8 ut primum tenebris abiectis inalbabat dies (*cf.* APVL. met. 7, 1). APVL. met. 9, 27 repulso et abiecto alveo. MARC. med. 1 p. 36, 1 *magnetes lapis* qui ferrum trahit et abicit. SEN. benef. 3, 2, 1. GRAMM. suppl. 87, 1 alii quinque aestimant *casus* ablativum abicientes. HOR. epist. 2, 2, 141 abiectis nugis. SEN. Troad. 200 ventus abiecit minas. HYG. fab. 120 p. 103, 24 *Iphigenia* abiectis ministeriis ipsa coepit signum Dianae avellere. VVLG. Iudith 1, 11 remiserunt eos (*nuntios*) vacuos et sine honore abiecerunt. COD. Theod. 16, 7, 4 quos praecepissemus procul abici ac longius amandari (COD. Iust. 1, 7, 31). 6, 27, 18 *et* 23. *cf. p. 89, 56.* PS. QVINT. decl. 14, 11 a lupanari deducebat *me* pudor, abiciebat occursus. ITALA cod. Cantabr. act. 18, 16 abiecit eos a tribunali (LXX *ἀπήλασεν*, VVLG. minavit). GREG. TVR. hist. Franc. 7, 22. IREN. 4, 20, 12 leprosi ... abicientur iustorum castris. COD. Theod. 14, 9, 1 abiciatur urbe domumque redeat. NOVELL. 123, 2 pr. provincia in qua habitat abiciatur (*ἐκ τῆς ἐπαρχίας ἐκβαλλέσθω*). AVELL. p. 144, 3 Petrum in exteriores terras abici. VVLG. Ezech. 34, 4 quod abiectum est (LXX *τὸ πλανώμενον*), non reduxistis. CASSIOD. hist. 4, 36 eratis sicut oves abiectae et fatigatae. VVLG. Sir. 27, 25 annuens oculo fabricat iniqua et nemo eum abiciet (LXX *ἀποστήσει*). HIER. epist. 54, 9 quod foris est, facile abicitur (*opponitur libido insita*). PS. QVINT. decl. 17, 10 a caritate exclusus, abiectus sum. ARNOB. nat. 1, 59 abiciamus ex usibus nostris quorundam fructuum genera. AVG. c. Iul. op. imp. 5, 6, 24 abicerent ab auribus suis libidinis vituperationem. AMBR. poen. 1, 11, 52 qui penitus deum ex suo corde abecit. ECCL. *talia passim cf. Thielmann p. 548.* *cum contemptu dare*: SEN. benef. 1, 1, 7 qui beneficium aut superbe abiecit aut iratus inpegit. clem. 2, 6, 2 dabit stipem, non hanc contumeliosam, quam pars maior ... abicit.

verbis vel oratione extenuo (*ταπεινῶ*): CIC. de orat. 3, 104 ... quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo sed etiam ad extenuandum atque abiciendum. orat. 127 augendis rebus et contra abiciendis. Tusc. 5, 51 Xenocratem ... exaggerantem tantopere virtutem, extenuantem cetera et abicientem. CAT. 24, 9 hoc tu quamlubet abice elevaque. SEN. epist. 75, 2 quos (*sensus meos*) nec exornassem nec abiecissem. FORTVN. rhet. p. 127, 5 opera figurarum ... ut augeas, ut abicias .... SCHOL. Cic. Bob. p. 265 B. quae ... quam eleganter elevet et abiciat Tullius, consideremus. p. 363. *neglegenter profero vel dicendo vel scribendo*: CIC. de orat. 3, 102 nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest ... sed abicit prorsus. orat. 199 ponendus est ille ambitus, non abiciendus. SEN. epist. 114, 7 haec verba tam improbe structa, tam neglegenter abiecta. SCHOL. Cic. Bob. p. 265, 12. *cf.* abiectus I.

de re familiari (*dissipo, decoquo*): PLAVT. Most. 901 aedes. TER. Ad. 744 quae (*psaltria*) quantum potest aliquo abiciundast, si non pretio, grati⟨i⟩s. CIC. Tull. 15 pecuniam ... dum vult in praedio ponere, non posuit, sed abicit. HOR. sat. 1, 130 ut Alfenus vafer omni abiecto instrumento artis clausaque taberna tonsor erat (*cf.* PORPH. omne instrumentum sutrinae vendiderit). VITR. 10 praef. 2 inpensa abiecta, fractis rebus. VAL. MAX. 9, 1, 2 amplissimum patrimonium tamquam amaram aliquam sarcinam quam celerrime abicere cupientem (APVL. flor. p. 47 Oud.). PHAEDR. 4, 5, 42 agros abiciet moecha, ut ornatum gerat. AFRIC. dig. 38, 5, 10. IAV. dig. 17, 1, 36, 1 si exiguo pretio hi, cum quibus tibi communis fundus erat, rem abicere cogerentur. LACT. inst. 6, 12, 20 illa largitio hominum patrimonia sua in munera abicientium.

II ***contemno, repudio*: 1** *de rebus*: AVG. quaest. hept. 7, 49, 25 abicientes id est contemnentes. ISID. diff. 1, 18 abicitur quod in despectione est et neglectum (*cf.* CIC. Tusc. 3, 44 QVINT. inst. 10, 3, 28 *p. 83, 75*). TVRP. com. 164 nuptias abieci. CIC. Verr. 4, 95 dignitatem ordinis contemptam et abiectam. Mur. 45 molestiam omnem. Sull. 65 quae (*lex*) tota a me reprehensa et abiecta est. Planc. 9 labores tuos fractos esse et abiectos et repudiatos putas? Att. 6, 1, 8 PLIN. nat. 33, 5. PLIN. paneg. 76 omnia consularia officia abicere (abigere *codd.*), neglegere, contemnere solebat. SVET. Dom. 2 poeticae studium. GELL. 12, 5, 10. 19, 1, 18. VLP. dig. 18, 2, 9 meliorem condicionem oblatam (*cf.* VAL. MAX. 6, 9 pr.). IREN. 4, 37, 1 abicientes bonum et quasi respuentes. ARNOB. nat. 1, 59. RHET. min. p. 61, 28 cum adversarium gestu et pronuntiatione extollimus vel abicimus et spernimus. AVIEN. or. mar. 445 litus hic rursum patet vacuum incolarum nunc et abiecti soli (*i. derelicti*), *cf.* orb. terr. 1387. DAR. 24 Hector muliebria verba abicit. SCHOL. Iuv. 3, 56 quae praemia deponere debeas, id est abicere et neglegere. VVLG. Sir. 4, 4 HIER. epist. 51, 5. AVG. civ. 6, 8 theologia fabulosa ... reprehenditur, abicitur, inprobatur. 6, 9. epist. 120, 13 quicquid tibi ... occurrerit abige, abnue, nega, respue, abice, fuga. CASSIOD. in psalm. 73, 22 ne abiciat *dominus* preces eorum qui .... ALC. AVIT. carm. 6, 457 tandem sponsus adest, nocturnus corpore torpor cedat et abiecto vegetentur membra cubili. CIC. Att. 7, 3, 2 rem tantam. Rab. Post. 26. epist. 8, 6, 1 triumphi postulationem abiecerat. Att. 6, 9, 2 in quo (*in apparatu triumphi*) nec me *κενὸν* in expetendo cognosces nec *ἄνφον* in abiciendo. Att. 9, 7, 5. epist. 8, 11, 3 ceteras actiones. SVET. Claud. 5 Messalinae amorem flagrantissimum .... abiecit (*cf.* SEN. epist. 26, 10). APVL. apol. 22 ultro divitiis abiectis (CYPR. domin. orat. 19 LACT. inst. 1, 1, 4). CENS. 1, 2 eorum possessionem ... atque usum a te omnino abieceris. SVLP. SEV. Mart. 25, 4 summis opibus abiectis. PLIN. paneg. 65 pauculis diebus gestum consulatum ... abiciebant per edictum. SVLP. SEV. chron. 2, 5, 5 potestate regia abiecta. *cf.* SALV. gub. 2, 4, 19 gemmas regias abdicat, crispantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exhonoratur, cultu et corpore mutatur, totum regem cum ornatibus suis abicit. ACC. trag. 547 abiecta gloria. CIC. de orat. 2, 110 totamque *gloriam* abicere atque deponere. epist. 9, 16, 3 fama ingenii est mihi abicienda. agr. 3, 2. Mil. 94 bonis viris qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant. Planc. 79 ... meam salutem pro te abiecero. Phil. 8, 32 ut omnem populi Romani beneficiorum memoriam abiecerint. LACT. inst. 6, 21, 7 qui veritati studet, abiciat inimicas ac noxias voluptates. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 6. HIER. epist. 39, 4 abiectis calcatisque deliciis. CIC. Cat. 2, 14 si ... consilium belli abiecerit. Phil. 13, 19 abiecit consilium referendi ad senatum de Caesare. Att. 5, 11, 16 aedificandi consilium. 16, 7, 1 consilium profectionis. LIV. 28, 34, 3 abiectis belli consiliis. 35, 43, 1 APVL. met. 9, 11. CIC. Att. 8, 12, 5 ad illos calculos revertamur quos tum abiecimus (*cf.* CIC. Att. 9, 11, 4 in Hispaniam abiecisse. epist. 9, 15, 5 domum Sullanam desperabam iam ... sed tamen non abieci. 13, 1, 3 te abiecisse illam aedificationem constabat. VOP. Tac. 19, 5 abice Baianos Puteolanosque secessus, da te urbi, da te curiae). epist. 9, 20, 1 omnem nostram de re p. curam cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum abiecimus. 9, 24, 4 SEN. benef. 7, 14, 6 PLIN. nat. 21, 80. SVET. Tib. 41 rei p. curam usque adeo abiecit, ut .... AVR. VICT. Caes. 39, 48. CIC. Verr. 2, 59 socii ... spem omnem tum primum abiecerunt rerum ac fortunarum suarum. BALBVS Cic. Att. 9, 7 b, 2 D. BRVTVS Cic. epist. 11, 11, 1. LIV. 9, 21, 6 spe abiecta. TAC. ann. 16, 11 SVET. Claud. 5. AMM. 29, 6, 16 abiecta pugnandi fiducia. CIC. epist. 4, 7, 2 cum spe vincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem. QVINT. decl. 267 p. 90 AMM. 19, 6, 2. CIC. de orat. 2, 142 voluntatem discendi. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 177 si non laudatur *poeta,* et animum et artem abicit. PS. AMBR. serm. 57, 1 depositio, in qua concupiscere abicimus, cessamus delinquere, peccare desinimus. CIC. fin. 5, 93 ut *sapiens* ... virtutem in perpetuum abiciat, ut dolore omni liberetur. Lig. 16 suam citius abiciet humanitatem quam extorquebit tuam (*cf.* SEN. clem. 1, 25, 1 abiecto homine in silvestre animal transire). off. 1, 102 relinquunt et ... abiciunt oboedientiam. SEN. dial. 5, 6, 2 quidquid in se verecundi habuit, abiecit (LEO M. epist. 22 a, 3). LACT. inst. 4, 11, 7 iustitiam. 5, 6, 9 pietatem. AVG. c. Iul. op. imp. 5, 3, 9 pudicitiam. VAL. MAX. 2, 2, 1 abiecta privata caritate publicam induebant. PLAVT. Merc. 851 abicio superbiam. SEN. contr. 2 praef. 2 luxuriam. SEN. Thy. 431 ira frater abiecta redit (ARNOB. nat. 7, 36). epist. 37, 4 stultitia abiecta. PETRON. 23 lassitudine abiecta. APVL. met. 4, 5 dolis abiectis et fraudibus. LVCIF. Athan. 1, 39 malitias. VVLG. Iac. 1, 21 propter quod abicientes omnem immunditiam. HERM. mand. 1, 2 abicies a te omnem nequitiam. PS. CYPR. aleat. 11 abice abs te furaces mores. ARNOB. nat. 6, 24 asperitatem. LVCIF. Athan. 1, 39. CASSIAN. conl. 5, 18, 2 gulae et carnis concupiscentiam. FILASTR. 62, 2 carnem. LEO M. serm. 32, 4 mendacia. CASSIOD. var. 1, 31, 1 nolite vitia turbulenta contrahere, quae videtis alios abicere. 1, 31, 4 abicite furores laete, iram gaudentes excludite. 4, 37, 1 a te abicias omne vitiosum. *cf. Thielmann p. 544.* CIC. Tusc. 3, 27 hanc (*aegritudinem*) nisi exuimus sic, ut abiciamus. 3, 66 dolorem. Att. 11, 21, 1 epist. 5, 13, 3. 3, 19, 1 hanc miserrimam vitam vel sustentabo vel ... abiecero. VAL. MAX. 2, 6, 14 in luctibus abiciendis. SEN. dial. 9, 15, 1. APVL. met. 8, 13 abicite importunas lacrimas, abicite luctum. CASSIAN. conl. 19, 5, 2 abiecta crastinae diei penitus sollicitudine. CIC. epist. 10, 6, 3 in abiecto armorum et servitutis metu. epist. 11, 21, 4 omnem timorem abiceremus. VAL. MAX. 8, 11, 2. ENNOD. carm. 1, 5, 46 risit et abiecti restantia signa pavoris. CIC. off. 1, 72 abiecta omni cunctatione. CASSIOD. hist. 2, 17 suspicionem abicientes haereseos. ITALA (Iren. 4, 15, 1) cui (*deo*) noluerunt oboedire patres vestri sed abiecerunt. VVLG. I reg. 8, 7 non te abiecerunt sed me (*dominum*), ne regnem super eos. AVG. quaest. hept. 7, 49, 19 qui abiecerunt Christum. CASSIOD. in psalm. 21, 6. CYPR. laps. 21 legem dei. VVLG. Is. 5, 24. IV reg. 17, 15

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitima eius (*domini*) et pactum. prov. 3, 11 disciplinam domini ... ne abicias. 6,24 consilium meum. I reg. 15,23 sermonem domini. Vvlg. gen. 35,2 deos alienos. Avg. civ. 2,29 noli deos falsos fallacesque requirere; abice potius atque contemne. Vvlg. Is. 31, 7 in die illa abiciet vir idola argenti sui (*cf.* Iord. Rom. 55). Svlp. Sev. chron. 1,26,4. Lact. inst. 1,7,12 abiectis religionibus pravis. Avg. civ. 2,29 de abiciendo cultu deorum. epist. 144, 2 abiectis superstitionibus gentium. Zeno 2, 14, 4 sordidos ritus. Lact. inst. 7, 27, 1 contemptis terrestribus et abiectis erroribus quibus antea tenebamur. Ambr. exam. 1, 10, 38 abiciamus opera tenebrarum. Pavl. Nol. epist. 40, 5. Iren. 3, 22, 1 errant, qui dicunt eum (*Iesum*) nihil ex virgine accepisse, ut abiciant carnis hereditatem. Hier. epist. 48,9 Tatianus abicit matrimonia. 48, 11. 51,6 multae haereses abiectae sunt ab ecclesia. Avg. Cresc. 2,32 baptismum. Cassiod. hist. 5,34. 7,25 blasphemias Arii universas abicere easque anathematizare. Cic. S. Rosc. 10 opprimi me onere officii malo quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, ... propter perfidiam abicere. Cael. 42. Att. 13, 47a ea quae in manibus habebam, abieci. 16, 5, 2. Verr. 3, 87 haec et alia Scipio non neglegenter abiecerat. Sen. contr. 2, 4, 10 hoc per transitum abicere coepit. Cic. Att. 13, 31, 3 obsecro abiciamus ista. off. 1, 154 ut ... non illa omnia relinquat atque abiciat. fin. 4, 42 Mart. 12 praef.

2 *de personis* (*contemno, sperno, removeo, excludo*): Cic. agr. 2, 93 quem hominem ... Romae contemptum, abiectum videbamus. Pis. 99 abiectum, contemptum, despectum a ceteris. fin. 2, 35. ac. 2, 130 hos si contemnimus et iam abiectos putamus. Val. Max. 8, 5, 5 M. Cicero ... nonne in ipsis eloquentiae suae castris testis abiectus est? Vvlg. Is. 66, 5 fratres vestri odientes vos et abicientes. Avg. civ. 10, 28 spretis atque abiectis infimis. conf. 10, 2, 2 ut ... abiciam me atque eligam te. Boet. cons. 3, 8. Ps. Cypr. laud. mart. 28 Christus, abiectus est saeculo, sicut et saeculum Christo. Cic. leg. 1, 49 qui (*amicus*) etiam deserendus et abiciendus est. epist. 1, 5 b, 1. Q. fr. 3, 8, 3 Scaurum ... Pompeius abiecit. Qvint. decl. 296 p. 169 parasitum. Non. 450 abdicare ... de patris facto ..., quod est familia abicere. Sen. Phoen. 258 quem deus damnavit, abiecit pater. Ps. Qvint. decl. 17,6 osculor illas expellentis *patris* manus, ego abicientis genua teneo. Lact. inst. 6, 24, 3 liberos nostros ... abdicatos abiectosque. Schol. Cic. Gron. p. 428, 4 B. *cf.* Isid. orig. 12, 7, 11 si quos (*pullos*) *aquila* inflectere obtutum *viderit,* quasi degeneres abicit. Lampr. Alex. 49, 4. Ps. Avr. Vict. epit. 1, 23 abiecta uxore Scribonia. 39, 2. Vvlg. Is. 54, 6 uxorem ab adolescentia abiectam. Avg. quaest. hept. 4,59,2. Oros. hist. 5,10,6 sororem suam ... in matrimonium receptam novissime turpius quam duxit abiecit. Leo M. epist. 167, 6 a toro. Ps. Cypr. singul. cler. 33 de abiciendis parentibus dubitantes indigni sunt Christo. Avg. quaest. hept. 7, 49, 21 quem (*Ioseph*) fratres vendentes abiecerunt. Siricivs epist. 2 abiectum clericum. Amm. 15, 7,9 hunc (*Athanasium*) abiecere sede sacerdotali. Leo M. epist. 113, 1 Andreas qui ob haereticorum societatem fuerat abiectus. Cod. Theod. 16, 2, 35 (*a. 400*) omnibus abiectis per culpam sacerdotio. Cassiod. hist. 11, 8. Capitol. Ver. 9, 6 habuit et alios libertos Verus inprobos ..., quos omnes Marcus post mortem Veri specie honoris abiecit (Greg. Tvr. hist. Franc. 10, 26). Lampr. Comm. 3, 1 patris ministeria seniora summovit, amicos senes abiecit. 3, 3. Alex 15, 2 abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis et infamibus. 18, 1. 23, 4 eunuchos de ministerio suo abiecit. Avg. civ. 17, 4 Saule abiecto rex David fundatus in regno. Lampr. Alex. 59, 4 cum ibi quoque seditiosas legiones conperisset, abici eas praecepit. Avr. Vict. Caes. 24, 3 tumultuantes legionum plerasque constantissime abiecit. Amm. 25, 1, 9 abiecti sunt sacramento alii quattuor ob flagitium simile vexillationum tribuni. Cod. Theod. 8, 8, 9 (*a. 416*) absolutus cingulo militia abicietur. Cod. Iust. 12, 60 (61), 3, 1 *Honorius* militia abicietur. Cod. Theod. 6, 30, 15 pr. (*a. 399*) his abiectis de officio palatino. Ps. Tert. catal. haer. 6 Marcion ... propter stuprum cuiusdam virginis ab ecclesiae communicatione abiectus. Lvcif. de non conv. 3 cum ... domini ecclesia et vos atque omnium sectarum haereticos foras abiecerit. 10 sic excisus est atque abiectus Paullus Samosatenus e corpore ecclesiae. Filastr. 54 ita sentientes abiecti sunt ab ecclesia catholica. 60, 2. 82, 8 Paulus quem abiecerat eum suscipi post tempus iubet. 91, 3. Hier. epist. 123, 9 abicimus de ecclesia digamos? Avg. c. Iul. op. imp. 3, 31. Canon. 1, 42 ab episcopo suo abiectum. 1, 43. 4, 1 extra ecclesiam abiciatur (Cassiod. hist. 4, 24 abdicamus illos et extra terminos ecclesiae catholicae procul abicimus). constit. 794 omnes abicit ecclesia. 707 abiciatur a sancta synodo. interpr. ant. 817 oportet eum a loco abici. Vvlg. I Esdr. 10, 8 ipse abicietur de coetu transmigrationis. Dan. 4, 30 ex hominibus abiectus est. Avg. in psalm. 10,11 ut a coetu beatorum abiciantur. Vict. Vit. 3,53 quos abiecistis a facie omnium populorum. Tert. carn. 17 *Eva* ut abiecta (*sc. a deo*) pareret. Ps. Cypr. adv. Iud. 7 *Iudaei* caelesti *regno* abiecti sunt. Hier. Os. 1, 2, 2 haeretici qui abiecti sunt a domino. Vvlg. I reg. 15, 23 pro eo ergo quod abiecisti sermonem domini, abiecit te dominus, ne sis rex. Ies. 41, 9 servus meus es tu, elegi te et non abieci te. Hier. in Is. 9, 7 angelus ... nuntiavit nobis abiciendum pro tempore Israel et gentes esse salvandas. Hier. epist. 120, 10 Esau et Iacob quorum alter abiectus, alter electus est.

III ***frango, debilito*** (*animum*): Cic. Cat. 3, 10 Cethegus ... recitatis litteris debilitatus atque abiectus ... conticuit. 4,3 exanimata uxor et abiecta metu filia. dom. 25 civitatem ... abiectam metu. rep. 2, 68. Sen. clem. 2, 5, 5 maeror contundit mentes, abicit, contrahit. benef. 3, 28, 6 neque enim ulli magis abiciunt animos quam qui inprobe tollunt. Ps. Sen. mon. 16 ne abiciat te calamitas. Qvint. inst. 1, 3, 17 pudor frangit animum et abicit. Cic. Tusc. 2, 54 qui doloris speciem ferre non possunt, abiciunt se atque ita adflicti et exanimati iacent. Avg. anim. 3, 14, 21 te abiciendo ac desperando. epist. 130, 26.

synonyma: *ad I*: affligo, deduco, eicio, emitto, everto, excludo, frango, perdo, prosterno. effero, sepelio. elevo, extenuo. *ad II*: abdico, abigo, abnuo, amitto, anathematizo, cesso, calco, contemno, damno, depono, desero, desino, despicio, excīdo, expello, exuo, frango, fugo, improbo, neglego, nego, odi, relinquo, reprehendo, repudio, respuo, summoveo. *ad III*: adfligo, contraho, contundo, debilito, despero, frango. *opposita*: *ad I*: adicio, deicio, depono, eripio, induo, pono, repono. erigo, elevo. traho. augeo, exaggero. *ad II*: contraho, duco, eligo, expeto, induo, minuo, requiro.

adi. **abiectus**, -a, -um Gloss. *ἀπερριμμένος*, *ἀπόβλητος*, humilis. III 272, 47 abiecta *λιτά*. *comp.*: Cic. Lael. 59 leg. 1, 51 epist. 1, 9, 16 Liv. 9, 6, 11 Val. Max. 3, 5, 4 *saepius*. *superl.*: Val. Max. 3, 7 ext. 5. 9, 2, 2 Qvint. inst. 11, 1, 13 Plin. epist. 1, 5, 8 *passim*. **I** *de oratione tenui atque incompta* (*ταπεινός*) *v.* abicio *p. 87, 47*. Cic. Brut. 221 fortis actor et vehemens et verbis nec inops nec abiectus. 227 verbis non ille quidem ornatis utebatur sed tamen non abiectis. 233. 295. de orat. 3, 150 in propriis est *verbis* illa laus oratoris, ut abiecta aut obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur (Albin. rhet. p. 544, 33). orat. 192 neque humilem et abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam probat. 235. 184 comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut non nunquam vix in eis numerus et versus intellegi possit. 230 quoddam genus abiectum ⟨ver⟩siculorum simillimum. opt. gen. 3, 7. Qvint. inst. 2, 12, 7 cum omnia circa illas (*sententias*) sordida et abiecta sunt. Tac. dial. 36 nihil humile vel abiectum eloqui poterat. *cf.* Ennod. dict. 5.

II *humilis, ignobilis, contemptus, vilis, parvi pretii. v.* abicio II. **1** *de rebus*: Cassiod. gramm. VII 173, 3 si abiectum aliquid ac parvi pretii *significat,* per v scribetur *bilis*. Cic. Deiot. 30 familiam abiectam et obscuram (Avg. conf. 7,6,9 Rhet. min. p. 72, 10). Cluent. 94 non quo illi ... causam pecuniae publicae contemptam atque abiectam putarent. leg. 1, 51 quid contemptius timiditate, quid abiectius tarditate et stultitia dici potest? (Sen. epist. 37, 4.) Sen. dial. 5, 32, 3 haec propter quae litigamus ... quam humilia et abiecta sint (Avg. epist. 140, 21 abiectissimum quiddam et contemptissimum). Ambr. par. 3, 16 quid abiectius nostro corpore? Avg. civ. 6, 1 hoc quiddam parvum et abiectum. 7, 2. Cassiod. var. 8, 11 nemo gentilium in vobis putavit abiectum quod in me respicit honoratum. in psalm. 41 pr. totum abiectum est, quicquid in humanis rebus putatur eximium. Apvl. apol. 93 pretii. Garg. Mart. 59 non abiecti vigoris xerocollyrium. Paneg. 10, 35 populi Romani vis .... non abiecta languide iacet. Ambr. fid. 1, 4 praesaepia. Ps. Ambr. serm. 40, 7 aurum et argentum vilis est et abiecta materies. Ps. Hier. regula monach. 1 abiecta et nigra vestis. Hist. Apoll. 14 abiecto habitu. Avg. gen. ad litt. 5, 21, 42 vilissimas eius (*mundi*) abiectissimasque particulas. 38, 229 Mi. lapidem vilem et abiectum. Greg. M. mor. 30, 66 rebus tam abiectis et vilibus. Boet. cons. 3, 4 nunc ea praefectura quid abiectius? Novell. 74, 4, 3 vita. Victorin. rhet. p. 196, 19 humile causae genus est, si de re abiecta sit controversia. Val. Max. 3, 7 ext. 5 abiectissimum negotium. Veget. mul. praef.: ipsa opera mulomedicorum videtur abiectior. Ambr. exam. 6, 9, 54 vilis et abiecta pauxillitas. Sidon. epist. 8, 11, 4 o necessitas abiecta nascendi. Cassiod. in psalm. 39, 22 ne istam paupertatem vilem abiectamque aestimares. 43, 14 contemptus significat abiectissimam vilitatem. Boet. cons. 3, 9. Cod. Iust. 12, 1, 6 officiis. Svet. Cal. 35 tam abiectae condicionis tamque extremae sortis. Schol. Iuv. 8, 175 sutores ac per hoc abiectae sortis homines. Ven. Fort. carm. 8, 1, 36 loco. Firm. math. 2, 25, 2. 2, 26, 34 signum ... pigrum et abiectum (*de signis effectu carentibus*). **2** *de bestiis*: Ps. Acro Hor. sat. 1, 7, 30 cuculus avis est abiecta. Avg. lib. arb. 3, 29 a vilissimis et abiectissimis bestiis. **3** *de hominibus*: Cic. Phil. 2, 82 quis unquam apparitor tam humilis, tam abiectus? Cat. 4, 20 eam (*inimicorum multitudinem*) iudico esse turpem et infirmam et abiectam. Ov. trist. 5, 8, 1 non adeo cecidi, quamvis abiectus, ut infra te quoque sim, inferius quo nihil esse potest. Sen. suas. 1, 13 Menestrati declamatoris non abiecti suis temporibus. Qvint. inst. 4, 1, 14 et potentes sequitur invidia et humiles abiectosque contemptus. Ps. Qvint. decl. 11, 2. Vlp. dig. 47, 10, 17, 13 si patris persona vilis abiectaque sit, filii honesta. Apvl. met. 7, 5 nec me putetis egenum vel abiectum (Novat. trin. 8, 56). Lact. inst. 5, 18, 8 deo humilis et abiectus est qui fuerit conspicuus et sublimis in terra. 6, 12, 6 non ... domus illustribus debet patere sed humilibus et abiectis. Cypr. epist. 59, 18 Paneg. 10, 6. Amm. 23, 6, 5 regibus Parthicis abiectis et ignobilibus antea. Firm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

math. 5, 9 humiles erunt et abiecti, pauperes, despecti. SCHOL. Hor. sat. 1, 10, 22 Pitholeon abiectus poeta. SCHOL. Iuv. 7, 114 nomen abiectae aurigae. AMBR. Tob. 19, 66 ille erit primus, tu ultimus et abiectus (*cf.* CASSIOD. in psalm. 83, 12). AVG. epist. 137, 16. COD. Theod. 4, 6, 3 ex tabernaria vel humili vel abiecta. SALV. gub. 6, 99 quid potest esse nobis vel abiectius vel miserius? 7, 93. SIDON. epist. 3, 9, 2 solus inermis, abiectus, rusticus. 7, 9, 10 ALC. AVIT. hom. 16 p. 125, 15 DRAC. laud. Dei 2, 697. BOET. cons. 4, 1 potentes esse bonos, malos vero abiectos semper atque inbecillos.

III *perditus, corruptus, sordidus. cf.* abicio *p. 89, 24 sqq.* **1** *de rebus*: VAL. MAX. 3, 5, 4 omnibus scortis abiectiorem et obsceniorem vitam exegit. TAC. ann. 13, 46 Neronem ... nihil e contubernio servili nisi abiectum et sordidum traxisse. COD. Theod. 8, 13, 1, 1. COD. Iust. 8, 55 (56) 7, 4 *matres* quae portentuosae vilitatis abiectaeque pudicitiae sunt. AVG. c. Petil. 3, 43 Sodomitarum crimen abiectum. GREG. M. mor. 23, 49 abiecta desideria terrenae conversationis. **2** *de hominibus*: SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 94 nequior abiectior. CIC. Pis. 31 voce et clamore abiecti hominis ac semivivi (semiviri *Dräger*) furorem petulantiamque fregistis. Mil. 47 abiecti hominis et perditi. SCHOL. Cic. Bob. p. 324, 32 B. PLANC. Cic. epist. 10, 15, 1 perditum abiectumque latronem (IVL. VAL. 1, 46). VAL. MAX. 9, 2, 2. LAMPR. Alex. 65, 1 inprobi, inpuri, crudeles, abiecti, iniusti, libidinosi. AVG. civ. 4, 26 Iupiter quovis Romano ... homine abiectior. COD. Theod. 6, 27, 18 remotis abiectis, pessimis, criminosis. COD. Iust. 2, 6, 6, 5 veluti abiecti atque degeneres. AMM. 14, 9, 6 cum abiecto consorte est morte multatus.

IV *de animi constitutione*: **1** *de animo fracto*: CIC. Lael. 59 saepe in quibusdam animus abiectior est. parad. 35 si servitus sit ... oboedientia fracti animi et abiecti et arbitrio carentis suo. Att. 3, 2 ita sum animo perculso et abiecto (LIV. 25, 37, 7. TAC. hist. 4, 85 nequaquam abiecto animo). epist. 1, 9, 16 abiectiore animo me futurum. GRACCH. apud Cic. de orat. 3, 214 matremne ut miseram lamentantem videam et abiectam? CIC. Cluent. 68 promissis suis eum excitavit abiectum (Att. 1, 16, 8. 5, 20, 6 Ps. CYPR. laud. Mart. 23 VEN. FORT. carm. 6, 2, 109). Phil. 13, 17 quam abiectus, quam confectus esset *Lepidus*. Tusc. 3, 26 tamne ... abiectus tamque fractus. LIV. 9, 6, 11 *eos* multo sibi maestiores et abiectiores animi visos. SEN. Thy. 197 numquid abiectus iacet? CVRT. 6, 2, 21 nunquam infractos et abiectos recessisse. VAL. FL. 4, 654 corripit abiecti remumque locumque Phaleri. PETRON. 80. CIC. Tusc. 2, 57 sin erit ille gemitus elamentabilis, si inbecillus, si abiectus, si flebilis. 4, 64 ne quid humile summissum, molle ecfeminatum, fractum abiectumque faciamus. AMM. 31, 8, 8 ore abiecto flens ducebatur. **2** *de animo submisso*: CIC. off. 1, 124 privatum oportet aequo ... cum civibus iure vivere neque submissum et abiectum, neque se ecferentem. QVINT. inst. 11, 1, 16 abiectos aut submittentes se. PLIN. epist. 1, 5, 8 huic suppliciter, ut est cum timet abiectissimus, 'rogo' inquit .... GREG. M. comm. reg. 1, 1, 9 VEN. FORT. Mart. 4, 542. CIC. de orat. 3, 218 aliud *vocis genus* metus *sibi sumat* demissum et haesitans et abiectum. DON. Ter. Eun. 1054 abiecta nimis supplicatio. AMBR. off. 3, 22. **3** *de cogitationibus humilibus*: QVINT. inst. 11, 1, 13 parva illa quae abiectissimus quisque animus utilia credit. PANEG. 4, 18 quis nunc sit animo tam humili, tam abiecto, tam ab omni appetitione laudis alieno? Ps. QVINT. decl. 4, 9 humiles prorsus abiectaeque mentes. GELL. 18, 7, 4 ... intemperiem istam quae *μελαγχολία* dicitur non parvis nec abiectis ingeniis accidere. IVL. VAL. 2, 16 o rem ridiculam et puerilis ... abiectaeque sententiae. CASSIOD. hist. 4, 24 intellectum eorum fatuum et abiectum. CIC. fin. 5, 57 nihil abiectum, nihil humile cogitant. PANEG. 11, 31 quicquam abiectum et humile cogitare. HIER. epist. 123, 10 abiecta ne cogites. GREG. M. mor. 10, 49 qui de se tam abiecta sentiret.

synonyma: *ad I*: humilis, inops, obsoletus, sordidus. *ad II*: contemptus, despectus, egenus, extremus, humilis, ignobilis, imbecillus, infirmus, miser, obscurus, parvus, sordidus, turpis, ultimus, vilis. piger. *ad III*: criminosus, crudelis, degener, improbus, impurus, iniustus, libidinosus, nequam, obscenus, perditus, pessimus, sordidus. *ad IV*: confectus, demissus, effeminatus, elamentabilis, fatuus, flebilis, fractus, haesitans, humilis, imbecillus, maestus, miser, mollis, parvus, perculsus, submissus. *opposita*: *ad I*: altus, exaggeratus, fortis, illustris, lectus, ornatus, vehemens. *ad II*: conspicuus, eximius, honoratus, honestus, illustris, potens, primus, sublimis. *ad IV*: se efferens, infractus.

adv. **abiectē**. *comp.* abiectius TAC. dial. 8 AMM. 15, 2, 3. 30, 8, 11. *superl.* abiectissime AVG. epist. 118, 32. *timide, ignave, submisse*: CIC. Phil. 3, 28 nec abiecte nec sine aliqua dignitate casum illum temporum et dolorum tuli. Tusc. 2, 55 ne quid abiecte, ne quid timide ... faciamus. AMM. 24, 5, 10 qui abiecte sustinuerant impetum. VICT. VIT. 3, 20 quare ita abiecte ambulas. *humiliter, turpiter*: TAC. dial. 8 quo sordidius et abiectius nati sunt. AMM. 15, 13, 3 Prosper ... abiecte ignavus. 31, 14, 8 *Valens* abiecte etiam timidus. 15, 2, 3 ne se proiceret abiectius cavens. 30, 8, 11 ad pavores inritos aliquotiens abiectius pallens. AVG. epist. 118, 32 iacere se abiectissime sentiunt. AMBR. Nab. 2, 4 quam misere egeat, mendicet abiecte. SIDON. epist. 1, 11, 16 ille ... crebro et abiecte miserantibus cunctis humiliari. 2, 1, 2 abiecte fingit. *neglegenter*: GELL. 2, 6 *titulus* quibus verbis ignaviter et abiecte Vergilius usus esse dicatur. 2, 6, 1 reprehendunt quasi incuriose et abiecte verbum positum in his versibus (MACR. sat. 6, 7, 4). AVG. doctr. christ. 4, 4, 26 quamvis abiecte inculteque dicantur. *synonyma*: timide, sordide, inculte, incuriose. *Lehnert.*

Abīdā, אֲבִידָע, *Ἀβιδά*, *nom. vir. hebr.* VVLG. gen. 25, 4. I par. 1, 33. HIER. nom. hebr. 3, 6 Abidahe: pater meus sciens. *idem* LIB. geneal. 261 Abira.

Abīdān *indecl.*, אֲבִידָן, *Ἀβιδάν*, *nom. vir. hebr.* VVLG. num. 1, 11. 2, 22. 7, 60. 65. 10, 24. HIER. nom. hebr. p. 15, 15 Abidan: pater meus iudex. *Otto.*

Abidda *v.* Obededom.

Abiddēnsis *v.* Avidda Avitta Aviddensis Avittensis.

abiectio, ōnis *f.* GLOSS. *ἀποβολή, ἐξέλασις, ἐξουδένησις*, disperatio, proiectio. *cf. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 288.*

1 *actus abiciendi* (*cf.* abicio I 1): OPTATVS p. 54, 5 cum casum adiuvaret abiecto. GREG. M. in euang. 40, 3 abiecto vilis indumenti. CAEL AVR. acut. 2, 10, 59 manuum neglecta atque distensa abiectio. PRISC. gramm. III 421, 11 omnes *comici* ... abiectionibus s litterae sunt usi scandendo suos versus. **2** *de animo fracto* (*cf.* abicio III): CIC. Pis. 88 quid debilitatio atque abiectio animi tui? **3** *remotio* (*cf.* abicio *p. 89, 46*): CONC. Aquil. epist. 5 (Migne 13, 590 B) importunissimi hominis abiectione. EVSEB. Leo M. epist. 97, 3 quamvis se ipsos dignos abiectione fecerint. SISEB. vita Desid. 4 cuius abiectio fuit summa felicitas. AMBR. off. 1, 41 abiectio discipuli detrimentum est magisterii. **4** *reiectio* (*cf.* abicio *p. 87, 77*): TERT. patient. 7 per abiectionem divitiarum. AMBR. bon. mort. 7, 28 quid est ipsa scientia nisi cotidiani doloris abiectio? ALC. AVIT. epist. 5 p. 32, 21 neque cadit in regiam quidem sed philosophicam mentem macroris abiectio. CASSIAN. conl. 1, 6, 3 dignitatum abiectione. AVG. serm. app. 14, 1 voluptatis abiectio. ENNOD. op. 2 p. 300, 24 nos, quos dei servitium post istarum rerum abiectionem fecit ingenuos. p. 317, 21 nolo occasione personae innumeris datura dignitatem fiat in abiectione possessio. **5** *reprobatio* (*cf.* abicio II): HIER. epist. 120, 10 electio eorum atque abiectio non merita singulorum sed voluntatem eligentis et abicientis ostendit. 53, 8 de abiectione Israhel et vocatione gentium. 129, 6. Os. 1, 1, 10 AVELL. p. 289, 13 post abiectionem capitulorum. p. 661, 19 praefatorum abiectio intoleranda. p. 661, 23. ITALA *et* VVLGATA psalm. 21, 7 ego sum vermis ... et abiectio plebis (LXX *ἐξουδένημα*). TERT. adv. Iud. 14 ignominiam hominis et abiectionem populi. AVG. serm. 157, 3 quaest. hept. 4, 33 p. 344, 8 contumelia et abiectio plebis. VVLG. thren. 3, 45 abiectionem posuisti me in medio populorum. *inde* **6** *contemptio, condicio humilis*: (*cf.* abicio II): AGROEC. gramm. VII 119, 5 'iste' abiectionis est. Ps. AMBR. epist. 1, 7 eris publicae abiectionis scortum. Iac. 1, 6, 23 ignobilitatis abiectio. VVLG. Ezech. 16, 5 proiecta es super faciem terrae in abiectione. PAVL. NOL. epist. 12, 4 *dominus* invisibilem magnitudinem suam visibili abiectione contexit. AVG. conf. 1, 20, 31 fugiebam dolorem, abiectionem, ignorantiam. Ps. AVG. serm. 155, 6 non cogitavit visibilem abiectionem eius qui crucifigebatur. SALV. gub. 1, 2 bonos in miseria et abiectione. GREG. M. moral. 31, 95 non vult per abiectionem in infimis habitare. 31, 36 damna, contumeliae, egestas, abiectio. QVEROL. p. 41, 4 P. post iudulgentiam sordidior est abiectio. ENNOD. epist. 6, 3 aliud nobilitat caelestis adfinitas, aliud abiectio terrena summittit. **7** *animi submissio, humilitas*: CASSIAN. conl. 18, 11, 2 cum quidam ad eum summam sui abiectionem habitu ac verbis praeferens advenisset. SALV. gub. 5, 44 iugo se inquilinae abiectionis addicunt. LEO M. serm. 58, 3 ut facilius corrigeret poenitudo quem nulla deformasset abiectio. de humil. tract. 2 omnem illam abiectionem repellamus. ENNOD. dict. 5 p. 440, 16 sub pio principe nulla militem decolorat abiectio. epist. 4, 15 a religioso aliquid exigit abiectio deprecantis, *cf. p. 91, 43.* *nota locum corruptum*: SEN. nat. 4, 2, 30 in ceteris quoque terris aliqua fluminibus fiat abiectio (adi. *cod. Berol. Paris.*).

synonyma: *ad 2*: debilitatio. *ad 5*: contumelia, ignominia. *ad 6*: contumelia, egestas, damnum, miseria. *opposita*: *ad 5*: adsumptio, electio, vocatio. *ad 6*: magnitudo, caelestis adfinitas.

abiectito, -āre. GRAMM. suppl. 48, 24 frequentativa a frequentando, ut lectito, abiectito, rogito.

abiectīvus, -a, -um *iactivus*. LEX Sal. 50, 3 homo ille qui mihi fidem fecit quem legitime habeo abiectivum et admallatum. *Lehnert.*

abiēgneus, -a, -um *ex abiete factus*. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 289.* abiegineas LEX par. fac. Put. (CORP. I 577 = X 1781) 1, 18. abiegnieis *ibid.* 2, 1. ⟨a⟩bi⟨eg⟩nia (abigenia *Straton.*) EDICT. Diocl. 12, 1. VITR. 7, 3, 1 hi *asseres* maxime cupress⟨e⟩i, quod abiegnei ab carie et ab vetustate celeriter vitiantur. LEX par. fac. Put. (CORP. I 577 = X 1781) 1, 18 trabiculas abiegineas II. 2, 1 asseribus abiegnieis. 2, 3 operculaque abiegnea. 2, 4 antepagmenta abiegnea. EDICT. Diocl. 12, 1 materia ⟨a⟩bi⟨eg⟩nia.

abiēgnus, -a, -um *ex abiete factus*. *prosodia usitata velut* ENN. PLAVT., CAT. OV. ars 3, 469, *trisyllabum* PROP. 3, 19, 12. 4, 1, 42, *cf.* 3, 1, 25. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 289.* PRISC. gramm. II 70 inveniuntur enim pauca sine e, ut 'quernus', 'colurnus', 'abiegnus', 'oleaginus', 'faginus'. II 82 *testatur* e *longam*. PLAVT. Cas. 384 num ista aut populna sors aut abiegnast tua? ENN. trag. 205 utinam ne

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in nemore Pelio securibus caesa (*var.* -ae) accidisset abiegna (*var.* -ae) ad terram trabes (*cf.* QVINT. inst. 5,10,84). ACC. trag. 261 (*Fest. suppl.*) ⟨stipitem abi⟩eg⟨n⟩um aut al⟨neum⟩. CAT. 64,7 caerula verrentes abiegnis aequora palmis. PROP. 3,1,25 equo pulsas abiegno ... arces *Troiae.* 3,19,12 *Pasiphae* induit abiegnae (-o *codd.*) cornua falsa bovi⟨s⟩. 4,1,42 abiegni venter apertus equi. OV. ars 3, 469 verba vadum temptent abiegnis (*var.* alienis) scripta tabellis. LIV. 21,8,10 phalarica erat Saguntinis missile telum hastili abiegno (ab ligneo *codd.*). 42,65,10 huic (*spiculo*) abiegnae (ab lege *Vind.*) breves pinnae tres. VITR. 2, 9, 14 abiegnas rates (abiegneas?). VVLG. III reg. 5,8 in lignis cedrinis et abiegnis. 5,10. 6,15 tabulis. 6,34. 9,11. II par. 3,5. SIDON. epist. 8, 12, 5 abiegnarum trabium. *Klotz.*

Abiēl *indecl.*, אֲבִיאֵל, *Ἀβιήλ, nom. vir. hebr.* VVLG. I reg. 9,1. 14,51. I par. 11, 32. HIER. nom. hebr. p. 34, 13 Abihel: pater meus deus. *vide* Abialbon.

Abienus, -ī *nom. barbaricum ut videtur* (*non par* Avieno). CORP. II 2633 (*a. p. Chr. 27*) per Abienum Pentilí. *Otto.*

abiēs, -etis *f.* [*cf. c. gr. ἄβιν· ἐλάτην, οἱ δὲ πεύκην* (Hesych.), *nisi hoc a Romanis vel Italis tractum est. Th.*] *stulte* ISID. orig. 17,7,32 dicta, quod prae ceteris arboribus longe eat (*cf. abiens*) et in excelsum promineat. GLOSS. *ἐλάτη, κέδρος*, sappinus, genus palmae fructiferae. [*prosodia*: ENN. trag. 80 déformati atque ăbĭĕtĕ crispa *in trochaeis (?). item* PLAVT. Pers. 248 opsignatam ăbĭĕtém, VARRO Men. 392 ăbĭĕtém *pro cretico, similiter* ACC. trag. 332. 407 PETRON. 89, 34. i *consona* VERG. Aen. 2, 16 abiete costas, *cf.* 5, 663. 8, 599. 11, 667 SIL. 6, 352. 3, 442. VERG. Aen. 9, 674 abietibus iuvenes *cf.* VAL. FL. 7, 405. *postea* ē *an* abíēte *nescio* AVIEN. 4, 104 *in iambis*: non abiete ut usus est. *nominativum* abiēs *testatur* PRISC. gramm. II 158,9, *cf.* II 241,8, *pro* abiēs *recte stant* PS. PRISC. gramm. III 524,22, *cf.* VERG. ecl. 7, 66 abiés in, *et* VAL. FL. 6, 197. 236 STAT. Theb. 6, 104 IVV. 3, 255 CLAVD. rapt. Pros. 3, 349; *ceteroquin inde ab* ENN. ann. 6, 11, 3 *ponitur ante consonam. formam nominativi vulgarem dare videtur* GLOSS. III 300, 66 abietis (-es) *ἐλάτης. V.*] [*ital. mer.* apitu, *ital. sept.* avei, *ven.* albeo. *M.-L.*] *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 290.*

I *arbor.* PLIN. nat. 12,134 quam alii elaten vocant, nos abietem. VARRO rust. 1, 6, 4 in montanis nascuntur. VERG. ecl. 7, 66 abies in montibus altis. georg. 2, 68 nascitur et casus abies visura marinos. COLVM. 11, 2, 13 sexagenum pedum. PLIN. nat. 16, 38 pinus atque abies omnesque, quae picem gignunt. 16,74 montes et valles diligit. 16,106 floret croci colore. 16,125 in longitudinem excrescit. 16,127 radices singulares abieti. 16,187 lignum proximum medullae in abiete Graeci leuson vocant. 17, 91 umbra abietis venenum. FRONTO p. 7, 18 N. abies et alnus ventis atque imbribus educantur. AMBR. exam. 3, 11 non contenta terrenis radicibus. VVLG. Is. 55,13 pro saliunca ascendet abies. 60,13 gloria Libani abies et buxus. Ezech. 27,5 abietibus de Sanir. IV reg. 19,23 cedros *Libani* et electas abietes. CASSIOD. var. 5, 17 fluentis amnicis nutrita. VEN. FORT. carm. 4, 9, 24 myrta salix abies corylus. AETHICVS 1, 21 cedrorum et abietum magnitudinem. 6, 72 comantia innectunt aves pulcherrimae surcula abietibus et platanis. *epitheta* (*cf. Murr, Epitheta der Pflanzen bei röm. Dichtern p. 31*): ENN. ann. 6, 11, 3 consternitur alta. ACC. trag. 407 ego me extollo in abietem, alte ex tuto prospectum aucupo. CLAVD. 36,349 altior cunctis. PLIN. nat. 16,48 amplissima. STAT. Theb. 6,104 audax. PLIN. nat. 16,48 folio pinnato densa, ut imbres non tramittat. OV. met. 10, 94 enodis (PLIN. nat. 16, 196). AMM. 23, 4, 8 abies vel ornus excelsa. PLIN. nat. 16,225 firmissima in rectum. 16,48 hilarior in totum. 16, 128 hirsuta. PALLAD. 12, 15, 1 quam Gallicam vocant VITR. 2, 9, 17 infernas (*i. maris inferi*). 2, 9, 17 supernas (*i. maris superi*). FRONTO p. 216 N. intonsa. IVV. 3,255 longa. COR. Iustin. 4, 45 montana. VERG. Aen. 8, 599 nigra. LIV. 24, 3, 4 procera (PLIN. nat. 17,26 FRONTO p. 148,5 N. AMBR. exam. 3,12). AVIAN. 19,1 pulcherrima. PLIN. nat. 16, 48 rotunda. VAL. FL. 7, 405 tacita. VARRO Men. 392 tenera. VITR. 5, 1, 3 teres. CLAVD. 39, 349 umbrosa late. VVLG. Os. 14, 9 virens. *numero singulari collective*: VERG. Aen. 8, 599 nigra nemus abiete cingunt. VITR. 1,2,8 nec abietis nec sappinorum. PLIN. nat. 5, 67 uvas in ramentis abietis, populi. VAL. FL. 3, 165 iamque abies piceaeque ruunt. SIL. 3, 442 densos abiete lucos. VVLG. Is. 41, 19 ponam in deserto abietem. Zach. 11, 2 ulula, abies, quia cecidit cedrus. PS. CASSIOD. ad cant. cant. 5, 11 abietem hic non magnam illam arborem, sed speciem aromaticae arboris debemus accipere.

II *materia, lignum.* GLOSS. genus ligni. ENN. trag. 80 tosti alti stant parietes | deformati atque abiete crispa. CAES. Gall. 5, 12 materia cuiusque generis praeter fagum atque abietem. VARRO rust. 3, 3, 13 columnas ex abiete tenues. VERG. Aen. 2, 16 sectaque intexunt abiete costas. 5, 663 pictas abiete puppis. LIV. 28, 45, 18 in fabricandas naves ... abiete ex publicis silvis est usus. VITR. 2, 9, 5 non potest id robur, quod abies. 2,9,6 non flectitur ab onere. PLIN. nat. 16, 41 expetita navigiis. 16, 41 lignum abieti similius. 16, 195 larici et magis abieti succisis umor diu defluit. 16,221 abietem aquis non corrumpi. SIL. 6, 352 aut abiete secta transtra novant. ITALA (cod. Weing.) Ezech. 27, 5 ut facerent tibi vela (VVLG. malum) de abiete. VEG. mil. 4, 34 ex abiete liburna contexitur. AMBR. Migne 3, 746 bonae ex abiete naves Tharsis. AMM. 23, 4, 8 (*de ariete*) eligitur abies vel ornus. PRVD. apoth. 520 quod nulla abies pinusve dolata texuit. MEROB. paneg. 168 texitur in turres abies. *res inde confectae. de tabellis*: PLAVT. Pers. 248 at ego hanc ad tuam eram opsignatam abietem *fero*. QVINT. inst. 8, 6, 20 prosa ut mucronem pro gladio recipiet, ita non abietem pro tabellis. *de navibus*: ACC. trag. 331 lucifera lampade abietem exurat Iovis. *de remis*: PETR. 89,34 pulsumque abiete imposita gemit. *de hasta*: VERG. Aen. 11, 667 transverberat abiete pectus. VAL. FL. 6, 197 levis ast abies elusit utrumque. 6,236 fert abies ingentem umbram. Sil. 4, 2, 254 fata extrema ferens. STAT. Theb. 9,552 it tremebunda abies clipeum per et aerea terga loricae. *de lectorio manuali* (*ἀναλογεῖον*): MART. 14, 84, 2 haec abies chartis tempora longa dabit. *Wölfflin.*

abietālis, -e *adi.* SERV. Aen. 11, 667 longa abiete: hasta abietali (abetata *A*). *V.*

abietārius, -iī *m. faber lignarius.* CORP. VI 9104 C. Roius C. l. Eros abietarius. VVLG. exod. 35,35 ambos erudivit sapientia, ut faciant opera abietarii. *adi.* PAVL. FEST. 27, 11 abietaria negotia dicebantur, quam materi⟨ari⟩am nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis (*sc.* negotiationem, *nisi forte emendandum* quae materiaria). *Wölfflin.*

Abiezer *indecl.*, אֲבִיעֶזֶר, *Ἀβιέζερ, nom. vir. hebr.* VVLG. Ios. 17, 2 (*Ιεζί*). iud. 6, 34. 8, 2. II reg. 23, 27. I par. 7, 18. 11, 28. 27, 12. HIER. nom. hebr. p. 37, 21 Abiezri dei mei auxilium. *Lommatzsch.*

abiga, -ae *f.* [*ab* abigere *Th.*] *arbuscula medicinalis.* PLIN. nat. 24,29 chamaepitys latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis tus terrae, cubitalibus ramis, flore pinus et odore. PS. APVL. 27 Graeci chamaepityn, ... Itali abigam, alii cypressum nigram. *Bickel.*

[**Abigabaon**] VVLG. I par. 8, 29 *tanquam nom. vir., sed* I par. 9, 35 *recte* pater Gabaon (*πατὴρ Γαβαών*) Iehiel.

Abigail *indecl.*, אֲבִיגַיִל *et* אֲבִיגַל, *Ἀβιγαία, mulier David.* VVLG. I reg. 25. 27, 3. 30, 5 II reg. 2, 2. 3, 3 I par. 3, 2 AVG. serm. 308, 2 CASSIAN. conl. 17, 25, 6. HIER. nom. hebr. p. 34, 22 Abigal pater exultationis sive pater roris. 34, 23 Abigail patris mei exultatio. *eadem* Abigea LIB. geneal. 380. *soror David* VVLG. II reg. 17, 25. I par. 2, 16. 17. *eadem* Abigea LIB. geneal. 370. 377. *Lommatzsch.*

abigeātor, -ōris *m. formae*: abigeator GLOSS. V 321, 37 COLL. Mos. 11 tit. *alias.* **abigātor** [*transformatum ex* abigeator *Th.*] GLOSS. II 3, 38 (abieator IV 377, 35). abigeiator V 234, 7. GLOSS. abactor, *ἀπελάτης.* COLL. Mos. 11, 3 abigeatores sunt qui unum equum vel duas equas totidemque boves, oves vel capras decem, porcos quinque abegerint (PAVL. sent. 5, 18, 1). GLOSS. V 321, 37 plagiarius abigeator qui inducit pueros et sollicitat servos. V 234, 7 plagiarius abigeiator qui mancipium ... distrahit (IV 144, 34).

abigeātus, ūs *m.* CALL. dig. 47, 14, 3, 1 porcos etiam quinque vel quattuor abactos, equum bovem vel unum, abigeatus crimen facere. MACER dig. 47, 14, 2 abigeatus crimen publici iudicii non est quia furtum magis est. VLP. dig. 47, 14, 1, 4 si non color abigeatus quaesitus est. MEN. dig. 49, 16, 5, 2 qui desertioni aliud crimen adiungit, gravius puniendus est: et si furtum factum sit, veluti alia desertio habebitur: ut si plagium factum vel adgressura abigeatus vel quid simile accesserit. *v. Hartmann, P.-W. I 97. Bickel.*

Abigēius, -ī *nom. equi.* CORP. VI 10048 (*saec. II*) Abigeio (*abl.*) *quater.* *Otto.*

abigeo, -āvī, -ātum, -āre *vel* **abigo,** -āre [*transformatum ex* abigeare *Th.*]. GLOSS. abigeata involata. CYPR. epist. 71,2 ovem abigeatam et errabundam in ovile suum pastor recipiat. LVCIF. de non parc. 3 redi ad dei ecclesiam a qua te per Arrianos abigavit coluber ille refuga qui verterit Adam quoque et Evam.

abigeus, -ī *m.* [*ab* abigere *Th.*] *forma recentior*: **abigēius** GLOSS. II 234, 20. IV 3, 15. 201, 14. 478, 31. 38. V 259, 31. 343, 23. 492, 15. 632, 3. *Goetz, Archiv 1 (1884) 561.* GLOSS. *ἀπελάτης*, abigens, abactor qui seducit servum alienum vel pecus, qui abigit (*cf.* abigere *p. 96,49*) qui tollit aliena, qui tollit rem alienam, qui abducit, qui tollit aliena, avarus, latro. VLP. dig. 47, 14, 1, 1 (coll. 11, 8, 1. 2) abigei autem proprie hi habentur qui pecora ex pascuis vel ex armentis subtrahunt et quodammodo depraedantur et abigendi studium quasi artem exercent, equos de gregibus vel boves de armentis abducentes. ceterum si quis bovem aberrantem vel equos in solitudine relictos abduxerit non est abigeus, sed fur potius. *ibid.* (coll. 11, 7, 1) de abigeis puniendis ita divus Hadrianus consilio Baeticae rescripsit: abigei cum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent. CLAVD. dig. 48,19,16,7 quantitas discernit furem ab abigeo; nam qui unum suem subripuerit ut fur coercebitur, qui gregem ut abigeus. CALL. dig. 47, 14, 3, 1 oves pro numero abactarum aut furem aut abigeum faciunt. *ibid.* 2 *et* 3. MACER dig. 47, 14, 2 quia plerumque abigei et ferro utuntur. PAVL. coll. 11, 6, 1. 12, 6, 1. NOVELL. 22, 15, 1 unum eorum qui appellantur abigei (quibus est cura alienis insidiari animalibus aut iumentis et ea transponere alibi). ISID. orig. 10, 14 abactor est fur iumentorum et pecorum, quem vulgo abigeum vocant, ab abigendo scilicet. CORP. VI 218 *in titulo de aedicula restituta etiam hoc incertum an litterae* ... abigei *plenum verbum faciant.* GLOSS. V 259, 43 abigei ipsum quod supra (*antecedit* abactor) templum (*?*). *Bickel.*

Abigeus *cogn. vir.* CORP. VIII 16586 Cl(audius) Abigeus libertus.

Abiginaeus, -ī *cogn. vir.* CORP. VIII 9799 Aurel(ius) Abiginaeus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Abigeneus: CORP. III 10316 (= 3334, *in Pannon. inf.*) Marcus Aurel(ius) Deisan domo Hemes⟨a⟩.... Aurelis Monimo et Re⟨g⟩i⟨ll⟩iano ... et Aur(elio) Abigeneo. *Otto.*

abigo, -ēgī, -āctum, -ere. [ab-ago *gr.* *ἀπάγω*, *ind.* apa-ajati '*abigit*'. *Th.*] *de praepositione* ab *in* abigo *v.* CIC. orat. 158 PRISC. gramm. III 47, 15. 468, 29. *forma* abago GLOSS. II 234, 21. 240, 6. *perf.* abigit GLOSS. IV 478, 36. abigerunt IORD. Get. 7, 49. *sup.* abactum PRISC. gramm. II 525, 19. GLOSS. abigo *ἀπελαύνω*. abigit minat, expellit, proicit, ab illa re agit. abige appelle (asp.), amove, abiuga. *aliud subest glossae ἀποπράττω* abago. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 293. 314.* CIC. *ponit* abigere *de animalibus fugandis aut abducendis, praeterea dicit* partum abigere. *apud* CAES. *verbum non extat neque in titulis ante a. 710 scriptis.* homines abigere *sermoni pedestri minus convenit* (*cf.* DON. Ter. Ad. 401 ut pecudem dixit abigam, non ut hominem mittam). *ad linguas romanicas non pervenisse videtur. in libris manu scriptis confunduntur cum* abigere *potissimum* adigere, *v.* VERG. Aen. 11, 261 LVCAN. 6, 150, *et* abicere, *v.* OV. Pont. 2, 3, 37 SEN. dial. 12, 2, 3 epist. 91, 8 STAT. Theb. 4, 603 COD. Iust. 8, 51, 3, 2.

I ***homines*: 1** GLOSS. II 240, 42. 434, 54 abigo *ἀποσοβῶ*. *unde*: PLAVT. Amph. 979 fac Amphitruonem advenientem ab aedibus ut abigas (prol. 150). Curc. 186 te edentem hic a cibo abigat. Men. 127 iurgio ... uxorem abegi ab ianua (VARRO ling. 7, 93). Truc. 620 hunc a te abigo. PROP. 3, 15, 30 stabulis mater abacta suis. LIV. 2, 37, 9 se ... ab ludis, festis diebus coetu quodammodo hominum deorumque abactos esse. 2, 38, 4. LVCAN. 735 abigam vos omnibus urnis teque deis. VAL. FL. 5, 627 Pallada caelo non abigis. SIL. 2, 230 muro tectisque Sagunti hac abigam Poenos dextra. 17, 466 socioque abigat me frater Averno. STAT. Theb. 2, 54 Letique triformis ianitor agricolas campis auditus abegit. 11, 725 hunc abigis tectis. APVL. met. 4, 3 nisi ... alvus ... fimo fistulatim excusso ... alios putore nidoris foetidi a meis iam quassis scapulis abegisset. SIDON. 9, 13, 5 v. 100 procul hinc et Hippocrenen ... abigamus et Minervam. CASSIOD. var. 1, 18, 4 huiusmodi portenta (*qui fratrem percusserunt*) provinciae finibus abigantur. *loci significatione non adposita*: PLAVT. Asin. 446 hic me abegerit suo odio. HOR. epod. 5, 29 abacta nulla Veia conscientia ... exhauriebat. carm. 3, 24, 40 nives mercatorem abigunt. OV. fast. 3, 344 vir conloquio non abigende deum. PLIN. nat. 8, 104 a scolopendris abactos Rhoetiensis. SIL. 2, 230. MART. 1, 34, 5 meretrix abigit testem veloque seraque. 9, 98, 16 lictoris abiget virga basiatorem. PS. QVINT. decl. 19, 11 quis te ... adfectus abegit. PLIN. paneg. 41 te ... delatores abegisse. SVET. Tib. 7 Agrippinam ... abegisse ... doluit. Cal. 26 omnis fustibus abegit. Vesp. 5 tertiam (*aquilam*) ... victricem abegisse. 8 classiarios ... sine responso abegisse. APVL. met. 8, 13 gladioque fulgenti singulos abigens. SOL. 5, 21 Gelonium stagnum taetro odore abigit proximantes. HYG. fab. 169 p. 32 Neptunus ... Satyrum abegit. HIER. epist. 78, 25 abegisti insidiatores. VVLG. num. 22, 11 pugnans abigere eum (*populum Iudaicum*). iud. 16, 19 abigere eum et a se repellere. SIDON. 12, 9 barbaricis abacta plectris ... Thalia. IORD. Get. 7, 49 feminae ... hostes cum magna verecundia abigerent. *obiectum subauditur*: PLAVT. Persa 297 abigis facile. Truc. 252 ut de frumento anseres clamore absterret abigit. *cf.* 597. PLIN. nat. 7, 113 eandemque linguam ex duobus Catonibus in illo abegisse (*scil. homines*), in hoc importasse. STAT. Theb. 12, 44 nec serus abegit vesper. silv. 3, 3, 70 nec proximus heres ... abegit.

2 GLOSS. IV 478, 36 abigit ... abstulit, abduxit. *quo*: PLAVT. Capt. 815 odos subbasilicanos omnes abigit in forum. TER. Ad. 401 abigam tunc rus. PANEG. 11, 25 optimus quisque abigebatur procul. 12, 21 tum longe populus abigebatur. *fine abigendi non significato*: CVLEX 125 lotos ... socios ... abegit. VAL. FL. 8, 51 ne quis abactam huc referat me ... dies. VEN. FORT. carm. 10, 12 b, 7 genitam sibi luget abactam. VVLG. gen. 31, 26 clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio. *reflexive*: VEN. FORT. Mart. 3, 421 die qua se conventus abegit. 4, 362 hinc se proripiens propere Martinus abegit. ISID. orig. 18, 24 modo complexu abigere sese (*ursos*) more luctantium. QVEROL. 42, 17 celeriter hunc abege (hinc te abige *Canneg.*).

proprie: PAVL. FEST. 23 abacti magistratus dicebantur qui coacti deposuerant imperium. ISID. orig. 10, 20 abactus ab actu remotus. *actus 'administratio' an 'Uebertrift' (sic Goetz, Archiv I, 1884, 560)?*

II ***animalia*: 1** *ἀποσοβεῖν* minare. *muscas*: CIC. de orat. 2, 247 puer abige muscas. PHAEDR. 4, 24, 12 PLIN. nat. 8, 30 TERT. anim. 10, 15. AVG. civ. 14, 24 si quid in quocumque loco eius (*corporis*) senserint abigendum ... insidentes muscas ... haerentes hastas ... discutiant. *canes*: PLIN. nat. 8, 145 canem nec in carcere abigi potuisse. APVL. met. 9, 37. *volucres*: PLIN. nat. 8, 142 canem ... accepimus ... a corpore non recessisse volucres ac feras abigentem. STAT. Theb. 8, 256. MART. 10, 5, 12 abigatque moto noxias aves panno. HIER. epist. 78, 24 abactis corvis. VVLG. gen. 15, 11. CLAVD. Pros. 3, 190 volucres quae vis Sirenas abegit. *serpentes*: PLIN. nat. 20, 50 alium serpentes abigit et scorpiones odore. 20, 29. *formicas*: PLIN. nat. 17, 266 has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus. PALLAD. 1, 35, 8 formicas abiges origano. *alia*: VAL. MAX. 9, 12, 6 puerum ut illum (*asellum*) abigeret inclamavit. PLIN. nat. 9, 181 ne palpitatio ulla aut sonus ceteros (*pisces*) abigat. 10, 102 ut rixando abigant eum (*perdicem perdices*). 11, 45 apes abigi fumo utilissimum. 57 tunc et fucos abigunt *apes. cf. ibid.* 28. 18, 160 mures abiguntur cinere mustelae. 39, 62 suffitu ... abigere sanguisugas adhaerentes. SALV. gub. 8, 22 non aliquem hominem ludificari sed novum inauditumque monstrum abigi atque exterminari. *unde*: PLIN. nat. 8, 24 solitarium abactumve a grege *elephantem*. 18, 160 pestem a milio atque panico sturnorum passerumve agmina scio abigi herba cuius nomen ignotum est. 27, 52 *absinthium* culices ex oleo perunctis abigit et fumo si uratur. STAT. Theb. 3, 47 erile pecus silvis inopinus abegit imber. APVL. met. 3, 26 abigor quam procul ab hordeo. HYG. astr. p. 72 vix denique eos (*lepores*) ex insula abegisse dicuntur. VVLG. exod. 8, 9 ut abigantur ranae a te et a domo tuo et a servis tuis et a populo tuo. AVG. civ. 2, 22 ab urbis altaribus tam multos ac minutos deos tanquam muscas abegerunt. *absolute*: CIC. Tusc. 1, 104 bacillum propter me quo abigam (*sc. volucres et feras*) ponitote. OV. met. 14, 62 (*de Scylla*) credens non corporis illas esse sui partes refugitque abigitque timetque. PRIAP. 2, 11 abegimusque voce saepe, cum tibi ... corvus ... feriret ... caput. PLIN. nat. 10, 9 aquila inde ictu abigente alae (*sc. avem*). APVL. met. 9, 2 VVLG. deut. 28, 26 Ierem. 7, 33.

2 *abducere.* **a** *in pascua, stabula*: VARRO rust. 2, 1, 16 greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium aestivatum. 2, 5, 11 armenta aestu abiguntur in montes frondosos. 2, 10, 11 in stabula solent equas abigere. **b** *vi rapiendo*: *pecus*: CIC. Verr. 3, 5, 7 familiam abduxit, pecus abegit. Pis. 84 familias abripuerunt, pecus abegerunt. LIV. 2, 23, 5 direpta omnia, pecora abacta. 28, 8, 10. 39, 47, 2. 42, 41, 12. SEN. benef. 6, 4, 5 pecus abegisti, servum eius occidisti. FRONTIN. strat. 3, 10, 6 paucos misit qui abigerent pecora. *ibid.* 7. *greges*: CIC. Verr. 1, 28 praeterea greges equorum eius istum abigendos curasse. 2, 20 praeterea greges nobilissimorum equorum abactos. LIV. 24, 20, 16 equorum greges maxime abacti. CAPITOL. Maximin. 12, 1 greges abegit, praedas sustulit. HIER. epist. 118, 2 abactos armentorum ac pecorum greges. *iumenta*: LIV. 7, 14, 4 iumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. CVRT. 5, 13, 25 miratusque confossa potius quam abacta esse. VVLG. I reg. 23, 5. *boves*: LIV. 1, 7, 4 Herculem in ea loca Geryone interempto boves mira specie abegisse memorant. APVL. met. 9, 35 pecua trucidando, boves abigendo. *equos*: CVRT. 7, 9, 16. ITALA cod. Wirceb. exod. 22, 10 si quis dederit proximo suo subiugium ... aut abactum erit (VVLG. captum ab hostibus, LXX *αἰχμάλωτον γένηται*). *praedam*: LIV. 3, 68, 2 ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos, praedam abigi. 4, 21, 2 praedae abactae hominum pecorumque. 6, 31, 8 hominum pecudumque praeda abacta. 8, 19, 9. 9, 36, 12. 38, 47, 12. PLIN. nat. 8, 90 delphini abigentes eos (*crocodilos*) praedam. LACT. de mort. pers. 27, 6 AMM. 24, 4, 9. *absolute*: STAT. Theb. 6, 116 ducunt sternuntque abiguntque feruntque. **c** *furto*: GLOSS. abacta involata (*cf.* GLOSS. II 350, 31 *κλέπτω* furo, involo). SERV. Aen. 8, 208 quattuor a stabulis ... tauros avertit: erat proprium 'abegit'. OV. met. 2, 686 videt has (*boves*) ... Maia natus et arte sua silvis occultat abactas. PHAEDR. append. 19, 2 equum e quadriga ... abegit quidam et in pistrinum vendidit. CALP. ecl. 1, 41 laxis abiget iumenta capistris *praedator*. PLIN. nat. 8, 208 agnitam vocem suarii furto abactis (*subus*). STAT. silv. 2, 1, 8 citius me tigris abactis fetibus orbatique velint audire leones. VLP. dig. 19, 2, 9, 4 Antoninus ... cum grex esset abactus, quem quis conduxerat, ita rescripsit: si capras latrones citra tuam fraudem abegisse probari potest. 47, 14, 1, 2 (coll. 11, 8, 2) qui porcam vel capram vel vervicem abduxit, non tam graviter quam qui maiora animalia abigunt plecti debent. *ibid.* 4. CALL. dig. 47, 14, 3, 1 oves pro numero abactarum. *ibid.* porcos etiam quinque vel quattuor abactos. *ibid.* a stabulo abegit domitum pecus, non a silva nec grege. PAVL. sent. 5, 18, 2 (coll. 11, 2, 1) atroces autem sunt qui equos et greges ovium de stabulo vel de pascuis abigunt. *ibid.* 3 (coll. 11, 4, 1. 6, 2) si ea pecora de quibus quis litigat abegerit. APVL. met. 8, 29 iuvenes abactum sibi noctu perquirentes asellum. CASSIOD. var. 8, 32, 4 insidiis rusticorum abactos sibi asserit caballos. *omisso obiecto*: VLP. dig. 47, 14, 1, 1 qui pecora ex pascuis vel ex armentis subtrahunt et quodammodo depraedantur et abigendi studium quasi artem exercent. HADR. Vlp. coll. 11, 7, 2 si quis tam notus et tam gravis in abigendo fuit. VLP. dig. 47, 14, 1, 3 (coll. 11, 8, 4) qui cum gladio abigunt non inique bestiis obiciuntur. CALL. dig. 47, 14, 3, 2 qui saepius abegerunt, licet semper unum vel alterum pecus subripuerint. ARNOB. nat. 2, 42 animas misit ... domos ut effringerent noctibus sollicitarent abigerent praevaricarentur et proderent. **d** *generaliter dictum*: PAVL. FEST. 237 Hercules ... decimam bovum, quos a Geryone abductos abigebat Argos in patriam. COLVM. 6, 37, 9 equa veneris patiens confestim abacto viliore pretioso mari iungitur. POMP. dig. 9, 2, 39, 1 qui pecus alienum in agro suo deprehenderit ..., vel abigere debet sine damno vel admonere dominum ut suum recipiat. MACR. sat. 3, 7, 6 veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines deorum.

III ***partum*:** GLOSS. II 3, 34 abigit ... *ἐκτιτρώσκει*. CIC. Cluent.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

32 partum sibi medicamentis abigere. TRYPH. dig. 48,19, 39. COLVM. 6, 22, 2 fluvialis aqua ... partum abigit. 27,11 haec omnia incommoda fetum abigunt. PLIN. nat. 14, 116 in Achaia maxime circa Ceryniam abigi partum vino. TAC. ann. 14, 63 abactos partus conscientia libidinum. SVET. Dom. 22 causa mortis exstiterit coactae conceptum a se abigere. VLP. dig. 48, 8, 8 si mulierem visceribus suis vim intulisse quo partum abigeret. PAVL. sent. 4, 9, 6 aborsus et abactus venter partum efficere non videtur. SVLP. SEV. chron. 2,48,3 Priscilliani stupro gravidam partum sibi graminibus abegisse. MARC. med. 30, 19 datur interdum vel ex aceto vel ex melle vel ex aqua sola; abigit etiam conceptum feminis praegnantibus datum. *absolute*: MARCIAN. dig. 47, 11, 4 eam quae data opera abegit, a praeside in temporale exilium dandam. SERV. georg. 3, 139 tunc enim diligentius tractandae sunt *equae* ne abigant.

IV ***sensus cogitationes*** ab animo alicuius, aliquem (*i.* animum alicuius) abigere: PLAVT. Merc. 113 abige abs te lassitudinem. PLIN. nat. 12, 81 acri odore eius (*styracis*) in focis abigentes suorum (*odorum*) fastidium. 23, 161 *sucus seminis myrti* fastidium abigit. PLIN. med. 2, 3 ut fastidium abigatur. APVL. Plat. 2, 22 nec deformitas corporis talem abigere poterit adpetitum. SEN. epist. 65, 15 nullam cupiditatem abigunt. 88, 29 temperantia voluptatibus imperat, alias odit atque abigit. 11, 5 haec (*mobilitatem animi*) ut dixi nulla sapientia abigit. CASSIAN. inst. 8, 8, 1 hanc (*iram*) e suis abegerat sensibus. HOR. epist. 1, 15, 19 quod curas abigat. SEN. epist. 94, 55 aurem subinde pervellat abigatque rumores (*opiniones vulgi circumsonantes*). SIL. 8, 124 quae dum abigo menti et sub lucem ut visa secundent oro. STAT. Theb. 8, 245 abacta prius solacia. AVG. serm. Migne 38, 356 abigatur *haec cogitatio* a sensu devotorum. SEN. epist. 19, 2 usque eo te abigam generis humani furore damnato. 124, 1 nec ulla te subtilitas abigit. HERM. mand. 5, 2, 1 *nequitia* illos ab iustitia abigat. sed non abigit eos qui pleni sunt fidei (*graece ἀποπλανᾷ, cui tertium usurpato respondet* avertit). LACT. inst. 3, 18, 9 execrabilis ... doctrina, si abigit homines a vita. COMM. instr. 2, 23, 2 exstinguis te ipsum quando te incendis abactus. PAVL. NOL. carm. 15, 79 Hermiam mundus abegit, Felicem Christus sibi sustulit. *terrores, morbos animi abigere*: ENN. Cic. ac. 2, 89 pestem abige a me flammiferam hanc vim quae me excruciat. PLIN. nat. 27, 107 hac in Piceno feminis abigunt quos mira persuasione Fatuos vocant. 37, 61 adamas ... lymphationes abigit. SOL. 52, 53. VEG. mul. 6, 12, 4 *suffimentum* daemones abigit et larvas.

V ***res:*** *naves*: LIV. 8, 14, 8 naves inde longae abactae. *morbos*: PLIN. nat. 25, 106 febres abigere. 30, 104 recidivas frequenter abigi. 32, 115 tertianas abigi. 28, 111 quartanas abigere. 20, 38 *inula* arteriis medetur. venenatorum morsus abigit. SER. SAMM. 946 letalesque abiget miranda potentia morbos. MARC. med. 8, 109 hygra mirifica ... caligines abigit. 26, 99 violae ... dolores vessicae cito abigunt. *ventos*: Ov. met. 7, 202 nubilaque induco, ventos abigoque vocoque. STAT. Theb. 10, 92 abiguntque truces a culmine ventos. 3, 257 abacto flamine. *nubes*: PLIN. nat. 2, 126 nubes abigunt *venti*. SEN. nat. 5, 9, 5 calor omnis abigit nebulas et a se repellit. PLIN. nat. 28, 77 abigi grandines turbinesque. *faces*: SEN. Thy. 80 immissas faces semiustus abigis. APVL. flor. p. 95 Oud. procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirentur. *lacrimas*: PETRON. 89, 18 quas metus abegit. EVAGR. sent. Migne 20, 1183 B spiritus taedii abigit lacrimas.

ferrum: PLIN. nat. 20, 2 ferrum ad se trahente magnete lapide et alio rursus abigente a sese. 36, 130 magnes (mons *codd.*) ferrum omne abigit respuitque. *cibum*: PLIN. nat. 31, 22 responsa ab his (*piscibus*) petunt incolae cibo, quem rapiunt adnuentes, si vero eventum negent, caudis abigunt. 32, 17 diripere eos carnes abiectas laetum est consultantibus, caudis abigere dirum. MELA 1, 6 *mare* longe lateque diffusum abigit vaste cedentia litora. PETRON. 109 vernantesque comas tristis abegit hiemps. PLIN. nat. 16, 4 omni procul abacto frutice. STAT. Theb. 1, 104 sedet intus abactis ferrea lux oculis. TAC. hist. 5, 19 velut abacto amne. ITALA cod. Monac. lev. 14, 40 abigunt eos (*lapides*) foras extra civitatem (VVLG. proici eos). AMM. 17, 7, 13 *urbes* ad Erebi profundos hiatus abactae aeternis tenebris occultantur. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 120 fomentum ... abactum ... cutibus ad cerebrum. *noctem*: VERG. Aen. 8, 407 medio iam noctis abactae curriculo. SEN. epist. 36, 11 solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. STAT. Theb. 1, 231 vix lucis spatio, vix noctis abactae enumerare queam. HOR. sat. 2, 2, 44 necdum omnis abacta pauperies epulis regum. PETRON. 46 famem a labris non abigeret. ANTH. 465, 1 iam nunc ardentes autumnus abegerat umbras. VAL. MAX. 3, 8, 7 an abigi debet Titius ab horum exemplorum contextu. SEN. Phoen. 496 mater insidias et hinc et rursus illinc abiget. dial. 1, 5, 2 nullo modo magis potest deus concupita traducere, quam si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. 7, 21, 2 non abigit illa a se, sed abeuntia securus prosequitur. STAT. Theb. 6, 919 abigant hoc numina. MART. 10, 33, 7 a nobis abigas (*sc. versus*). CARM. epigr. 218, 4 aetate abacta virgini. CARM. de Iona 105 non erat exitii set mortis testis abactae (caeli gloria factus *codicum pars*). TERT. cult. 2, 2 *temptationes* non numquam quod deus a suis abigat instando perficiunt. adv. Marc. 1, 25 negatis sensibus et affectibus quos Marcionitae a deo suo abigunt in creatorem. IVVENC. 3, 449 precibusque locum ... abegit.

PRVD. psych. 632 pax inde fugatis hostibus alma abigit bellum. PAVL. NOL. epist. 8, 3, 92 tua fraternae vota preces abigent.

structurae: abigo ab *per totam latinitatem trita constructio est; pro* ab *comparet saepius inde a* VARR. ex, *raro in* DIG. de. *nudum ablativum pro praepositionibus ante* PROP. *usus respuisse videtur nisi iure Mommsen scripsit* FEST. 23 abacti magistratu (magistrus *cod.*). sibi abactum asellum *habet* APVL. (met. 8, 29), sibi abactam genitam VEN. FORT. (10, 12 b, 7). SIL. 8, 124 *v. p. 97, 26.* *quo abigitur, significatur praepositionibus* in, ad, *adverbiis* rus, procul, longe, foras. *obiecto omisso* abigere *varias significationes pro re praebet, intransitive* (*ut* apage) *usurpatum non est. neque enim* abige ἄπαγε GLOSS. II 3, 43. 554, 36 *ita interpretari aequum est.*

synonyma: repellere, expellere, minare, proicere, amovere, amoliri, abiugare, abducere, auferre, avertere, involare (abortire).

opposita: trahere ad, deferre ad, rapere, diripere, inducere. *Bickel.*

abigus *v.* abigeus.

Abīhail *indecl.*, אֲבִיחַיִל, *nom. hebr. vir.* VVLG. I par. 5, 14 (Ἀβιχαία). Esth. 2, 15. 9, 29 (Ἀμιναδάβ). num. 3, 35 Abihaiel (Ἀβιχαΐλ). *nom. mul.* I par. 2, 29 (Ἀβιχαία). II par. 11, 18 (Ἀβιγαίαν). *Lommatzsch.*

Abiī, -ōrum, Ἄβιοι, *Scytharum gens.* CVRT. 7, 6, 11 legati ... Abiorum (aulorum *codd.*) Scytharum superveniunt. PLIN. nat. 6, 77 Abi. ITIN. Alex. 36 Abii Scythae *alias.* AMM. 23, 6, 53. *hucine pertinet* TAB. Peut. 12, 3 abyos. cythae? *adi.* **Abius,** -a, -um *ab* Abii *derivatum.* ITIN. Alex. 42 mores Abios et munditias paupertatis. *Diehl.*

Abila, -ae *f.* **1** *nom. oppidorum*: **a** *Syriae* Ἄβελα, Ἀβέλλα, Ἄβιλα. ITIN. Anton. 198. 199 TAB. Peut. 10, 3. *idem ut videtur nominatur* NOT. dign. or. 32, 9 Abira *castellum Phoeniciae, ibid.* 24 Abina. *derivata*: **Abileni** CORP. III 199 *p. Chr. 163—165* inpendiis Abilenorum. **Abiline** *regio* Ἀβιληνή VVLG. Luc. 3, 1 Lysania Abilinae tetrarcha. *cf.* HIER. nom. hebr. p. 64, 3 Abiline lugentes *ex hebraico interpretatus.* **b** *Batanaeae* HIER. sit. et nom. p. 84, 8 castella in Batanaea ... inter Adaram et Abilam civitates. **c** *Arabiae v.* Elath. **d** *Lusitaniae* CHRON. min. I p. 573 *ex cod. Laur.* PS. ISID. hist. 8 (Chron. min. II p. 382) Abela. *derivatum*: **Abilēnsis** SVLP. SEV. chron. 2, 47, 4 episcopum in Abilensi oppido constituunt. *cf.* Abilici. **2** *promunturium Mauretaniae* Ἀβίλη, Ἄβιλος, Ἄβιλιξ, Ἀβίλυξ, Ἀβύλη. MELA 1, 27 hunc *montem* Abilam, illum Calpen vocant, columnas Herculis utrumque. 2, 95. AVIEN. orb. terr. 111 Maura Abila. or. mar. 87. 88. 344. 345 Abilam vocant gens Punicorum, mons quod altus barbaro est id est Latino. SOL. 23, 13. *idem* Abyla PLIN. nat. 3, 4. 5, 18. MART. CAP. 6, 624. ad Abilem *inter loca Mauretaniae enumerat* ITIN. Anton. 3, 4. Abinna, Ἀβίννα. POL. SILV. 4, 7 fretum inter Calpem et Abinnam (*v. l.* Abinam, Abennam, Abiennam). AMPEL. 7, 2. Avena, Ἄβεννα. OROS. hist. 1, 2, 47 fretum Gaditanum quod inter Avenae et Calpis duo contraria sibi promuntoria coartatur. *Lommatzsch.*

Abilicī, -ōrum *m.*, *gens Hispana.* CORP. II 2698 (*in Hispan. Tarracon., periit*) Vianeglo Segei ex gente Abilicorum. *cf.* Abliqum *et* Abila.

Abillahas *nom. barbaricum.* CORP. VIII 9198 Abillahas ⟨.⟩ Rummeí ... Sextia Prima coiugi p. f.

Abilus *nom. vir. barbaricum.* CORP. III 4227 (*in Pannon. sup.*) Abilus Turanci f. dom(o) Lucocadiacus. *alia apud Holder, Altcelt. Sprachsch. I 7. corruptum videtur quod traditur ex titulo Lugudunensi* CORP. XIII 2278 Magusatia Abillus (*vel* Abilius). *Otto.*

Abīmāēl *indecl.*, אֲבִימָאֵל, Ἀβιμαήλ, *nom. vir. hebr.* VVLG. gen. 10, 28 I par. 1, 22. LIB. gener. 182 Abimeel. CHRON. Alex. 150 Abimeil. HIER. nom. hebr. p. 2, 28 Abimahel pater meus a deo. *idem* Abimelech LIB. gener. a. 334 73. LIB. geneal. 108. *ibid.* 214 Abimelech est nubilum.

Abīmelech *indecl.*, אֲבִימֶלֶךְ, Ἀβιμέλεχ, *nom. vir. hebr.* HIER. nom. hebr. p. 3, 5 Abimelech pater meus rex (ISID. orig. 7, 6, 55). GLOSS. V 339, 3 Abimelech patris mei regnum (AVG. in psalm. 33. 1, 4. 2, 2). HIL. in psalm. 51, 3 Abimelech fratris mei imperium. *hoc vocabulo apud Philisthiim demonstrari regiam dignitatem observat* HIER. in Ezech. 29, 1. **1** *rex Gerarae temporibus Abrahae* VVLG. gen. 20—21 GAVDENT. praef. AVG. civ. 16, 30 nupt. et concup. 2, 30 c. Iul. 3, 36 SALV. gub. 1, 35. *idem* CYPR. GALL. gen. 682 Hic Ābīmelechus *initio hexametri.* 733 ductor Abīmĕlĕchus. **2** *eius filius* VVLG. gen. 26 AVG. civ. 16, 36 SVLP. SEV. chron. 1, 8, 2 CASSIAN. conl. 13, 11, 2. *idem* CYPR. GALL. gen. 860 Ābĭmēlus. 816 Ābĭmĕlēchă. **3** *iudex, filius Gedeonis* VVLG. iud. 8—9. 10, 1. II reg. 11, 21 HIER. chron. a. Abr. 772 SVLP. SEV. chron. 1, 26, 1 SALV. gub. 7, 30 PROSP. chron. 77 (Abimelec) *al.* IORD. Rom. 36 ISID. orig. 5, 39, 11. **4** VVLG. psalm. 33, 1 (*cf.* AVG. in psalm. 33, 1) Abimelech (LXX *et hebr., v. l.* Achimelech) *nominatur is qui* I reg. 21, 10 Achis. **5** *sacerdos* Achimelech (*cf.* VVLG. I reg. 21—22) *nominatur* Abimelech HIL. in psalm. 51 SVLP. SEV. chron. 1, 35, 4—5 AMBR. off. 3, 21 CASSIAN. conl. 17, 18, 1. 17, 19, 3 *cf.* AVG. in psalm. 51, 5. **6** *pontifex sub Abia rege Iudae* HIER. chron. a. Abr. 1042 ISID. orig. 5, 39, 14. *cf.* Abimael. *Lommatzsch.*

Abina *nom. mul. christ. vix recte traditum* CORP. V 6302 (*Mediolani, periit*). *Otto.*

Abīnādāb *indecl.*, אֲבִינָדָב, Ἀμιναδάβ, *nom. vir. hebr.* VVLG. I reg. 16, 8. 17, 13. I par. 2, 13; I reg. 7, 1. II reg. 6, 3; I reg. 31, 2. I par. 9, 39. 10, 2. 13, 7. *Lommatzsch.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abinde *adv. de loco*: COMM. apol. 330 quasi sumat abinde (*de cruce*). 496 descendat abinde. THEOD. terr. sanct. 2 abinde accepit nomen Iordanis (*cf.* 13 inde). PAVL. NOL. carm. 23, 365 abinde navis (ad inde navi *codd.*) promovenda longius. *de tempore*: PAVL. NOL. epist. 6, 2 iam abinde . . ., ex quo te cognovimus. *corruptus locus*: AMPEL. 9, 1, *ubi* abide *cod. Mon.*

abīnfrā *adv.* LEX Langob. edict. Roth. 304 *caballus* si ab infra (ab intus *vel* de intus *codd. recc.*) in foris salierit.

abingruentēs abinminentes (-mitt- *bis*) GLOSS. *ter.* *V.*

Abininus *cogn. vir. vix sanum.* CORP. VIII 11236 (*ex Cagnat*) Frontonius Fortis Abininus.

Abinius, -ī *deus.* CORP. V 7865 (*prope Cemenelum*) M. Eniboudius Montanus (centurio) leg. III Italicae, ordinatus ⟨e⟩x eq. Rom. ab domino imp. M. Aur. Antonino Aug. aram posuit deo Abinio l. m. *Otto.*

Abinna *v.* Abila.

Abinnaeus *v.* Abbius.

Abīnoem *indecl.*, אֲבִינֹעַם, *Ἀβινεέμ, nom. vir. hebr.* VVLG. iud. 4—5. HIER. nom. hebr. p. 31, 13 Abinoem patris mei decor. *Lommatzsch.*

abintellegentēs *ἀπονενοημένοι* GLOSS. III 45, 35.

abinterius *adv.* CHIRON 19 quae venae positae sunt in brachiolis dextra sinistra abinterius.

abintro *adv.* CHIRON 610 sanguinis emissionem facies ab ipsis claviculis abintro aut foras. 7, 647 dextra sinistra abintro et deforas tumorem eminentem. *sic saepe apud eundem.* MARC. med. 15, 9 digito locum synanches ab intro continges. (NOVAT.) tract. 11 (126, 3).

abintus *adv. unde*: ITALA Marc. 7, 21 ab intus (*ἔσωθεν*, ab intus VVLG. *hic et in sequentibus*) . . . de corde hominum malae cogitationes procedunt. 7, 23 omnia haec mala ab intus procedunt. PAVL. NOL. carm. 24, 437 ab intus eius emicabat gratia sermone mentis nuntio. *ubi*: ITALA Matth. 7, 15 ab intus (intrinsecus VVLG.) . . . sunt lupi rapaces. VVLG. psalm. 44, 14 omnis gloria eius filiae regis ab intus (*cf.* HIER. epist. 65, 19 quod in LXX scriptum est *ἔσωθεν* et nos vel 'abintus' vel 'intrinsecus' interpretati sumus). VVLG. sap. 17, 12 dum ab intus (*ἔνδοθεν*) minor est exspectatio. ITALA cod. Cantabrig. Matth. 23, 28 abintus (intus VVLG.) . . . pleni estis hypocrisi. ITIN. Anton. 40 illi qui sunt ab intus. IREN. 4, 39, 2 liniet te ab intus et a foris. MARC. med. 8, 23 concham aeream de melle albo abintus perunge. 20, 88. GREG. TVR. hist. Franc. 6, 14 domus . . . sanguine respersa ab intus apparuit. 1, 32 paries duplex . . . ab intus . . . de minuto lapide. glor. mart. 104 obseratis ostiis se ab intus (*i. in basilica*) cum rebus incluserat. *quasi subst.*: ANTHIM. 58 *melonum* abintus maxime cum semine quod est mixtum melius est quam si purum manducetur.

abinundāns *adi.* ITALA cod. Taurin. Marc. 12, 40 hi accipient abinundantius iudicium (*περισσότερον*, VVLG. prolixius).

abinvicem *adv.* CYPR. Demetr. 19 nec separari generi humano ab invicem datur, nisi istinc de saeculo recedatur. epist. 4, 4 perseverant nec se ab invicem separant *diaconus et paelex* (*paulo ante* ab se invicem recesserint). epist. 63, 13 separari. 75, 1 separamur. 75, 2 separatis et divisis ab invicem. PS. CYPR. epist. 4 (p. 278, 17) nolunt ab invicem . . . discerni. mont. 1 latina interpretatio nominum differet ab invicem ostendens aliud esse Sina montem et aliud montem Sion. singul. cler. 12 tunc vero ab invicem liberi sumus, si nihil apud nos de re alterius reservetur. OPTATVS 3, 9 de una radice venientes ab invicem divisi sunt rami. *ibid.* inimicus nos voluit ab invicem excidere. 3, 10 matris ecclesiae membra ab invicem distracta sunt. 4, 2 separatos. VVLG. Dan. 13, 14 sciscitantes ab invicem causam. 13, 51 separate illos ab invicem (*ἀπ' ἀλλήλων*) procul (*cf.* exod. 28, 28 a se invicem rationale et superhumerale nequeant separari. 39, 19). Matth. 25, 32 separabit eos ab invicem. act. 15, 39 facta est . . . dissensio, ita ut discederent ab invicem. Ioh. 5, 44 qui gloriam ab invicem (*παρ' ἀλλήλων*) accipitis (AVG. civ. 5, 14 p. 219, 1). Gal. 5, 15 quod si invicem (*ἀλλήλους*) mordetis . . . videte ne ab invicem (*ὑπ' ἀλλήλων*) consumamini (*cf.* HIER. epist. 43, 2 Aug. epist. 95, 4). PAVL. NOL. carm. 21, 167 separata ab invicem substantia animae volavit ad deum, in terram caro reversa . . . conquievit. MART. CAP. 4, 388 haec ab invicem separata. CLAVDIAN. MAM. 3, 9 Abraham in paradiso et dives in inferno . . . ab invicem disparati sunt. AVG. epist. 44, 2 aliqua ab invicem ad tabulas dicta sunt. 44, 12 violenta facta malorum hominum nobis ab invicem obici non debere. 60, 1 ex quo ab invicem corporaliter digressi sumus. mus. 4, 2, 2 plausu istos numeros ab invicem distinguendos comperimus. divers. quaest. 83, 71, 2 in ambobus enim ab invicem ira portatur. IORD. Get. 5, 35 a Danastro . . . ad Danaprum, quae flumina multis mansionibus ab invicem absunt. *Vollmer.*

Abionnus, -ī *nom. vir. barbaricum.* CORP. II 5708 Abionno Taurino Doideri f. Vad(iniensi). *Otto.*

Abira *v.* Abila.

Abīrām *indecl.*, אֲבִירָם, *Ἀβιρών, nom. vir. hebr.* VVLG. III reg. 16, 34. HIER. nom. hebr. p. 44, 8 Abiram patri excelso. *Lommatzsch.*

Abirenēs *numina* INSCR. Rhein. Jahrb. 81, 207 (*Divitiae*) ⟨Herc⟩uli Magusan⟨o et . . .⟩is Abirenibus. *Otto.*

Abīrōn *indecl.*, *Ἀβειρών* (*hebr.* אֲבִירָם *i.* Abiram *cf.* HIER. nom. hebr. p. 15, 23 Abiram pater meus excelsus). *nom. vir. hebr., inter socios Core* VVLG. num. 16 deut. 11, 6 psalm. 105, 17 Sir. 45, 22 PS. CYPR. adv. Iud. 2 OPTATVS 1, 21. 6, 1 SVLP. SEV. chron. 1, 21, 1 OROS. apol. 9, 2. LIB. geneal. 326 Abyron. CYPR. GALL. num. 437 Abĭrus.

Abīsag *indecl.*, אֲבִישַׁג, *Ἀβισάγ, nom. mul. hebr.* VVLG. III reg. 1—2. LIB. geneal. 542 Abisac. HIER. epist. 52, 2. 52, 3 *interpretatur* pater superfluus vel patris mei rugitus. *idem* nom. hebr. p. 40, 17 Abisai.

Abīsai *indecl.*, אֲבִישַׁי, *Ἀβεσσά, nom. vir. hebr.* VVLG. I reg. 26. II reg. 2, 18. 2, 24 *etc.* I par. 2, 16. 11, 20 *al.* CASSIAN. inst. 8, 8, 3. LIB. geneal. 371 Abessa. HIER. nom. hebr. p. 34, 23 Abisa patris mei incensum vel sacrificium. p. 37, 3 Abisa patris mei incendium sive sacrificium vel holocaustum. p. 37, 11 Abisai pater sacrificii. *Lommatzsch.*

Abisarēs, -is *vel* -ae, *Ἀβισάρης, Indiae princeps, socius Pori. nomin.* CVRT. 9, 1, 7 Abisares (8, 12, 13). *gen.* 8, 13, 1 Abisarae. 10, 1, 21 Abisaris. *acc.* 8, 14, 1 Abisaren (10, 1, 20). *Diehl.*

? **Abisinius** *nom. gent. dubiae lectionis.* CORP. V 8128 M. Abisinio M. f. ⟨P⟩rocesso. *cf.* Abirius *subiectum nomini* Abbius. *Otto.*

Abissēnsis. CONC. Carth. a. 411 (Mansi 4, 131) Victorianus episc. A.

Abistamenēs, -is. CVRT. 3, 4, 1 Alexander Abistamene Cappadociae praeposito Ciliciam petens. *Diehl.*

? **abistinc** *adv.* QVEROL. p. 9, 1 praemonueram de tridente: cave abistinc, *ubi* abstinc *codd. meliores et fortasse* abstine *legendum.* *V.*

Abīsūe *indecl.*, אֲבִישׁוּעַ, *Ἀβισού, Ἀβεσσουέ, nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 6. I Esdr. 7, 5; I par. 8, 4.

Abīsūr *indecl.*, אֲבִישׁוּר, *Ἀβισούρ, nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 2, 28. 2, 29. *Lommatzsch.*

Abita *nom. mul.* VITA Vedast. 8 Schub. una ancillarum fidelissima nomine Abita. *vita vetustior* Habita Habitta Havita Abita. *v.* Abitta. *Diehl.*

Abītāl *indecl.*, אֲבִיטָל, *Ἀβιτάλ, nom. mul. hebr.* VVLG. II reg. 3, 4. I par. 3, 3. HIER. nom. hebr. p. 37, 8 Abital pater meus ros. *Lommatzsch.*

Abitinae, -ārum *opp. Africae proconsularis.* AVG. bapt. 7, 54 Saturninus ab Abitinis dixit. *adi.* **Abitinēnsis,** -e *ab* Abitinae *derivatum. plur. subst.* Abitinarum *incolae.* AVG. c. Parm. Ben. 3, 29 p. 77 b Abitinenses. *al.* ACTA conc. Carthag. a. 411 (Mansi 4, 152) Maximus episcopus Abitinensis. *eiusdem oppidi episcopi saepius commemorantur in actis conciliorum. v. Joh. Schmidt, PW. I 101.* *Diehl.*

abitio, -ōnis *f. v.* abeo. GLOSS. *ἀπέλευσις.* abitione: discessione. PLAVT. Rud. 503 hinc abitio. TER. Haut. 190 haec turba atque abitio evenit. SYMM. epist. 1, 90, 1 abitio fratris. IVL. VAL. 3, 18 classico signum abitioni praecipio. ENNOD. paneg. Theod. 12 p. 211, 17 Sabiniani ducis abitionem turpissimam. IVL. VAL. 3, 26 solis occasus et abitio. ENNOD. opusc. 5, 2 p. 301, 1 abitione sospitatis. PAVL. FEST. 380 abitionem antiqui dicebant mortem. *V.*

ābīto *v.* abaeto.

Abītōb *indecl.*, אֲבִיטוּב, *Ἀβιτώλ, nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 8, 11. *L.*

Abitta *cogn. vir.* CORP. VI 7096 (*e columbariis*) C. Iulius C. l. Abitta. *Diehl.*

Abiturae *v.* Abutucense oppidum.

abitus, -ūs *m. v.* abeo. GLOSS. *ἀπαλλαγή, ἀπουσία, ἀπόστασις.* AGROEC. gramm. VII 114, 17 abitum sine aspiratione de abscessu scribis, habitum de vestitu vel gestu membrisque dicimus. *dativus sing. non legitur nec magis plurales casus praeter accusativum. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 303.* *actus abeundi*: PLAVT. Amph. 529 lacrimantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem. 640 plus aegri ex abitu viri quam ex adventu voluptatis cepi. 646. 662. Cist. 33 eas si adeas, abitum quam aditum malis. Most. 711 abitus tuos tibi, senex, fecerit male. TER. Haut. 413 excruciarier eius abitu. 746 sperabit sumptum sibi senex levatum esse harunc abitu. CIC. Verr. 4, 125 post abitum . . . huius importunissimae pestis *i. Verris.* CAT. 64, 287 Thessala pubes . . . discedebant. quorum post abitum . . . advenit Chiron (*cf.* AMM. 18, 2, 18 barbari post abitum recreati nostrorum. 20, 8, 22. 31, 8, 6. 31, 16, 2). VERG. Aen. 8, 214 *cum* abitumque pararet *Hercules.* STAT. silv. 2, 1, 63 abitusque *eri* morabitur artis nexibus *puer.* APVL. met. 7, 8 concedebant liberos abitus (ad- *codd.*). IVVENC. 2, 450 vestrumque (*o apostoli*) abitum pax vestra sequetur. AVSON. 448 postquam de abitu Telemachi compererunt. AMM. 29, 5, 35 cuius abitu clandestino multitudo dispersa. *de militibus* (*cf. sub* abeo *p. 66, 71*): SIL. 7, 136 retroque abitum (ad- *codd.*) . . . assimulat *Poenus.* 13, 14 abitūs causas. 13, 82 maniplis optato laetis abitu. 15, 633 deponunt abitūs curam. PANEG. 12, 37 hic (*chorus*) perpetuum victis abitum, ille victoribus crebrum optabat adventum. AMM. *v. l. 68.* *de morte* (*v.* abeo *p. 68, 50*): VITA Caes. Arel. 12 monasterium . . . destitutum abitu rectoris. *de bestiis*: GRATT. cyn. 242 accessus abitusque notare ferarum. PLIN. nat. 18, 311 hirundinum abitus (*nom. sing.*), *v.* abeo *p. 70, 61.* *de rebus*: LVCR. 1, 456 libertas bellum concordia, cetera quorum adventu manet incolumis natura abituque. 1, 677 corpora . . . quorum abitu aut aditu mutatoque ordine mutant naturam res. *via qua abeatur*: VERG. Aen. 9, 378 omnemque abitum (aditum *Serv. et codd. praeter M*[1]). TAC. ann. 14, 37 circumiecta vehicula saepserant abitus.

synonyma: abscessus (discessus, discessio, abitio); (obitus). *opposita*: adventus, aditus. accessus. *Vollmer.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Abīū *indecl.*, אֲבִיהוּא, *Ἀβιούδ, nom. vir. hebr., filius Aaronis.* VVLG. exod. 6, 23. 24, 1. 28, 1 lev. 10, 1 num. 3, 2. 4. 26, 60—61. I par. 6, 3. 24, 1—2 SVLP. SEV. chron. 1, 19, 2 SIDON. epist. 8, 14, 3. HIER. nom. hebr. p. 12, 11 Abiu pater meus est sive ipse pater. *idem* Abiud LIB. gener. 359. 487. 486 qui dictus est amicus dei. HIER. nom. hebr. 12, 13 Abiud patris robur sive pater eorum. Abaia HIER. nom. hebr. p. 15, 18 Abaia pater meus iste vel patris mei abundantia. CYPR. GALL. lev. 12 Nabdus et Abĭŭdus (*an* i *consona?*).

Abīūd *indecl.*, אֲבִיהוּד, *Ἀβιούδ, nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 8, 3. *filius Zorobabel* VVLG. Matth. 1, 13. LIB. geneal. 463. 462 qui appellatur pater confessionis. GREG. TVR. hist. Franc. 1, 16. *idem* Abiut LIB. gener. 332, 53. Abiuth LIB. gener. a. 334 167, 53 [Abiuth *ibid.* 167, 52 *falso pro Iosedech*]. Abiu HIER. nom. hebr. p. 60, 13 pater meus iste vel pater meus est. *cf.* Abia. *Lommatzsch.*

abiūdico, -āvī, -ātum, -āre. LEX agr. 62 abioudicari. GLOSS. *ἀποδικάζω, ἀποκρίνω.* abiudicas: negas. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 304.*

cum ab: PLAVT. Rud. 1283 abiudicata a me modo est Palaestra. CIC. agr. 2, 43 iudicabit Alexandriam regis esse, a populo Romano abiudicabit. Verr. 1, 13 nulla res cuiusquam . . . fuit, quae non ab eo imperio istius (*Verris*) abiudicaretur. LACT. PLAC. met. 13, 1 ab Aiace arma abiudicata sunt. *v. sub* abiurgo. *cum dat.*: VLP. dig. 30, 50, 2 ut ei hereditas abiudicetur (ad- *cod. Flor. m. 2*). *absolute*: LEX agr. (Corp. I 200) 62 ⟨quod eiu⟩s agri ex h(ac) l(ege) abioudicari licebit . . id ei heredeive eius adsignatum (-to *trad.*) esse iudicato. LIV. 4, 1, 4 Ardeatum populum ob iniuriam agri abiudicati descisse. SCHOL. Cic. Gron. p. 402, 17 B. noluit dicere (*cf.* Verr. 3, 4) transferri iudicia, quasi omen fugiens iudicia abalienari, quod est abiudicari. SEN. benef. 6, 3 id quoque, quod tamquam alienum abiudicatur, aliter illius est. TAC. ann. 14, 18 abiudicatis agris orta adversus iudicem invidia. *translate*: PLAVT. Asin. 607 me . . . a vita abiudicabo. Rud. 1039 abiudicabit ab suo triobolum. CIC. de orat. 2, 102 (*servata imagine*) ubi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico (abdico *pars codd.*) atque eicio. Caecin. 99 eum, qui cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicavisse. Verr. 2, 4 opinione populi Romani rationem veritatis . . . ab hoc ordine abiudicari. ARNOB. nat. 2, 24 fidem rebus abiudicare. AVG. de quant. anim. 21, 35 numquam ab anima eas (*vires corporis*) abiudicaverim. *ibid.* 33, 75 ab ea (*anima*) nomen veritatis abiudicent. *Vollmer.*

abiugo, -āre. GLOSS. *ἀπολύει*, separat, a iugo solvit, dissociat, a iugo removet, non convenit, dissolvit, abice (a iugo *Hildebrand*) alienasse. PACVV. trag. 222 quae res te ab stabulis abiugat (NON. 73 separat, abalienat). abiugassere. GLOSS. *ἀποζεῦξαι*, disiungere, abnegare (*abiugare?*), dissolvere, abiungere, abducere. V 43, 5 *trad.* abingassi. V 435, 21 abiurgastere.

abiugus, -a, -um. GLOSS IV 201, 18 abiuga: a iugo semota vel dissociata. II 4, 1 abiugus *θυσιαι ζωγεαι* (*θυσίαι ἄζυγες d, θυός, ἀζύγιος h*). abiuges *θυσίαι ἀζυγεῖς Vulc. glossa obscura.*

abiungo, -iūnxī, -iūnctum, -iungere. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 305. iugo exuere, seiungere, separare*: GLOSS. seiungit, dissociare. VERG. georg. 3, 517 arator abiungens . . . iuvencum. CAT. 66, 51 abiunctae paulo ante comae . . . sorores. CAES. Gall. 7, 56, 2 abiuncto Labieno . . . vehementer timebat (PANEG. 5, 17 milites . . . per errorem nebulosi . . . maris abiuncti). STAT. Theb. 5, 389 abiunctis regemunt *navis* tabulata cavernis (SCHOL. abiunctis quidam hyphen legunt: divisis. sic in Olympio 1 [NEMES. frg. 1] 'abiungere luna iunices', cui contrarium est iungere). silv. 1, 3, 76 haec domus Egeriae . . . abiungere Phoeben . . . possit. PANEG. 12, 22 quas (*gentes*) . . . continua hieme separatas aut interfusis aequoribus abiunctas natura disterminat. PAVL. NOL. carm. 17, 291 abiuncto . . . orbe remoti. epist. 32, 10 quae . . . construximus, diversis abiuncta regionibus. SIDON. epist. 2, 2, 15 conexis frondibus, fomitibus abiunctis. 9, 8, 2 ⟨animis⟩ iunctis abiunctisque regionibus. PAVL. PETR. visit. nepot. 65 longe abiuncta sepulcro cellula. ALC. AVIT. carm. 3, 294 non sinit abiunctas misceri foedere partes. BOET. cons. 5, 1 *Tigris et Euphrates* mox abiunctis dissociantur aquis. CIC. Att. 2, 1, 3 quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat. PS. QVINT. decl. 14, 6 iuvenum mentes abiungas a meretricibus. GELL. 12, 5, 8 *homo* a dolore . . . quasi a gravi quodam inimico abiunctus alienatusque est. TERT. carm. 7 figura est synagogae in matre (*sc. a Christo*) abiuncta. AVG. c. Iul. op. imp. 4, 109 cur non ambos a Manichaeis dignaris abiungere? CARM. de fig. 55 abiunctum . . . est si nullis singula necto. AVG. civ. 7, 5 quid opus erat ab ea civilem tanta cura distinctionis abiungere? BOET. top. Cic. Migne 64, 1059 ne a iure civile quidem propriam diffinitionem posse abiungi. 1060. herm. pr. 2, 10 p. 132 M. aliquid ab eo, cui privationem copulat, abiungit. sec. 2, 6 p. 131 M. id quod adfirmatio praedicavit et iunxit negatio dividat et abiungat. *part.* **abiūnctus**, -a, -um *adiectivi vice fungens i. q. diversus*: ARNOB. nat. 3, 10 o sancta atque ab omni turpitudinis labe disparata atque abiuncta divinitas. 2, 40. PRVD. Symm. 2, 816 tantum distant Romana et barbara, quantum quadrupes abiuncta est bipedi. PAVL. NOL. carm. 20, 389 genere abiunctam . . . iuvencam quidam . . . nutrierant. ALC. AVIT. carm. 4, 634 abiunctis quae constant haec elementis. *Bannier.*

abiūrātio, -ōnis *f. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 305. Wlassak, PW. I 102.* ISID. orig. 5, 26, 24 idem (*quod infitiatio*) et abiuratio, id est rei creditae abnegatio. ENNOD. epist. 5, 2 ne potioris dignatio ad paenitentiam redeat de abiuratione fastidii. ANON. de Prosp. ex Manich. conv. Migne 65, 26 abiuratio et professio Prosperi. ITIN. Alex. 41 a diis posse puniri abiurationis qui sibi ad eos faverant honore iactantiae (*corrupte?*).

abiūrātor, -ōris *m.* CASSIOD. var. 3, 23, 3 abiurator alieni furtum, non animam reddat. 11, 3, 7 non sum callidus abiurator. ENNOD. dict. 18 privatae abiuratorem dulcedinis. *Bannier.*

abiūrgo, -ātum, -āre. HYG. fab. 107 p. 97, 18 arma Achillis *Aiaci* ira Minervae abiurgata (abiudicata *Micyllus*) sunt ab Agamemnone et Menelao et Vlixi data. *v. sub* abiudico. *V.*

abiūro, -āvī, ātum, āre. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 306.* **1** *periurio negare*: GLOSS. *ἐπιορκῶ*, abiurat et periurat *ἐπιορκεῖ, ἀπόμνυται*, intercepisse periurio. SERV. Aen. 8, 263 abiurare est rem creditam negare periurio (GLOSS. V 161, 3). PLAVT. Rud. 14 qui . . . in iure abiurant pecuniam. CIC. Att. 1, 8, 3 mihi . . . abiurare *munusculum* certius est quam dependere. LEX Iul. mun. (CORP. I 206) 113 quei . . . in iure ⟨bonam copiam abiuravit⟩ abiuraverit. SALL. Cat. 25, 4 fidem prodiderat, creditum abiuraverat (obiuraverat *P*). VERG. Aen. 8, 263 abiurataeque rapinae caelo ostenduntur (SERV. contra ius retentas. SCHOL. Dan. alii 'abiuratas' abductas atque alieni iuris factas, alii fraude et furto abductas tradunt. GLOSS. abiuratae: fraude subreptae, furatae). COMM. Bern. Lucan. p. 67, 18 debitum abiuratum. PLAVT. Curc. 496 qui abiurant si quid creditum est. Persa 478 nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis mi in iure abiurassit. LACT. 6, 1, 8 rapiunt, spoliant, insidiantur, abiurant. **2** *praestare nolle, retinere*: PANEG. 12, 41 nec tu debitam gratiam beneficii infitiator abiuras. SYMM. epist. 2, 87 partem pretii emptor abiurat. NOVELL. Theod. 2, 3, 8 unde . . . ver solitam gratiam abiuravit? Maior. 5 praef. caduca bona . . . quibusdam fraudibus aerarii nostri commodis abiurantur. COD. Theod. 10, 8, 3 ne . . . petentibus aliquid abiuretur. 10, 21, 3 ut quisquam de abiurato pretio conqueratur (COD. Iust. 11, 9 (8), 4, 2). SED. op. pasch. 2, 17 deo quae sua sunt infitiatus abiurat. **3** *non agnoscere, spernere, abdicare, respuere*: GLOSS. negat, abnuunt, negare. ISID. diff. 1, 56 abiuro . . . nego. STAT. Theb. 6, 150 quam ferale putemus abiurasse sacrum. APVL. Socr. 152 animus humanus emeritis stipendiis vitae corpori suo abiurans. HIL. in psalm. 145, 6 quia patrem sibi diabolum abiuraverat. SYMM. epist. 1, 55 qui abiuratas amicitias . . . adfectat (ENNOD. epist. 3, 7). AMBR. fid. 2, 5, 44 qui sacramentum incarnationis abiurant. 3, 4, 27 divinitas . . . similitudinem collationis abiurat. 3, 5, 38 quia causam salutis abiurant. Iac. 2, 10, 44 non abiurabo vos, sancta instituta maiorum. PAVL. NOL. carm. 21, 425 abiurante fide mundum. epist. 3, 4 abiurata carnis et sanguinis stirpe. AVG. vit. erem. 18 omnes confabulationes abiuret. vid. 4, 26 virgo calumniam integritate corporis abiurat. Iob 1, 5, 13 centurio agnoscit alienum . . . gentilis veneratur, Hebraeus abiurat. in psalm. 40 Migne 14, 1129 temporis superioris abiuravit lucra. MAX. TAVR. hom. 28 (Migne 57, 287) hunc regem . . . Iudaea infidelis abiurat. serm. 76 (57, 685) tristitiam maritus abiurat. ENNOD. epist. 2, 13 diademata simplex conloquii cultus abiurat. 2, 15 abiurans Italiae communionem. 2, 17. 3, 8. 12. 24. 4, 13. *passim.* **4** *detrahere, furari*: CLAVD. 28, 110 abiurata palam Libyae possederat arva. CASSIOD. var. 2, 34, 1 pecunia quae fuerat . . . deputata . . . et nunc . . . constitit abiuratam . . . resumatur (*cf.* SCHOL. Dan. GLOSS. *cf. l. 22. 23*). *Bannier.*

Ablabius, -ī, *Ἀβλάβιος. cogn. vir. nom. graec. Cretensis, Constantini Magni amici, cos a. 331. rerum Gothicarum scriptor.* Ablabius, -i. CORP. III 7000 (= 352) *a. 331* 1, 8 *et* 12 *et* 2, 15 *voc.* Ablabi. 2, 32 ⟨B⟩asso et Abla⟨bio⟩ cons. (SIDON. 5, 8, 2). HIER. chron. a. Abr. 2354 AMM. 20, 11, 3. CORP. X 1125 C. Iulio Rufiniano Ablabio Tatiano c. v. IORD. Get. 82 Ablabius storicus. Ablavius, -ī. INSCR. christ. Rossi I 39 (*a. 331*) Basso et Ablavio conss. COD. Theod. 11, 27, 1 (*a. 315*) imp. Constantinus A. ad Ablavium. TREB. Claud. 15, 1 ad Ablavium Murenam praef. praetori. IORD. Get. 28 Ablavius descriptor Gothicorum. 117 Ablavio istorico referente. CASSIOD. var. 10, 22 Ablavi (*W. Meyer,* abavi *codd.*, Ablabi *Mommsen*) vestri historica monimenta recolite. *Diehl.*

ablacta id est purgaturia simulae GLOSS. III 586, 10; *item* III 607, 8 *ubi* simulat, *et* III 616, 11 id est quod p. simulat. *an* simila, *ut sit i. q. fermentum?*

ablactātio, -ōnis *f.* VVLG. gen. 21, 8 fecit Abraham grande convivium in die ablactationis eius (*ἡ ἡμέρα ἀπεγαλακτίσθη*), *unde* HIER. quaest. hebr. in gen. 21, 14 post ablactationem eius. *ibid.* quinto anno ablactationis tempus statutum. GREG. M. in I reg. 1, 41 ab ablactationis loco. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 308.*

ablacto, -āvī, -ātum, -āre. CASSIOD. expos. in psalm. 40, 4 ablactati . . . dicuntur qui sunt a lacte prohibiti. *ibid.* lac *parvulo* a pia matre denegari. *suo ex more* ISID. orig. 10, 11 ablactatus, quod sit a lacte ablatus (*cf.* AVG. *p. 103, 10*). GLOSS. V 620, 51 ablacto est a lacte separo. *active*: AMBR. exam. 5, 18, 58 feminae nostri generis cito ablactant illos quos diligunt. Abrah. 1, 7, 65 pepererat Sarra, ablactaverat filium. epist. 63, 108 matres ablactate filios. HIER. epist. 107, 13 postquam ablactaveris eam cum Isaac. VVLG. I reg. 1, 23 donec ablactes (*ἀπογαλακτίσῃς*) eum. 1, 24 adduxit eum secum postquam ablactaverat. Os. 1, 8

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. c. Faust. 22,89. *passive*: ITALA (Hil. in psalm. 130,5) psalm. 130,2 sicut ablactatum super matrem suam (*τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα*) ita retribues in animam meam. HIL. in psalm. 130,5 ablactatus iam puerili aetati proximus cibum lactis excederet. AMBR. patr. 4,25 tamquam ablactati esca solidiore firmantur. exhort. virg. 8,53 ablactatum suum. expos. psalm. 118,19,21. VVLG. gen. 21,8 crevit ergo puer et ablactatus est. I reg. 1,22 donec ablactetur infans. psalm. 130,2 sicut ablactatus est super matre sua. Is. 11,8 (*cf.* HIER. in Is. 11,6 epist. 108,29 PAVL. NOL. epist. 22,8, *at* AVG. enarr. psalm. 130,13 ablatus a lacte). 28,9 ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus (HIER. epist. 130,7. 108,18a). AVG. civ. 17,4 enarr. psalm. 130,13 *multis, et passim. haec omnia interdum spiritaliter intelleguntur, aperte transfert solus*: PETR. CHRYS. Migne 53,407 *sollemnitas paschalis* novae regenerationis ablactat infantiam. *V.*

Ablaidacī, -ōrum *gens Hispana.* CORP. II 5731 Avopate ... ex gente Ablaidacoru(m). *Diehl.*

ablaqueātio, -ōnis *f.* *actus ablaqueandi*: COLVM. 4,4,2 dum exaltare ... orbem ablaqueationis fossor studet. 4,8,2 in lacusculis ablaqueationis. 4,9,1 ablaqueationem ... sequitur talis putatio, ut .... 4,14,2 autumnalis ablaqueatio (4,17,2). 5,9,16 si haec (*arbor*) ablaqueatione adiuvanda est. 5,10,17 adobruta *piro* ablaqueatione cinerem ... inicito. PLIN. nat. 12,66 *murra* gaudet rastris atque ablaqueationibus (SOL. 33,9). 17,194 ne impedimentum sentiat ablaqueatio. 17,246 communia ablaqueatio, adcumulatio ....

ablaqueo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ab *et* lacus *derivatum esse videtur; fortasse transformatum ex* ablacuo (VARRO rust. 1,29,1), *nisi cf. est c.* laqueatus, laquear *Th.*] *v. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 309. nisi a scriptoribus rei rusticae non usurpatur.* GLOSS. II 4,3 ablaqueata *διορυχθέντα.* CATO agr. 27 arbores ablaqueato. 36 ablaqueato *arbores* prius non alte. COLVM. 5,9,12 sunt arbores ablaqueandae. 11,2,40 arbores ... ablaqueatas circumfodere. 11,2,79. 82. PLIN. nat. 17,140 aliubi ablaqueant *arbores.* CATO agr. 5,8 (PLIN. nat. 17,127) circum oleas autumnitate ablaqueato. 29 si ibi olea erit, simul ablaqueato. 37,2 circum oleas ablaqueatas. 93 olea si fructum non feret, ablaqueato. COLVM. 5,9,17 altis gyris ablaqueabimus eas (*oleas*). 11,2,87 tum ... convenit oleas ablaqueare. 5,10,17 alte eam (*pirum*) ablaqueato. arb. 24. GARG. MART. pom. 2,8 ablaqueare *persicum* omnibus annis oportet novissimo autumno. PLIN. nat. 17,259 ablaqueatis radicibus *malorum punicorum.* 17,263 ablaqueatis prius radicibus *olearum.* PALLAD. 2,15,11 radicibus ablaqueatis *amygdali.* PALLAD. 2,1 ablaqueandae sunt vites, quod Itali excodicare appellant (ISID. orig. 17,5,31). CATO agr. 33,1 capita vitium ... ablaqueato (PLIN. nat. 17,195). 114 secundum vindemiam, ubi vites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse vini, tot vites ablaqueato. 115,2 vites cum ablaqueabuntur. VARRO rust. 1,29,1 circum vites ablacuari. COLVM. 4,4,2 posteaquam ablaqueatur *vitis.* 4,8,1 vitis ablaqueanda est. 4,8,2. 4,8,4. 4,22,3. 4,29,10. 5,5,5. 5,5,6. arb. 10,3. 4. 5. PLIN. nat. 17,194 facilius ablaqueantur *vites* (*bis*). COLVM. 5,22,6 cum est ... vinea recidenda, prius ablaqueare. 11,2,87 vineis ablaqueatis (*bis*). PLIN. nat. 19,131 *radices* seri ... interest et repleri ablaqueatas humo. PLIN. nat. ind. 17,31 de ablaqueandis et adcumulandis. 16,116 quae subarantur aut quae ablaqueantur. *Bannier.*

[**Ablatem**] Persidis episcopum CASSIOD. hist. 11,8, *qui male intellexit* SOCRAT. hist. eccl. 7,8 *σὺν Ἀβδᾷ* (*vel Ἀβλᾷ*) *τῷ ἐπισκόπῳ.* *Diehl.*

ablātio, -ōnis *f.* AVG. quaest. hept. 3,34 ablationis sive demptionis quod Graece dicitur *ἀφαίρεμα.* GLOSS. *ἀφαίρεσις,* apocope. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 562.*

actus auferendi: DIOM. gramm. I 441,22 aphaeresis est ablatio de principio dictionis. 441,27 syncope est ablatio de media dictione. 441,31 apocope est ablatio de fine dictionis (DON. gramm. IV 396,8 *et* 10 *et* 12). TERT. adv. Marc. 4,19 *Christus* comminatur ablationem (*cf.* Luc. 8,18 quicumque non habet etiam quod putat se habere, auferetur ab illo). IREN. 4,33,8 ecclesia pervenit ad nos neque additamentum neque ablationem recipiens. FEL. II epist. 1,19 ad quam (*Romanam sedem*) absque ulla ... suarum rerum ablatione libere ire liceat. SYMM. rel. 3,13 facultatum (SALV. gub. 6,52). CANON. 1,17 praevaricati sine ablatione patrimonii. 3,7 bonorum ablatione territi. ZACCH. consult. 1,36 (Migne 20,1105) dilectorum ablatione probantur boni, puniuntur iniusti. HIER. in Ier. 2,10 ablatio tabernaculi atque tentorii. in Ioel 1,19 AVG. c. Iul. op. imp. 2,152. HIER. adv. Iovin. 2,11 Hippocrates docet crassa corpora, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralysim erumpere. CAEL. AVR. chron. 3,8,132 humori interiecti ablatione. BOET. top. Arist. 8,2 eandem ablationem habent loca et lineae. CASSIOD. art. 7 ablatio computi est in qua astronomi secundum astronomicas regulas computantes computum a computo iudicant auferendum (*oppositum*: augmentum computi). *remissio*: HIL. in psalm. 140,14 ablatio animae non abolitio eius. AVG. c. Iul. op. imp. 2,93 ablationem mortis amotio peccati debet operari. c. Iul. 6,5,12 eius (*reatus*) ablatio fide creditur. in psalm. 118 per legem cognitio peccati; non ergo ablatio, sed cognitio. *in* ITALAE *codicibus dicitur de carnibus ad sacrificium destinatis* (VVLG. *semper* primitiae *vel* oblatio, LXX *ἀφαίρεμα*). AVG. quaest. hept. 3,34 *nomen inde explicatur*: quia utrumque demitur et aufertur eis pro quibus offertur, ut detur sacerdoti. ITALA cod. Lugd. lev. 8,27 imposuit ea ablationem ante deum. 10,14 bracchium ablationis manducabitis. 15,20 ablationem areae offeretis. 14,21 accipiet agnum anniculum unum ... in ablationem. cod. Wirceb. Ezech. 45,15 ovem unam ablationem segregabis. *passim.* AVG. gen. ad litt. 3,18.

ablātor, -ōris *m. qui aufert*: PS. TERT. exsecr. ablatorem bonorum ... datorem sibi esse praedicent. AVG. civ. 19,13 sentientes eorum (*bonorum*) ablatorem iustissimum deum. serm. 225,2 non ablator sed custos pudoris. SED. carm. pasch. 5,344 beati corporis ablator.

ablātīvus, -ī *m. sc.* casus, *quam vocem scriptores, maxime I et II saeculi p. Chr., hic illic addunt.* GLOSS. *ἀφαιρετικός, ἀφαιρετική, ἀποκομιστικός.* GRAMM. suppl. 243,19 ablativus dicitur ab auferendo. PS. SERG. gramm. IV 535,1 ablativus *dictus*, quod per eum auferre nos ab aliquo aliquid significemus, ut 'ab hoc magistro' (ISID. orig. 1,6,42). DIOM. gramm. I 302,4 ablativum Graeci non habent. hunc tamen Varro sextum (*ex. gr.* ling. 10,62), interdum latinum appellat, quia latinae linguae proprius est, cuius vis apud Graecos per genetivum explicabitur (QVINT. inst. 1,5,59 PRISC. gramm. II 187,7 DON. gramm. IV 377,17 POMP. in Don. gramm. V 171,12). GRAMM. suppl. 163,20 antiqui doctores, quod non habebant ablativum casum, a dativo ducebant regulam. PRISC. gramm. II 186,2 ablativus etiam comparativus ut 'aufero ab Hectore' et 'fortior Hectore'. II 94,10. QVINT. inst. 1,4,26 quaerat, sitne apud Graecos vis quaedam sexti casus et apud nos quoque septimi. nam cum dico 'hasta percussi', non utor ablativi natura nec, si idem graece dicam, dativi. SERV. gramm. IV 433,15 POMP. gramm. V 183,11. GRAMM. suppl. 87,2 alii septimum casum adiciunt in forma ablativi, qui vocatur septimus casus, ut 'dignus munere', 'mactus virtute'. 145,2 dicit *Donatus* conparativum tres casus habere: aut ablativum, aut septimum casum, aut nominativum; aut ablativum, ut 'doctior ab illo', aut septimum, ut 'doctior illo'. inter ablativum et septimum (*casum*) hoc interest quod ablativus habet praepositionem, septimus non habet, ut 'melior a te' ablativus, 'melior te' septimus. AVG. loc. hept. 1,2,16 ablativum vel quem appellant septimum .... QVINT. inst. 7,9,10 ablativo ipsi ... inest naturalis amphibolia. DIOM. gramm. I 316,35 multa sunt quae Romani per ablativum casum solent efferre. immensa est huius casus licentia et utimur eo saepissime pro duobus casibus genetivo et dativo (PRISC. gramm. II 190,16 POMP. gramm. V 171,12 suppl. 86,25). GRAMM. suppl. 88,10 ablativus non ablator vel ablatus (*cf.* CARM. de alph. 10 ablati casus vox sum). *cf. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 309 et indices in Grammaticis latinis ed. Keil.* CHAR. gramm. I 122,16 'ar' litteris nomina neutralia terminata item non minus ait Caesar, quia dativo et ablativo pari iure funguntur, ut idem Plinius scribit. FEST. 282 PAVL. FEST. 140 NON. 502. AVG. c. Iul. op. imp. 4,97 utinam tu potius istorum Christi piscatorum retibus tenaciter salubriterque capiaris: tunc accusativum casum, quo ipse a te ipso es accusatus, et ablativum, quo de ecclesia catholica es ablatus, correctus melius declinabis. BOET. herm. pr. 1,3 p. 62,23 M. MAX. VICTOR. gramm. VI 235,5 ablativus singularis ... producitur. MART. CAP. 3,280. 3,282 ablativus singularis longus est. PORPH. HOR. epod. 14,9 per ablativum dictum 'arsisse Bathyllo'. DIOM. gramm. I 316,35 (*l. 36*). MACR. sat. 3,2,16 legendum per ablativum. PRISC. gramm. III 215,18. 216,4 nos comparativa ablativo adiungamus. *passim.* MART. CAP. 4,390. PRISC. gramm. III 232,6 ut ablativum assumant. III 287,14. GELL. 1,16,13 'mille' casum etiam capere ablativum. PRISC. gramm. III 158,22 ... ablativo vel dativo more passivorum coniunguntur. III 161,24. III 277,6 *passim.* AVG. categ. Migne 32 p. 1431 ablativo copulari. DONATIAN. gramm. VI 276,27 ... casum genetivum et ablativum habeant. PRISC. gramm. III 222,4 illa nomina ... ablativo iunguntur. *passim.* MART. CAP. 3,324. MAR. VICTOR. gramm. VI 203,20 aliae *praepositiones* regunt ablativum. AVD. gramm. VII 352,21 ... praepositiones ubi et ablativo casui respondere inveniuntur. DOSITH. gramm. VII 413,21 praepositiones ... ablativo casui serviant. VII 401,5 comparativum gradum casum ablativum trahere. PRISC. gramm. III 214,15 ablativo ... utuntur. III 377,4. SERV. gramm. IV 408,28 ablativus singularis regit genetivum, dativum et ablativum pluralem. PROB. gramm. IV 75,1 ablativus casus numeri singularis septem ... litteris definitur .... PRISC. gramm. III 290,11 ablativus in a productam desinit. MAR. PLOT. gramm. VI 427,5 quae ... dativum et ablativum non 'is' finiant sed 'bus'. VEL. gramm. VII 77,7. PROB. gramm. IV 123,8 ablativo casu ... a vel o littera terminantur. *gramm. passim.* MART. CAP. 3,280. BEDA gramm. VII 276,5 ignis ablativum casum et in e et in i mittit. 282,2 navis ablativum per e et per i effert. AVG. c. Iul. op. imp. 4,97 quae (*sententia*) ablativi casus praepositione munitur. GRAMM. suppl. 58,26 praepositiones casus ablativi hae sunt. 158,11 praepositio casus tenet accusativum et ablativum. RHET. min. p. 55,31 figura per ablativum, si quis de quopiam dicat, 'magnus virtute', 'bonus bello' pro 'in bello' et 'erectus capite incedit' .... *adi.* **ablātīvus,** -a, -um. POMP. in Don. gramm. V 274,33 semper Donatus 'clam' conputat inter ablativas praepositiones. MART. CAP. 3,287. ISID. orig. 1,13,1 accusativae et ablativae praepositiones a casibus quibus serviunt, dictae. PRISC. gramm. III 93,14 species *coniunctionum* ... disiunctiva ... ablativa. BOET. herm. pr. 1,3 p. 63,5 M. tamquam si diceremus ablativo modo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'ab hoc ambulare' GREG. TVR. glor. conf. pr. ablativis accusativa et rursum accusativis ablativa praeponis. *Lehnert.*

ablava minor, *herba.* GLOSS. III 588, 11 camola i. ablava minor. 610, 1 camimola idest ablava minor. *v.* chamaemelon. *V.*

ablavo *v.* abluo.

ablēgātio, -ōnis *f. remotio.* GLOSS. *ἀποπομπή,* legatio. LIV. 6, 39, 7 primo intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse, deinde ablegatione iuventutis ad Veliternum bellum. PLIN. nat. 7, 149 pudenda Agrippae ablegatio. SYMM. epist. 8, 19, 2 si obsessam a morbo coniugem vacuo secessu et intuta ablegatione maceraveris. *Klotz.*

ablegmina partes extorum quae dis immolabant PAVL. FEST. 21, 7. *cf.* GLOSS. Scal. V 589, 28 ablegmina partes extorum, quae prosegmina dicuntur. [*inc. orig. Th.*] *V.*

ablēgo, -āvī, -ātum, -āre. *v.* lēgo. GLOSS. *ἀποπέμπομαι* (-ω), *ἀποποιοῦμαι* (-ῶ), abrogat, a suo loco commendare, a loco ali⟨e⟩nare, unde et legati et legatio dicta, condemnatur. NON. 31 ablegare est proprie alio mittere, dictum a legatis, qui cum legationibus mittuntur. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 311—313. vox rara apud comicos et apud* CIC. (*quater in Verrinis, semel Att. a. 695*), *familiaris soli* LIV., *deinde hic illic apud scriptores legitur; e poetis soli* STAT. (*semel*) *et* IVV. (*semel*) *ea utuntur.* **I** ***proprie:*** PLAVT. Cas. 62 hinc adulescentem peregre ablegavit pater. Mil. 868 hu⟨n⟩c subcustodem suum foras (-is *codd.*) ablegavit. TER. Hec. 413 aliquo mihist hinc ablegandus. CIC. Verr. 3, 73 causam sese dimisso atque ablegato consilio defensurum negavit. 3, 74. 3, 79 homines ... ableget a consilioque dimittat. 6, 82 remoto atque ablegato viro. Att. 2, 18, 3 a fratris adventu me ablegat. LIV. 1, 35, 2 pueros venatum ablegavit. 4, 58, 12 *plebem* procul urbe haberi atque ablegari. 5, 2, 4 remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab re publica iuventutem (7, 13, 8). 7, 39, 2 per speciem etiam militarium usuum, cum alii alio mitterentur, magna pars ablegati. 21, 10, 12. 22, 25, 5 alterum *consulum* specie classis Punicae persequendae procul ab Italia ablegatum. 23, 31, 7 *eas* ablegarent ergo procul ab Syracusis Siciliaque et asportari Alexandriam iuberent (24, 29, 5). 24, 29, 1. 25, 41, 3. 35, 15, 5 ut procul ab urbe honore eum quoque ablegaret. 39, 13, 6 (*ubi* amandarent *Mog.*). 39, 14, 1 preces easdem, ut se ablegaret, repetivit. 40, 21, 7 ablegari se, ne adesset consilio. 44, 45, 8 GRAN. LIC. p. 36, 16. SEN. exc. contr. 4, 6 *filius* rus ablegatus a patre. contr. 7, 1 (16), 13. ASCON. p. 93 B. missus a senatu per honorem legationis, ut ab urbe (auus suus *codd.*) ablegaretur. SVET. Cat. 9 ablegari eum ... et in proximam civitatem demandari. GELL. 12, 1, 21 quae partus suos ablegant a sese et aliis nutriendos dedunt. 16, 19, 19 ablegato Arione. APVL. apol. 44. CAPITOL. Opil. 4, 7 collega ablegato. IVST. 1, 5, 8 ut ablegatus ab avo in Persas fuerit. VIR. ILL. 64, 9. HEGES. 2, 12, 2 si ablegaret coniugem. *de exilio:* LIV. 27, 9, 3 extra Italiam in exilium verius quam in militiam ablegari. AMM. 28, 1, 21 ablegatus est in exilium ad Britannos. COD. Theod. 16, 5, 57, 1 in exsilium se vehementer coercitos non ambigant ablegandos. *de bestiis:* VARRO rust. 1, 47, 1 pecus ab prato. COLVM. 6, 5, 2 cum *boves morbidi* ablegabuntur, in ea loca perducendi sunt. 6, 22, 1 taurae ... ablegandae. 6, 27, 8 in longinqua pascua marem. STAT. Theb. 5, 63 *Venus* Idalias procul ablegasse volucres fertur. FLOR. 2, 13, 82 ablegato equo *aliquid:* IVV. 14, 201 nec te fastidia mercis ullius subeant ablegandae Tiberim ultra. APVL. met. 2, 15 ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur. **II** ***translate:*** SEN. epist. 94, 47 *praecepta philosophorum* adfectus nostros velut edicto coercent et ablegant. FRONTO p. 78 N. unum verbum de oratione ablega. TERT. adv. Marc. 5, 2 ablegandae legis. AMBR. Noe 24, 87 ableget a se vir sapiens huiusmodi passiones. bon. mort. 3, 10 absolvit animam suam corpore et eius ablegat contubernium. Ios. 13, 78 iracundia locum non habet, ablegatur discordia, fugatur dissensio. Cain et Ab. 2, 6, 22 *fides* defectum senescentis devotionis ableget. poen. 2, 10, 92 usus enim doloris ablegat luxuriam criminis. OROS. hist. 2, 13, 15 ablegata religione consulum. SALV. gub. 1, 20 removit a se cunctam terrestrium rerum curam et ablegavit. AMM. 29, 2, 11 ablegatosque ab omni huiusmodi. *nota:* MART. CAP. 1, 67 *zona* nunc perfulgido resplendebat orbe nunc vanescentis gratiae tenuata varietas ita penitus ablegabat (*sic cod. Bern. 56*^{b}, abligat *cod. Bern. 331*, obliquabat *vulgo*), tamquam nihil habuisset ante discolorum.

synonyma: ad I: dimittere, procul habere, demandare, removere. *ad II:* removere. *derivatum:* ablegatio. *Klotz.*

ablepsia, -ae, *ἀβλεψία.* SERV. Aen. 7, 647 scienda est poetae adfectatio — nam ablepsiam nefas est dicere (id est oblivionem vel neglegentiam *superscr. l.*). *cf.* MACR. sat. 5, 15, 6. SVET. Claud. 39 inter cetera in eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam, vel ut graece dicam *μετεωρίαν* et *ἀβλεψίαν. Diehl.*

ablevo, -āre. *cf.* adlevare. AMBR. Iacob 2, 11, 51 nos ablevamus aerumnam dum fidei passionibus delectamur. virg. 3, 7, 33 facinus fidem ablevat. vid. 6, 36 fletus oculorum ... laborem minuit, dolorem ablevat. 6, 34 si ablevet virginitas onera condicionis. HEGES. 5, 2 misericordia quae solet ablevare miserias (all. *vulgo*). AMBR. bon. mort. 5, 16 ablevemus (*sic codd.*, adl. *Schenkl*) animam ex istius carnis cubili. AMBR. exhort. virg. 4, 26 excusare patrem, ablevare matrem. AMBR. exhort. virg. 4, 19 a mundanae cogitationis ableventur contagio. fug. saec. 7, 38 ablevare se a saeculo, ablevare a corpore. Is. 3, 6 abducebat se et ablevabat vitiis saeculi huius. bon. mort. 3, 10 qui se voluptatibus exuit et a terrenis delectationibus adtollit atque ablevat (adlevat *codd. recc.*).

abligur⟨r⟩īgine voracitate GLOSS. V 161, 6.

abligurrio, -īvī *vel* -iī, -īre *v.* ligurrio. *imperf.* abligurribam APVL. *proprie non legitur nisi* ARNOB. nat. 7, 3 ab canibus abligurritur sanguis. *edere, devorare, de cibo:* APVL. met. 10, 14 partes opimas quasque devorabam et iucundiora eligens abligurribam dulcia. AVG. c. Faust. 16, 30 *et* 16, 6 Moyses helluonis in modum disceptator sedet iubetque alia quidem abligurriri pro mundis, alia vero pro immundis ne contingi quidem; *huc spectat* GLOSS. V 161, 7 abliguriri: gluttire, sorbere vel devorare. *translate:* NON. 134 ligurrire, unde abligurrire, multa avide consumere. GLOSS. abligurrio *κατεσθίω,* abligurrit (ableg- *vel* alleg- *passim*) degustat. IV 201, 42 abligurrire plurima consumere id ⟨est⟩ suspensis digitis leviter cibum tangere (*pars posterior spectat ad* TER. Eun. 936 ligurriunt *de meretricibus, cf.* SCHOL.). TER. Eun. 235 patria qui abligurrierat bona (GLOSS. V 531, 10 abligurrierat: devoraverat. SCHOL. eleganter ex persona parasiti non culpatur quod comederit bona. DONAT. suavibus escis consumpserat. nam *ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ* est ligurire). APVL. apol. 59 patrimonium omne iam pridem abligurrivit nec quicquam ei de bonis paternis superest nisi una domus. HEGES. 4, 7 nullus rapiendi finis, quia nullus abligurriendi modus. 4, 32 *Vitellius* si diutius vixisset, luxuriae sumptibus et pretio mensarum Romani imperii opes abligurisset (*sic edd.*). SIDON. epist. 9, 6, 2 quantum de bonusculis avitis paternisque sumptuositas domesticae Charybdis abligurrisset. *libidinose basiare:* SVET. gramm. 23 vis tu ... quotiens festinantem (*?*) aliquem vides, abligurrire?

abligurrītio, -ōnis *f.* CAPITOL. Macrin. 15, 2 luxuria, turpitudine, abligurritione.

abligurrītor, -ōris *m.* AMBR. epist. 45, 10 *serpentis dentibus* unusquisque se eviscerat luxuriosus, helluo internecat, abligurritor perimit. CASSIOD. in psalm. 9, 36 sunt blasphemi, abligurritores et luxuriosi.

? **ablinda** (*nom.*) *enumerat inter* nomina insectorum sive reptantium POLEM. SILV. (chron. min. I 544, 1), *ibidem* 18 *inter* nomina natantium: abelindeas (*nom.*).

abling(u)o, -ere. MARC. med. 8, 137 eorumque suco cotidie ieiunus oculos ablingito vel inlinito per linguam. *nota:* ITALA (Aug. hept. 4, 46) num. 22, 4 nunc ablinguet (ablinget *codd. recc. ἐκλείξει,* delebit VVLG.) synagoga haec omnes, qui in circuitu nostro sunt. *eadem sententia sic legitur in* cod. Lugud.: et nunc elinget sinagoga haec omnis quae est in circuitu nostro, velut elingat vitulus viridia de campo.

[**ablinio.**] ENN. (*?*) sat. 6, 1 quom alterius ablinias bona, *ubi Itali* abligurrias, *Goetz* ablingas. *V.*

Abliqum *genet., gens Hispana.* CORP. II 2817 (*in Hispan. Tarracon., periit*) ⟨ ⟩ Valerius Sangeni f. Calidus Abliq(um). 5783 (*ibid.*) Q. Curio Pa⟨...⟩ Q. Abliqu⟨m ...⟩. *cf.* Abilici *et* Abila. *Otto.*

abloco, -ātum, -āre. SVET. Vit. 7 tanta egestate rei familiaris, ut ... domum in reliquam partem anni ablocaret *i. alii habitandam locaret.* Iul. 26 ea quae ad epulum pertinerent, quamvis macellariis ablocata, etiam domesticatim apparabat. NOT. Tir. 37, 89 ablocat. *V.*

Ablonius *nom. vir.* CORP. II 2940 (*in Hispania Tarr., periit*) Ablonius Lici⟨ni⟩ae (*?*) serv⟨u⟩s. *Otto.*

ablūdo, -ere. HOR. sat. 2, 3, 320 haec a te non multum abludit imago *scil. ranae se inflantis. cf. ἀπάδει.* *V.*

ablūmentum *κάθαρσις* GLOSS. II 528, 45.

abluo, -uī, -ūtum, -uere. [abluo *ex* ab-lavo, *i. q. gr. ἀπολούω Th.*] *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 563.* abluiti ITALA cod. Clar. Hebr. 10, 22. abluitura PRVD. apoth. 684. SEDVL. carm. pasch. 4, 269 fontibus ablŭta sacris. GLOSS. *ἀπολούω, ἀποκλύζω, ἀπονίζω, ἀποπλύνω,* emundat, mundat vel lavat, expiat, purgat, detersit, abluta diligenter lota. GRAMM. suppl. 113, 21 luo lumen, quo omnia abluuntur, id est purgantur a tenebris. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 4, 687 siccabat: exprimebat vel abluebat. ISID. orig. 11, 1, 133 vocatur alvus, quod abluatur, id est purgatur. CHAR. exc. gramm. I 564, 14 lavo lavi, ablavo ablavi. GLOSS. II 239, 25 ablavo *ἀπονίπτω.*

I ***proprie:*** **1** *lavando tollere: cf.* FRONTO p. 64, 16 N. sudorem ... et pulverem abluere, non lavare (65, 2). PACVV. trag. 244 lymphis ... ut pulverem manibus ... abluam. VERG. Aen. 9, 815 sociis abluta caede (*i. cruore*) remisit *fluvius.* VAL. MAX. 1, 8, 1 ad lacum Iuturnae suum equorumque sudorem abluentis visi sunt *Castor et Pollux* (FLOR. 1, 28, 15 pulverem et cruorem. PANEG. 12, 39 LACT. inst. 2, 7, 9). SEN. epist. 86, 11 ut sudorem illic ablueret. COLVM. 7, 5, 5 si ... sudorem mari vel flumine non abluas. PLIN. nat. 27, 72 ne sudor abluatur. QVINT. decl. 278 p. 135 sanguinem quis abluit? TAC. hist. 3, 22 balineas abluendo cruori ... petit. HYG. fab. 88 p. 85 dum ad flumen exit sanguinem abluere. CVRT. 4, 1, 23 ut cunctanti squalor ablutus est. CYPR. epist. 69, 12 ut in lavacro carnali et saeculari sordes cutis et corporis abluuntur. 75, 13. ARNOB. nat. 3, 34 puris in fontibus abluentem membrorum sordes. CASSIAN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Nest. 7, 3 oculi abluto eo (*luto*) nati sunt. VARRO rust. 3, 9, 12 *ova* perfricant . . . muria . . . eaque abluta condunt in furfures aut acus. COLVM. arb. 2, 1 vites . . . rubrica cum aceto, ne pluviis abluatur, permixta denotat. MELA 2, 10 isdem omnes notis *ora artusque pingunt* et sic ut ablui nequeant. PLIN. nat. 22, 4 culpant *colorem herbarum* ablui usu. 28, 66 hac (*puerorum urina*) atramenti liturae abluuntur. 35, 150 nec postea *colos in veste* ablui potest. CLAVD. 19, 13 abluto penitus respirant nomine fasti. FRONTO p. 64, 16 N. maculam elegantius eluere quam abluere. PLIN. nat. 28, 44 maculas . . . e veste eas (*sanguinis menstrualis*) non nisi eiusdem (*canis rabiosi*) urina ablui. PRVD. apoth. 684 membrorum maculas . . . abluitura. PLIN. nat. 18, 154 cum salsilaginem eius (*ciceris*) abluendo imber dulcius id faciat. TAC. ann. 11, 2 quibus (*lacrimis*) abluendis cubiculo egrediens. *in medicaminibus*: PLIN. nat. 17, 267 quoniam abluatur ita virus medicaminis (33, 84 MARC. med. 19, 10). 21, 125 dein frigida abluantur *diapasmata rosarum*. 23, 24 nisi frigida abluatur *radix tunsa*. 28, 244 abluto cinere lixivo. 29, 109 neque ante quadriduum abluendum *ovum corvi*. 30, 38 triduo non abluunt *iocur talpae*. 30, 39. 32, 35. 33, 85. 33, 108. 109 (*bis*). 34, 113. 35, 195. MARC. med. 4, 29 sucus eius (*mali punici*) capiti porriginoso inponitur et frequenter abluitur. 19, 38 sanguine . . . caprino maculae corporis . . . abluuntur. MARC. med. 34, 59 mox ubi siccaverit *sanguis*, statim abluat. SERV. georg. 3, 560 caro corrupta morbo quendam habet mucorem, qui non potest ablui. *auferre, rapere*: VARRO rust. 1, 35, 1 terra adruenda pulvinos fieri, quos inrigationes et pluviae tempestates abluunt. SEN. nat. 3, 27, 7 devolutus torrens altissimis montibus . . . abluit villas. 4, 2, 10 quod cum ceteri amnes abluant terras et evisceRent, Nilus . . . adeo nihil exedit nec abradit, ut contra adiciat vires. COLVM. 5, 10, 4 ut . . . terra . . . pluviis non abluatur. arb. 19, 2. MELA 2, 31 quia de aris, quas in vertice sustinet *Atho*, non abluitur cinis *imbribus*. LVCAN. 6, 810 quem tumulum Nili, quem Thybridis abluat unda. HYG. fab. 30 p. 64, 15 flumine ammisso *Hercules* totum stercus abluit. AMBR. Migne 17, 105 sicut aqua sordes corporis abluit.

2 *lavare, purgare*: CIC. S. Rosc. 72 ita iactantur fluctibus *parricidae insuti in culeum*, ut nunquam abluantur. VERG. Aen. 2, 719 donec me flumine vivo abluero. VAL. MAX. 7, 3, 1 prius . . . quam proximi am⟨nis se a⟩qua abluisset. COLVM. 12, 4, 3 debere eos flumine aut perenni aqua . . . ablui. STAT. Theb. 10, 336 tibi exuvias . . . nondum ablutus aquis . . . trado. MART. 2, 70, 4 primus te licet abluas *in solio*. APVL. met. 11, 23 me . . . sueto lavacro traditum . . . circumrorans abluit. ITALA Cassian. conl. 22, 5 abluatur aqua. ARNOB. nat. 4, 24 Saturnum . . . ablui diebus statis. SERV. Aen. 3, 694 dum se in Alpheo post laborem ablueret. 4, 635 superis *sacrificantes* abluebantur. 6, 218 (*bis*). 141. 8, 610. HYG. fab. 191 p. 122 quem Liber iussit in flumine Pactolo se abluere. CLAVD. carm. min. 25, 99 illa fontibus abluitur gelidis. MACR. sat. 3, 1, 2 fluviali unda ablutus. 7, 13, 22. MART. Cap. 1, 14 nec deerant, qui eadem . . . ablui . . . lympha . . . cupiebant. GREG. TVR. hist. Franc. 2, 5 ablutus . . . a fidelibus . . . est sepultus. *passim*. COLVM. 2, 21, 2 flumine abluere gregem. SOL. 25 *elephanti* non prius . . . reversuri quam vivis aquis abluantur (PLIN. nat. 8, 13 perfundantur amne). AVG. civ. 22, 8 cum . . . equum ablueret in fluminis gurgite. SEN. epist. 86, 5 abluebat corpus laboribus rusticis fessum. CVRT. 3, 5, 2 ut calidum adhuc corpus ablueret. 3, 5, 4 abluentem aqua corpus. 4, 1, 22 ablue corpus inluvie . . . squalidum. APVL. met. 8, 14 corpus ablutum. CYPR. epist. 69, 12 quibus (*adiumentis*) ablui et mundari corpusculum possit. LACT. inst. 6, 23, 16 corpus . . . cito ablui potest. SERV. Aen. 3, 420 in quo (*fonte*) illa consueverat corpus abluere. HYG. astr. p. 56, 10 cum Venus in Acheloo flumine corpus ablueret. MARC. med. p. 23, 47 nonnullam corporibus abluendis sanitatem praestant. GREG. TVR. hist. Franc. 6, 29 corpus aquis ablutum. *passim*. OV. met. 6, 352 non ego nostros abluere hic artus lassataque membra parabam. RVF. hist. monach. 1 corpora nitro vel aliiscemodi lenimentis abluuntur a sordibus. CIC. Tusc. 5, 46 Anticlea . . . Ulixi pedes abluens. PS. HIER. reg. monach. 4 (Migne 30, 397) *Christus* discipulorum abluens pedes. AVG. ad fratr. erem. 46 (Migne 40) ablue pedes, lava eorum capita. SVLP. SEV. Mart. 25, 3 pedes ipse nobis abluit. CASSIAN. inst. 4, 19 omnibus . . . pedes abluant. GREG. TVR. hist. Franc. 4, 33 hospitum pedes ipse abluebat. glor. mart. 84 vas . . . , in quo pedes ablueres. 29. VEN. FORT. Mart. 2, 359 non solum abluere alterius, sed lambere plantas. OV. met. 4, 740 manus . . . abluit unda. SEN. contr. 9, 2, 3 carnifices cenaturi manus abluunt. exc. 9, 2. SEN. Ag. 977 obsoletam sanguine . . . dextram ablue. Herc. O. 908 dextram abluit *cf. II 2*. epist. 86, 12 bracchia et crura cotidie abluebant. PLIN. nat. 28, 32 remedio est ablui prius manus eorum. TERT. orat. 13 manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente. *ibid.* Pilatum manus abluisse (*bis*). HIL. in psalm. 1, 10. CYPR. eleem. 2 quod ederent nec prius manus abluissent. VIR. ILL. 7, 12 eum . . . flumine manus abluere debere. AVSON. eph. 29 da rore fontano abluam manus. SERV. Aen. 4, 56 lacum, in quo manus abluuntur. AMBR. in psalm. 48, 8 (Migne 14, 1215) manus obtulit abluendas. GREG. TVR. hist. Franc. 8, 2 ablutis . . . manibus. vit. patr. 5, 2. IVVENC. 4, 620 a crimine palmas abluit *Pilatus*. SCRIB. LARG. 8 aqua frigida nares diutius abluere pura oportet. LVCAN. 6, 668 taboque medullas abluit. PLIN. nat. 32, 85 sic inlita facies post IV horas abluitur. (HIL. in psalm. 140, 9. GREG. TVR. virt. Iul. 41 mir. Andr. 28). IVV. 6, 524 verticibus *Tiberis* timidum caput abluet. SER. SAMM. 36 caput permixtis ablue cunctis (GREG. TVR. glor. conf. 5 (*bis*). virt. Iul. 3). VEG. mul. 1, 38 tepida os ablues. 1, 56. PLIN. nat. 29, 127 oculos abluere suadent. CYPR. laps. 30 lacrimis oculos tuos ablue. SPART. Hadr. 25, 2 cum aqua . . . oculos abluisset. PLIN. nat. 33, 110 abluendum capillum. VEG. mul. 3, 8 testes animalium ablutos canino felle sanari. VERG. Aen. 4, 683 date volnera lymphis abluam. OV. met. 13, 531 quid moror . . . crudelia vulnera lymphis abluere? PAVL. PETR. 2, 716. AMM. 23, 6, 37 si aqua voluerit abluere *vulnus* quisquam. GREG. TVR. Andr. 15. MACR. sat. 3, 3, 11 si curatione scabies *ovium* abluenda sit. COLVM. 7, 8, 5 *caseus* aqua dulci abluitur. 12, 7, 2 si tantum remiserint humoris, ut suo . . . iure ablui possint. 12, 7, 5 rutam . . . aqua vel etiam vino abluant. PLIN. nat. 12, 45 Gallicum *nardum* et cum radice vellitur abluiturque vino. SERV. Aen. 6, 253 quae (*exta*) nonnumquam abluta . . . ipsa reddebantur. COLVM. 9, 14, 7 si quid *alvei* ablui non poterit. ISID. orig. 11, 1, 133 vocatur alvus, quod abluatur. PLIN. nat. 33, 120 *minium* pingentium furto opportunum, plenos subinde abluentium penicillos. VAL. FL. 5, 75 his Bacchus in undis abluit . . . thyrsos. PRVD. psych. 99 gladium Iordanis in undis abluit. FRONTIN. aq. 111 ad utilitatem cloacarum abluendarum. AMM. 23, 3, 7 carpentum *Matris deorum* . . . Almonis undis abluitur. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 4, 56 delubrum . . . dictum . . . propter tectum coniunctum, quia una opera abluitur. GREG. TVR. hist. Franc. 9, 6 abluto pavimento. glor. mart. 12 aqua, in qua gemma abluitur. Mart. 2, 51 aqua, unde sepulchrum ablutum est. 3, 34. glor. conf. 83. 90 cellulam . . . ablutam aqua. PLIN. nat. 35, 198 abluitur vestis Sarda *creta*. MACR. sat. 7, 13, 18 aqua dulci ablutum *pallium*. *ibid.* in fluvio ablue pallium tuum. 7, 13, 25 abluentem vestes. GREG. TVR. hist. Franc. 2, 1 ad quam . . . vestimenta deferebant ad abluendum. glor. mart. 5 praesumpsi eam (*pallam*) abluere. TIB. 2, 5, 59 qua fluitantibus undis Solis anhelantes abluit amnis equos. PROP. 2, 19, 25 qua . . . niveos abluit unda boves. OV. met. 2, 324 excipit Eridanus fumantiaque abluit ora. PLIN. nat. 8, 112 rostra eorum (*cervorum*) nigrescunt, donec aliqui abluant imbres. 16, 172 inmensum quantum praelatis *harundinibus*, quas ipse Cephisus abluisset. VAL. FL. 8, 239 ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo. PANEG. 12, 28 quod (*aurum*) hominum lacrimae, non amnium aquae abluissent. OPTATVS 6, 6 eadem nos et vos lavacra abluerunt. MACR. sat. 7, 13, 22 ut aqua crassior facta celerius possit abluere nec ideo aqua quia salsa est minus abluit. SIDON. carm. 5, 207 rigidis hunc abluit undis Rhenus. *intransitive*: ITALA cod. Cantabr. Ioan. 9, 7 ablue in natatoriam Siloam . . . . abiit ergo et abluit (*νίψαι — ἐνίψατο*). 9, 11, 15. GREG. TVR. glor. conf. 73 abluunt ex hoc pulvere aegroti.

II ***translate*: 1** *lavando tollere*: CIC. Tusc. 4, 60 omnis . . . perturbatio animi placatione abluatur (MEROB. carm. 4, 19 quae non ut Thetis . . . pavorem . . . Stygos abluit sub undis). LVCR. 4, 875 sic . . . sitis de corpore nostro abluitur. OV. met. 14, 600 hunc iubet Aeneae quaecunque obnoxia morti abluere. CAT. 88, 6 suscipit *scelus* . . . quantum non ultima Tethys nec genitor nympharum abluit Oceanus. OV. fast. 5, 681 ablue praeteriti periuria temporis, *laure rorans*, ablue praeteritae perfida verba die. PLIN. nat. 8, 43 ea culpa (*adulterii*) flumine abluitur. PLIN. epist. 3, 7, 3 maculam veteris industriae laudabili otio abluerat. ALEX. c. Dind. p. 172, 4 culpas nostras aliorum remittendo peccata non abluimus. **2** *purgare*: SEN. Herc. f. 1323 quis Tanais aut quis Nilus . . . abluere dextram poterit?

christiane: **a** *lavando tollere*: TERT. scorp. 12 sordes quidem baptismate abluuntur, maculae vero martyrio candidantur. monog. 17 quae (*Lucretia*) . . . maculam carnis suo sanguine abluit (castit. 13). IREN. 4, 22, 1 verbum . . . sordes abluit filiarum Sion (VVLG. Is. 4, 4). CYPR. eleem. 1 ut sordes . . . eleemosynis abluamus (AVG. c. Pelag. 4, 8, 21). epist. 75, 17 per baptismi sacramentum sordes veteris hominis abluere. 75, 21. 76, 2 spiritaliter intus abluitur, quod foris carnaliter sordidatur. IVVENC. 1, 312 quis animae species abluta sorde niteret. PS. DAMAS. carm. 101, 5 ablue fonte sacro veteris contagia vitae. HIER. comm. Zach. 3, 13 huius . . . sordes Christi abluentur baptismate. hom. Orig. in Ezech. 6 (Migne 25, 741) abluat sanguinem ab animabus nostris. HIER. epist. 3, 3 puritate morum maculam servitutis abluerat. 130, 9 ut . . . maculas pristinae foeditatis . . . abluat. adv. Iovin. 1, 26 (Migne 23, 247). comm. Os. 14, 1 (Migne 25, 941) poenitudo, quae sordes abluit peccatorum. CASSIAN. conl. 17, 17, 6 mendacii . . . maculam abluendam. 18, 15, 5. 22, 13, 5. AVG. epist. 36, 9 maculas erroris abluere. ITALA cod. Gigas act. 22, 16 ablue peccata tua. cod. Sessor. prov. 24, 35 filius malus . . . exitum (*i. errorem*) suum non abluet (AVG. epist. 108, 12 *et* 20). TERT. bapt. 7, 1 ablutis delictis pristinae caecitatis. CYPR. domin. orat. 24 quod (*delictum*) nec baptismo sanguinis potest ablui. 34 peccata nostra sanguine suo abluit. epist. 24. 25. 43, 5 quibus (*lacrimis*) commissi delicti crimen abluitis. 55, 28. RVFIN. hist. monach. 21 (Migne 21) peccata hominum . . . abluenda. HIL. in psalm. 63, 10 hunc (*deum*) prima mundi crimina diluvio abluisse. AMBR. exam. 5, 2, 6 praedonum abluta nequitia. *passim*. HIER. epist. 122, 1 Petrus trinam negationem amaritudine abluit lacrimarum (comm. Matth. 2, 15 Migne 26, 103). comm. Marc. 1 (Migne 30, 592) ubi peccata abluuntur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

30, 732. 837. VVLG. act. 22, 16 ablue peccata tua. 25, 16 locum ... defendendi accipiat ad abluenda crimina. PRVD. ham. 668 nec quod (*malum*) post abluit ante probare. AVG. epist. 36, 10 si uniuscuiusque diei ... error ... solvitur vel abluitur. 36, 12. 93, 42 exitum vestrum (*i. errorem*) non abluitis. 108, 20. epist. 118, 2 quod aqua marina dedecus abluatur. *sim. saepe.* GREG. TVR. glor. mart. 69 ablue nunc aquis fornicationes. 87 abluere tam vulnera corporis quam animae cicatrices. VEN. FORT. carm. 5, 5, 109 abluitur Iudaeus odor baptismate. CYPR. sent. episc. 18 in quantum aqua sanctificata ... abluit delicta. AMBR. exam. 3, 5, 23 quid dicam quod unda peccatum abluit? paenit. 2, 2, 12 (Migne 16, 520). AVG. bapt. 25, 46 (Migne 43, 213) aqua sacerdotis abluit delicta. **b** *purgare, i. plerumque baptizare*: ITALA I Cor. 6, 11 (*quacum consentit* VVLG.) sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi. TERT. paenit. 6 non ideo abluimur, ut delinquere desinamus. adv. Marc. 1, 14. 4, 21 carn. 4. IREN. 4, 22, 1 abluti quae sunt mortis. 27, 1 domini ..., qui abluit et emundat eum hominem, qui peccato fuerat obstrictus. 5, 11, 2 (*bis*). CYPR. epist. 69, 2 quomodo qui in ecclesia non est aut diligi a Christo aut ablui et purgari lavacro eius potest? 69, 3. 71, 1. 73, 1. AMBR. exam. 1, 4, 14 deserit qui abluitur intellegibilem illum Pharaonem. Iob 2, 1 apol. Dav. 1, 12, 59. *saepius.* HIER. hom. Orig. in Ier. 7 (Migne 25, 642) abluimur, ut fiamus candidi. PRVD. perist. 13, 58 quem ... criminibus variis tinctum ... abluisti. AVG. civ. 1, 27 lavacro sanctae regenerationis abluti. 13, 7 si abluerentur sacro fonte baptismatis. 21, 19. 25. 22, 8. c. Iul. 3, 3, 8 (Migne 44, 705) lavantur sed non abluuntur. 3, 3, 9. 3, 5, 11. *passim.* MERCAT. 2, 9 qui ... ablutus est baptismo fit illius domesticus. COD. Theod. 16, 6, 4 ut homines semel munere divinitatis ablutos contagione profanae repetitionis infecerint. LEO M. serm. 49, 3 (Migne 54) lapsos poenitentiae lacrimis ablui. *sim.* CASSIOD. *et* GREG. TVR. CORP. VI 1756 Iordane ablutus. ITALA cod. Clar. Hebr. 10, 22 abluiti corpus aqua munda (VVLG. *ibid.* abluti corpus aqua munda, *quod laudatur e. g.* PS. AMBR. mans. 17). CARM. adv. Marc. 2, 256 ablutum corpus iam non de carne vocari. CYPR. bon. pat. 6 lavacro regenerationis corpus abluere. epist. 69, 12 aliter pectus credentis abluitur, aliter mens hominis per fidei merita mundatur. HIL. in psalm. 65, 11 abluendorum corporum. IVVENC. 1, 340 abluat ... sancto spiramine mentem. AMBR. myst. 7, 37 (Migne 16, 418) animam regenerationis lavacro mundam atque ablutam. HIER. epist. 35, 8 *anima* abluta aqua baptismatis. ISID. orig. 7, 3, 28 ista (*aqua sacramenti*) abluit corpus et significat quod fit in anima. TERT. bapt. 15 felix aqua, quae semel abluit. AMBR. spir. sanct. 3, 10, 68 (Migne 16, 825) sacri fontis unda nos abluit. apol. Dav. II 4, 25 ut quos taurorum sanguis lavare non poterat Christi sanguis ablueret. parad. 3, 16 ut *Geon* abluat corpus abiectum. fid. 2, 11, 95 (Migne 16, 580) fletus illi nos abluunt. VEN. FORT. carm. 9, 5, 9 te ... abluit unda lavacri. *addito a qua re*: ITALA cod. Sessor. Ier. 4, 14 ablue a malitia cor tuum. HERM. sim. 7 abluant se ab omni cupiditate. AMBR. Iac. 2, 7, 34 cum quis fuerit ablutus a vitiis. *passim.* AVG. epist. 185, 43 non baptizas, ut abluas a peccatis? ALC. AVIT. c. Arr. 19 crebro se lavacro a peccatis ablui Iudaeus credit. *Bannier.*

Abluppius, -ī *m. nom. barbaricum.* CORP. III 10679 (= 3765, *in tegulis Pannon. inf.*) Apluppi, *nisi rectius legitur* Ap. L., *ut habet pars tegularum.* *Otto.*

ablūtio, -ōnis *f. v.* abluo. *Wölfflin, Archiv 4 (1887) 571.* GLOSS. V 161, 8 emundatione. ISID. diff. 2, 124 ablutio cordis et corporis (HIER. comm. Marc. Migne 30, 561). **I** ***proprie***: *lavatio*: **1** *passive*: SERV. Aen. 6, 724 *species* ablutionem requirit, ut in pristinum nitorem possit redire. AMBR. off. 1, 248 (Migne 16, 106) si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam. MACR. sat. 7, 13, 18 eaedem in ipso *pallio* post ablutionem maculae sordium visebantur. AVG. quaest. hept. 4, 33 quod post ablutionem *corporis* de singulis quibusque dicitur. c. Iul. 2, 156 (Migne 45, 1207) nec eam (*promissionem*) ablutionibus *corporum* tributam fuisse, sed moribus. MACR. sat. 3, 1, 6 constat dis superis sacra facturum corporis ablutione purgari. 7, 13, 27. CASSIAN. conl. 8, 23, 3 unde ... Abraham, unde Loth transeuntibus ac peregrinis humanitatis iura et ablutionem pedum necdum evangelico coruscante mandato suppliciter obtulerunt? 18, 11; 3. MACR. sat. 3, 3, 12 causam concessae ablutionis *ovium* expressit *Vergilius.* ISID. orig. 20, 6, 8 alveum, quod in eo ablutionem fieri solitum sit. **2** *active*: MACR. sat. 7, 13, 23 cur aqua marina non sit ablutioni apta. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 52 quid prodest frigidae ablutio? 3, 8, 85. **II** ***translate*** *similiter*: **1** *cum gen. obi. et absolute*: TERT. bapt. 5 deleta morte per ablutionem delictorum. 6. HIL. in psalm. 119, 7 non est ... dubium peccatorum eum ablutionem ... attulisse. AMBR. exam. 5, 24, 92 peccatorum ablutione renovata (sacr. 4, 2, 7). sacr. 1, 5, 16 (Migne 16, 440) non ... ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat. in psalm. 45, 3 (Migne 14, 1190) verbum tuum nostrae colluvionis ablutio est. serm. 46, 15 (Migne 17, 722) ablutionem et criminis accepit et nominis. HIER. epist. 64, 21 nec nobis sufficit priorum ablutio peccatorum. CASSIAN. conl. 20, 8, 2 per lacrimarum profusionem conquiritur ablutio delictorum. 3. ISID. orig. 15, 4, 9 *delubra* sunt ... in ablutionem peccatorum. VVLG. Zach. 13, 1 erit fons ... in ablutionem peccatoris. AMBR. poen. 2, 9, 88 (Migne 16, 539) quia vestem illam ablutionis et gratiae sordidarunt. 2, 11, 98 omnes ad senectutem different ablutionis gratiam. PS. AVG. scal. parad. 6 (Migne 40, 1000) ad interioris ablutionis indicium exterioris hominis purgamentum, ut sicut in baptismo puerorum per exteriorem ablutionem significatur et figuratur interior animae ablutio, ita .... **2** *cum gen. subi. et absolute*: HIL. in psalm. 118, 3, 4 nisi per ablutionem caelestis misericordiae emundationem consequamur (AVG. c. Iul. 2, 8, 26 Migne 44, 691). AVSON. p. 20 (Peiper) ut nova Iordanis ablutio sanctificavit. CASSIAN. conl. 20, 8, 1 martyrii donum sanguinis ablutione conquiritur. 23, 7, 2 nec pollutionem turpium somniorum larga fletuum ablutione purgamus. ISID. expos. num. 15, 25 ablutio aeterni fontis. *de baptismo*: AVG. poen. 17, 33 (Migne 40, 1127) sanat et liberat in ablutione baptismi. ad fratr. erem. 28 de ablutione baptismatis. LEO M. epist. 159, 7 cuius ablutio nulla iteratione temeranda est. serm. 24, 3 ut peccatum ... mystica tollat ablutio. 44, 1 regenerationis ablutio. PROSP. vocat. gent. 1, 17 perituri, si cessaverit ablutio. 2, 14 ablutio regenerationis. FVLG. RVSP. (Migne 65, 603) ver. praed. 1, 1, 2 ut absque sacrae ablutionis gratia rapiantur ad poenam. 1, 9, 18. 1, 10, 22. GREG. TVR. virt. Iul. 46 a baptismi ablutione mundatus.

ablūtor, -ōris *m. v.* abluo. CARM. adv. Marc. 3, 221 *Ioannes,* ablutor carnis ... ablutor Christi. ORIENT. carm. trin. 55 *Christus* errorum ablutor.

abluvio, -ōnis *f. v.* abluo. HYG. grom. p. 123, 18 sunt ... haec (*genera controversiarum*) de alluvione adque abluvione. SIC. FLACC. grom. p. 150, 25 qui (*rivus finem agri faciens*) si alicuius terras minutatim ex alia parte abstrahat et alii contrario relinquat, quod vocant abluvionem et alluvionem, repetitio finium non datur. GLOSS. abluvione inundatione sordium *pro* ablutione. *cf.* MACR. *p. 109, 60*).

abluvium, -ī *n. v.* abluo. GELL. 16, 7, 1 Laberius (com. 151) ... dixit ... abluvium pro diluvio. AGENN. grom. p. 82, 19? *Bannier.*

abmātertera, -ae *f.* [*cf. c.* abavus, abavunculus. *Th.*] GAIVS dig. 38, 10, 3 sexto gradu sunt ... abavunculus abmatertera (id est abaviae frater et soror). PAVL. dig. 38, 10, 10, 17 *et* 18 sent. 4, 11, 6 ANON. de grad. cogn. 8 INST. 3, 6, 6 LEX Vis. Recc. 4, 1, 6. *perperam* ISID. orig. 9, 6, 27 *et* GLOSS. IV 301, 4 aviae soror. *V.*

Abnatius, -a *nom. gent.* CORP. IX 5863 (*Auximi*) Amerimnus Abnatiaes Cypare servus. Apnatius: CORP. VI 7581 a T. Apnati Dioclis. *Otto.*

abnato, -āre. GLOSS. II 4, 13 abnatare ἐκκολυμβῆσαι. STAT. Ach. 1, 382 excepta freto ... abnatat *Thetis Scyro.*

abnegantia, -ae *f.* HERM. past. mand. 8 oportet abstineri ... ab abnegantia (abnegatione *vulgo*, ψεύσματος) et mendacio (καταλαλιᾶς); *versio recentior*: a mendacio et a detractione.

abnegātio, -ōnis *f.* GLOSS. II 233, 25 ἀπάρνησις. II 240, 55 ἀποστέρησις. ARNOB. nat. 1, 32 in eadem culpa sit et adsertio talis rei et abnegatio refutatoris increduli. HIER. epist. 121, 3 quae est sui abnegatio? (*cf.* VVLG. Matth. 16, 24). DON. Ter. Phorm. 303 *ad verba* non, non ... non potest: moralis abnegatio frequenti repetitione firmata. IOS. Cassiod. c. Ap. 2, 276 de abnegatione pietatis. CASSIAN. Nest. 4, 11, 3 unitatis abnegatione (*om. cod. Mus. Brit.*). CANON. eccl. 54 (Migne 56, 679) *haeretici* a sancta virgine partum processisse divinum vocis abnegatione dissimulant. ISID. orig. 5, 26, 20 abiuratio id est rei creditae abnegatio. HERM. past. mand. 8 abstinere oportet servum dei a furto, ab abnegatione (ἀποστέρησις), a falso testimonio. NOV. Iust. 18, 10 suarum litterarum abnegationibus (ἀρνήσεσιν). *in arte grammatica* ἀπόφασις: PRISC. gramm. III 35, 23 est quando *praepositio* privationem id est abnegationem significat ut 'impius, expers'. III 23, 10. 38, 14. III 337, 9 *οὐδέ ... οὐκ ...* ponunt Attici ex supervacuo duplicantes abnegationem. III 340, 14 duplici abnegatione. III 22, 21 'alius' ... abnegationem habet tam primae quam secundae *personae.* 25 abnegationem habet finitarum. III 96, 7 'neque' ... sub una abnegatione copulat res. III 157, 4 ad omnium abnegationem (*ἀναίρεσιν Apollon. 118, 23*) dicimus 'nullus ambulat'. III 236, 8 per abnegationem Vergilius *ponit indicativum.* III 340, 5 abundat altera abnegatio; *nusquam igitur pro ipso adverbio negativo.* CASSIOD. in psalm. 26, 3 (Migne 70, 188) tales ... interrogationes pro abnegationibus accipiendas esse.

abnegātīvus, -a, -um. PRISC. gramm. III 13, 29 *vocativum non habent* nomina nec infinita nec abnegativa. III 57, 13 'se' ... est etiam abnegativa *praepositio* ut 'securus'. III 61, 14 significatio. III 84, 23 'ne' ... abnegativum est. III 93, 15 *coniunctio* (III 100, 5 *v.* ablativus, *gr.* ἀναιρετικός. III 236, 3). SCHOL. Hor. carm. 1, 1, 20 particulae. III 119, 21 post masculinum et femininum eorum abnegativum (*ἀποφατικόν Apollon. 16, 5*) neutrum *accipiebatur.* III 136, 9 'nusquam' omnium locorum est abnegativum et 'numquam' omnium temporum. *usitatius apud technicos* negativus *sim.*; *opponitur* affirmativus, confirmativus. CASSIOD. art. (Migne 70, 1192) *syllogismi* secundus modus figurae primae conficitur ex universali abnegativa et universali affirmativa, *et saepius similiter in eodem capite ponitur mixtim cum* negativus.

abnegātor, -ōris *m.* GLOSS. ἀπαρνητής, ἀποστερητής, negator. TERT. fug. 12 quis tamen abnegatorem spernat? AVELL. p. 210, 17 orthodoxi Sabelliani constituuntur abnegatores. [*Vollmer.*

abnegito (abnegotio *vel* abnegatio *codd.*) abnego saepius GLOSS.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abnego, -āvī, -ātum, -āre. GLOSS. pernegat, infitiatur, plus quam negat; *ἀπαρνοῦμαι, ἀποστερῶ.* CORP. VI 14672,10 amnegaverit. *verbum a Vergilio primo positum, spretum Ovidio, scriptoribus argenteae aetatis pedestribus raro usurpatum, receptum a ICtis, maxime adamatum ecclesiasticis, qui pendent a libris Novi Testamenti (ἀπαρνεῖσθαι, ἀρνεῖσθαι) et versionibus Antehieronymianis. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 574.*

I *cum infinitivo i. q. aspernor*: VERG. georg. 3,456 dum medicas adhibere manus ad volnera pastor abnegat, *initio hexametri, ut constanter apud* VERG. *et* VAL. FL. VERG. Aen. 2,637 abnegat excisa vitam producere Troia. *omisso infinitivo*: VERG. Aen. 2, 654 abnegat. DARES 30 abnegat Achilles *sc. in belium prodire.*

II *aliquid*: **1** *i. q. recuso, non praebeo*: VERG. Aen. 7,424 rex tibi coniugium ... abnegat (OV. met. 10,634 coniugium negare). COLVM. 10 v. 51 ingeniumque loci vel Iupiter abnegat imbrem. LVCAN. 3,263 (*de Tigride*) tellus ... flumen pelagi non abnegat undis (OV. trist. 3,10,73 poma negat regio). HEGES. 1,38,4 cum fructus terra abnegaret. VAL. FL. 5,668 quod sin ea Mavors abnegat. QVINT. inst. 11,2,11 abnegatam ei pecuniae partem. PS. FRONT. strat. 4,7,31 adiutorium. GRAN. LIC. ap. Arnob. 6,7 abnegata patriae telluris sepultura. TERT. fug. 12 Caesari reddens, quae sunt Caesaris, deo vero, quae sunt dei, abnegans. PAVL. FEST. 108,4 cum censores equiti aes abnegabant ob equum male curatum. ITALA exod. 2,10 vestem non abnegabit (VVLG. negabit). SED. op. pasch. 3,23 OROS. 2,13,9. 5,14,6. SALV. eccl. 2,27 et delicias sibi ob deum et divitias. GREG. hist. Fr. 3,13 glor. mart. 4,11. **2** *i. q. infitiari, abiurare, negare*: IVV. 13,94 dummodo ... teneam, quos abnego nummos (SCHOL. dummodo magnum sit, quod negetur). PLIN. epist. 10,96 (*de christianis*) se sacramento obstringere, ne fidem fallerent, depositum appellati abnegarent. PAVL. dig. 47,2,1 depositum (CELS. dig. 47,2,67 princ.: infitiari depositum). VLP. dig. 12,3,3. 16,3,11 TERT. scap. 4. IREN. 2,32,1 non abnegare quae sunt aliena. LACT. epit. 59 quod spoponderat. HIER. comm. Ephes. 1,1 si quis reddat depositum, si quis commendata non abneget. FIRM. math. *passim.* COD. Theod. 11,1,32 ne cui sit facultas apochas abnegare (9,40,21 deposita denegare). LACT. inst. 6,20,19 lucem. HIL. trin. 1,16 nativitatem, *sc. Christum esse dei filium.* 4,1 divinitatem. in psalm. 63,9 resurrectionem. 131,1 Iudaei adventum domini. **3** *i. q. vetare*: MART. CAP. 9,893 nefas ... certe litare penitus abnegatum. LEX Vis. 12,3,13 omnes Iudaicos errores. 12,3,14 Iudaicam sectam. 12,3,15 omnes ritus Iudaicae observationis.

III *aliquem*: HOR. carm. 1,35,24 te ... nec comitem abnegat Fides (OV. ars 1,127 comitemque negabat). VAL. FL. 3,695 an sese comitem tam tristibus actis abneget. ANTH. 743,3 tu (*Isis*) nostra dea es, nec te deus ipse tacendi abnegat. CORP. VI 14672,10 parentem sibi amnegaverit. ITALA Marc. 14,31 non te abnegabo (VVLG. negabo, *ἀπαρνήσομαι*). Luc. 12 abnegabitur (VVLG. negabitur) coram angelis. act. 3,13 abnegastis (VVLG. negastis) eum ante faciem Pilati. TERT. Marc. 4,9. LACT. inst. 5,8,11 communem omnium patrem. 7,26,6 dominum mundi vel nesciverunt vel abnegaverunt. CYPR. sing. cler. 32 parentes proprios. HERM. past. sim. 8,8,2 *dominum* abnegaverunt (*ἀπηρνήσαντο*). AMBR. Ios. patr. 14 Moysen, quem laudant, abnegant.

se, semetipsum, se sibi, *i. contemptis rebus humanis unum Christum sequi*: ITALA Matth. 16,24 si quis vult venire post me, abneget se sibi (VVLG. semet ipsum, *ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν*). Marc. 8,34 abneget se sibi (VVLG. deneget semet ipsum). Luc. 9,23, *quod dictum certatim laudatur, velut* AMBR. epist. 7,15. **IV** *constructiones minus probatae*: *cum dat.*: ITALA levit. 19,11 non abnegabitis unusquisque proximo (VVLG. non mentiemini nec decipiet unusquisque proximum suum). *cum* ab: MAR. VICTOR. in epist. ad Ephes. 1 cap. 3,1 (Migne 8, 1262C) non est abnegandus a Christi gratia. GREG. hom. evang. 32,3 iam se a vitiis abnegat. *seq. acc. c. inf.* (*i. q.* negare): MACR. sat. 7,5,4 nec abnego potuisse me palinodiam canere. 7,5,16. 7,9,13. SALV. gub. 4,64 nec ipse abnegat esse meliores. epist. 4,8. ARNOB. nat. 2,51 regias suboles esse animas. 2,56. 7,35. AVG. epist. 121,13 veritatem religioni inesse. SIDON. carm. 22,28 te abnegat esse deum. HIL. in psalm. 122,7 quod deus est abnegantes. PS. AVG. visit. inf. 2,4 non abnegamus, quin sit ad deum frequenter referenda peccatorum confessio. *Wölfflin.*

abnepōs, -ōtis *m.* [*cf. c.* abavus *Th.*] *forma vulgaris* abnepus *passim in* GLOSS. PAVL. dig. 38,10,10,15 abnepos abneptis: hi sunt pronepotis proneptis filius filia, nepotis neptisve nepos neptis, filii filiaeve pronepos proneptis, nepote vel ex filio nato vel ex filia, nepte vel ex filio nata vel ex filia acceptis. GAIVS dig. 38,10,1,6 quarto gradu sunt ... infra abnepos abneptis (PAVL. sent. 4,11,4 ANON. de grad. 6 INST. Iust. 3,6,4 LEX Vis. Recc. 4,1,4). ISID. orig. 9,5,29 abnepos quia seiungitur ab nepote. GLOSS. *falso vel generaliter*: *ἀπέγγονος, ἀπόγονος,* filius nepotis, *recte*: qui nascitur de pronepote *sim. mire*: IV 404,9 extra nepus. SEN. apoc. 10 *Augusti* abnepotem L. Silanum, *cf.* TAC. ann. 13,1. SVET. Tib. 3. Claud. 24 non lecturum se senatorem nisi civis Romani abnepotem. FRONTO p. 15,1 N. HIER. epist. 73,5 Sem abnepoti suo decimi gradus Abraham. 73,6. PRVD. perist. 10,179 natos nepotes abnepotes editos. AVG. civ. 16,3. 16,11. SVLP. SEV. chron. 1,42,2 Asab ... a David quintus fere, quippe abnepos eius. SERV. Aen. 8,268 filius nepos pronepos abnepos adnepos. *passim in* DIG. IORD. Rom. 38 *pro* pronepos. 57. GREG. TVR. vit. patr. 2,4 ISID. orig. 9,6,23. *in nominibus imperatorum velut* CORP. VI 32327,15 ⟨divi Hadriani pronepos, divi T⟩raiani ab⟨nepos, divi Nervae adnepos L. Septimius Severus⟩. 32330,6. 32332,10. V 28,10. 4318,6. 2153,10. III p. 1993 n. 76 (*a. 178*) divi Traiani ... abnepos, divi Nervae adnepos. VI 992. 1009. 1053 *passim.* *generaliter*: STAT. silv. 4,3,147 magnus te (*Domitiane*) manet ordo saeculorum natis longior abnepotibusque.

abneptis, -is *f. v. sub* abnepos. SVET. Nero 35 Messalinam Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem. *V.*

Abnēr *indecl.*, אַבְנֵר, *Ἀβεννήρ, nom. vir. hebr.* VVLG. I reg. 14,50—51. 17,55. 20,25. 26,2—15. II reg. 2—4. III reg. 2,5. 2,32. I par. 26,28. 27,21. LIB. gener. 269. HIER. nom. hebr. p. 34,16 Abner pater meus lucerna vel pater lucernae (GREG. M. in I reg. 14,10. reg. past. 40). *idem* Abenner HIER. sit. et nom. p. 157,21. SVLP. SEV. chron. 1,37. *Lommatzsch.*

*?***abniso** *v.* abnuo *p. 113,24.*

Abnoba, -ae *f.*, *τὰ Ἄβνοβα vel Ἀβνοβαῖα ὄρη, mons Germaniae.* PLIN. nat. 4,79 ortus hic (*Hister*) in Germania iugis montis Abnobae *unde* MART. CAP. 6,662 de cacumine montis Abnobae (*codd.* ad novem). TAC. Germ. 1 montis Abnobae (*codd.* Arnobae *vel* Arbonae) iugo. AVIEN. orb. terr. 437 Abnoba mons Histro pater est: cadit Abnobae hiatu flumen. *montis numen*: INSCR. Rhen. 1626 Abnobae Q. Antonius Silo (centurio) leg. I adiutricis ... v. s. l. m. 1680 deae Abnobe. 1654 Dianae Abnob⟨ae⟩. 1683 (*a. 193*) Deanae Abnobae. *Otto.*

abnocto, -āre *noctem non domi degere.* SEN. dial. 7,26,6 *poeta* alius adulterum illum (*Iovem*) induxit et abnoctantem. MARCIAN. dig. 1,18,15 qui provinciam regit ... abnoctare ei non liceat. GELL. 13,12,9 *tribunis plebis* ius abnoctandi ademptum. TERT. anim. 57 Celtas apud virorum fortium busta *ut oracula captent* abnoctare. uxor. 2,4 quis denique sollemnibus paschae abnoctantem securus sustinebit?

abnormis, -e. [*ab* ab norma *Th.*] GLOSS. *ἄρυθμος,* innumerabilis. *translate*: HOR. sat. 2,2,2 quae praecepit Ofellus rusticus, abnormis (abnormi *αγ*) sapiens crassaque Minerva, *ubi* SCHOL. ultra normam philosophiae perituṣ. *cf.* CIC. Lael. 18 ad istorum normam fuisse sapientes.

abnormitās, -tātis *f.* GLOSS. *ἀρυθμία.* *V.*

abnuentia, -ae *f.* AVG. rhet. p. 144,2 quod autem illi apophasin nos abnuentiam criminis eius quod accusator intenderit, veluti 'non pulsavi non occidi non prodidi'. *Diehl.*

abnueo, -ēre. DIOM. gramm. I 382,11 apud veteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octavo annalium (*frg. 10*): certare abnueo, metuo legionibus labem. idem in Telamone (*frg. 284*) ex eo futurum: abnuebunt. *cf.* abnuo.

abnuitio, -ōnis *f.* PAVL. FEST. 108,7 'in' non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur.

(abnumero), -āre. GLOSS. II 233,21 *ἀπαριθμῶ.* GELL. 15,3,4 (*ex Nigidio*) 'autumo' quasi 'abaestumo' ... tamquam 'abnumero'. *item* MACR. gramm. V 600,21 *et* 637,30; *addit tamen* sicut 'abnumero' idem est et 'numero'. *V.*

abnuo, -nuī, -nuitūrus, -nuere *v.* nuo. DIOM. gramm. I 382,10 cui ... in dubium cadit, quin 'abnuo' 'abnuis' dicamus? verum apud veteres et 'abnueo' dictum annotamus. *v.* abnueo. PLAVT. Capt. 481 abnuont (Truc. prol. 6). LIV. 10,10,8 abnuunt (SEN. Thy. 328) *al.* SALL. frg. 1,50 abnuituros. *rari sunt imperativi formaeque passivae*: LIV. 3,72,7 abnuitur. AMBROSIAST. I Timoth. 4,7 *et* 8 abnue. SIDON. epist. 4,2,2 amnuis *L.* 4,3,5 amnuis *L.* abnuis *rell.* GLOSS. IV 308, 44 amnuit (324,39). V 345,24 amnuere. IV 16,36 amnueram. PRISC. gramm. II 42,17 'bn': abnuo ... 'b' magis superioris est syllabae. NOT. Tir. 78,3 abnuit. GLOSS. *singulis supra scribentur capitibus. verbi significationem in universum inlustrant cum synonyma*: negitare (PLAVT. Merc. 50). CIC. Mil. 100 non recuso non abnuo (APVL. apol. 100 FIRM. err. 3,5 HIER. epist. 18,12 *al.*). AVG. Cresc. 4,47,57 non abnuo non refello. PAVL. FEST. 27 abnutare saepe abnuere. *tum opposita*: *proprie de motu oculorum vel capitis*: PLAVT. Truc. prol. 6 abnuont (abduont *codd.*) ... adnuont (OV. trist. 5,10,42 NIGID. Gell. 10,4,4 *cf.* GLOSS. Plac. V 3,4. 43,7). PROBI app. gramm. IV 202, 16 inter annuit et abnuit hoc interest quod annuit (*cetera perierunt*). TERT. pudic. 19. LIV. 30,23,4 accipiendam. 10,18,7 adfirmante (26, 19,8). TAC. ann. 6,8 crimen adgnoscere (hist. 3,52). SALL. Iug. 83,3 probare partim, alia abnuere (MAR. VICT. gramm. VI 159,16). AMBR. Ios. 5,25 adseruit. CIC. fin. 2,3 concedat (QVINT. inst. 6,2,11 GLOSS. Plac. V 3,4. 43,7). TAC. hist. 4,41 fateri. ann. 2,38 indulserint. 6,1 promptos ... abnuentes. *nota*: HIER. nom. hebr. p. 57,16 ad Ezech. 30,14 Diospolis abnuens. sed melius graece Iovis civitas. *Διόσπολις ἐν ἀνανεύσει. adamarunt hoc verbum ex veteribus auctoribus* LIV. *et* TAC., *ex recentioribus* AMBR. AVG. HIER., *hi quidem praecipue negative*: non (nec) abnuo, *ut* ARNOB. HEGES. *semper fere (12ies). apud vetustiores* LIV. COL. SIL. QVINT. TAC. *frequentatur in negatione* haud abnuo, *quod post* TAC. *cessit* non abnuo *formulae, ne ipsi quidem a* LIV. QVINT. TAC. *alienae. primi saeculi auctores* haud abnuerim *sim. saepius adhibuere, ecclesiastici scriptores in primis* AVG. quis abnuat *frequentarunt. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 578. 586.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***proprie*: A** GLOSS. II 239, 23 *ἀπονεύω*. II 4, 10 *ἀνανεύει*. *contrarium*: GLOSS. IV 17, 28 annuet oculo, oculo ostendet. PLAVT. Capt. 480 'quis ait ''hoc'' aut quis profitetur?' inquam. quasi muti silent. ... 'ubi cenamus?' inquam. atque illi abnuont. Truc. prol. 4 *sqq. per-parvam partem loci* daturin estis an non? adnuont. ... quid si de vostro quippiam orem? abnuont (abduont *codd.*). OV. trist. 5, 10, 41 *Getae* in se aliquid dici, dicentibus illis abnuerim quotiens adnuerimque, putant. NIGID. Gell. 10, 4, 4 cum adnuimus et abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret. OV. met. 10, 220 si forte roges ... abnuet. AVSON. epigr. 75, 5 'quis tu?' 'Gaius' ait. 'vivisne?' hic abnuit. PELAG. epist. ad Demetr. 19. (PS. HIER. Migne 30 p. 34 A) si avertat aures et vultum contrahat ac oculos abnuendo contineat. *nota structuram*: LIV. 36, 34, 6 manu ... abnuit quicquam opis in se esse. *θεὸς (Ζεὺς) ἀνανεύει*: VERG. Aen. 10, 8 *Iuppiter incipit*: abnueram bello Italiam concurrere Teucris. LACT. inst. 1, 17, 13 Iuppiter optimus maximus ... abnuere non potuit. *nota*: CALP. ecl. 4, 70 nec mihi Phoebus forsitan abnuerit, tu tantum commodus audi: scimus enim quam te non aspernetur Apollo.

B GLOSS. II 233, 24 *al. ἀπαρνοῦμαι ἀπαρνεῖται*. II 4, 16. 554, 43 *ἀπείπῃ*. IV 3, 19 negat vel recusat. Plac. V 3, 4. 43, 7 recusare abnegare (*a c post* IV 301, 38). IV 486, 55 refutare. 202, 10 rennuit. 4, 42. 487, 2 non receperam. V 439, 35 abominatus est ... nollet. IV 427, 20 abnuat recusat (*sic*), nolit (VERG. Aen. 4, 108). *huc traxit Goetz* IV 202, 11 abniso nolo veto. *nota*: V 345, 24 refugere. **1** *aliquid*: *oblata*: LIV. 30, 23, 4 accipiendam abnuendamve pacem esse (30, 16, 9 HEGES. 3, 8, 2). 21, 12, 6 pacis leges. TAC. ann. 12, 46 pacem et condiciones (hist. 3, 66). LIV. 30, 13, 9 societatem ... Romanam (29, 23, 9). 33, 16, 11 amicitiam. SEN. Thy. 536 dona fortunae. SIL. 4, 805 sortem. VERG. Aen. 5, 530 nec ... omen abnuit Aeneas (CAPITOL. Alb. 5, 8). *cf.* SERV. *ad l.* amplexus est et probavit. TAC. ann. 6, 27 id munus (IVST. 38, 2, 8 IVL. VAL. 3, 27). 11, 8 dominationem. 4, 26 triumphalia. hist. 2, 90 nomen Augusti. 3, 27 inritas exhortationes. ann. 2, 38 largitionem. CYPR. ep. 65, 3 consilia nostra aut Domini praecepta. IREN. 4, 17, 1 holocaustomata et sacrificia et oblationes (4, 17, 2). GELAS. tract. 5, 16 gratiam. CASSIAN. conl. 21, 18, 1 escarum genera. COD. Theod. 14, 4, 5 *ius*. *petita*: LIV. 30, 29, 8 conloquium. TAC. ann. 2, 28 congressūs. SVET. Tib. 21 adoptionem. VOP. Aur. 20, 7 quemlibet sumptum, ... quaelibet animalia regia non abnuo, sed libens offero (*scil. dis*). *mandata*: LIV. 8, 2, 11 Latinos Campanosque ... sin imperium abnuerent, armis coercerent (31, 40, 2. 35, 13, 9. 35, 51, 10. SEN. Thy. 471 *dei*. PANEG. 9, 6 p. 197, 6 AVG. civ. 8, 13). 28, 27, 4 imperium auspiciumque. TAC. ann. 14, 37 iussa (SVLP. SEV. chron. 2, 12, 4). HEGES. 2, 16, 1 postulata. GELAS. epist. 5, 2 regulam. LIV. 7, 10, 1 certamen (27, 4, 1). SEN. Thy. 328 bella (SCHOL. Luc. 7, 87). TAC. hist. 4, 75 *proelium*. *contra* SVLP. SEV. chron. 1, 26, 5 proelium non abnuens aciem instruxit *agitur de re oblata*. chron. 2, 2, 2 tantam molem. LIV. 3, 38, 10 si ... plebs abnuat dilectum (TAC. hist. 4, 14). SALL. orat. Cott. 14 labores (LIV. 27, 49, 3). LIV. 4, 53, 10 militiam. TAC. ann. 13, 35 duritiam caeli militiaeque abnuebant deserebantque. hist. 3, 52 adversa. 4, 19 obsequium. IVST. 16, 3, 9 collationem *tributi*. AMBR. off. 1, 28, 136 officia (PS. HIER. reg. mon. 4 Migne 30, 397 A). COLVM. 2, 21, 6 docendi curam. 6 praef. 1 pecoris ... curam. PANEG. 9, 11 p. 201, 18 milites ... custodiae curam. *turpia*: SEN. Oed. 661 tori iugalis abnuit Merope nefas (*i. nunquam commisit*). TAC. ann. 1, 23 caedem. ENNOD. op. 5, 17 foeditates. LIV. 1, 56, 8 Bruti ... cognomen. AVSON. 197, 7 nomen indignum probitate vitae (*i. Lascivi*). *cf.* AVR. VICT. Caes. 2, 1 *imperii* nomen astu abnuebat *et* GELAS. epist. (*a. 490—493*) 3, 11 Eutychis nomen. *ea quae pro turpibus malis ineptis habentur*: SEN. Herc. 501 coniugia. TAC. hist. 4, 44 nuptias (TERT. ux. 1, 2 coniunctionem viri ac feminae). SEN. Phaedr. 386 solitos amictus. STAT. silv. 4, 3, 158 laudum cumulo beatus ... scandes belliger abnuesque currus. TAC. Agr. 21 *Britanni* linguam Romanam. SOL. 50, 4 Seres ... ceterarum gentium commercia (ISID. orig. 14, 3, 29). ISID. sentent. 3, 48, 1 *apostolus* licita. *quae abnuuntur pronominibus sim. expressa sunt*: CIC. fin. 2, 3 quid. LIV. 36, 9, 14 quod (SEN. Herc. f. 350 TAC. hist. 2, 57 ann. 3, 10. 3, 14. 12, 31). 3, 54, 2 haud quicquam. SVLP. SEV. chron. 2, 45, 4 id ... Arriani maximo opere abnuere. SALL. frg. 1, 137 ea (SVLP. SEV. chron. 2, 45, 4 id). LIV. 30, 3, 7 eadem illa (IREN. 4, 71, 1). IVVENC. 1, 110 hoc (SIDON. ep. 9, 9, 3). SALL. Iug. 83, 3 alia (TAC. ann. 4, 3). VERG. Aen. 4, 107 talia. SALL. Iug. 68, 3 omnia. (IVST. 9, 2, 8 totum). LIV. 23, 35, 4 nihil (TAC. ann. 2, 22. 6, 45). LIV. 27, 34, 12 eam rem. **2** *alicui rei*: APVL. met. 6, 6 Venus terrenis remediis inquisitionis abnuens. 4, 13 Thebanis conatibus abnuentes. apol. 76 uxor ... contumeliis abnuit. PANEG. 6, 9 (p. 155, 17) tibi rei publicae curis non erat abnuendum. **3** *aliquem*: VOP. Aur. 20, 7 cuiuslibet gentis captos (*scil. dis sacrificandos*) ... non abnuo. SIL. 3, 109 mene ... abnuis inceptis comitem? AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 29 si me testem abnuis. **4** *ab aliquo*: ITALA cod. Lugud. num. 30, 9 quoniam vir abnuit ab ea (AVG. quaest. hept. 4, 59). VVLG contradixerit. **5** *alicui aliquid*: SALL. Iug. 47, 4 regi pacem ... neque abnuere neque polliceri. frg. 1, 50 nihil ... sibi abnuituros. SYMM. epist. 3, 36 non abnui operam meam ... iusta poscenti. 5, 14 cui non abnuo redditam vicem. rel. 40, 4 quinque milia et septingentos modios Puteolani municipes Tarracinensibus abnuerunt. **6** *alicui de re*: SALL. Iug. 84, 3 neque illi senatus ... de ullo negotio abnuere audebat. **7** *aliquid facere*: LIV. 22, 13, 11 nec abnuebant ... melioribus parere. 8, 18, 9 haud abnuentibus et illis bibere. 22, 37, 4. 29, 5, 7 Ligures haud abnuere tempus ... petere ad dilectus habendos. *saepius*. SEN. Phoen. 489 quid strictum abnuis recondere ensem? Tro. 573 coacta dices sponte quod fari abnuis (Phaedr. 883). VAL. FL. 3, 678 nostris ferri comes abnuit actis. 1, 520. SIL. 2, 102 venatu extendere vitam abnuit. STAT. Ach. 1, 917 genero se iungere tali. Theb. 2, 189. IVV. 15, 103 quisnam hominum veniam dare quisve deorum urbibus abnueret? TAC. hist. 4, 35 redire in castra. 2, 40 militem ... obicere hosti. ann. 1, 13. 4, 56. SCHOL. Cic. Gron. 383, 14 accusationem suscipere. SVLP. SEV. chron. 1, 14, 3 parere imperio (1, 33, 2). dial. 3, 17, 5. COD. Theod. 5, 13, 34 (*a. 394*) suscipere et tenere non abnuant. CLAVDIAN. MAM. 199, 2 nobilitari. 24, 7 inspicere. ENNOD. dict. 8, 2 diem laudare quis abnuat? epist. 4, 29, 2 ut mei corona vestra meminisse non abnuat. 5, 7, 1 oboedire (op. 1, 13). VITA Vedast. 1 imitatoribus supplimentum perficiendi prebere non abnuat (*B* nuat). **8** *me facturum*: LIV. 10, 38, 11 id ... quidam abnuentes iuraturos se. 30, 20, 6 in Africam secuturos abnuentes (*scil. milites*). HYG. fab. 2 p. 38, 20 quod cum Athamas se facturum abnuisset. SVLP. SEV. chron. 1, 25, 4 ille ... abnuere se ... tantum onus suscipere. **9** *aliquem facere aliquid*: CLAVD. carm. min. 30, 14 *Alcestis* in ... suos migrare virum non abnuit annos.

10 *aliquid fieri*: SVET. Iul. 19 ne Catone quidem abnuente ... largitionem e re publica fieri. DICT. 4, 15 a se ... perfici. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 2 *Martinus* vehementer abnuere feminam viro rursus ... misceri. **11** *non abnuo quin*: TAC. ann. 13, 14 non abnuere se quin cuncta infelicis domus mala patefierent. **12** *absolute*: SALL. epist. Mithr. 13 HOR. sat. 2, 5, 52 LIV. 3, 66, 3. 4, 13, 12. 6, 24, 9 *al.* 28, 24, 12 propalam. SEN. Med. 507 abdico eiuro abnuo. Phoen. 62 regam abnuentem, dirigam inviti gradum (441). TAC. Agr. 4 hist. 1, 61. 2, 85 *al.* ann. 2, 29 *al.* FLOR. epit. 2, 4 (3, 16, 2). APVL. apol. 100 quid abnuis, quid recusas? Socr. 18, 159 taedio. IVST. 39, 3, 10 AMM. 17, 13, 3 HYG. fab. 14 p. 49, 7 SVLP. SEV. chron. 2, 7, 2 multum. 2, 33, 2. 2, 45, 2 HIL. ITALA cod. Lugud. num. 30, 6 si autem abnuens abnuerit pater eius (*ἀνανεύων ἀνανεύσῃ*), *cf.* 30, 9. VVLG. contradixerit. HIER. epist. 130, 14 NOL reprendo non abnuo. AVG. civ. 22, 8 prorsus. PAVL. PETR. 1, 187. CARM. epigr. 1097, 4 abnuis et refugis f⟨ru⟩s⟨tra⟩ *scil. mortem*. DIOM. gramm. I 488, 21. LIV. 40, 13, 6 ut ... invitatus ad cenam abnueres (APVL. met. 1, 24 MACR. sat. 1, 6, 2). *cf.* SIL. 6, 460.

quasi dissuadeo, resisto: SALL. frg. 2, 92, 10 *mulieres* nihil ab⟨nu⟩endo proficiunt (*Hartel* ad⟨mon⟩endo). AVSON. perioch. Od. 21, 12 dat Telemachus Vlixi ceteris abnuentibus experiendi potestatem.

haud abnuo *sim.*: LIV. 28, 18, 4. 28, 21, 4 *al.* non abnuo *sim.*: CIC. Milo 100 non recuso non abnuo. *cf.* FLOR. epit. 2, 8 (3, 20, 8). 2, 13 (4, 2, 15). APVL. apol. 86 VVLG. III reg. 20, 7.

C GLOSS. IV 487, 1 denegat, contradicit, negat, non sentit (!). *cf.* 4, 22. 301, 40. V 259, 40 negavit infitiatur. IV 308, 44 contradicit (*cf.* IV 16, 36. V 439, 35. IV 324, 39 contradicit contendit amnuit).

1 *aliquid*: *turpia*: PS. QVINT. decl. 3, 8 crimen (TAC. ann. 6, 8 HIER. epist. 57, 13). FRONTO p. 116, 12 N. culpam. APVL. met. 2, 27 scelus. *aliquid boni*: SIL. 8, 297 *Assaraci* genus (*a Iove orti*). TERT. adv. Marc. 5, 15 salutem carnis. AMBR. incarn. dom. 8, 82 (Migne 16, 839 A) naturam ... divinam quis abnuat? *nota*: AMBR. fid. 3, 3, 18 'potens' (*dei attributum*) abnui non potest. *obiectum pronomine exprimitur*: LIV. 26, 19, 8 nec abnuendi tale quicquam nec palam adfirmandi. 45, 5, 10 nihil (AVG. c. Iul. op. imp. 3, 199. 5, 55). SIDON. ep. 3, 9, 3 hoc nimis abnuis. PS. HIER. sept. ord. eccl. 6 (Migne 30, 156 B) ista. CYPR. laps. 27 contestatio est christiani quod fuerat abnuentis (CASSIOD. in psalm. 73, 21). **2** *de aliqua re*: LIV. 10, 10, 8 de societate haud abnuunt barbari. **3** *aliquem, in primis apud christianos*: APVL. apol. 27 deos (TERT. nat. 1, 4 *ter*). FASTID. vit. christ. 13 Migne 50, 399 C illum ore quem factis abnuunt confitentur. CYPR. laps. 35 *deum* verbis perfidis abnuisti. AMBR. fid. 3, 5, 39 deum ... et deum verum ... abnuunt. *passive*: AMBR. epist. cl. 1, 46, 8 (Migne 16, 1148 B) non abnuitur unigenitus dei filius. **4** *aliquid de aliquo*: AMBR. fid. 2, 9, 76 de patre quod de filio abnuunt fatebuntur (1, 11, 71).

5 *aliquem facere vel fecisse aliquid*: CVRT. 6, 7, 7 se ... fidem in parricidio dedisse constanter abnuit. TERT. pud. 19 delinquere filios dei nunc adnuit, nunc abnuit. DAMAS. carm. 1, 3 sanctos Christum laudasse prophetas. PLIN. nat. 10, 137 Melampodi ... dedisse intellectum avium sermonis dracones non abnuat *Dinon*. **6** *aliquid factum esse, esse*: CIC. leg. 1. 40 a se commissum esse facinus. LIV. 10, 18, 7 Appio abnuente missas, Volumnio adfirmante Appi se litteris accitum. 24, 29, 12 Syracusani ... abnuentes Leontinos in sua potestate esse. 42, 55, 3 ne Romani quidem abnuunt magna sua cum clade fuisse pugnaturos. *al.* TAC. dial. 33 facultate et ⟨usu⟩ eloquentiam contineri nec tu puto abnues. CVRT. 6, 11, 35 multa adfirmatione animique pariter [et] constantia et vultus abnuens, quicquam sibi in regem cogitatum esse. SIL. 5, 27 cum minus abnuerit noctem desisse viator quam coepisse diem. TAC. hist. 3, 54 abnuenti vera esse quae adferret. SVLP. VICT. rhet. p. 339, 21 accusator occidi illam oportuisse non abnuit. *al.* *omisso verbo* esse: PLAVT. Merc. 50 abnuere negitare (-ri *codd.*) adeo me natum suom. TAC. hist. 2, 66 qui se victos abnuebant. ann. 15, 22 abnuentibus consulibus ea de re relatum. 2, 78.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

IVST. 31, 1, 4 bellum denuntiatum. AMBR. Ios. 5, 25 scriptura illum nudum adseruit, hunc abnuit. LIV. 5, 33, 4 haud abnuerim Clusium Gallos ab Arrunte ... adductos (9, 17, 5. 9, 26, 9). SIL. 14, 173 haud equidem indignum memet ... abnuerim. TAC. hist. 1, 1 dignitatem nostram ... a Domitiano longius provectam non abnuerim. VVLG. Ruth 3, 12 nec abnuo me propinquum (ὁ ἀληθῶς ἀγχιστεὺς ἐγώ εἰμι). CLAVD. Rufin. II 72 carumque sibi non abnuit hostem. LACT. ep. 36, 1 Epicurus ... deos esse non abnuit. CLAVD. rapt. Proserp. 2, 79 Hybla ... vinci ... suos non abnuat hortos. AVG. civ. 5, 9 non ... abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis. c. Iul. op. imp. 4, 108 hoc Ambrosium dixisse non abnuis. *al.* ENNOD. op. 3, 13 (p. 334, 1) illud ... libandum esse non abnuo. AVG. c. Iul. op. imp. 4, 98 non abnuitur primum hominem aliquod incurrisse peccatum. QVINT. inst. 5, 8, 3 nec abnuerim esse aliquid in delectatione (1, 6, 33 *cf.* 6, 2, 11). LIV. 3, 72, 7 nec abnuitur ita fuisse. **7** *aliquid fieri*: AVIEN. or. mar. 36 *Sallustii* dicta ... praeiudicatae auctoritatis ducier non abnuebam. AMM. 19, 12, 17 nec ... abnuimus salutem ... muniri debere (27, 3, 14). MAR. VICT. gramm. VI 159, 16 neque abnuo sed magis adprobo ... omne ingenium in maius tolli. *nota structuram graecam*: CVRT. 5, 3, 13 abnuens deprecationem pro illis non convenire fortunae: *deprecatio non convenit fortunae supplicum.* **8** quod *ad analogiam verborum sentiendi et declarandi*: AVG. c. Iul. op. imp. 4, 103 (Migne 45, 1398) quod ... fiat ... ex voluntate necessitas plerumque contraria voluntati, prorsus insipienter abnuitur. LEO M. ep. 35, 1 (Migne 54, 805 B) *Christus* quod crucifixus est et mortuus ac sepultus ... abnuitur. **9** ut: SALV. eccl. 2, 31 nec ego abnuo ut, si ita ratio est, ita credatur. **10** *pendente enuntiato interrogativo*: TAC. ann. 14, 9 adspexeritne matrem exanimem sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. **11** *absolute*: OV. met. 12, 523 alii sub inania corpus (*Caenei*) Tartara detrusum silvarum mole ferebant; abnuit Ampycides. TAC. ann. 4, 17. 15, 56 Lucanus ... et Senecio diu abnuere. hist. 4, 41 neque fateri audebat neque abnuere poterat. FRONTO p. 143, 12 N. APVL. apol. 48. SOL. 4, 7 si perfidiā abnuit, detegitur facinus caecitate. FIRM. err. 3, 5 nec abnuimus aut recusamus (HIER. epist. 18, 12). AMM. 14, 9, 1 abnuens et reclamans. PRVD. apoth. 824. abnuo *pro* nego (*opposito verbi* aio) *praecipue sumendum est*: TAC. hist. 3, 20 rogitabat *milites*; cum abnuerent. GREG. TVR. hist. Franc. 2, 9 cumque consultaretur ... an in Franciam transire deberint, Nannenus abnuit.

II ***translate*: A** *sensu recusandi*: **1** *abnuo alicui rei*: IVV. 6, 540 ut veniam culpae (*an gen.?*) non abnuat. **2** *res abnuit aliquid*: VAL. MAX. 9, 12 ext. 10 abnuente natura utriusque boni largitionem. TAC. hist. 5, 13 quando inpetus et subita belli *locus* abnueret. ann. 1, 2 neque provinciae illum statum rerum abnuebant. HEGES. 3, 17 Tiberias ... remedium non abnuit, sanitatem invenit. FVLG. myth. praef. p. 6, 14 tellus Triptolemicum ... abnueret dentem. EVSTATH. metaphr. hexaem. 8, 6 (Migne 53, 951 D) turturem ferunt ... contractum secundae copulationis abnuere (*Basilius in homilia*: μηκέτι ... καταδέχεσθαι τὴν κοινωνίαν). CLAVD. 28, 594 fucati sermonis opem mens conscia laudis abnuit. MACR. somn. 1, 6, 24 *terra et ignis* tam controversa sibi ac repugnantia et naturae communionem abnuentia. **3** *res rei abnuit aliquid*: CIC. fat. 3 nihil ... umquam abnuit meo studio voluntas tua. SED. op. pasch. 4, 3 virtus illa pietati nil abnuens. **4** *res abnuit facere*: SIDON. ep. 4, 3 *doctrina* tenere non abnuit cum Orpheo plectrum. **5** *res abnuit fieri*: LVCR. 3, 640 quod scinditur et partis discedit in ullas ... aeternam sibi naturam abnuit esse. SIL. 14, 599 descendere fauces abnuerant siccae iussorum alimenta ciborum. SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 97 sensus et mores abnuunt paria esse peccata (HOR. repugnant). SOL. 33, 22 Arabica (*gemma*) ... radi abnuit. *cf.* PLIN. nat. 37, 145. **6** *absolute*: PLIN. nat. 37, 145 Arabica ebori simillima est et hoc videretur, nisi abnueret duritia (radi *adi. Urlichs ex* SOL. *l. c.*). **B** *negandi*: **1** *aliquid*: PRISC. gramm. III 236, 4 abnegativis (*adverbiis*) quae eam (*substantiam rei*) abnuunt. BOET. herm. pr. 7 p. 92, 7 universalem adfirmationem particularis abnuit negatio. top. Arist. 4 (Migne 64, 1003 C) abnuentes prius dant posterius. *saepe passive*: BOET. syll. hyp. 1 l. c. p. 853 C si posito A termino B terminus abnuatur. *paulo post* si animato posito animal abnuatur. p. 854 B si A terminus abnuatur. 2 p. 860 C. 865 B. 866 B. 867 A. 867 B. 871 C evenit ... ut si A quidem negato negabitur B, denegato C terminus D abnuatur. BOET. top. Cic. 5 (l. c. p. 1142 B) sequitur ut id etiam quod primum est abnuatur (1179 D). BOET. syll. cat. intr. 770 D *si*, quae universaliter affirmativa est, universaliter abnuatur. 782 C. **2** *res negat aliquid esse*: PAVL. FEST. 228 'pro' ponitur ... privandi facultate, ut in 'propudio', 'prohibendo', quia utrumque abnuit in his esse pudorem, potestatem. *nota*: PANEG. Messall. 25 quod (*me tibi parem vel etiam te superiorem esse*) spes abnuit. **3** *sequente* ut: BOET. top. Cic. 5 Migne 64, 1134 D *propositio* abnuatur ut sit vera. **4** *absolute*: DIOM. gramm. I 453, 33 *soloecismus fit* per geminationem abnuendi (455, 12 MAR. PLOT. gramm. VI 450, 21). BOET. herm. pr. 7 p. 83, 9 omnis ... propositio aut singulare habet aut universale subiectum, sive adfirmatione adnuat sive abnuat negatione (top. Arist. Migne 64, 995 B). herm. sec. p. 122, 11 tota vis *negationis* est abnuere atque disiungere. *synonyma et contraria praemissa sunt.* *Diehl.*

abnurus, -ūs *f.* [*cf. c.* abavus *Th.*] GLOSS. II 4, 17 ἐκγόνου νυός (εκγονους *cod.*).

abnūtīvus, -a, -um. GLOSS. II 4, 14 abnutium (*sic*) ἀπωμοτικόν. 554, 42. PAVL. dig. 45, 1, 83 non simplex abnutivum spondet. CAPER gramm. VII 105, 9 confessiva fit vox ex duplici voce abnutiva (abnegativa *B.*) DIOM. gramm. I 455, 11 *soloecismi* duodecimus modus fit per geminationem abnuendi ... quoniam duae abnutivae *particulae* unam confirmativam faciunt, *ubi* abnuativae, abnativae, abnuotivae *codd.*, abnegativae *edd.*

abnūto, -āre. PAVL. FEST. 27 abnutare saepe abnuere. *cf. Wölfflin, Archiv 4 (1887) 211.* ENN. trag. 306 quid te adiri abnutas? PLAVT. Capt. 611 quid mi abnutas? :: tibi ego abnuto? ARNOB. nat. 2, 78 argumenta ..., quibus esse videatur falsum id quod esse nolimus atque abnutemus verum, *ubi* adnitimur *cod.*

Abobriga *v.* Avobriga.

abobsiti ἀποσκοτηθέντες GLOSS. II 4, 30.

abobsum ἀποσκοτῶ GLOSS. II 4, 34 *cf. sub* a ab *p. 22, 7. V.*

Abobus, -i *m.* Ἄβουβος. VVLG. I Macc. 16, 11—15 Ptolemaeus filius Abobi. *Lommatzsch.*

Abocedo. NOT. dign. or. 31, 53 ala octava ... Abydum — Abocedo (sub dispositione viri spectabilis ducis Thebaidos).

Abodlas nomen barbarum PRISC. gramm. II 42, 15. *Diehl.*

Abolānī, -ōrum *m. populus veteris Latii.* PLIN. nat. 3, 69 Abolani, Bubetiani, Bolani ... ita ex antiquo Latio LIII populi interiere sine vestigiis. *Otto.*

abolēfacio, -fēcī, -factum, -facere. [*ab* abolescere *et* facere *Th.*]

proprie: TERT. apol. 35 civitatem tabernae habitu abolefacere (*i. civitatem mutando in tabernam quasi abolere*). cult. 1, 3 abolefactam eam (*scripturam*) violentia cataclysmi. *translate*: TERT. cast. 6 compescens concubitum ... abolefecit 'crescite' illud 'et multiplicamini'. AMBR. bon. mort. 5, 20 si quis ... sepeliat atque abolefaciat iniquitates suas. in psalm. 118. 2, 4 ut abolefaciat ... inveterata atque diuturna.

aboleo, abolēvī, abolitum, abolēre. [*fortasse cf. c. gr. ἀπόλλυμι et c.* letum, delere *Th.*] PRISC. gramm. II 490 'aboleo' vero velut 'redoleo' et 'abolui' et 'abolevi' facit praeteritum, unde et 'aboletum' et 'abolitum' et 'abolitio' dicitur. DIOM. gramm. I 373 aboleo abolevi et passiva declinatione abolitus. GLOSS. ἀπαλείφω; tollit, delet, abstergere, extinguitur; oblivisci, neglegere, de memoria excludere, oblivioni datur, remota vel ⟨in⟩ oblivione⟨m⟩ perducta; sepulturae reposita. aboluerit CORP. VI 10407c. *Wölfflin, Archiv 5 (1888) 107—115. verbum extat inde a* VERG. (*quater*) *et* LIV. (*sexies*), *raro legitur apud auctores primi saeculi* (*nota* SEN. philos. *octies*, PLIN. nat. *decies*), *saepius apud* SVET. *et* PLIN. epist. *poetae plerumque praesentis infinitivum exhibent.*

I ***proprie*:** *consumere, tollere, delere aliquid*: VERG. Aen. 4, 497 abolere nefandi cuncta viri monumenta (*i. arma, exuvias, al.*) iuvat (SCHOL. Dan. *falso*: a memoria tollere). SEN. epist. 87, 41 lex de abolendis divitiis fertur. INSCR. numm. Cohen II² p. 208, 1210 reliqua vetera HS. novies mill. abolita (*lictor tabulas comburens*). AMM. 24, 7, 6 classe abolita. *scripta*: OV. met. 15, 872 quod (*opus*) nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas. TAC. hist. 2, 48 libellos epistulasque abolet. PLIN. epist. 7, 19, 6 libros quamquam ex necessitate et metu temporum abolitos ... servavit. SVET. Aug. 85 tragoediam magno impetu exorsus ... abolevit. Tib. 61 scripta (Cat. 16 Dom. 8). Cal. 34 cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. PROB. vit. Persi R. p. 75. FRONTO p. 111 *et* 137 N. curavi equidem abolere orationem: sed iam pervaserat in manus plurium, quam ut aboleri posset. APVL. apol. 99 elogium. ARNOB. nat. 3, 7 scripta. 4, 18. 5, 43. LACT. inst. 1, 22, 6 libri. AVR. VICT. Caes. 20, 1 scripta et facta. AVG. civ. 7, 34 flammis abolere nefanda monumenta (*i. Numae libros*). OROS. 6, 20, 6. SIDON. epist. 8, 2, 1 quod aboleri tu litteras distulisti. COD. Theod. 9, 34, 3 *et* 5 libellos. VELL. 2, 58, 2 cum ... censuisset Cassius testamentum ... Caesaris abolendum. SVET. Col. 16 ex testamento Tiberi quamquam abolito. MARCELL. dig. 48, 10, 26 si quis patris sui testamentum aboleverit. COD. Iust. 6, 33, 3 pr. testamentum ... non cancellatum neque abolitum. 11, 28, 6 chartis abolitis, quibus debita publica continentur. FRONTIN. strat. 4, 1, 43 ne signa eius (*legionis*) summitteret nomenque aboleret. SVET. Aug. 32 diuturnorum reorum. ... nomina abolevit (PAVL. dig. 48, 2, 3 *bis.* 48, 16, 16). ACT. lud. saec. sept. (CORP. VI 32327) 20 ⟨reorum⟩ nomina abolenda. CORP. VI 10407c quei haec nomina ... aboluerit. COD. Theod. 9, 38, 11 *eos* soluto cingulo matricula convenit aboleri (COD. Iust. 2, 7, 29). SEN. nat. 1, 4, 2 (*de arcu*) ingens ... variumque corpus intra momentum subtexitur caelo et aeque celeriter aboletur. 1, 6, 4 aeque cito omnis imago aboletur in illo (*speculo*) quam ponitur. TAC. ann. 4, 35 imaginibus *Cassii et Bruti* ..., quas ne victor quidem abolevit. 11, 35 effigiem patris. LAMPR. Comm. 20, 4 censeo ... abolendas statuas quae undique sunt abolendae. COD. Theod. 9, 40, 17 omnes statuas, omnia simulacra ... praecipimus aboleri. PLIN. nat. 36, 195 totam officinam artificis eius abolitam. TAC. ann. 2, 49 deum aedes vetustate aut igni abolitas. ITIN. Alex. 29 regia igni abolita. SEN. nat. 3, 29, 5 cum partes eius (*terrae*) interire debuerint abolerive. TERT. nat. 1, 9 cum totum orbem cataclysmus abolevit. adv. Marc. 2,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

24 qui (*creator*) iniquissimam civitatem ... decreverat abolendam. Itin. Alex. 33 quidquid suppet⟨i⟩le insequentibus foret corrumpens *Bessus* abolensque incendio. Verg. georg. 3, 559 nec viscera quisquam aut undis abolere potest aut vincere flamma. Sol. 4, 6 *fontes salubres* abolent a solifugis insertum venenum. Pallad. 4, 9, 17 ut *olus* vix possit aboleri. *aliquem sive corpus, sim.*: Sen. Med. 183 abolere propere pessimam ferro luem (*i. Medeam*) equidem parabam. epist. 102, 27 *corpus* scindetur obruetur abolebitur. Plin. nat. 7, 4 multi exstitere, qui non nasci optimum censerent aut quam ocissime aboleri. Stat. Theb. 3, 270 ferroque tuos abolere nepotes (7, 207). Tac. ann. 16, 6 Poppaeae corpus non igni abolitum. Tert. apol. 48 quaecumque te materia ... aboleverit. adv. Marc. 5, 9 corpora aut ignibus ... aut feris aut ... temporibus ... aboleri. anim. 51 corporis scenam. Comm. apol. 704 ut possis abolitus ⟨re⟩surgere saeclo novato. Amm. 15, 5, 19 Ursicinum exulceratum iam penitus aboleri. 14, 11, 23. 19, 10, 3. 19, 12, 16. 27, 9, 5. 29, 3, 5. Plin. epist 5, 5, 8 enitamur, ut mors quam paucissima, quae abolere possit, inveniat. Prvd. praef. 30 cum iam quidquid id est, quod fueram, mors aboleverit. Amm. 23, 5, 19 abolenda nobis natio molestissima. 29, 5, 4 ⟨ad⟩ abolendum *hostem* Theodosius mittitur. Avson. 26, 99 nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum ... fuit. Oros. hist. 2, 17, 1 cum plurimi populum infestissimum cum ipso nomine abolendum pronuntiarent. Tac. hist. 4, 39 vires *Antonii* abolet dimissa in hiberna legione septima. *de morbis, sim.*: Colvm. 7, 13, 2 eadem pestis (*scabies*) si fuerit vehementior, cedrino liquore aboletur. Plin. nat. 21, 142 halitus oris commanducata *iris* abolet alarumque vitia. 28, 48 verrucas. 28, 244 scabiem hominis asininae medullae maxime abolent. 30, 90 anginas. 30, 107 carbunculus fimo columbino aboletur. 31, 8 sterilitatem feminarum et virorum insaniam. Veg. mul. 5, 67 tussis. Marc. med. 19, 130 de facie maculas. 19, 132 sanat et abolet verrucas. *passim*. Plin. nat. 28, 143 coquitur *sebum*, donec odor omnis aboleatur. Ambr. exam. 5, 23, 79 ubi odoribus gratis factor funeris possit aboleri.

II *translate*: *in oblivionem perducere, desuescere, tollere*: A *addita vel facile subintellegenda nota longioris temporis*: Verg. Aen. 1, 720 *Amor* paulatim abolere Sychaeum incipit. Stat. Theb. 11, 659 iam *Fortuna* ... incipit ... datis abolere Menoecea regnis. Svet. gramm. 24 durante adhuc ... antiquorum memoria necdum omnino abolita. Oros. hist. 6, 15, 16 si Apollo ... Pythius paulatim .... contemptus relictus atque abolitus est. 11. 13. 14. Sen. contr. 2, 1, 17 abolita saeculis nomina *Fabriciorum, al.* per successores novos fulgent. Amm. 15, 2, 2 Constantini nomine per orientis tractus abolito. Plin. nat. 14, 44 quarundam ex his (*vitibus*) iam etiam nominibus abolitis. Liv. 25, 1, 7 nec in secreto modo atque intra parietes abolebantur Romani ritus. Mela 3, 18 manent *gentibus Galliae* vestigia feritatis iam abolitae. Tac. ann. 14, 20 abolitos paulatim patrios mores funditus everti. Svet. Aug. 31 nonnulla ... ex antiquis caerimonis paulatim abolita restituit. Capitol. Aur. 4, 10 non ... prorsus abolita in eo (*M. Aurelio*) comitate. Avg. civ. 3, 18 renovarunt ... pontifices ludos sacros inferis et ipsos abolitos annis retrorsum melioribus. Macr. sat. 1, 16, 35 haec ... (*mos leges promulgandi, al.*) neglegentius haberi coepta et post abolita. Tac. ann. 3, 36 abolitas leges et funditus versas. 3, 54 leges ... illae oblivione, hae ... contemptu abolitae securiorem luxum fecere. Vlp. reg. 20, 2 his duobus testamentis abolitis hodie solum in usu est, quod .... Capitol. Max. Balb. 17, 4 leges Romanas aequitatemque abolitam. Sil. 17, 608 non ullo Cannas abolebis, Iuppiter, aevo. Gell. 12, 1, 23 oblitteratis et abolitis nativae pietatis elementis. Evtr. 7, 23 ut merita et patris et fratris aboleret. Coelest. epist. 23, 2 (Migne 50) ut nulla illum (*gloriae titulum*) aetas aboleat. Sen. dial. 10, 15, 4 quae consecravit sapientia ... nulla abolebit aetas. Itala (Tert. pudic. 18) prov. 6, 32 ignominia eius non abolebitur in aevum. Cypr. epist. 49, 1 cum haec et cetera eis fuissent exprobrata, ut abolerentur et de memoria tollerentur deprecati sunt. Lact. inst. 6, 13, 10 debent largitione perpetua peccata carnis aboleri. Avr. Vict. Caes. 9, 5 *Vespasianus* vitae specie vitiorum plura aboleverat. Ambr. par. 3, 16 castitas omnes corporis passiones abolere consuevit. Symm. epist. 9, 10, 1 cum tanti vulneris dolor nulla temporis diuturnitate possit aboleri. Vlp. dig. 47, 10, 6 extingui iniuriarum actionem non minus quam si tempore abolita fuerit iniuria. Gaivs dig. 41, 3, 38 abolita est ... quorundam veterum sententia. Amm. 30, 4, 11 iuris scientiam repugnantium sibi legum abolevere discidia. Symm. 9, 13 quod (*negotium*) ratio amicitia tempus abolere debuerat. Qvint. inst. 1, 6, 20 abolita atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est. Hier. epist. 77, 4 quid ego in abolitis et antiquis moror?

B *brevi tempore vel momento temporis*: *ignominiam cladis, sim. victoria*: Verg. Aen. 11, 789 da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis. Liv. 7, 13, 4 ut nos virtute culpam nostram corrigere et abolere flagitii memoriam nova gloria patereris. 10, 4, 4 exercitum avidum pugnae, quo maturius ignominia aboleretur. 25, 6, 18 ne qua occasio abolendae ignominiae ... sit. Liv. perioch. 9 pudor flagitii prioris abolitus est. Sil. 1, 61 havet Aegatis abolere, parentum dedecus. Tac. hist. 3, 24 in quibus (*campis*) abolere labem prioris ignominiae, ubi reciperare gloriam possent. 5, 15 Cerealis abolere ignominiam. ann. 1, 3 bellum ... abolendae magis infamiae ... quam cupidine proferendi imperii. Capitol. Opil. 8, 1 studens sordes generis et prioris vitae infamiam victoriae magnitudine abolere. Ivst. 31, 6, 8 sperans cladem ... nova posse victoriae gloria aboleri. Clavd. 26, 563 Alpinum gladiis abolete pudorem. 15, 430. Oros. hist. 5, 4, 3 Vnimammus ... contra Viriatum missus quasi pro abolenda superiore macula turpiorem ipse auxit infamiam. Sil. 7, 548 sanguine Poenorum ... tam tristia dicta sunt abolenda tibi. *dedecora alia, vitia*: Plin. nat. 33, 41 quae (*crimina*) ... salutaris exortus Vespasiani abolevit. Tac. ann. 1, 78 seditionis male consulta ... abolita in posterum. 15, 44 abolendo rumori *iussi incendii* Nero subdidit reos. hist. 1, 47 adnitentibus cunctis abolere convicia ac probra. 84. Fronto p. 197 N. seni ... insignem maculam infligis, quando ... abolendam? Vlp. dig. 23, 2, 43, 4 neque enim aboletur turpitudo, quae postea intermissa est. Modest. dig. 48, 16, 17 indulgentia reorum crimina abolita sunt. Vlp. dig. 48, 5, 14, 9 abolevit ... prioris matrimonii delicta. Inst. 8, 3, 7 ad abolendam invidiae †famam. 36, 1, 2 ad abolendam segnitiae maculam. 42, 3, 1. Amm. 19, 11, 6 ut simultate abolita ... ad eum venire permitterentur. 26, 3, 5 non abolendae incubuit maculae. Hier. epist. 123, 17 ignominiam. Avian. fab. 14, 12 generis crimen ... abolere cupit *simia*. Oros. hist. 3, 13 ut ... infamiam adulterae matris aboleret. Sidon. carm. 7, 504 abolere, quae ... peccavit avus. Carm. epigr. 311 peccatorum sordes. *saepissime apud ecclesiasticos*. Amm. 22, 5, 2 quibus (*quae in fastis fallebant*) abolitis. *honores*: Liv. 3, 38, 7 temptationem ... eam fore abolendi sibi magistratus. Svet. Claud. 45 quem honorem a Nerone destitutum abolitumque. *animi affectus*: Sen. nat. 2, 34, 1 quidquid exta, ... aves minabuntur, secundo fulmine abolebitur. Stat. Ach. 1, 135 hos abolere metus magici iubet ordine sacri. Vlp. dig. 47, 10, 11, 1 aequitas actionis omnem metum eius abolere videtur. Amm. 22, 5, 2 abolitis, quae verebatur. 31, 15, 10 abolito praeteritorum vulnerum metu (Symm. 6, 8 nec abolebitur metus. 6, 58, 1). Plin. nat. 21, 159 quod tristitia omnis *helenio* aboleretur. Val. Fl. 3, 448 ite perempti ac memores abolete animas. Stat. Theb. 6, 221 hic luctus abolere ... iubet. Tac. hist. 4, 44 de abolendo dolore iraque. Paneg. 10, 12 aboleri vultus hic non potest. Amm. 17, 9, 4 quo trahimur spe meliorum abolita. Colvm. 8, 2, 3 cum *galli* sunt castrati libidinis abolendae causa. Dict. 2, 34 abolito amore, quem circa Graecos habuerat. Petron. 109 praeterita aboleri osculis placet. Stat. Theb. 1, 268 quo tempore ... terrarum furias abolere ... sat est? Tac. hist. 2, 5 prava certamina communi utilitate aboleverat. Oros. hist. 3, 8, 5 positis armis abolitisque discordiis. Cod. Iust. 1, 17, 2, 23 bella Parthica abolita sunt. Liv. 8, 27, 5 quem ... impelli ... ad abolendam societatem Romanam posse. Amm. 27, 12, 1 velut placitorum abolita firmitate. *memoriam, sim.*: Val. Max. 8, 14 ext. 5 consuluerant Ephesii decreto memoriam taeterrimi hominis in ⟨aeternum⟩ abolendo. Stat. Theb. 8, 384 bellipotens ... abolet ... domos conubia natos. Svet. Cal. 60 abolendam Caesarum memoriam. Lampr. Comm. 19, 1 parricidae gladiatoris *Commodi* memoria aboleatur (*bis*). Svlp. Sev. dial. 1, 12, 4 tota istorum commemoratio ... abolenda est. *nomen*: Plin. nat. 3, 65 optima ... et salutari fide abolitum *nomen arcanum Romae* (Sol. 1, 4 ut ... notitiam eius aboleret fides placitae taciturnitatis). Svet. Dom. 15 abolito priore nomine alterum Vespasianum appellari iusserat, alterum Domitianum (Spart. Sev. 7, 9 Lampr. Diad. 6, 5 *et* 6 Hel. 18, 2). Flor. 2, 19, 1 quamvis ... in Pompeio totum partium nomen abolevisset *Caesar*. Avr. Vict Caes. 20, 1 Salvii nomen ... aboleri iubet. Amm. 23, 6, 40 cui (*Cyro flumini*) ... Cyrus ... abolito vetere id vocabulum dedit. Svlp. Sev. chron. 2, 43, 2 *fides* usiae verbum ... abolebat. *mores, sim.*: Liv. 39, 16, 8 uti ... omnem disciplinam sacrificandi praeterquam more Romano abolerent. Plin. epist. 4, 22, 1 hunc (*agonem*) Trebonius Rufinus ... tollendum abolendumque curavit. Svet. Claud. 25 Dryidarum religionem ... penitus abolevit. Avg. civ. 4, 10 quam totam vanitatem (*de Vesta*) aboleri et extingui ... oportuit. Qvint. inst. 1, 5, 29 vetus lex sermonis abolebitur. Sidon. epist. 2, 10, 1 eam (*latinae linguae proprietatem*) brevi abolitam defleamus interemptamque. Colvm. 8, 16, 3 mox istam curam *piscium genera procreandi* sequens aetas abolevit. Svet. Cal. 34 quasi scientiae eorum (*iuris consultorum*) omnem usum aboliturus. Tac. ann. 4, 30 actum de praemiis accusatorum abolendis. Plin. epist. 7, 6, 6 causas abolitae accusationis exposuit. Vlp. dig. 38, 2, 14, 2 potuit ... deserere abolitam accusationem (Marcian. 48, 16, 1, 10). 47, 11, 1 iniuriarum actio ... dissimulatione aboletur. Modest. 48, 5, 36 ne causa *adulterii* aboleatur. Paneg. 9, 4 te ... abolitarum calumniarum ... gratulatio *sequebatur*. Ivl. Vict. rhet. 3, 13 petunt alter, ut aboleatur iudicium, alter, ut agatur. Sidon. epist. 8, 6, 7 cuius (*legis de praescriptione*) peremptoriis abolita rubricis lis. Lex Burg. lib. const. 17, 1 omnes ... causae, quae ... non sunt finitae ... habeantur abolitae. Liv. perioch. 34 ne ea lex (*Oppia*) aboleretur. Val. Max. 9, 1, 3 ut ius per continuos XX annos servatum aboleretur. Svet. Tib. 37 abolevit et ius moremque asylorum. Hier. epist. 53, 8 Samuhel ... veterem legem abolitam monstrat. 112, 17. 121, 6. 9. Vvlg. II Macc. 2, 23 leges, quae abolitae erant. Tert. ieiun. 2 abolitis legalibus et propheticis vetustatibus. Carm. de fig. 162 fas abolet, laedit leges. Svet. Aug. 42 impetum se cepisse ... frumentationes publicas in perpetuum abolendi. Nero 10 graviora vectigalia aut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abolevit aut minuit. TAC. ann. 14, 48 carnificem et laqueum pridem abolita *esse*. Agr. 2 illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus . . . aboleri. TAC. ann. 2, 69 cuncta, quae . . . iusserat, abolita vel in contrarium versa cognoscit. 3, 28 quae triumviratu iusserat abolevit. SVET. Claud. 6 quod decretum *senatus* abolitum est. Galba 23. SPART. Sev. 17, 5 Salvii Iuliani decreta iussit aboleri.

adi. **abolitus,** -a, -um. FORTVN. rhet. 3, 6 quae (*verba*) non adeo sunt abolita, ut sunt in XII tabulis et saliari carmine. 9 ut *verba* splendida sint, non dura . . . non abolita. *Bannier.*

aboleo. GLOSS. II 239, 60 *ἀποπνέω* aboleo redoleo. *ibid.* IV 404, 10 abolet non olet. II 4, 19 *in glossa mixta* abolevit *ἐξέπνευσεν* (*-πευ- cod.*). [*ex* ab *et* olere *Th.*] *V.*

abolēsco, -ēvī, -ere. [*cps. ex* ab *et* alescere, *cf. c.* adolescere. *Th.*] *v. Wölfflin, Archiv 5 (1888) 115.* *proprie*; GLOSS. *ἀπαυμάζει.* COLVM. 3, 2, 4 eadem (*vitis*) nec imbribus putrescit nec siccitatibus abolescit. *translate*: GLOSS. de memoria excedit, e memoria excidit, in oblivionem vadit, *ἐξελάθετο.* VERG. Aen. 7, 231 (= ANTH. 1, 15, 151) nec . . . tanti . . . abolescet gratia facti (SERV. *ibid.* abolescet abolebitur. et usus est inchoativa forma, cum opus non esset). LIV. 1, 23, 3 donec cum re nomen quoque vetustate abolevit. 3, 55, 6 cuius rei . . . iam memoria aboleverat. 8, 11, 1. 9, 36, 1. GELL. 20, 1, 13 praetores postea hanc (*legem*) abolescere et relinqui censuerunt. 20, 1, 53 si non illa etiam . . . poena abolevisset. SERV. Aen. 8, 423 antea 'hoc' adverbium loci fuit, quod nunc abolevit. GLOSS. II 232, 45 *ἀπαλείφω* aboleo deleo abolesco elido; *qui usus exemplo nullo probatur.*

abolitio, -ōnis, *f. v.* aboleo. *Wölfflin, Archiv 5 (1888) 115.* PRISC. gramm. II 490, 2 'aboleo' . . ., velut 'redoleo', et 'abolui' et 'abolevi' facit praeteritum, unde et . . . abolitio dicitur. GLOSS. *ἀπαλοιφή, ἀμνηστία, ἀλήθεια* (*an λήθη?*), *ἐκλείανσις*; deletio gestorum, res deleta, res semota et in oblivionem perducta, deletio, oblivio.

I ***proprie*:** *deletio, destructio, interfectio*: APVL. mund. 8 cui (*nebulae*) serenitas abolitionem infert. AMBROSIAST. II Thess. prol. (Migne 17) significat . . . de abolitione regni Romani. HIER. comm. Matth. 24, 35 (Migne 26, 180) caelum et terra transibunt immutatione, non abolitione sui. HIER. comm. Micha 2, 5, 7 (Migne 25, 1203) haec interfectio (*sc. quem Iesus interficiet*) non abolitionem significat, sed cessationem pessimae vitae. TERT. carn. 52 corpus non abolitione, sed ampliatione mutatur. HIL. trin. 1, 5 (Migne 10, 28) divinum omne neque abolitioni neque exordio obnoxium est. HIER. epist. 120, 12 quis possit credere, quod . . . spiritus sanctus . . . sustineat abolitionem sui. 124, 14 *μετεμψύχωσιν* . . . et abolitionem corporum . . . sentire. PAVL. NOL. epist. 12, 10 ut domino . . . oblationem suae (*Moysis*) . . . abolitionis opponeret. ARNOB. nat. 2, 14 illa *mors* quae sub oculis cernitur animarum est a corporibus diiugatio, non finis abolitionis extremus. 2, 36 quamvis eas (*animas*) mors saeva posse videatur extinguere et ad nihilum redactas inremeabili abolitione delere. HIL. in psalm. 140, 14 ablatio animae non abolitio eius est. AVG. c. Faust. 13, 14 de abolitione idolorum. AVG. mor. eccl. 1, 29, 60 (Migne 32) omnium qui memoriae mandati sunt librorum abolitio.

II ***translate*:** *oblivio*: OROS. hist. 2, 17, 15 quod pactionis genus (*sc. uti discordiae animositatesque praeteritae in oblivionem . . . deducantur*) . . . amnestiam vocaverunt, id est abolitionem malorum. *absolute*: SEN. contr. exc. 5, 8 tit. tyrannus post abolitionem candidatus: . . . 1 tyrannus dominationem sub abolitione deposuit. QVINT. inst. 9, 2, 97 tyrannum qui sub pacto abolitionis dominationem deposuerat (decl. 267 p. 88 FORTVN. rhet. 1, 6. IVL. RVF. rhet. schem. dian. praef. sub condicione abolitionis. MART. CAP. 5, 470 sub abolitione). FLOR. 2, 17, 2 Ciceronis consiliis *Bruto et Cassio* abolitione decreta. ARNOB. nat. 7, 9 nec innoxii sanguine abolitionem dissignationibus comparari. AVR. VICT. Caes. 35, 7 ad Graeciae morem decreta abolitione. AVSON. 439 Achilles . . . iracundiam sub abolitione deposuit. ZACCH. consult. Migne 20, 1083 sicut semper longa prosperitas . . . ex securitate abolitionem, ex abolitione abusionem creavit. CASSIOD. in psalm. Migne 70, 618 quia paene in nullam utilitatem putatur esse narratum, quidquid fuerit in abolitionem transmissum. *cum genetivo*: SVET. Tib. 4 Caesare occiso cunctis . . . abolitionem facti decernentibus. CAPITOL. Gord. 10, 3 abolitionem praeteritorum spondentes. AVSON. 468. Minerva . . . studia et motus partium rerum gestarum abolitione componit. *finitio*: *in rebus iudiciariis* (*v. P.-W. I 105*): PAPIN. dig. 48, 16, 8—10 abolitio aut publice fit ob diem insignem aut publicam gratulationem ⟨vel ob rem prospere gestam MACER⟩ aut privatim actore postulante. tertio genere fit ex lege abolitio accusatore mortuo vel ex iusta causa impedito quominus accusare possit. VLP. dig. 38, 2, 14, 2 abolitione publice data. PAPIN. 48, 3, 2, 1 abolitiones ex senatus consulto factas. VLP. 48, 16, 7 *et* 12 publica abolitione interveniente. PAVL. sent. 5, 17 post abolitionem publicam. VLP. dig. 48, 16, 12 ex qua senatus censuit abolitionem reorum fieri. MODEST. 48, 16, 17 abolitionem reorum, quae publice indulgetur. MACER dig. 48, 2, 11, 2 abolitione privata interveniente aut desistente accusatore. MARCIAN. 48, 16, 1, 8 si quis . . . ab accusatione citra abolitionem destiterit punitur. abolitio privatim a praesidibus postulari ac impetrari solet (*quater*). MAVRIC. 48, 14, 15, 1 si delator abolitionem petat. PAPIR. 48, 16, 18, 2 CLEM. 37, 14, 10 VLP. 38, 2, 14, 2. COD. Iust. 9, 4, 3 fallaciter incusantibus accusationis abolitio non dabitur. COD. Theod. 9, 36 *et* 37 *saepius*. *contra ius petente accusato vel cognato eius*: QVINT. decl. 249 p. 19 petit *qui accusabatur* . . . iudicii abolitionem. p. 20 petitur altera abolitio: ille optavit, haec praescribit. p. 22 sed abolitionem petit . . . tum . . . cum abolitio petebatur. p. 23 (*quinquies*). p. 24. 287 p. 153 petit pater (*proditionis reus*) a filio, ut abolitionem iudicii peteret (FORTVN. rhet. 1, 9). 294 p. 165 (*bis*). 166. 371 p. 407. 408 (*quater*). 375 p. 415 (*ter*). MACER dig. 48, 2, 11, 2 abolitione privata interveniente aut desistente accusatore. *in institutionibus publicis*: TAC. ann. 13, 50 ut tributorum abolitio expostularetur. 13, 51 abolitio quadragesimae quinquagesimaeque et quae alia exactionibus inlicitis nomina publicani invenerant. SVET. Aug. 34 abolitionem eius (*legis de maritandis ordinibus*) . . . pertinaciter postulante equite. HIER. epist. 112, 9 ostendimus Petrum bene . . . sensisse de abolitione legis Mosaicae. PAPIN. 48, 19, 33 quia temporaria coercitio, quae descendit ex sententia, poenae est abolitio. COD. Iust. 6, 56, 4, 1 infamiae abolitionem permittimus et ceterarum poenarum antiquationem. TAC. ann. 6, 2 ut . . . abolitionem sententiae suaderet. APVL. Plat. 2, 4 quae (*indocilitas*) non abolitionem infert scientiae. OROS. 7, 2, 16 una pax omnium non cessatione sed abolitione bellorum. *peccatorum sim. apud christianos saepe*: TERT. paen. 2 criminum pristinorum abolitione praemissa. AMBROSIAST. Rom. 3, 20 per fidem abolitio *peccati*. bon. mort. 4, 15 mortificatio . . . Christi . . ., abolitio criminum. AVG. epist. 153, 15 quidquid post abolitionem peccati peccamus. 193, 7. PS. AVG. serm. 148. CASSIAN. conl. 20, 11 tit. LEO M. *passim*. CASSIOD. in psalm. Migne 70, 421. *absolute*: ZACCH. Migne 20, 1142 donari delicta . . . permissum est, si tantum in abolitionem missa non redeant.

abolitor, -ōris *m. v.* aboleo. TERT. cult. 1, 3 post eum casum orbis (*cataclysmum*) omnium rerum abolitorem. AVSON. 419, 4 somnus, abolitor omnium.

abolitus, -ūs *m.* CASSIOD. var. 4, 41, 2 in abolitum missa sententia, quae a vicario urbis Romae super hac parte cognoscitur promulgata (*cf.* in psalt. Migne 70, 618 in abolitionem transmissum). *Bannier.*

abolla, -ae *f.* [*inc. orig. vocabulum gr. ἄβολλαι* (*ἄβολοι?*) *a Romanis tractum esse videtur. Th.*] GLOSS. (*ubi passim* abulla) *τόγα, ἱμάτιον; μαλλωτή; ἱμάτια* (*?*); genus vestimenti rustici. *Madvig, opusc. I² 41. Mau, P.-W. I 105.* NON. 538 abolla vestis militaris. VARRO Men. 223 toga tracta est et abolla data est *militi*. *philosophi cynici vel stoici*: MART. 4, 53, 5 cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati. IVV. 3, 115 audi facinus maioris abollae *pro ipso homine* (SCHOL. species est maioris vestis quasi pallii maioris *insufficienter*). SERV. Aen. 5, 421 duplicem amictum: id est abollam, quae duplex est sicut chlamys; Horatius (epist. 1, 17, 25) contra quem duplici panno patientia velat. MART. CAP. 7, 802 rite in veterem cultum replicantur abollae *i. iam desino philosophari*. *vestis splendida*: MART. 8, 48, 1 nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam, dum mutat cultus induiturque togam. 8, 48, 4. IVV. 4, 76 rapta properabat abolla Pegasus. SVET. Cal. 35 *regem* Ptolemaeum . . . ingressum spectacula convertisse hominum oculos fulgore purpureae abollae. TESTAM. Galli (Bruns fontes⁶ p. 275) aboll⟨ae⟩ II ⟨et⟩ tunica. CORP. VIII 4508 *in lege portorii a. 202* lex vestis peregrinae: abollam cenatori(a)m. VEN. FORT. vit. Mart. 3, 45 mihi tegmen defer abollae (*opp.* tegimen vile). PRVD. Symm. 1, 555 *Olybrius consul* palmata insignis abolla martyris. *V.*

Abolus (*?*) *nom. vir. christ.* CORP. XII † 4313 ⟨bonemo⟩merius Abolu⟨s?⟩. *Otto.*

? **abomathon** balneum est ex ortigo (ordeo *cod. Bern.*) fervente factum GLOSS. III 597, 21. *latet gr. ἀπό cum gen. plur.* *V.*

abōminābilis, -e. GLOSS. abominabilis: *βδελυκτός*. *legitur hic illic in manu scriptis forma* abhominabilis *veluti* SCHOL. Hor. carm. 3, 10, 9. *v. p. 123, 78. comparativus*: magis abominabilis; *superlativi exemplum non repperi. Ploen, Archiv 5 (1888) 89.*

ITALA cod. Gig. apoc. 21, 8 et infidelibus et abominabilibus pars erit in stagno (PRIMAS. abominatis, VVLG. exsecratis, LXX *τοῖς ἐβδελυγμένοις*). deut. 25, 16 (Lucif. Athan. 1, 8) quoniam abominabilis est domino deo tuo omnis (VVLG. abominatur enim dominus deus tuus eum). LACT. inst. 7, 25, 8 tyrannus ille abominabilis. HIL. psalm. 2, 19 inprobabiles esse hostias, abominabiles sollemnitates, pertaesa ieiunia. LVCIF. Athan. 1, 26 abominabiles sine dubio essemus, si te iustum pronuntiaremus (1, 8). FILASTR. 12, 2 vanum et abominabile hoc esse quod ab universis contemnitur et modis omnibus deridetur. SCHOL. Hor. carm. 3, 10, 9 'ingratam superbiam' . . . abhominabilem. HIER. comm. Is. 1, 14 (21) omnis conventus . . . abominabilis est deo. ep. Philem. 1, 4 (Migne 26, 610 A) qui sanctum dicit esse non sanctum . . . abominabilis apud deum est (VVLG. deut. 22, 5 prov. 15, 8. 17, 15). VVLG. levit. 11, 20 omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis (LXX *βδελύγματά ἐστιν ὑμῖν*). deut. 24, 4 polluta est et abominabilis facta est coram domino (LXX *βδέλυγμά ἐστιν*). Iob 15, 16 quanto magis abominabilis et inutilis homo (LXX *ἐβδελυγμένος καὶ ἀκάθαρτος*). 33, 20 abominabilis ei fit in vita sua panis. psalm. 52, 2 corrupti sunt et abominabiles facti sunt (LXX *ἐβδελύχθησαν*) in iniquitatibus (*et sic saepius in* VVLG.). AVG. persev. 61 (Migne 45, 1030) res enim non optabilis, sed abominabilis dicitur. mor. Manich. 2, 19, 67 omnia repugnantia, abominabilia, absurda.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. Iul. op. imp. 3, 95 o abominabilem et damnabilem vocem! quaest. hept. 2, 28 pastores, qui erant Aegyptiis abominabiles. Ps. Avg. serm. 258, 1 qui in peccatis perseveraverit, odibilis et abominabilis deo erit. 269, 2 quae res quam exsecranda et abominabilis sit. Leo M. epist. 11 (Migne 54, 637) abominabilis tumultus. Avell. p. 58, 6 abominabile esse ... damnatos restitui. Salv. gub. 5, 22 nec vile tantum sed etiam abominabile videtur *nomen Romanum*. Cassiod. var. 3, 3, 1 in abominabili certamine superare. 11, 7, 3 aliud magis pondus abominabilis nundinationis imponunt. in psalm. 30, 14 (Migne 70, 211) opprobrium ... significat valde abominabile facinus. *et passim apud christianos*. *adv.* **abōminābiliter** horribiliter Gloss. V 559, 10.

synonyma: abominatus (abominandus), exsecratus, exsecrandus, damnabilis, odibilis, repugnans, ingratus, pertaesus. *oppositum*: optabilis.

abōmināmentum, -ī *n. res abominanda, βδέλυγμα. Ploen, Archiv 5 (1888) 90.* *concretum*: Itala (Tert. adv. Iud. 13) Is. 2, 20 proiecit homo abominamenta sua aurea et argentea (*βδελύγματα*. Vvlg. idola). Itala (Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 482, 19 Vind.) deut. 12, 31 abominamenta enim, quae dominus odit, fecerunt diis suis (*τὰ βδελύγματα*. Vvlg. abominationes). Itala (Ruf. hom. Orig. in lev. V 10) lev. 7, 21 ab omni abominamento (*βδελύγματος*. Vvlg. omnis rei, quae polluere potest). Oros. hist. 2, 19, 15 forum cum imaginibus vanis, quae superstitione miserabili vel deum vel hominem mentiuntur, abiectum est: horumque omnium abominamentorum, quod ... flamma non adiit, missus e caelo ignis evertit. Gavdent. 4 med.: ut omnia abominamenta gentilium et omnes idolatriae tramites diffugiat *christianus*.

abstractum: Oros. hist. 2, 5, 6 duo vel maxima omnium malorum abominamenta, fames et pestilentia. 2, 16, 18 post omnia miseriarum abominamenta.

abōminanter *adv., modo abominabili*: Cod. Theod. 3, 12, 1 (*anni 342*) si quis filiam fratris sororisve faciendam crediderit abominanter uxorem. *cf.* 3, 12, 3 (*a. 396*) incestis ... sororis aut fratris filiae ... sese nuptiis funestarit. Cassiod. var. 3, 23, 3 remove consuetudines abominanter inolitas.

abōminātio, -ōnis *f.* Avg. retract. 1, 1, 2 fin.: quamvis abominatio inde (*ab* omen) sit dicta. *Ploen, Archiv 5 (1888) 91. Burkitt, Texts and Studies vol. III p. LXIX.*

I Gloss. *βδέλυγμα.* **1** *abstractum*: Vvlg. lev. 18, 22 cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est (*βδέλυγμα γάρ ἐστι*). Itala cod. Monac. lev. 11, 13 ista abominabimini a volucribus et non edetis, quia abominationi sunt (LXX *βδέλυγμα*. Vvlg. abominabile). Itala (Aug. epist. 47, 3) deut. 7, 26 offensione offendes et coinquinatione inquinaberis abominatione illa. Vvlg. deut. 7, 26 spurcitiam detestaberis et velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis. Ier. 2, 7 hereditatem meam posuistis in abominationem (LXX *ἔθεσθε εἰς βδέλυγμα*). Avg. epist. 47, 3 tunc est abominatio et exsecratio. Vvlg. deut. 17, 1 non immolabis ... bovem, in quo est macula ... quia abominatio est domino. psalm. 87, 9 posuerunt me abominationem sibi. prov. 12, 22 Sirach 13, 24 Is. 1, 13. *et saepius*. Hier. in Amos 2, 5, 10 (Migne 25, 1045) abominatio enim peccatori est pietas. *al.* Vvlg. deut. 7, 25 abominatio est domini dei tui (LXX *βδέλυγμα κυρίῳ τῷ θεῷ σού ἐστιν*). 27, 15 qui facit sculptile ... abominationem domini. prov. 24, 9 et abominatio hominum detractor. *et saepius*. Zeno Migne 11, 517, 16 omnis ... sollemnitas abominatio est apud deum. Vvlg. deut. 23, 18 prov. 11, 1. 20, 23 *et saepius*. Itala cod. Sess. prov. 11, 1 statera iniqua abominatio est coram domino. Vvlg. Luc. 16, 15 quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Itala cod. Lugud. lev. 11, 10 ab omni anima viva, quae est in aquis, abominatio est. et abominationes vobis erunt a carnibus eorum (LXX *ἀπὸ πάντων ... βδέλυγμά ἐστιν*. Vvlg. abominabile vobis exsecrandumque erit). Vvlg. deut. 12, 31 omnes enim abominationes ... fecerunt diis. 17, 4 abominatio facta est in Israel. IV reg. 21, 11 fecit Manasses ... abominationes istas pessimas. *et saepius*. deut. 13, 14 si inveneris ... abominationem hanc perpetratam. orat. Man.: statui abominationes et multiplicavi offensiones. Leo M. lib. sacr. 18, 37 cunctis abominationibus abdicatis. Itala cod. Sess. Is. 41, 24 de terra abominationis eligerunt vos (*ἐκ γῆς βδέλυγμα ἐξελέξαντο ὑμᾶς*. Vvlg. abominatio est, qui elegit vos). Vvlg. Ezech. 16, 36 super idola abominationum tuarum (*πάντα τὰ ἐνθυμήματα τῶν ἀνομιῶν*). Vvlg. Dan. 9, 27 erit in templo abominatio desolationis (*βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων. verba hebraea, quae sensu carent, corrupta esse videntur*). *cf.* Heges. 5, 31, 52 Hier. epist. 121, 4. 121, 11 Avg. epist. 199, 29 *et saepius*. Tycon. reg. 1 p. 5, 24 Burkitt: in loco sancto, abominationem vastationis. Vvlg. apoc. 17, 4 *mulier* habens poculum ... plenum abominatione et immunditia fornicationis eius. Sirach 49, 3 et tulit abominationes impietatis Hier. epist. 121, 4 de hac abominatione haereticae perversaeque doctrinae dicebat apostolus. Avg. civ. 1, 9 ad facinorum inmanitatem et gurgitem flagitiorum atque impietatis abominationem. Svlp. Sev. app. epist. 2, 18 quicquid illud est, quod post factum paenitentiam ingerit, velut proximi criminis abominationem declina. Oros. apol. 1, 5 haec venenatissimorum dogmatum abominatio. Avell. p. 140, 17 leprae abominatione percussus. **2** *concretum: de rebus personisve abominandis*: Itala cod. Monac. lev. 11, 41 omnis serpens quod repit in terram, abominatio est. cod. Lugud. gen. 43, 32 abominatio est ... Aegyptiis omnis pastor pecorum (*cf.* 46, 34 *et inde saepius apud christianos*). Vvlg. exod. 8, 26 abominationes enim Aegyptiorum immolabimus. Is. 66, 17 qui comedebant ... abominationem (*τὰ βδελύγματα*) et murem. Vvlg. Nah. 3, 6 proiciam super te abominationes (LXX *βδελυγμόν*). *de idolis*: Hier. in Matth. 4, 24, 16 (Migne 26, 177) abominatio ... secundum veterem scripturam idolum nominatur. Itala (Lucif. de reg. apost. 9) IV reg. 21, 2 et fecit quod malignum est ante conspectum domini secundum abominationes gentium (Vvlg. iuxta idola gentium). Itala (Lucif. de non parc. 12) I Macc. 1, 57 et aedificaverunt abominationem desolationis (LXX *βδέλυγμα ἐρημώσεως*. Vvlg. abominandum idolum desolationis). Iren. 5, 25, 1 ut hi, qui per multas abominationes adorant diabolum, hi per hoc unum idolum serviant ipsi. Filastr. 17, 1 qui Asthar hominem et Camoth abominationem Cananeorum et Sidoniorum id est idola hominum ac mulierum venerabantur. Vvlg. deut. 29, 17 vidistis abominationes et sordes, id est idola (*cf.* IV reg. 23, 13). Ezech. 7, 20 imagines abominationum suarum et simulacrorum fecerunt ex eo (*ornamento*). I Macc. 6, 7 diruerunt abominationem, quam aedificaverat (*et saepius in* Vvlg.). Avg. serm. 62, 17 permulti pagani habent istas abominationes in fundis suis (*cf. paulo infra*: prius enim agimus, ut idola in eorum corde frangamus). c. Faust. 13, 9 proiciet homo abominationes aureas et argenteas, quas fecerunt. quaest. hept. 7, 42 in. Greg. Tvr. hist. Franc. 1, 16 post idola conruentes vel abominationes.

II *mali ominis* ***deprecatio*:** Gloss. *ἀποτροπιασμός, ἀπευχή*. Serv. Aen. 12, 41 fors dicta refutet: parenthesis, quasi dissimulatio vel remotio, plena abominationis. *inde exsecratio, detestatio*: Tert. testim. 3 ea (*daemonia*) et esse [se] et abominationem sustinere exsecrationes tuae respondent. Itala cod. Sess. deut. 7, 26 odio odietis et abominatione abominabitis illa. Hil. in psalm. 52, 3 quia iniquitas corruptionem adferat, corruptio autem abominationem meretur. Hier. in Zach. 3, 14, 9 (Migne 25, 1531 D) Ierusalem, in qua anathema ultra non erit, maledictio videlicet et abominatio. *cum genetivo obiectivo*: Lact. inst. 1, 17, 16 quid *sibi vult* equorum tam pertinax abominatio? Svlp. Sev. app. epist. 2, 6 non tantum in malorum actuum abominatione, sed et in bonorum perfectione completur *lex*. Oros. hist. 3, 7, 3 locorum infamia et abominatio dierum, quibus ea gesta sunt. *singulariter*: Vvlg. Iob 11, 20 spes illorum abominatio animae (מַפַּח־נָפֶשׁ. LXX *ἐλπὶς αὐτῶν ἀπώλεια*).

synonyma: *ad I 1*: immanitas, exsecratio. abominationi esse *idem quod* abominabile esse, abominationi habere *idem quod* detestari. *ad I 2*: idolum, simulacrum. *ad II*: (deprecatio). *ad III*: anathema, exsecratio, maledictio, (detestatio).

abōmino, -āvī, -ātum, -āre. Gloss. abominat: repudiat; dispectui habet vel dispicit *lib. gloss.*; negat quod suum est. abominabitur: alienabitur, damnabitur *gloss. Abav. mai.* abominatus: execratus, detestatus, abiectus, demissus, anathematus. *de participio* abominans *vide etiam propter significationem* 'deprecans, *ἀπευχόμενος*' *s. v.* abominor *p. 123, 80. Ploen, Archiv 5 (1888) 93.*

I ***valde aspernor, detestor*:** **1** *formae activae*: Itala cod. Wirceb. lev. 11, 13 haec abominabitis a volatilibus et non edetis, quia abominatio est (codd. Monac. et Lugud. abominamini. LXX *βδελύξεσθε*. Vvlg. comedere non debetis et vitanda sunt vobis). cod. Sess. deut. 7, 26 odio odietis et abominatione abominabitis illa, quia anathema est (LXX *βδελύγματι βδελύξῃ*. Vvlg. abominationi habebis). Iudith 9, 3 (Lucif. de non parc. 10) qui zelaverunt zelum tuum et abominaverunt coinquinationem generis tui (LXX *οἳ ... ἐβδελύξαντο μίασμα αἵματος αὐτῶν. in* Vvlg. *nihil est quod his verbis respondeat*). Ambrosiast. Eph. 2, 14 neque gentilis fidus de praeputio, id est de paganitate abominaret (abominaretur *Maurini*) Iudaeum. *sequente infinitivo*: Corp. IX 2229 Telesiniae Crispinillae ... quae ob desiderium ... filii sui piissimi vivere abominavit. **2** *formae passivae*: **a** *verbum finitum*: *formae a praesenti tempore derivatae*: Verr. Fl. Prisc. gramm. II 380, 11 Verrius 'saevitiaque eorum abominaretur ab omnibus' passive dixit. Hier. in Is. 13, 49 (Migne 24, 485 A) haec autem omnia ad eum refert, ... qui abominatur a gente, qui servus est principum. Cassian. conl. 7, 28 non debere eos abominari vel despici, quos videmus diversis temptationibus tradi.

perfectum: Liv. 31, 12, 8 ante omnia abominati (*scil. sunt*) semimares iussique in mare ... deportari. **b** *participia*: *praesentis*: Itala cod. Sess. Is. 66, 5 his qui nos oderunt et abominantibus vos (LXX *τοῖς μισοῦσι ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις*. Vvlg. odientes vos).

perfecti: Hor. epod. 16, 8 parentibus ... abominatus (abominandus *AL*) Hannibal. Plin. nat. 10, 34 bubo funebris et maxime abominatus publicis praecipue auspiciis. Tycon. reg. 7 p. 76, 27 Burkitt: diabolus ipse in suis inculcatur, ipse abominatus confringitur. Vvlg. Is. 49, 7 dicit dominus ... ad abominatam gentem (LXX *τὸν βδελυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν*). Cassiod. in psalm. 144, 12 (Migne 70, 1019 C) primis versibus de malis disputans impiorum, eos detestabiles reddit: nunc etiam bona ipsorum, quae videntur, accusat; ut ubique dedecus habeant, cum et ipsa gloria abominata respuitur. *aperte in adiectivi usum abiit ita ut paulo differat ab adiectivo* abominabilis: Plin. nat. 18, 4 nec ullum aliud abominati spiritus praemium. Itala

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cod. Monac. lev. 11, 12 abominata erunt ista vobis (LXX *βδέλυγμα τοῦτό ἐστιν ὑμῖν*. VVLG. polluta erunt). apoc. 21, 8 abominatis et homicidis (cod. Gig. abominabilibus LXX *τοῖς ἐβδελυγμένοις*. VVLG. exsecratis). PORPH. Hor. epod. 16, 9 'devoti sanguinis' pro 'abominati atque execrati' dictum est. 16, 38 'inominati' numquid sic dictum est, ut 'abominata' solet dici, an quasi 'nullo omine ac nulla religione condita et ideo infelicia'. AMBR. in psalm. 37, 58 (Migne 14, 1088, 3) proiecerunt me sicut mortuum abominatum. VVLG. II Macc. 1, 27 contemptos et abominatos respice (LXX *βδελυκτούς*). Tit. 1, 16 cum sint abominati et incredibiles (LXX *βδελυκτοί*). AVG. in psalm. 5, 8 (Migne 36, 86) apto verbo usus est, quod ait 'abominabitur'; solent enim abominati dici exheredati. MAX. TAVR. serm. 67 (Migne 57, 667 B) nonnumquam a fidelibus viris regum praemia renuuntur, quod eis abominatae sunt omnes saeculi dignitates. *sequente infinitivo*: VVLG. act. 10, 28 scitis quomodo abominatum (LXX *ἀθέμιτον*) sit viro Iudaeo coniungi aut accedere ad alienigenam. *part. fut.* **abōminandus**, -a, -um: LIV. 23, 3, 5 aut rex, quod abominandum (*scil. est*), aut quod unum liberae civitatis consilium est, senatus habendus est. FEST. 310 Tarquitias scalas, quas rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi eius nominis gratia ita appellatas esse. SEN. clem. 1, 25, 2 hoc est, quare vel maxime abominanda sit saevitia, quod excedit fines ... solitos. benef. 1, 9, 3 inter matronas abominandus convicio (abhominanda condicio N^1) est, si quis coniugem suam ... prostare vetuit. QVINT. inst. 12, 5, 2 nam ut abominanda sunt contraria his vitia confidentiae, temeritatis ..., ita .... 12, 7, 11 imponentium periculis pretia procul abominanda negotiatio. TERT. haer. 44 de saevis et perversis doctrinis futuris pronuntiatum et de cavendis abominandisque praeceptum. HIER. adv. Iov. 2, 16 (Migne 23, 309 D) ad destruenda et contemnenda et abominanda opera creatoris. in Matth. 15, 12 (Migne 26, 107 B) qui (*Iudaei*) in cibis sumendis abominandisque religionem suam sitam arbitrabantur. OROS. hist. 4, 21, 6 nec blasphemandum deum ..., sed abominandos deos. *similiter saepe apud christianos. inde adiectivi in modum usurpatum*: *detestabilis, dirus, inauditus*. GLOSS. abominandus: *δυσοιωνιστός, ἀπευκταῖος*. sine nomine, famosus. *ἀνώνυμος*; abominandum: *ἀποτρόπαιον, ἀπευκταῖον, ἀπευκτόν, ἄπεστον* (*ubi ἀπευκτόν Vulc., Heraldus, ἀπωστόν g.*). LIV. 8, 24, 11 miles increpans nomen abominandum fluminis (28, 28, 4). 9, 38, 16 Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit. VAL. MAX. 7, 6 pr. abominandae ... necessitatis ... leges. SEN. Phaedr. 948 fer abominandam nunc opem nato. 1120 abominanda casus optanda efficit. Tro. 609 abominandae mortis auspicium. dial. 1, 3, 1 adversa et abominanda. 3, 12, 6 abominandum remedii genus est sanitatem debere morbo. 3, 20, 4 illa dira et abominanda *vox*. epist. 67, 5 tolerantiam non esse optabilem, sed ne abominandam quidem. PLIN. nat. 22, 7 abominando ... exitu. QVINT. inst. 8, 6, 40 o scelus abominandum, o deformem libidinem. 9, 2, 80 abominanda crimina. 8 prooem. 27 infelicitas. 8, 4, 22 faciem ... invisam atque abominandam. PS. QVINT. decl. 12, 4 nova et inaudita et abominanda lues. 12, 9 nunc mihi illa foeda videntur, nunc abominanda. POMP. dig. 1, 8, 11 cum illud hostile et abominandum sit. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 1 'nefasto' ... non fasto et abominando. LACT. inst. 6, 23, 11 abominandam non libidinem, sed insaniam potius exercent. 7, 16, 5 detestabile atque abominandum tempus. SYMM. epist. 9, 147 eos, qui caerimonias publicas abominando scelere polluerant. AMM. 23, 6, 81 abominandae aliae *leges*. AVG. in psalm. 80, 19 (Migne 37, 1043) adulteriis, sacrilegiis, sacris abominandis. OROS. hist. 5, 19, 22 tam abominanda gesserunt. CORP. VI 1716 (*anni 508?*) quae (*arenam et podium*) abominandi terrae motus ruina prostravit *et saepius*.

II *aliquid* ***abominabile reddo*****:** ITALA cod. Sess. Is. 30, 22 abominabis simulacra (LXX *μιανεῖς*. VVLG. contaminabis). cod. Lugud. lev. 11, 43 non abominabitis animas vestras in omnibus repentibus (LXX *οὐ μὴ βδελύξητε τὰς ψυχὰς ὑμῶν*. VVLG. nolite contaminare animas vestras). cod. Sess. Mich. 3, 9 qui abominatis aequitatem (LXX *πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες*. VVLG. omnia recta pervertitis).

synonyma: *ad I*: abomino: abominationi habeo, respuo, contemno, despicio, odi, caveo, vito, (detestor, aspernor). *ad* abominatus: exsecratus, devotus, inominatus, detestabilis. *ad* abominandus: detestabilis, dirus, nefastus, invisus, hostilis, deformis, inauditus, foedus, (abominabilis, nefandus, *sim.*). *ad II*: contamino. *opposita*: *ad I*: abomino: opto. abominandus: optabilis.

abōminor, -ātus sum, -ārī. GRAMM. suppl. 51, 3 verba communia haec sunt: ulciscor, aemulor, praedor, abominor, obliviscor *etc.* PRISC. gramm. II 379, 5 multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur, et maxime ea, quae apud Graecos activa habentur et passiva: 'auxilior te' et 'a te' ... apiscor, abominor *etc.* DOSITH. gramm. VII 430, 10 abominor, *ἀποιωνίζομαι*. GLOSS. *ἀποιωνίζομαι, ἀπεύχομαι, βδελύσσομαι. ad scripturam* abhominor *et eius originationem adludit* AVG. *p. 124, 59. de participio* abominandus *vide s.* abomino. *ibid. p. 122, 71 v. de participio* abominans, *quod utrum sit verbi* abomino *an* abominor *erui non potest. Ploen, Archiv 5 (1888) 95.*

I *malum omen amoveo, deprecor*: **1** *absolute*: LIV. 6, 18, 9 an exitum Cassi Maeliique expectem? bene facitis, quod abominamini. 30, 25, 12 cum *nauta* dixisset sepulcrum dirutum proram spectare, abominatus *Hannibal iussit* ... praetervehi. QVINT. inst. 11, 3, 114 aversis in sinistrum palmis abominamur (*cf.* 11, 3, 86). SVET. Claud. 46 quamquam abominantibus qui audiebant ... pronuntiavit. **2** *cum accusativo*: *in formula* quod abominor: OV. Pont. 3, 1, 105 si mea mors redimenda tua, quod abominor, esset. met. 9, 677. LIV. 6, 40, 11 hoc portenti non fiat ..., uti L. Sextium atque hunc Gaium Licinium, quod indignaris, quod abominaris, videas. CVRT. 7, 4, 12 CALP. ecl. 3, 86 PLIN. epist. 6, 22, 7 SCAEV. dig. 28, 5, 86. 31, 88, 9 PAP. dig. 28, 6, 41, 8 AVG. c. Iul. 1, 7, 35 *saepius*. CORP. VIII 2557 item quod abom(inamur) si q(ui) locu(m) su⟨um⟩ amis(erit) .... COD. Iust. 1, 2, 21. *rem*: LIV. 39, 22, 5 id prodigium abominantes ⟨aruspices⟩. OROS. hist. 4, 19, 1 abominatus dictum Hannibal deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit (*cf.* LIV. *supra l. 1*). *addito ablativo instrumenti*: PLIN. nat. 28, 26 incendia ... aquis sub mensam profusis abominamur. *addito dativo rei personaeve, cui malum quoddam avertatur*: PLIN. nat. 37, 142 hyaenae *iubae* additae *achatae* abominantur discordiam domibus (*ubi dubites, sitne dativus an ablativus*). COD. Iust. 10, 32, 8 infamia, quae tibi abominanda est. **II** *valde aspernor, abhorreo, detestor*: **1** *cum accusativo rei*: LIV. 30, 30, 9 quod igitur nos maxime abominaremur (anominamur *P*), vos ante omnia optaretis (TERT. spect. 1, 16). 32, 38, 5 non aspernatos modo, sed abominatos etiam nomen tyranni. 40, 4, 8 Poris abominatus mentionem tam foedi facinoris. SEN. Phaedr. 1004 patrium solum abominatus. benef. 6, 37, 1 Callistratum aiunt .. abominatum talem reditum. COLVM. 6 praef. 1 cum ... arator abominetur, at contra pastor optet herbarum proventum. PLIN. nat. 17, 34 illa, quae in tantum abominatur *Cato*, vitia. PLIN. epist. 6, 4, 4 ea maxime mihi, quae maxime abominor, fingo. TERT. testim. 4, 6 daemonia abominabaris et illa adorabas. *et saepius*. PS. CYPR. dupl. mart. 27 merito fidelium aures abominantur apostatae vocabulum. ITALA cod. Lugud. lev. 11, 11 de escis volatilium non manducabitis et sibi mortua abominamini (LXX *βδελύξεσθε*. VVLG. vitabitis). *cf.* cod. Lugud. *et* Monac. lev. 11, 13. cod. Weing. Amos 6, 8 quoniam ego abominor omnem iniuriam (LXX *βδελύσσομαι*. VVLG. detestor). SERV. Aen. 12, 259 refutet et abominetur *augurium*. AMBROSIAST. I Cor. 10, 32 idola, quae illi abominantur. VVLG. deut. 18, 12 omnia enim haec abominatur dominus (LXX *ἔστι γὰρ βδέλυγμα*). psalm. 105, 40 hereditatem. 106, 18 omnem escam. 118, 163 iniquitatem odio habui et abominatus sum. Mich. 3, 9 iudicium. I Macc. 1, 57 idolum (Rom. 2, 22). AVG. conf. 4, 2, 3 me ... foeda illa sacramenta detestatum et abominatum respondisse .... de dilig. deo 12 ut penitus abominarer ea. OROS. hist. 2, 8, 2 cunctam Aegypti religionem. *et sic saepissime apud christianos*. **2** *cum accusativo personae*: SEN. contr. 2, 5, 13 matres etiam editos partus abominatae sunt. QVINT. decl. 277 p. 131 ut filios velut indices aetatis suae abominentur. HIL. in psalm. 51, 6 deum. AMBROSIAST. Rom. 9, 5 peiores gentilibus facti, quos prius ... abominabantur. HIER. epist. 121, 8 ne abominemur Aegyptium. VVLG. lev. 20, 23 abominatus sum eas (*nationes*). 26, 30 cadetis ... et abominabitur vos anima mea. deut. 23, 7 Idumaeum. Iob 9, 31 me (12, 19. 30, 10). psalm. 5, 7 virum (prov. 29, 27). Amos 5, 10 loquentem perfecte abominati sunt. *et sic saepius apud christianos*. **3** *cum infinitivo*: SEN. benef. 7, 8, 2 haec universa habere ... abominabitur sapiens. AVSON. 78, 9 casta modesta pudenter agens, dicere abominor, uxor erit. PRVD. perist. 5, 180 pulvinar ... nostrum manu abomineris (abhomineris *codd. a b m q*) tangere. **4** *absolute*: QVINT. inst. 4, 1, 33 faciunt favorem et illa paene communia ...: optare, abominari, rogare .... AVG. serm. 9, 9, 12 si quis dicat falsum testimonium, abominamini nec vobis homo videtur. epist. 226, 4 et ipsi abominari se et damnare testantur, si quis ... existimet. **III** *malum alicui imprecor*: APVL. met. 9, 23 diras devotiones in eum (*maritum*) deprecata et crurum ei fragium abominata (adominata *Lipsius*) *uxor*. **IV** *aliquid abominabile reddo*: ITALA cod. Monac. lev. 11, 43 non abominamini animas vestras in omnibus quae repunt in terram (LXX *καὶ οὐ μὴ βδελύξητε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐν πᾶσι τοῖς ἑρπετοῖς*. VVLG. nolite contaminare animas vestras). *coniungitur cum adverbiis*: magnopere, maxime, penitus, perfecte, procul, in tantum.

synonyma: *ad II*: indignor, detestor, odi, odio habeo, refuto, (aversor, abhorreo); *cf. etiam l. 22; coniunctum cum verbo* damno: AVG. epist. 226, 4. *opposita*: *ad II*: opto, adoro.

abōminōsus, -a, -um. DIOM. gramm. I 476, 9 ⟨ut⟩ libantes sonum vocis abominosae audire non possent. *Prinz.*

Abona *fl. Britanniae, nunc* Avon, *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 9, Huebner, PW. II 2424.* RAVENN. p. 437, 14 Abona. **Abone** *statio ad hunc fluvium fortasse sita*: ITIN. Anton. p. 486, 1. *alius eiusdem nominis fluvius latere putatur sub corrupto* Antonam TAC. ann. 12, 31, *cf. Huebner l. c.* *Otto.*

abonnis *genus mitellae*. LEX Sal. capit. 1, 11, 1 si quis mulierem excapillaverit, ut ei abonnis ad terra cadat. *cf. germ.* bônît, *francog.* bonnet. *V.*

Abonutichus, *Ἀβώνου τεῖχος, opp. Paphlagoniae.* CORP. III 7532 (*Moesiae inferioris*) 5 Gaius Licinius Clemens n(atione) Abonutichu(s) 7 Cludius Secundus n. Abonutichus. *Diehl.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Abora *v.* Chabura.

[**abōrdinātio,** -ōnis *f.* IREN. 5, 36, 2 hanc esse abordinationem et dispositionem eorum qui salvantur.] *V.*

Aboriēnsis, -e *adi.* PLIN. nat. 5, 29 *Africae proconsularis* oppida civium Romanorum XV, ex quibus in mediterraneo . . . Aboriense. ACT. Conc. Carthag. a. 411 (Mansi 4, 110) Trifolius episcopus plebis Aborensis. *adi.* **Aboritānus,** -a, -um. VICT. VIT. not. prov. proc. 2 Felix Aboritanus (*coni. Ruinart, traditur* abaritanus). *v.* Abora. *Diehl.*

aborīginēs, -um *m. sing. non extat nisi in* GLOSS. [*ab* ab origine *Th.*] FEST. 266 eosque multo errore nominatos Aborigines. PAVL. FEST. 19 Aborigines appellati sunt quod errantes convenerint in agrum qui nunc est populi Romani. fuit enim gens antiquissima Italiae. AVR. VICT. orig. 4, 2 alii volunt eos quod errando illo venerint, primo Aberrigines, post . . . Aborigines cognominatos. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 1, 6 Cascei . . . quos posteri aborigines cognominarunt, quoniam ab iis (aliis *codd.*) ortos ⟨se⟩esse recognoscebant. *cf.* HERODIAN. I p. 17, 20 *sqq.* II 720, 4 *sqq.* LYDVS magistr. 1, 22 *τῶν λεγομένων Ἀβοριγίνων καὶ αὐτοχθόνων τῆς χώρας.* GLOSS. aborigo: *αὐτόχθων.* aborigines: *αὐτόχθονες*; convenae originis (*v.* PAVL. *l. 11*); originis (-es *cod.*) oblitae. CATO hist. 7 agrum quem Volsci habuerunt, campestris plerus Aboriginum fuit. VARRO *tit. saturae Menippeae.* ling. 5, 53. SALL. Cat. 6, 1 urbem Romam . . . condidere atque habuere initio Troiani . . . cumque eis Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum. LIV. 1, 1, 5 Latinus rex Aboriginesque. 1, 2, 1. 1, 2, 2. 1, 2, 4. 1, 2, 5. FEST. 209 a Pico rege Aboriginum. PLIN. nat. 3, 56 Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi (SOL. 2, 3). IVST. 38, 6, 7 pastores Aboriginum. 43, 1, 3 Italiae cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus. SVET. Vit. 1 Vitellios Fauno Aboriginum rege et Vitellia . . . ortos. SOL. 1, 14. SERV. Aen. 7, 657. 795. 8, 51. 72. 328. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 3, 170. 4, 620. 8, 345. *in aliis terris*: PLIN. nat. 4, 120 Erythea dicta est, quoniam Tyri, aborigines earum (ab origine eurum *codd.*), orti ab Erythro mari ferebantur. TERT. anim. 30 aborigines (ab origine *cod. Agob.*) vel vagi vel extorres vel gloriosi quique occupant terras ut Scythae Parthicas, ut Temenidae Peloponnesum, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phoenices Africam. AMM. 15, 9, 3 *de Celtis in Gallia.* *proverbialiter*: GELL. 16, 10, 7 si ius Faunorum et Aboriginum didicissem. SYMM. epist. 4, 27, 4 mallem Aboriginum more dictionem salutis alternae ligno aut corticibus scribere, *cf.* CALP. ecl. 1, 20. *adi.* **aborīgineus,** -a, -um. SEPT. SER. 23 Iane pater . . . tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello.

aborior, -orsus (-ortus) sum, -orīrī. *v. Ploen, Archiv 5 (1888) 98 sqq. perire, occidere*: VARRO ling. 5, 66 Diespater dicitur infimus, qui est coniunctus terrae, ubi omnia oriuntur vel (ui *cod.*, ut *Spengel*) aboriuntur. LVCR. 3, 155 *timore* linguam vocemque aboriri, caligare oculos, sonere auris. PLIN. nat. 8, 205 propter facilitatem aboriendi. GELL. 12, 1, 8 ut fetus . . . in corpore suo concepti aboriantur. PS. HIER. epist. 37, 4 (Migne 30, 262 D) qui imperfecti adhuc et de ventre aborsi sunt. ISID. orig. 10, 20 abortivus eo quod non oriatur sed aboriatur et excidat. *de muliere i. q. abortum facere*: DON. Ter. Hec. 398 non est latinum 'aborsa est', sed 'abortum fecit'. VARRO logist. frg. Non. 71 vinum quod ibi natum sit in quodam loco, si praegnans biberit, fieri ut aboriatur, *ubi Non. addit* aboriatur pro abortum ⟨faciat⟩. *cf.* GLOSS. V 637, 22 aboriatur pro abortet. ARNOB. nat. 3, 10 ut deas quoque credamus . . . fastidiosos ducere et habere conceptus, aboriri praeferre (perf. *cod.*) et praepropero partu septimanas edere aliquando feturas. PS. HIER. expos. interl. in Iob 21, 10 (Migne 23, 1436 B) *ad verba*: bos eorum concepit et non abortivit *haec*: enixa est, non est vitulis aborta. *translate*: FVLG. de aet. mundi p. 164, 9 Babylonia cum alienis etiam suas aborsa est pereundo divitias. *neutr. participii pro subst.* **abortum** *vel* **aborsum**. PAVL. FEST. 29 abortum gravidae mulieris dicitur quod non sit tempestive ortum. GLOSS. abortum: *ἔκτρωσις*; *ἔκτρωμα*; *ἔκτρωμα καὶ ἔκτρωσις*; *ἐκβόλιον*; conceptus immaturi partus effusus. aborsum: *ἔκτρωμα*; abiectio infantis. VLP. dig. 28, 2, 30, 4 abortum factum est. TERT. adv. Val. 14 (*de Achamoth*) aborsum ut illud informet *Christus.* IREN. 2, 30, 4 velut abortum (abortivum *pars codd.*) proiecti sunt.

aborīscor, -ī. [*cf. c.* aboriri *Th.*] *occidere.* LVCR. 5, 731 cur nequeat semper nova luna creari . . . inque dies privos aborisci (abolisci *codd. obl. et quadr.*) quaeque creata atque alia illius reparari in parte locoque.

aborsōrius, -a, -um. SORAN. 1, 57 oportet nos rebus aborsoriis uti? *ibid.* rebus *non addito*: uti aborsoriis. *ibid.* aborsoriis exterminare quod conceptum est. *Vollmer.*

aborsus, -ūs *m. v.* abortus.

Abortae *gens Indica* PLIN. nat. 6, 77. *Diehl.*

abortīciōsus *ἐκτρωματιαῖος* GLOSS. II 293, 29.

abortīcium *ἐκτρωματιαῖον, ἐκτρωματικόν* GLOSS. II 4, 28. *ibid.* II 293, 28 *ἔκτρωμα* avorticiu abortus.

abortio, -īvī, -īre. [*sard.* aortire, *pedem.* aortí. *M.-L.*] ITALA (Ambr. Iob 2, 4, 15) Iob 21, 10 si non abortit bucula sua. AMBR. Iob 2, 4, 15 bucula eorum non abortit sed parit. VVLG. Iob 21, 10 bos eorum concepit et non abortivit *cf.* GLOSS. III 142, 8 abortivit *ἐξέτρωσεν.* AVG. in psalm. 129, 8 (Migne 37, 1701) non abortiret non solum aliqua mulier in domo eius, sed nec pecus eius. PLAC. med. 1, 19 ne mulier abortiat. *translate*: AVG. in psalm. 57, 5 (Migne 36, 678) generet te mater, non abortiat. serm. 216, 7 enitere ut salubriter pariaris, ne feraliter abortiaris. FVLG. myth. 2, 1 p. 38, 21 divitiae semper praegnaces sint et nonnunquam abortiant (abortiantur *cod. Montep.*). FVLG. de aet. mundi p. 164, 4 statim cum propriis abortivit (abortuit *cod. Reg.*) quicquid ex sacratissima praeda avidior transvoravit.

abortio, -ōnis *f. actus aboriendi. Hartmann, PW. I 108.* PLAVT. Truc. 201 ut abortioni operam daret puerumque ut enicaret. CIC. Cluent. 34 merces abortionis. *ibid.* 125 pecuniam pro abortione dederit. PAVL. dig. 48, 19, 38, 5 qui abortionis aut amatorium poculum dant (AVG. serm. 10, 5). GELL. 3, 16, 21 cum abortio quibusdam, non partus videretur mensis octavi intempestivitas. IREN. 1, 8, 2 *Achamoth virgini* manifestavit semet ipsum salvator exsistenti extra Pleroma in abortionis partu (*lege* parte; *ἐν ἐκτρώματος μοίρᾳ*). CYPR. epist. 52, 2 uterus uxoris calce percussus et abortione properante in parricidium partus expressus. LACT. op. 12, 6 abortionibus (ISID. orig. 11, 1, 143). RVF. bell. Iud. 6, 19 servos se et convenas et degeneris gentis abortiones confessi sunt. CASS. FEL. 9 p. 16 maculas nigras in vultu feminis ex abortione praecedenti factas. 82 p. 193. *translate*: IREN. 3, 25, 6 collectio eorum (*perversa docentium*) abortio facta est informis et sine specie.

abortium, -ī *n. i. q.* abortio, *cf.* abortivum. HIER. epist. 48, 18 infantium vagitus, filiorum mortes, uxorum abortia (divortia *var. l.*), damna domus. 121, 4 sensus . . . cito abortio perit. *ibid.* ea quae concepta sunt, facit perire abortio. 66, 3 crebris abortiis. 22, 13 abortii venena meditantur.

abortīvus, -a, -um. **I** *intempestive natus*: ISID. orig. 10, 20 abortivus eo quod non oriatur sed aboriatur et excidat. GLOSS. abortivus *ἔκτρωμα.* abortivis: subito natis. abortivum (*acc. an subst.?*) qui sine tempore nascitur et inlegitimus. HOR. sat. 1, 3, 45 male parvus si cui filius est, ut abortivus fuit olim Sisyphus. MART. 6, 93, 5 pullus abortivo nec cum putrescit in ovo. VVLG. eccles. 6, 3 melior illo sit abortivus. PAVL. NOL. epist. 29, 8 in fetibus abortivis. AVG. civ. 22, 12 utrum fetus abortivi resurgant. *ibid.* illi abortivi. 22, 13 *bis.* enchir. 85 (Migne 40, 272) c. Faust. 21, 12 GENNAD. vir. ill. 18. 39. PAVL. FEST. 22 abditivi abortivi. *translate*: TERT. adv. Marc. 3, 8 praecoquos et abortivos quodammodo Marcionitas. adv. Val. 14 nec forma nec facies ulla, intempestiva scilicet et abortiva genitura. ITALA (Iren. 1, 8, 2) *et* VVLG. I Cor. 15, 8 *verba Pauli* novissime . . . tamquam abortivo (*ἐκτρώματι*) visus est mihi, *locus saepe laudatus velut* AMBROSIAST. I Cor. 15, 8. HIER. epist. 120, 9 Montanum et insanas feminas eius, abortivos prophetas. 47, 3 me quoque in calce voluminis quasi abortivum et minimum omnium Christianorum posui. PS. ATHAN. ad monach. 5 (Migne 18, 77) mei semper, quem in opere et scientia abortivum omnium sacerdotum, praeceptorem vobis tanti habuistis eligere, mementote. AVG. epist. 243, 8 *ecclesiae* abortivi . . . filii . . . adversus eam . . . belligerare non dubitent. mor. Manich. 2, 19, 73 Adam . . . a parentibus suis genitum, abortivis illis principibus tenebrarum. in psalm. 39, 28 certus erit partus tuus, non erit abortivus, non temporalis. INSCR. christ. Rossi II p. 274, 4 v. 3 fidei aburtibus.

II *ad abortum pertinens*: EMPOR. rhet. p. 567, 12 nomen hoc (*Caesar*) totum falsum, ferum, abortivum, cum et ipsi qui defunctarum matrum uteris exsecantur, caesares nominentur. SOL. 1, 69 abortivo fluxu. *abortum efficiens*: PLIN. nat. 7, 42 oscitatio . . . in enixu letalis est, sicut sternuisse a coitu abortivum. 24, 18 *cedrium* abortivum fieri in venere ante perfusa virilitate. 20, 226 *malvas* abortivas esse. SOL. 53, 25 conchae . . . clausae subita formidine vitia contrahunt abortiva. AMM. 23, 6, 86 (*cf.* abortus *p. 127, 49*) *testae marinae* vitiis diffluunt abortivis. *subst.* **abortīvum,** -ī *n. fetus*: VVLG. num. 12, 12 abortivum quod proicitur de vulva matris suae. Iob 3, 16 aut sicut abortivum absconditum non subsisterem vel qui concepti non viderunt lucem. exod. 21, 22 *si mulier percussa* abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit. *actus aboriendi*: PS. AMBR. serm. 24, 8 (Migne 17, 675) nulla mulier potione abortivum procuret. *translate*: *fetus*: ITALA (Hil. in psalm. 149, 4) I Cor. 4, 13 existimati purgamenta mundi et vel abortiva gentium (*πάντων περίψημα.* VVLG. omnium peripsema). *cf.* IREN. 4, 35, 3 informis et infigurata, quasi abortivum proiecta foras. *medicamentum quo abortus efficitur*: PLIN. nat. 25, 25 nec abortiva dico ac ne amatoria quidem. 28, 81 de abortivo. IVV. 2, 32 cum tot abortivis fecundam Iulia vulvam solveret. 6, 368 quod abortivo non est opus. THEOD. PRISC. gyn. 23 abortivum dare nulli umquam fas est. addit. p. 337 abortivorum ratio.

aborto, -āvī, -āre. GLOSS. V 637, 22 aboriatur pro abortet. [*tosc.* aortare '*inquinare*', *francog.* avorter. *M.-L.*] VARRO rust. 2, 4, 14 ne dum exilire velit praegnas *sus*, abortet. ITALA cod. Wirzeb. Os. 4, 16 sicut vacca avortans avortabit (*παροιστρῶσα παροίστρησεν.* VVLG. lasciviens declinavit). FIRM. math. 3, 6, 12 abortabit frequenter aut difficile edit partum *mulier.* PS. THEOD. PRISC. X p. 350 R. de muliere quae saepius abortat. LEX Vis. Recc. 6, 3, 2 si ingenuus ingenuam abortare fecerit, *item* 6, 3, 3. 6, 3, 6. 8, 4, 6 vaccam. ITALA (Lucifer Athan. 2, 5) exod. 21, 22 si percusserint mulierem in utero habentem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et abortaverit non deformatum (ἐξέλθῃ τὸ παιδίον μὴ ἐξεικονισμένον, cod. Lugud.: abortaverit inmaturum, VVLG. abortivum fecerit).

abortus, -ūs *et inde a* TERT. *et* PAVLO *saepe* **aborsus,** -ūs *m.* GLOSS. *perperam* aborsus ab eo quod est ordior, *recte* abortus ex eo quod est orior. *differentiam statutam a* NON. 448 aborsus et abortus significationes varias habent: aborsus enim ille dicendus est, qui ⟨eiectus⟩ est in primis mensibus, cum conceptui exordium factum est; abortus ⟨qui⟩ prope tempus pariendi: tunc enim moritur quod nascitur. in plurimis haec reconditis invenimus *umquam fuisse probatam scriptoribus vix credibile, at cf.* SOR. *l. 37.*

actus aboriendi: GLOSS. διαφθορά, ἐπὶ ἀμβλώσεως. CIC. Att. 14,20,2 Tertullae nollem abortum. LVCR. 4,1243 *nimis tenue semen* revocatum cedit (credit *codd.*) abortu. CELS. 2,1 p. 30 feminae... abortu periclitantur. 2, 8 p. 51 abortus periculum est. SCRIB. LARG. 121 ex partu abortuve... dolores. PLIN. nat. 7,40 letales ... abortus *quarto et octavo mense.* 7, 43 abortus causa odor a lucernarum fiat exstinctu. 7, 47 altero *gemino* interempto abortu (AVCT. de praen. 4). 7, 48 uno abortu duodecim puerperia egesta. 10,172. 20,44 ex abortu profluvia. 21, 133 haec potio mulieres ex abortu purgat. 21, 146 fieri. 23, 48 a partu abortuve... aegrotantibus. 24, 29 chamaepitys latine abiga vocatur propter abortus. 25, 115 si praegnans radicem eam transgrediatur, abortum fieri. 28,139 partus in abortus vergentes. 28,251 partum maturat, ut vel abortus evocetur. 30, 124 custodit partus contra abortus (30,130 contra omnes abortuum insidias). 31,10 Linus ... abortus fieri non patitur. 34, 165 feminas quasdam fecundiores facere abortus. QVINT. inst. 8, 4, 11 pro abortu pecuniam accepisse. PLIN. epist. 4,11,6 vidua abortu periit. 8,11,2 inde abortus et ignorati uteri triste experimentum. PAVL. sent. 4, 9, 6 aborsus vel abactus venter partum efficere non videtur. TERT. anim. 37 aborsūs reum. fug. 9 in aborsibus... exire. AMBR. bon. mort. 2,4 quem abortu eiecit mater sua. Iob 2, 4, 15 melior... abortus quam partus est saeculorum. AVG. serm. 126,2 ante ortum quaerunt abortum. PS. AVG. serm. 75, 4 certus erit partus tuus, non erit aborsus. 267, 3 mulier... potiones diabolicas... ad aborsum accepit. SCHOL. Iuv. 6,594 sterilitatis aut abortus poculum sumit. MARC med. 20,33 aborsu. 20,128 abortu. SOR. gyn. 56 signa occurrentis aborsus. 2, 2, 17. 2, 6, 31. 2, 10, 40. 2, 4, 26 de frequenti aborsu. 2, 13, 47 est... aborsus ut secundo vel tertio mense *matrix* iam formatum sed sine anima et gracile pecus emittat. PS. APVL. herb. 113,2 ad abortum. PLAC. med. 1,18 ad aborsum. THEOD. PRISC. gyn. 23 *totum caput* de aborsu (auorso, aruoso, abortivo *pars codd.*). DIOSC. 5,88 de bino aborto apto. LEX Vis. Recc. 6,3,1 qui potionem ad aborsum dederint. *translate*: TERT. adv. Val. 30 abortui deputamur. AVG. c. Faust. 12, 47 ne ante per abortum labamur ex utero matris ecclesiae, quam per stabilem conceptum formati perfectique nascamur. *de bestiis*: COLVM. 6,27,11 partu aut abortu equa laboravit. PLIN. nat. 8, 172 conceptum ex equo secutus asini coitus abortu perimit. 8,201 *caprae* abortus frigori obnoxius. 25,112 *omnia haec* intacta quadripedi nisi post abortus. 28,32 pecorum fetus abortu vitiant. PLIN. nat. 11, 50 abortus apium. 9, 108 concharum abortus. *de plantis*: PLIN. nat. 12,13 arborum. 16,95 in ficis mirabiles sunt et abortus, qui numquam maturescunt. 18, 150 granum... in spica evanescit quodam abortu (abortivo *cod. Paris.*). AMM. 24, 3, 13 *palma* abortus vitio fetus amittit intempestivos. *cf.* abortivus *p. 126, 61.* *de muliere*: abortum facio ἐκτιτρώσκω GLOSS. II 293,6. abortum fecit ἐξέτρωσεν II 4, 29. CELS. 2, 10 mulierem... abortum esse facturam. PLIN. nat. 27, 110 praegnas... abortum facere dicitur. 30, 128. 32, 8. PLIN. epist. 8, 10, 1 neptem tuam abortum fecisse. GAIVS inst. 2,131. SCHOL. Iuv. *passim.* DIG. NON. 71. PLAC. 1, 19. *translate per ludibrium*: PLIN. nat. praef. 28 audis et Stoicos et dialecticos... parturire adversus libellos quos de grammatica edidi et subinde abortus facere iam decem annis. *de puero*: AVG. serm. 97,3 conceptus est puer, forte nascitur, forte aborsum facit. abortum pati: PLIN. nat. 28,79 equas... tactas abortum pati. ORIBAS. syn. 1,29 quae frequenter avorsum patiuntur. LEX Vis. Recc. 6, 3, 4 tit. abortum facere *de materiis vel medicamentis, abortus causis*: PLIN. nat. 14,110 vinum pthorium vocatur, quoniam abortus facit. 14, 117. 20, 9. 21, 116 feminis... abortus facere. 27, 80 gravidis abortum, ceteris sterilitatem facit. 28, 80 abortus facit inlitu. 30, 129. 30, 130 transgressis abortum per os faciat. DIOSC. *passim.* PLIN. nat. 24, 143 olfactum gravidis abortum inferret. 8, 188 tonitrua solitariis ovibus abortus inferunt. COLVM. 7, 6, 5 *frigus et aestus* creant abortus.

fetus intempestive natus: GLOSS. ἔκτρωμα; *anglos.* misbyrd. TER. Hec. 398 dicam abortum esse. PLIN. nat. 24,22 abortus non exeuntes trahit *galbanum.* 28, 70 divisa (-so *codd.*) membratim [in] scelera abortus. 28, 248 abortus mortuos expellit. IREN. 1, 4, 1 informis et sine specie quasi abortus (ἔκτρωμα). 2, 30, 4. ITALA cod. Monac. num. 12,12 sicut abortus exiens de vulva matricis. OROS. hist. 4,2,2 extorti abortus. *translate*: PS. AVG. serm. 267, 4 ne ante legitimum partum velut aborsum eos mater sancta proiciat.

abōsus, -a, -um. *v.* odi, *cf.* perosus, exosus. COMM. instr. 2, 30, 7 piget ire ad pauperem semper abosum (abusum *codd.*).

abpatruus, -ī *m.* [*cf. c.* abavus, abnepos. *Th.*] GAIVS dig. 38, 10, 3 sexto gradu sunt... abpatruus abamita (id est abavi frater et soror). *cf.* PAVL. sent. 4, 11, 6 INST. 3, 6, 6. PAVL. dig. 38, 10, 10, 18 patris vel matris abpatruus. *ceteros locos v. sub* abamita. *falso* GLOSS. IV 302, 6 abpatruus frater avi.

***?abpōno,** -posuī, -ere. NOT. Tir. 23,69[a] abposuit. APIC. 3,65 cum semel fervuerit, abpones (appones *cod.*). GLOSS. II 237,4 ἀπόθου adpone, *ubi vix recte* abpone *legit Denk, Archiv 11 (1900) 274. cf.* appono.

abra, -ae *f.* [*a gr.* ἄβρα, ἄβρα *tractum. Th.*] *delicata.* VVLG. Iudith 8, 32 ego exeam cum abra mea (μετὰ τῆς ἄβρας μου). 10, 2. 10, 5. 10, 10. 16, 28 dimisit abram suam liberam. *Vollmer.*

Abra, -ae *Hilarii Pictavii episcopi filia. v.* ἄβρα. VEN. FORT. vita Hil. 6, 20 Abra. 13, 49 Abrae. 6, 18 Abram (13, 46). HIL. epist. ad fil. inscr.: dilectissimae filiae Abrae Hilarius in domino salutem. *Diehl.*

abracadabra *indecl.* [*vox inanis magica. Th.*] [*ficta videtur tinnula interpolatione* abecedari. *Buecheler.*] SER. SAMM. 935 inscribis cartae quod dicitur abracadabra, *sequitur descriptio figurae. V.*

Abradas *cogn. vir. barb.* CORP. VI 1057 (*a. 210*) 1, 79 L. Aelius Abradas (*cohortis V vigilum*). 1058 (*a. 210*) 1,20 L. Aelius Habradas.

Abradatēs, -is, Ἀβραδάτας, *cogn. lib.* CORP. VI 19795 (*extat*) ⟨C. Iuli⟩us Polybii l. Abradates. HIER. adv. Iov. 2, 45 occiso Abradote viro. *Xenophonti* Ἀβραδάτας. *Diehl.*

abrādo, -rāsī, -rāsum, -rādere. *Wölfflin, Archiv 5 (1888) 121.*

***proprie*:** CIC. Q. Rosc. 20 caput et supercilia illa penitus abrasa (PLIN. 6,162 barba abraditur). HIL. in psalm. 51,8 novacula... acuitur, ut abradens hirsutam atque horrentem faciem levificet. MAX. TAVR. hom. 110 (Migne 57, 510) abrasos capillos demere. LVCR. 4,1103 nec manibus quicquam teneris abradere membris possunt *amantes coitu.* SEN. nat. 1,1,9 stultissimum existimare aut decidere stellas aut transilire aut aliquid illis auferri et abradi. 4,2,10 Nilus... nihil exedit nec abradit. CASSIOD. var. 3, 52, 2 indicia finium *Nili* gurges abradit. SEN. nat. 6,22,3 adsiduus humor commissuras lapidis extenuat et... illam, ut ita dicam, glutem (cutem *codd.*) qua continetur abradit. COLVM. 5,6,9 *ulmus* acuta falce abraditur (ablanditur *cod. Sangerm.*). 5, 7, 2 virgae... abraduntur. arb. 5, 3. 10, 2 arida et vetera, quae amputari non possunt, acuta dolabra abradito. PALLAD. 6, 4 *oleis* muscus abraditur (10, 10, 3). 11, 12, 7 medullam partis utriusque (*cerasi fissae*) ferro curabis abradere. SCRIB. LARG. 215 emplastrum... facit ad tenera corpora mediocriter laesa et abrasa, quae ἀποσύρματα Graeci dicunt. LVCAN. 6,115 quaeque per abrasas utero demittere fauces *queunt milites esurientes.* FRONTO p. 89, 20 N. genum (*sic*) mihi simul abrasum et ambustum est. SOL. 37,8 abrasa parte ligni.

CAPITOL. Gord. 31, 7 neque imagines eius tollere neque statuas deponere neque nomen abradere. CASSIAN. conl. 17, 16, 1 neque enim abicienda sunt testimonia scripturarum ac de suo corpore penitus abradenda. CASSIOD. var. 9, 4, 2 filios... de albo curiae suae faciat diligenter abradi. 7, 45, 2 tot solidos... faciatis de vasariis publicis diligenter abradi. IORD. Get. 37, 196 venas in abrasis ossibus intuentes *aruspices.* PAVL. PETR. 6,305 abrasus propere benedicto e marmore pulvis. GREG. TVR. Mart. 2, 51 abrasum a beato tumulo pulverem. PRVD. perist. 10, 499 recens cruor scalpella tingit, dum putredo abraditur. *audacter*: LVCAN. 6,545 pendentia corpora carpsit abrasitque cruces *maga. aliter*: STAT. silv. 2, 7, 105 decidentes abrasit lacrimas nitente plectro (*cf.* ἀποψῆν δάκρυ). *de locustis*: OROS. hist. 5, 11, 2 cum... immensae lucustarum multitudines... cunctam spem frugum abrasissent. EVGIPP. cap. 12 abrasa mirabiliter segete. comm. 12, 5 agrum suum... locustarum pernicie funditus invenit abrasum (abrosum *vel* ambrosum *codd. dett.*). ***translate*:** *auferre, demere, tollere*: GLOSS. abrasa ablata. TER. Phorm. 333 aliis aliunde est periclum, unde aliquid abradi potest: mihi sciunt nihil esse. CIC. Caec. 19 videt nihil se ab A. Caecina posse litium terrore abradere. SEN. epist. 88, 11 tristem me facit vicinus inpotens et aliquid ex meo abradens. PLIN. paneg. 37 destringi aliquid et abradi bonis. GAVDENT. 1 superstitionum dies... quos abradit cum reprehendit apostolus. OROS. 6, 1, 21 si... Christianum nomen et cultus universo mundo posset abradi. MACR. sat. 1, 21, 15 velut abrasis incrementis *diei.* INSCR. christ. Rossi II p. 24,28 abrasa vetustatis mole. CASSIOD. var. 9, 16 senatus amplissimus a splendore suo cupiens maculas foedissimae suspicionis abradere. VEN. FORT. vita Germ. 73, 197 abrasis maculis sinceritate dogmatis. ISID. quaest. deut. 14, 8 verbi dei novacula... omne peccatum... abraditur. *rapere*: CAECIL. mort. pers. 37, 3 abrasit sine ullo pudore auferens omnia. PRVD. psych. 462 velox nam dextra *Avaritiae* rapinas abradit. OROS. hist. 5,18,28 abrasae undique opes congerebantur. CASSIOD. var. 1, 19 aliena cupiditas turpis abradat. EVGIPP. 44, 3 abrasis omnibus monasterii rebus. OROS. hist. 6, 15, 7 Caesar Massiliam rediens, obsidione domitam... ceteris rebus abrasit. 7, 22, 7 abrasa potiuntur Hispania. OROS. hist. 3, 18, 4 Zopyrion... cum omnibus copiis suis abrasus est. 5, 11, 4 triginta milia militum... extincta atque abrasa sunt. 7, 12, 6 vacua penitus terra abraso habitatore mansisset. *Vollmer.*

Abraham, אַבְרָהָם, Ἀβραάμ, *nom. vir. hebr.* **1** *patriarcha. de declinatione cf.* CHAR. gramm. I 118, 14 Abraham adaeque *atque Adam* monoptoton esse censeto. *sed* ANON. Bern. gramm. suppl. 93, 25 nomina hebraica quae nominativo et accusativo et vocativo et ablativo in -am terminantur, ut... hic Abraham *etc.*, sed ideo primae declinationis sunt propter genetivum et dativum in -ae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dipthongon desinentes, ut ... huius Abrahae. *cf.* 164,6. *aliud proponit* PRISC. gramm. II 148,9 *de nominibus barbaris indeclinabilibus*: haec nomina nulla regula Latina vel Graeca sunt moderanda, nisi si transferantur in aliquam declinabilem formam, quod quidam historici fecerunt, ut 'Abrahamus Abrahami' *v. infra p. 130, 23.* *apud scriptores in usu erat declinare gen. et dat.* Abrahae; *ablat. ubique* Abraham. *genetivus* Abraham TERT. paenit. 2 (Habrahae *cod. Flor.*). PAVL. NOL. epist. 23, 1 Abraham sinus. 50, 7 generis Abraham (*cf.* VVLG. act. 13, 26). HIER. sit. et nom. p. 84,18 quercus Abraham quae et Mamre (p. 92, 24. 114, 22. 136, 30. 31). chron. a. Abr. 110. 120 *etc.* annus Abraham (a. Abr. 75 a LXXV anno Abrahae [-ham *AP*] usque ad Moysen). PS. ORIENT. carm. 3,166 et deus Abraham sancti patris et deus Isaac (*cf. l. 57*). SED. op. pasch. 5, 17 inter Abraham filios. SVLP. SEV. chron. 1, 5, 1 uxor. *dativus* Abraham AVG. civ. 17, 2 p. 199. ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 21, 15 se Abraham anteponit. VVLG. testam. vet. *longe saepissime legitur* Abraham *indecl.; gen.* Abrahae: gen. 19, 29. 20, 18. 22, 23. 25, 7. 25, 12. 28, 4 Tob. 6, 22. *dat.* gen. 22, 20. 23, 18. 23, 20. VVLG. testam. nov. *dativus ponitur* Abrahae (*cf.* Luc. 1, 55), *genetivus* Abraham: deus A. Matth. 22, 32 (Marc. 12, 26 act. 3, 13. 7, 32). Luc. 3, 34 qui fuit *filius* Abraham. 13, 26 filii generis Abraham. Rom. 11, 1 ex semine Abraham, *sed genetivus* Abrahae: Ioan. 8, 33 semen Abrahae (Rom. 9, 7 II Cor. 11, 22 Gal. 3, 29 Hebr. 2, 16). Luc. 16, 22 sinus Abrahae. 19, 9 filius Abrahae (Ioan. 8, 37. 8, 39 Gal. 3, 7 *cf.* Luc. 13, 16). Rom. 4, 12 in praeputio patris nostri Abrahae. Gal. 3, 14 benedictio Abrahae. Hebr. 7, 5 de lumbis Abrahae. ITALA *non declinat*: *gen.* gen. 28, 4 (Aug. civ. 16, 38) det tibi benedictionem Abraham (-hae *cod. R et* VVLG.). gen. 26, 24 (Aug. civ. 16, 36) deus Abraham (VVLG. *cf.* PRISCILL. tract. 2 p. 37, 15). *dativus* gen. 28, 3 (Aug. civ. 16, 38) dedit deus Abraham (avo tuo VVLG.). *declinat* cod. Lugud. *praeter* exod. 2, 24. 3, 6. 3, 15. 3, 16. 4, 5. 6, 3. Mich. 7, 20 Weingart. huic Habrahae (Abraham VVLG.). gen. 12, 7 (Aug. civ. 16, 18) apparuit dominus Abrahae (Abram VVLG.). *codices novi testamenti consentiunt fere cum* VVLG., nisi Palat. Luc. 1, 55. 1, 73 Abrahae; Cantabr. Luc. 19, 9 Ioan. 8, 33—39 act. 7, 3 Abraham. *prosodia*: Ābrāhām PRVD. apoth. 363. 609 PAVL. NOL. carm. 15, 61. 27, 218 MAR. VICTOR carm. 3, 646 SIDON. epist. 7, 17 v. 28 DRAC. laud. dei 3, 144. *gen.* Ābrāhāē PRVD. apoth. 364 PAVL. NOL. 15, 70. 24, 491 ALC. AVIT. carm. 2, 260 DRAC. laud. dei 3, 56. 3, 101 VEN. FORT. carm. 5, 3, 31. *dat.* PRVD. cath. 12, 43. PAVL. NOL. carm. 31, 488 in Abrāhām. Ābrāham *claudit hexametrum* PAVL. NOL. carm. 31, 583 ARATOR 2, 283 VEN. FORT. carm. 2, 5. 5, 45. Ăbrăhām PS. ORIENT. carm. 3, 166 HIL. carm. de Mac. 167 VEN. FORT. carm. 9, 2, 21 Ăbrăhāē VEN. FORT. carm. 8, 2, 12. 9, 2, 131 *cf.* COMM. apol. 48. 622 Abrahám.

VVLG. gen. 17, 5 appellaberis Abraham quia patrem multarum gentium constitui te (*cf.* Sir. 44, 24 PS. CYPR. mont. 5 ITALA Aug. civ. 20, 23 ISID. orig. 7, 7, 2). HIER. nom. hebr. p. 3, 3 Abraham pater videns populum (p. 60, 8. 73, 23). p. 72, 13 pater videns multitudinem (p. 76, 2. 14. 72, 25. 81, 9). in epist. ad Gal. 2, 5, 25 Abraham pater electus cum sonitu (*Ἀβραὰμ πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς* PHILO). AMBR. Abr. 1, 27 Abraham pater sublimis. *de* Abraham *v.* VVLG. gen. 17, 5 *etc.* SVLP. SEV. chron. 1, 5—7. LAMPR. Alex. 29, 2 in larario suo ... animas sanctiores, in quis Apollonium et Christum, Abraham et Orfeum ... habebat. *epitheta* fidelis (AVG. civ. 10, 32 OROS. apol. 23, 3). pius (PAVL. NOL. carm. 27, 218). almus (*ibid.* 31, 583). iustus (ALC. AVIT. carm. 3, 260). sanctus (FVLG. RVSP. epist. 17, 31 SILVIA 20, 3—8. PS. ORIENT. carm. 3, 166 s. patris). beatus (GREG. TVR. vit. patr. 6, 1 beatus patriarcha. FILASTR. 112, 1). beatissimus (FILASTR. 147, 2. beatissimus patriarcha 110, 6. 138, 2. 148, 1 LEO M. serm. 33, 2). patriarcha (PASS. sept. mon. 3 PS. CYPR. Iud. incred. 7 VEN. FORT. carm. 5, 5, 45). pater (VVLG. Iac. 2, 21 AVG. civ. 15, 15 FVLG. RVSP. praedest. 2, 39 epist. 17, 6. 17, 31 PRISCILL. tract. 1 p. 17, 19 PAVL. NOL. epist. 23, 40. 25, 2. 13, 21 PRVD. cath. 12, 43. pater fidei TERT. resurr. 18 cult. 2, 2 PS. CYPR. pasch. 12). propheta (*cf.* VVLG. gen. 20, 7 AVG. civ. 18, 37 PRISCILL. tract. 1 p. 32, 22. 3 p. 45, 27. 55, 4 *cf.* p. 46, 3 ALC. AVIT. c. Arr. 4). *laudatur* fides Abrahae (AVG. civ. 16, 32 FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 3 VEN. FORT. carm. 8, 3, 12. *cf.* PS. CYPR. Iud. incred. 7 Abrahae patriarchae fidelis credulitas). obtemperantia (FVLG. de aet. mundi p. 143, 8). sinus Abrahae (VVLG. Luc. 16, 22 TERT. adv. Marc. 4, 34 idol. 13 anim. 7. 9. 55 FIRM. err. 18, 6 GAVDENT. praef. PRISCILL. tract. 9 p. 91, 2 requietio Abrahae sinus dicitur et Finees. 3 p. 46, 14 AMBR. exc. fratr. 2, 101 PETR. CHRYSOL. serm. 8 PAVL. NOL. carm. 24, 491 epist. 1, 10. 34, 6. 23, 1 ille Abraham sinus, in quo operum mercede requiescimus. *cf.* GREG. M. hom. in evang. 2, 40 FAVST. REI. epist. 5 p. 189, 12 AVG. epist. 164, 7. 8 gen. ad litt. 12, 63 anim. 4, 24. SED. op. pasch. 2, 17 iustorum in Abrahae patriarchae sinu laetantium. GREG. TVR. hist. Franc. 10, 13). gremium (AVG. civ. 1, 12 PAVL. NOL. carm. 31, 583 VEN. FORT. 5, 3, 31). Abrahae filii *de Iudaeis* TERT. pudic. 20. AVG. civ. 18, 28. 16, 37 ipse *Christus* filius est Abrahae secundum carnem. *cf.* HIER. in Zach. 2, 10, 8 AMBR. in psalm. 36, 61. semen Abrahae VVLG. psalm. 104, 6 *al.* AVG. civ. 17, 2 semen Abrahae id est populus Israel (OPTATVS 5, 1 prosapia Abrahae). 16, 41 si carnem Christi in Abrahae semine requiramus. 16, 32. 16, 21 non tantum gens Israelitica sed universum semen Abrahae. BOET. c. Eut. 5. *cf.* VEN. FORT. carm. 9, 2, 131. TERT. patient. 6 semen Abrahae quod est Christus (PS. CYPR. pasch. 18 AMBR. Cain et Ab. 1, 24). *idem* Habraham ITALA cod. Weingart. Mich. 7, 20 huic Habrahae. cod. Monac. Ioan. 8, 39 LIB. gener. 237 LIB. geneal. 266 *al.* Abraam CHRONOGR. a. 354 175. 176 LIB. gener. a. 334 141. 142. 167. 168 LIB. gener. 333 SILVIA 14, 2. 3. 20, 1—10. Abrahames *Ἀβράμης* IVST. 36, 2, 3 post Damascum Azelus, mox Adores et Abrahames et Israhel reges fuere. *antea dictus* Abram, אַבְרָם *Ἄβραμ*. VVLG. gen. 11, 26 — 17, 5 nec ultra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham (PRVD. psych. praef. 4 AVG. civ. 16, 26. 16, 28 MAR. VICTOR carm. 3, 609). *declinatur* Abrae (PRVD. apoth. 373 CYPR. GALL. gen. 412. 1087). *indeclinabile* VVLG. *passim* (*excepto* gen. 16, 15 peperitque Agar Abrae filium *cum* ITALA Lugd.) *et* ITALA (Aug. civ. 16, 12. 16, 34 *genet. ibid. dat.*). *prosodia* Ābrām (MAR. VICTOR carm. 3, 326 *etc.* PRVD. apoth. 28 *cf.* 373 psych. praef. 2. 4. 19. 34 PS. PROSP. de prov. 347 epigr. 66, 11 ARATOR 2, 292 CYPR. GALL. gen. 403. 680 *cf.* 412. 1087). *interpretatur* HIER. nom. hebr. p. 2, 28 Abram pater excelsus. *cf.* AVG. civ. 16, 28 p. 171 D. AMBR. Abr. 1, 27 Abram pater vanus (ISID. orig. 7, 7, 2 Abram primum vocatus est pater videns populum *cf. supra p. 129, 47*). PRVD. apoth. 373 Abrae prima fides. PS. PROSP. de prov. 347 credulus Abram. MAR. VICTOR carm. 3, 568 vir iustissimus Abram. FIRM. math. 4, 17, 2 divinus ille Abram. PROSP. chron. 361 IORD. Rom. 10. 14. 15. *forma* **Abramus** *Ἄβραμος* CYPR. GALL. gen. 666 exod. 122. Abrami gen. 496. Abramo *dat.* exod. 1186. *abl.* 408, *ubique* Ābrām-. *derivata*: **Abramida** HEGES. 5, 53, 1 quid agimus Abramidae? AMBR. epist. 37, 37 haud degener Abrahamidarum. **Abramius** PAVL. NOL. carm. 24, 503 Abramiae caritatis aemulus. *subst.* Abramium *i. locus ubi A. sepultus est.* EVGIPP. exc. op. Aug. 89 (Abramiri PETR. DIAC. p. 110). *idem* **Abrahamium** AVG. quaest. hept. 1, 161. 1, 171. **Abrahaeus** AVG. civ. 16, 3 ut ex Abraham tanquam Abrahaei dicti esse videantur *Hebraei.* quaest. hept. 1, 24 quid ergo probabilius sit Hebraeos tanquam Heberaeos dictos an tanquam Abrahaeos merito quaeritur. *cf.* PS. PROSP. de promiss. et praedict. dei 1, 9 a quo (*Abraham*) Abraei sicut a Heber Hebraei appellati sunt. HIER. in Ezech. 2, 7, 6 Abraham Hebraeus i. *περάτης* memoratur.

2 *alii*: *episcopus Aegyptius* LEO M. epist. 173 (Avell. p. 123, 2) Abrahae *dat.* 52, 7 Abrahamus. *presbyteri Syriae* AVELL. p. 570, 21. 22 Habraam. 571, 26 Abraam. *abbas cognomine ἁπλοῦς* CASSIAN. conl. 15, 4—5. *alius* conl. 24, 1, 1 (Abraham *gen.*). 24, 1 tit. (Abrahae *dat.*). *clericus Gallicus* SIDON. epist. 7, 17, 1 sancto Abrahae. 7, 17, 2 v. 1 Ābrāhām. GREG. TVR. hist. Franc. 2, 21 abbas Abraham nomine. vit. patr. 3. *derivatum nom. propr.* **Abramius** AVELL. p. 570, 3. GREG. M. epist. 10, 39. Habramius AVELL. p. 570, 17. 25. 571, 16.

Abran, עַבְרָן, *Ἐλβών, opp. Palaestinae.* VVLG. Ios. 19, 28. *idem videtur esse quod* Abdon. *Lommatzsch.*

abrāsio, -ōnis *f.* PS. AVG. sermo de contemptu mundi 3 capillorum minimam partem in capitibus retinent ... per eorum abrasionem. *V.*

Abraxarēs. ITIN. Alex. 31 victori se dedunt Abraxares una Phrataphérne satrape.

Abraxās, -ae. PS. TERT. catal. haer. 1 p. 755 Basilides ... dicit summum deum nomine Abraxan *v. l.* Abraxen (HIER. c. Lucif. 23). GENNAD. vir. ill. 21 deum maximum ..., Abraxas, qui quasi annum continens iuxta Graecorum nomina supputetur (AVG. haeres. 4 Migne 42, 26). PROSP. chron. 617 Basilides ... CCCLXV caelos esse credebat, quo numero dierum annus includitur. unde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est Abraxas, quia huius nominis litterae secundum Graecam supputationem eundem numerum complent. HIER. epist. 75, 3 Armagil Barbelon Abraxas Balsamum. CORP. III 10188, 29 (*in gemma Dalmatica*) Iao Adonis Abraxas. *v. Dieterich, Abraxas p. 45.* *v.* Araxes. *Diehl.*

abrelēgo, -āvī, āre. IVL. VAL. 2, 17 Alcibiadem ... curiae consortio abrelegastis.

abrelinquo, -līquī, -lictum, -ere *v.* relinquo. ITALA II Macc. 10, 13 quod Cyprum creditam sibi a Philometore abreliquisset (*ἐκλιπεῖν*, VVLG. deseruisset). cod. Sess. II Petr. 2, 15 cupidi et maledicti, fili abrelicti, qui a via veritatis exerraverunt. TERT. Iud. 1 populus Iudaeorum ... derelicto deo idolis deservivit et divinitate abrelicta (relicta *codd. Leid. Laur.*) simulacris fuit deditus. *ibid.* huic figmento universus Israel abrelicto deo honorem dederunt. GLOSS. V 435, 35 abrelictorum (-ctum) reliquum, quod restat.

abremissa *n. plur. et f.* FAVST. REI. de spir. sancto 1, 2 p. 104, 25 Vind. *in clausula symboli*: sanctorum communionem, abremissa (-ionem *Paris. man. 3*) peccatorum, carnis resurrectionem. 2, 4 p. 143, 11 in baptismo peccatorum abremissa donantur. 2, 7 p. 150, 7 deus est qui per abremissa peccatorum dei filios facit. sermo de symb. (Caspari, kirchenhist. Anecd. I 337) abremissionem (abremissam *cod. Matr.*, remissionem *edd.*) peccatorum. *ibid.* p. 338 abremissam (remissionem *edd.*) peccatorum. *ibid.* peccatorum abremissio (remissio *edd.*) vel resurrectio necessaria non fuisset. *V.*

abrenūntiātio, -ōnis *f.* *v.* abrenuntio. *actus abrenuntiandi, plerumque de baptismate vel exorcismo. v. Hauck, Realencykl. f. prot. Theologie I (1896) p. 119 et Wetzer-Welte, Kirchenlexikon IV² (1886)*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1141. CASSIOD. inst. 4, 34 abrenuntiatio nihil est aliud quam crucis ac mortificationis iudicium. *cf.* CASSIAN. conl. 3 tit. de tribus abrenuntiationibus. 3, 6 nunc de abrenuntiationibus disserendum est, quas tres esse patrum traditio et scripturarum sacrarum demonstrat auctoritas, quasque unumquemque nostrum omni studio oportet inplere. prima est qua corporaliter universas divitias mundi facultatesque contemnimus, secunda qua mores ac vitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus, tertia qua mentem nostram de praesentibus universis ac visibilibus evocantes futura tantum modo contemplamur et ea quae sunt invisibilia concupiscimus. *cf.* REGVLA monach. (Migne 66, 990) 15. *Wölfflin, Archiv 5 (1888) 123.* AMBROSIAST. Col. 2, 12 (Migne 17, 454) ut perseverent in abrenuntiatione pompae et praestigiis Satanae. 2, 20 (Migne 17, 456) per inimicitiam abrenuntiationis. AVG. ad fratr. erem. 4 (Migne 40, 1241) post abrenuntiationem mundanae conversationis. c. Iul. op. imp. 2, 224 (Migne 45, 1241) nisi quia... ostendit mortem hic abrenuntiationem vocare.... mors abrenuntiatio appellatur. PS. AVG. sermo 99, 1 (ed. Bened. V 2 p. 175) ne mirareris possessorem virtutum, ante professus est abrenuntiationem divitiarum. CASSIAN. inst. 4, 33 causam abrenuntiationis debes . . . agnoscere. 8, 22 abrenuntiatione omnium facultatum . . . divitiarum contemptu. 12, 32, 2 nisi abrenuntiatio vera, quae in expoliatione omnium facultatum et nuditate consistit. *passim et saepe apud christianos.* *hinc t. t. ICtorum*: NOVELL. 94, 2 sancimus . . . sufficere abrenuntiationem solam et aliorum omnium et de secundis nuptiis (*τῇ ἀποτάξει μόνῃ*).

abrenūntio, -āvī, -ātum, -āre. *ἀποτάττεσθαι, plerumque t. t. in baptismatis vel exorcismi formulis, v.* abrenuntiatio. GRAMM. suppl. 185, 26 inter 'abrenuntiare' et 'renuntiare' hoc interest, quod abrenuntiamus inlicitis, renuntiamus licitis. abrenuntiamus diabolo et omnibus operibus eius et omnibus pompis eius, renuntiamus divitiis et propriis facultatibus. *cf.* CASSIAN. conl. 3, 6 (*v. l. 3*).

cum dat.: AMBR. sacr. 1, 2, 5 (Migne 16, 437) quando te interrogavit: abrenuntias diabolo et operibus eius, quid respondisti? abrenuntio. abrenuntias saeculo et voluptatibus eius, quid respondisti? abrenuntio. exam. 1, 4, 14 abrenuntio tibi, diabole, et operibus tuis et imperiis tuis. PS. AMBR. acta Seb. 17, 61 (Migne 17, 1139) interrogatus, utrum abrenuntiaret omnibus idolis, respondit: abrenuntio. prosecuta est interrogatio sacerdotis, utrum renuntiaret omnibus peccatis ... promittam renuntiaturum me omnibus peccatis diabolicis et voluptatibus mundi. SALV. gub. 6, 32 abrenuntio ... diabolo, pompis, spectaculis et operibus eius (*syn.*: renuntiasti diabolo et spectaculis eius . . . renuntiatur diabolo). *cf.* PS. AVG. serm. 264, 3 *et* 267, 5 (ed. Bened. V 2 p. 434 *et* 441). FAVSTIN. trin. 5, 5 (Migne 13, 73) cum . . . peccato et mammonae quis abrenuntiaverit faciens iustitiam habendique cupiditatem respuens (*cf.* AVG. c. Iul. op. imp. 2, 224 [Migne 45, 1241] peccato *et saepe*). prec. 29 (Migne 13, 103) qui se saeculo et concupiscentiae carnis abrenuntiasse gloriantur (*cf.* AVELL. p. 37, 3). AMBR. sacr. 1, 2, 7 (Migne 16, 438) abrenuntiasti mundo, abrenuntiasti saeculo (*cf.* AVG. vit. erem. 21 [Migne 32, 1458] abrenuntians mundo *et apud alios*). AMBROSIAST. I Cor. 3, 1 (Migne 17, 208) post baptismum statim ad veterem hominem fuerant reversi, cui abrenuntiaverant. Col. 2, 12 (Migne 17, 453) elementis abrenuntiat *homo.* 2, 20 (Migne 17, 456) cunctis superstitionum erroribus abrenuntiat *qui baptizatur.* HIER. reg. Pachom. 84 (Migne 23, 86) abrenuntiemus huic vitae. PELAG. Aug. epist. 186, 32 (Migne 33, 828) divites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient (*codd.*, renuntient *Migne*). *cf.* AVG. gest. Pelag. 33 (Migne 44, 353) nisi omnibus abrenuntiaverint *et saepius.* PS. AVG. serm. 164, 4 (ed. Bened. V 2 p. 290) mortuis operibus abrenuntiantes. VALERIAN. hom. 3, 4 (Migne 52, 701) terrenis actibus abrenuntiare. ARNOB. praedest. (Migne 53, 659) si abrenuntiet omnibus amoribus mundi. CASSIAN. conl. 3, 7, 9 etiamsi perfecte abrenuntiavero divitiis istis terrenis. MAX. TAVR. tract. 2 (Migne 57, 775) vos abrenuntiare omnibus pompis et operibus eius et omni fornicationi diabolicae spopondistis. CASSIOD. hist. 1, 11 (Migne 69, 897) cedere omnibus sibi competentibus rebus cunctisque abrenuntiare permixtionibus. 6, 2 (Migne 69, 1032) abrenuntiare ecclesiasticae confessioni. BENED. reg. prol. abrenuntians propriis voluntatibus. MAX. TAVR. tract. 2 (Migne 57, 775) vos ex toto corde abrenuntiandum diabolo esse commonitos (*cf.* SALV. gub. 6, 32 *v. l. 42*). *cum acc. vel passive*: PS. AMBR. act. Seb. 17, 63 (Migne 17, 1140) omnibus rite abrenuntiatis a Chromatio mundi negotiis. CASSIAN. conl. 16, 6, 1 post abrenuntiatam mundi et omnium quae in eo sunt vanitatem. *absolute*: ITALA cod. Cantabr. Luc. 9, 61 permitte . . . mihi . . . abrenuntiare qui sunt in domum meam (*παρατάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου*. VVLG. renuntiare his, quae domi sunt). AVG. c. Iul. op. imp. 2, 224 (Migne 45, 1241) invenies quod abrenuntient et parvuli per ora gestantium ... non debere abrenuntiare parvulum baptizandum. CASSIAN. conl. 2, 26, 4 abrenuntiandi rationem . . . demonstrans. 3, 7, 10 ita . . . abrenuntians, ut . . . (*cf.* 4, 20, 1). 4, 20 tit. de male abrenuntiantibus. 5, 8, 3 in unoquoque nostrum recte abrenuntiante. 5, 22 abrenuntians quis (*cf.* ISID. in deuteron. 17, 2 Migne 83, 367). DION. EXIG. cod. can. eccl. tit. (Migne 67, 150) de his qui abrenuntiaverunt et iterum ad saeculum sunt regressi.
hinc t. t. ICtorum: NOVELL. 1, 1, 4 finitis primum omnibus secundum testamenta personis, deinde abrenuntiantibus (*ἀπειπόντων*). 18, 8 probationibus actor abrenuntians (*περὶ τὰς ἀποδείξεις ὁ διώκων ἀπειπών*). 94, 2 *sancimus* abrenuntiare eas (*matres*) et Velleiano senatusconsulto et omni auxilio (*ἀποτάττεσθαι αὐτὰς καὶ τῷ Βελλιανείῳ δόγματι καὶ ἁπάσῃ βοηθείᾳ*).

synonyma: renuntio, abnuo, renuo, repudio, contemno, respuo, detrecto, dimitto, remitto, cedo, decedo, desisto, abicio, reicio, depono. *opposita*: concupisco, redeo ad . . ., regredior ad . . ., peto, repeto, mei iuris est. *Oertel.*

?**abrēptābat** ire incipiebat GLOSS. IV 476, 43; *cf.* abire coeptabat GLOSS. VI 4.

?**abreptīcius** furiosus, ariolus *passim in* GLOSS. *v.* adrepticius.

abreptio, -ōnis *f.* GLOSS. II 252, 32 *ἁφαρπαγή.* CORP. VI 142 b *sub Plutonis imagine mulierem rapientis* abreptio Vibies et discensio. ISID. quaest. reg. I 8 tit. de abreptione Saulis a spiritu nequam (*in contextu* arreptus est maligno spiritu). *alia v. Archiv 5 (1888) 243.*

abreptus, -ūs *m.* SCHOL. Germ. Basil. p. 74, 17 (*ex Nigidio*) *taurus Europam* repentino abreptu (arreptu SCHOL. Strozz. p. 135, 11) . . . devexit ad Iovem. *V.*

Abrettēnus *v.* Abrittus.

?**Abricus,** -ī *nom. dei.* CORP. II 5561 A · brico Flaus Apili Valabricensis votum s. l. m. merito. *Otto.*

Abrincatuī, -ōrum *m. populus Gallicus qui sedes habuit ubi hodie est* Avranches. PLIN. nat. 4, 107 Lugdunensis Gallia habet . . . Abrincatuos. *eidem* **Abrincatēs,** -um. NOT. Gall. 2, 4 civitas Abrincatum. *horum opp.* **Abrincae,** -ārum. VEN. FORT. vita Pat. 10. 12. 13. 16 Abrincas. **Abrincatae,** -ārum, *ablativo positae* Abrincatis, *ut saepe oppidorum nomina,* GREG. TVR. hist. Franc. 9, 20 (Abrincatas *et* Abrincatus *duo codd.*) *et* NOT. dign. oc. 37, 11 = 22, *accusativo* NOT. Tir. 87, 67. *incolae* **Abrincatēnī** NOT. dign. oc. 5, 116 = 266 = 7, 92. *adi.* **Abrincatīnus,** -a, -um. GREG. TVR. Mart. 2, 30 Leodovaldus Abrincatinae civitatis episcopus. 3, 19 Abrincatinus . . . incola. *nummorum Merovingicorum inscriptiones collegit Holder, Altcelt. Sprachsch. I 10.* *Otto.*

abripio, -ripuī, -reptum, -ripere *v.* rapio. GLOSS. *ἁφαρπάζω.* TERT. ux. 2, 7 abrapiant *A.* ITALA Wirceb. Ier. 22, 24 abrapiam. CORP. VIII 15880 ⟨a⟩bra⟨ptae⟩. *vocabulum septies a* PLAVTO, *sexies a* TER., *quindecies a* CIC., *undecies a* LIV., *decies a* TAC., *sedecies a* STAT. *positum raro legitur apud* VERG. (*bis*), OV. (*ter*), PLIN. nat. (*ter*), QVINT. (*semel*), *in oratione pedestri non ante* RHET. Her., *neque apud* LVCIL. CAT. PVBL. LVCR. CAES. SALL. HOR. TIB. VITR. SEN. rhet. PETRON. MART. VVLG. *non abiit in linguas romanicas.*

in libris scriptis saepe abr- *in* arr- *mutatum legitur, cf.* PRISC. gramm. II 34, 8 b transit in . . . r: surripio, arripio. III 47, 26 arripio, in quo b in r convertitur. PRISC. Cassiod. gramm. VII 208, 19 SCAVR. gramm. VII 25, 19 sqq. *Ploen, Archiv 5 (1888) 243 sqq.*

I *separando* ***auferre.*** **A** *avellere*: *membra, al.*: PLAVT. Men. 193 meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat videt; nam si amabas, iam oportebat nasum abreptum mordicus (*cf.* CIC. ad Q. fr. 3, 4, 2 auriculam fortasse mordicus abstulisset). PHAEDR. app. 28, 5 fiber . . . abripere morsu fertur testiculos sibi. IVST. 15, 3, 8 abrepta . . . lingua *leonem* exanimavit. PS. QVINT. decl. 12, 9 abrepta cute intus cavum pectus. CLAVD. Pros. 2, 341 abreptas (arr- *al.*) *a vulture* fibras *Tityi.* PERS. 5, 159 luctata canis nodum abripit. SER. SAMM. 771 abreptum (arr- *al.*) salicis frondemque librumque. BOET. consol. 8, 24 abreptis . . . ab ea (*veste philosophiae*) panniculis.

indumenta, ornamenta: STAT. Theb. 1, 83 indue quod . . . diadema cruentis unguibus abripui (-rupi *al.*). APVL. met. 3, 9 abrepto pallio retexi corpora *mortuorum.* AMM. 28, 1, 28 indumento *mulieris* abrepto *ab carnifice.* ITALA cod. Wirceb. Ier. 22, 24 inde (*e manu*) abrapiam *anulum* (LXX *ἐκσπάσω*, VVLG. evellam). PAVL. PETR. vita Mart. 6, 626 *Chunus* abripuit (arr- *al.*) sanctam dextra vellente coronam (*ab altari,* violenter eripuit GREG. TVR. Mart. 1, 2). *homines ab hominibus, locis al., a quibus separari non debent*: SCHOL. Dan. Verg. Aen. 2, 761 asylum ideo dictum, quod nullus inde tolleretur, id est quod *συλᾶσθαι,* hoc est abripi, nullus inde poterat. PLAVT. Rud. 690 signum in fano . . . Veneris, quod amplexae modo, unde abreptae (arr- *codd.*) per vim miserae. CIC. dom. 109 inde (*a perfugio*) abripi neminem fas. SVET. Aug. 17 Antonium . . . simulacro divi Iuli, ad quod . . . confugerat, abreptum. HYG. fab. 116 p. 101 Cassandram Aiax . . . a signo palladio abripuerat. COD. Theod. 9, 45, 5 (*a. 432*) = COD. Iust. 1, 12, 4 abstrahendi abripiendique (erip- COD. Iust. *R*) *ab altaribus servum* domino *copia* concedatur. CIC. Verr. 6, 17 hominem abripi a tribunali et in carcerem conici iubet. CIC. Verr. 2, 7 complexu parentum (⟨e⟩ c. *Garat.*) abreptos filios. LIV. 3, 57, 3 virginem . . . ab complexu patris abreptam. STAT. Theb. 1, 603 *liberos* altricum gremiis. AMM. 20, 7, 15 abrepti . . . sinibus matrum parvuli (*in imagine*: AVG. in psalm. 10, 1 qui . . . ab . . . ecclesiae verae matris uberibus nos avertere atque abripere moliuntur). VLP. dig. 27, 1, 18 *liberi* per causam belli parentibus abrepti. STAT. Theb. 10, 820 tigris fetibus abreptis ... deserta ... accubat. *nota*: CIC. Verr. 6, 30 *Verris filium* etiam si natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen ac disciplina patris similem esse cogeret. PROP. 2, 8, 29 abrepta desertus coniuge Achilles (*cf.* 36 tantus in erepto saevit amore dolor. 1, 13, 2 quod abrepto solus amore vacem). OV. met. 7,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

732 desiderio ... calebat coniugis abrepti. SIL. 3, 154 abripitur divulsa marito. STAT. Ach. 1, 939 abripitur miserae (*Deidamiae*) permissus Achilles. STAT. Ach. 2, 21 *Achilles* penitus ... noto stridente propinquis abripitur terris (*cf. p. 135, 3*). Theb. 1, 122 *Ino sibilo Tisiphones perterrita* curvo delphine vagantem abripuit frenis gremioque Palaemona pressit. 12, 104 abreptum (*a rogo filii Creontem*) comites in tecta ferebant. TERT. ux. 2, 7 ut *Christianas* exterminent, ut abrapiant (arri- *al.*), ut a fide (*ἀπὸ κοινοῦ*) excludant. AVG. conf. 7, 20 *Platonis* volumina abripuissent (arr- *al.*) me a solidamento pietatis. *e congregatione eximere*: CIC. p. red. 1, 14 elinguem, tardum, inhumanum negotium, Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres.

B *abrumpere*: *translate*: SEN. nat. 6, 17, 1 *aer* insanit et moras suas abripit (abrumpit *codd. altera classis*), non aliter quam ille 'pontem indignatus Araxes'. Tro. 813 abripite propere classis Argolicae moram.

C *abstrahere*: AVG. epist. 118, 1 vellem te abripere de medio deliciosarum inquisitionum tuarum. PAVL. PETR. vita Mart. 5, 693 quos ... medii abreptos penitus de turbine mundi ad dominum traheret ... doctrina fidei.

II ***rapere***. GLOSS. raptus. **A** *rapiunt homines* (*dei*): **1** *homines*: *virgines, mulieres*: PLAVT. Cas. 784 ne quis eam (*Casinam*) abripiat. TER. Eun. 108 parvolam puellam ... ex Attica hinc abreptam. 156 hinc. 115 e Sunio. CIC. Verr. 5, 107 Ditem patrem ... abreptam ex eo loco virginem asportasse. Verr. 5, 111 ut Verres alter Orcus ... non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. STAT. Theb. 5, 498 me (*Hypsipylen*) praedonum manus abripit (arr- *al.*). DARES 10 Helenam abreptam. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 3, 23. CASSIOD. hist. 7, 4 qui sacram virginem nuptiali toro violare praesumeret vel impudico aspectu respiceret, ne dicam abripere (*διαρπάζειν*) forte temptaret. TAC. ann. 12, 6 abripi (arr- *codd.*) coniuges ad libita Caesarum. LACT. epit. 10, 2 *Iuppiter Ganymeden* ad femineos usus violenter abripuit (inst. 1, 10, 12 rapuit ad stuprum). *mancipia*: COD. Iust. 6, 2, 9 (*a. 293*) subtracto furto vel vi abrepto mancipio. 8, 13, 26. 9, 20, 1 per violentiam. ITALA cod. Wirceb. gen. 40, 15 furto abreptus sum (*Ioseph*, LXX *κλοπῇ ἐκλάπην*, VVLG. furto sublatus) ex terra Hebraeorum. **2** *res*: **a** *mobiles*: VLP. dig. 13, 3, 1 vi ⟨re⟩ mobili abrepta. 39, 4, 1, 4 restituendi facultas publicano vi abreptum datur (*cf.* 1 vi ademit. 2 vi raptis. 3 vi raptorum). COD. Iust. 8, 4, 9 (*a. 477*) rebus abreptis vel invasis. 9, 33, 2 si res mobiles, quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translatum, violenter heres donatricis abripuit, vi bonorum raptorum actionem ... intendere non vetaris. TER. Phorm. 43 quod ille unciatim vix ... compersit, id illa universum abripiet. NEP. Dat. 4, 2 Aspis ... quae regi portarentur abripiebat (arr- *A*). APVL. met. 3, 16 e mediis papillis meis ... capillos absconditos iratus abripuit (arr- *F*, abr- *mg.*). HIL. in psalm. 123, 2 cui (*diviti*) *opes* fur, praedo, tyrannus abripiet. c. Const. 26 violenter. MAX. TAVR. tract. 14 (Migne 57, 782) fures. DICT. 1, 4 Helenam et quae cum ea abrepta erant. 1, 12. 2, 20. 2, 22. 1, 5. AVSON. 420 (arr- *cod.*). ENNOD. dict. 16 p. 473, 14 unde (*a delubris*) praedam ... certas abripere. CASSIOD. hist. 11, 9 barbari pecunias ... abripuerunt (*δι' ἁρπαγῆς ἔλαβον*). 6, 1 eos ... recipere quae male ab eis fuerant abrepta (*κακῶς ἀφαιρεθέντα*). *spolia*: TAC. hist. 3, 17 spoliare, capere, arma equosque abripere (SIL. 2, 261 quadrupedes spolia abreptos a moenibus ipsis). 22 signa. ann. 15, 45 spoliatis templis non dona tantum sed simulacra numinum. hist. 5, 22 praetoriam navem. 4, 27 (arr- M^1). **b** *immobiles*: COD. Theod. 16, 5, 65 (*a. 428*) quas *haeretici* ab orthodoxis abreptas tenent ... ecclesias (*ibid.* invasas detineant). CASSIOD. hist. 5, 3 orphanorum et viduarum domus abripiebantur (*ἡρπάζοντο*). **c** *abstractas*: HIL. in psalm. 134, 6 *Esaum* abripientem benedictionem. IREN. 1, 31, 1 Sophia (*aeon*) illud quod proprium ex ea erat, abripiebat ex eis (*ἀνήρπασεν ἐξ αὐτῶν*) ad semet ipsam.

B *rapiunt ferae, volucres*: COLVM. 8, 2, 8 *albae gallinae* propter insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepius abripiuntur (*cf.* OV. met. 10, 160 *Iuppiter in aquilam conversus* abripit [arr- *al.*] Iliaden). PLIN. nat. 11, 62 *apium* statio *ex apiario provolans* confestim ... abripitur *a rana rubeta*. IREN. 1 praef. 2 ne ... forte abripiantur (*συναρπάζωνται*) quidam quasi oves a lupis. CASSIOD. hist. 9, 14 lupi ... ex ipsis pascuis oves abripiunt (*διαρπάζοντες*). VEN. FORT. carm. 3, 11, 19 carm. Mart. 2, 151 ovili. HYG. fab. 125 p. 108 *Scylla* sex socios Ulyssis nave abreptos consumpsit. CASSIOD. hist. 9, 46 draco ... capras, equos et homines abripiens devorabat (*ἐξήρπαζεν*). SERV. Aen. 3, 209 *harpyiae* cum ei (*Phineo*) diu cibos abriperent.

C *rapiunt res rapidae*: HYG. grom. p. 125, 2 (*ex Cassio Longino, de abluvione*) non possessoris neglegentia sed tempestatis violentia abreptum. OBSEQ. 64 cum ... coorta tempestas signifero signum abreptum mersisset gurgiti (*cf.* FLOR. 3, 11 rapta subitis signa turbinibus). *nota*: MANIL. 4, 642 pontus sibi ... reclusit (-sus *codd., corr. Bentley*) faucibus abreptis orbem.

nota: abripio *fere id quod* vi arripio: LIV. 2, 33, 7 ignem temere abreptum ... aedificiis iniecit. PLIN. nat. 8, 20 *elephantus* abrepta scuta iaciens in sublime. STAT. Theb. 6, 659 abreptum *discum Hippomedon* nullo conamine iecit in latus. APVL. met. 4, 27 saxo grandi pro pedibus abrepto. 7, 28 pertica, qua stabuli fores offirmari solebant, abrepta. 9, 38 abrepto ferro, quo ... prandii partes diviserat, ... iugulum sibi ... contrucidat. OV. her. 13, 15 incubuit Boreas abreptaque vela tetendit.

III ***eripere***. GLOSS. eripit. *addito unde*: SPART. Hadr. 24, 4 senatores Hadriano iam saevienti. ENNOD. op. 1 p. 274, 8 voracibus aliquid bestiis. PAVL. PETR. vita Mart. 6, 200 puellam auctori vitae abripuit ... diroque latroni dedidit. ANTH. 1, 1, 8 abreptos (arr- *al.*) undis socios. AVG. conf. 4, 4 ille abreptus (arr- *al.*) *a deo* dementiae meae. 9, 2 placuit mihi ... non tumultuose abripere, sed leniter subtrahere ministerium linguae meae nundinis loquacitatis. NOVELL. 17, 7, 1 nullum horum qui fiscalia tributa exiguntur abripientes exactioni (eri- *v. l.*, *ἀφαιρούμενοι τῆς εἰσπράξεως*). ITALA Lucif. Athan. 1, 15 p. 93, 32 abripiat me et eruat me (LXX *σκεπάσαι με καὶ ἐξέλοιτό με*, VVLG. liberet me) ex omnibus tribulationibus.

IV ***raptim abducere***. GLOSS. abductus. **A** *abducunt vel asportant homines* (*homines, pecora*): *addito unde quo*: TER. Andr. 786 hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi. CIC. Verr. 5, 21 quem obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi iussit. LIV. 39, 13, 13 raptos a diis homines dici (*a Bacchis*), quos machinae inligatos ex conspectu in abditos specus abripiant. 43, 5, 2 Cassium ... inde multa milia hominum in servitutem abripuisse (*cf. l. 28 sq.*). *addito unde*: LIV. 35, 27, 10 magna vi pecorum hominumque inde abrepta. HEGES. 2, 18 abreptum e medio patrem gladio transverberat. PRVD. perist. 10, 816 cum foro abriperent virum truces ministri. *addito quo*: PLAVT. Most. 385 abripite hunc (*ebrium*) intro actutum inter manus. TER. Ad. 181 iam intro abripiere atque ibi usque ad necem operiere loris. RHET. Her. 4, 8, 12 aliis abreptis in servitutem. BELL. Afr. 26, 5 (arr- *codd.*). LIV. 43, 7, 10 (*cf. l. 21*). CIC. Mil. 60 *servi* subito abrepti in quaestionem. PANEG. 7, 16 in carcerem. *nota*: VAL. FL. 1, 154 in casus eademque pericula. CIC. Cluent. 89 quo tempore illum a quaestione ad nullum aliud reipublicae munus abduci licebat, eo tempore ad quaestionem ipse abreptus est. VAL. MAX. 7, 3 ext. 1 ad mortem. *non addito unde aut quo*: PLAVT. Curc. 693 collum obstringe, abduce istum in malam crucem :: pro deum atque hominum fidem, hocine pacto indemnatum atque intestatum me abripi (arr- *codd.*)? CIC. Phil. 3, 31 matres familiae, virgines, pueri ingenui abripiuntur, militibus traduntur. VATIN. Cic. epist. 5, 10 a, 1 tot ingenuos, matresfamilias, civis R. occidit, abripuit (arr- ς), disperdidit. POLIO Cic. epist. 10, 32, 3 cum abriperetur (arr- ς) Fadius (*ibid.* abstractum). CIC. Pis. 84 socios nostros in servitutem abduxerunt, familias abripuerunt, pecus abegerunt. BRVT. Cic. epist. 11, 10, 3 ergastula solvendo omneque genus hominum abripiendo (arr- ς) satis magnum numerum videtur effecisse. 11, 13, 2. NEP. Milt. 4, 2 *barbari* omnes ... *Eretriae* cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. VERG. Aen. 4, 600 abreptum divellere corpus (*Aeneam*). ASCON. Mil. p. 38 B. quattuor liberos homines ... abreptos et ... in villa[m] Milonis praeclusos. VAL. MAX. 2, 7, 6 filium ... abripi ab lictore ... iussisti, *Torquate* (*cf.* MANIL. 5, 107 abreptum [*Bentley*, -ruptum *trad.*] ... patri Torquatum). SEN. Ag. 997 abripite, famuli, monstrum (*Electram*) et avectam procul ... vincite. Tro. 1003 (*Hecuba Pyrrho*:) abreptam trahe. SIL. 6, 583 dum non vinctum Carthago catenis abripiat poenaeque instauret monstra paternae (*Reguli*). IVV. 13, 175 abreptum (affectum *v. l.*) crede hunc graviore catena protinus et nostro ... necari arbitrio. TAC. ann. 15, 35 intimus quisque libertorum vincti abreptique. hist. 1, 56 (-recti *trad.*). ann. 14, 8 obvios servorum. VAL. FL. 4, 144 *Dymas Echiona* abripit (*i. nolentem secum abducit*). SVET. Aug. 99 *Augustus moriens* a quadraginta se iuvenibus abripi questus est. IVVENC. 3, 439 servum debentem multa talenta praecipit abreptum ... venali nomine sisti. COD. Theod. 11, 7, 5 (*a. 345*) (= COD. Iust. 10, 19, 3) quoties quis et privati debitor ... et fisci ... abreptus ab uno officio teneatur (*ibid.* qui eum abstulit ... qui eundem avellendum abstrahendumque [subtr- COD. Iust.] credidit). CASSIOD. hist. 2, 22 ut abrepti (*ἁρπαγέντας*) procul deportarentur exilio. 5, 16. *e periculo, sim.*: CVRT. 4, 4, 5 Neptunum ... abripuisse beluam *a mole ruitura*. STAT. silv. 5, 3, 268 *Aeneas* patrem *ex Elysio* vellet abripere. *res*: STAT. silv. 3, 1, 77 tempestate coorta festasque dapes redimitaque vina abripiunt famuli. AVG. civ. 3, 18 pontifex ... *sacra ex templo ardente* semiustus abripuit. *nota*: AVG. anim. 4, 27 quomodo anima partes suas abripiat (arr- *al.*) et recondat introrsus, ne ubi praeciditur ... corporis membrum, amputetur et ipsa (*cf. ibid.* anima se subtraxerit). *addito quo*: LIV. 26, 39, 18 aliae (*naves*) in terram remis abreptae.

B *avehunt equi*: LIV. 22, 49, 12 Lentulum inter tumultum (*Gron.*, in tumulum *P*) abripuit equus (AMM. 28, 2, 13 nec interficere ... potuerunt tenebrarum equorumque adiumento, quo dubius impetus trusit, abreptos). STAT. Theb. 6, 506 abripitur longe moderamine liber currus.

C *abducunt vel asportant res rapidae*: GLOSS. cum impetu ablatas (ambulatas, *corr. Goetz*). GRAMM. VII 434, 16 *πλανῶ*. **1** *venti, tempestates*. *naves*: VERG. Aen. 1, 108 Notus. LIV. 29, 27, 14 ab Africa ... ad insulam Aeginam. MELA 3, 45 Indos ... vi tempestatium ex Indicis aequoribus abreptos (PLIN. nat. 2, 170 ex India ... in Germaniam). QVINT. inst. 9, 2, 58 gubernator ... tempestate ... abreptus. AVG. in psalm. 10, 11

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAX. TAVR. hom. 79 (Migne 57, 420) PAVL. PETR. vita Mart. 6, 419 ARATOR 2, 1075. PLIN. epist. 8, 20, 8 (*de insulis natantibus*:) pecora ... litori abrepta (*sequitur* quo tulerit ventus) *cf. p. 133, 3.* OROS. hist. 5, 11, 2 *lucustae* repentino abreptae (adr- *al.*) vento *in imagine*: CIC. Ligar. 34 voluntate ... omnes *Ligarii* tecum fuerunt: tempestate abreptus est unus. *hinc translate*: VAL. MAX. 3, 8 ext. 3 tam bene meritos ... impetu invidiae abripi (*cf.* TAC. hist. 1, 56 impetu militum). 8, 1 damn. 5 quos leves ob causas damnationis incursus abripuit. TAC. hist. 2, 26 cum dispersos nec usquam validos pavor fugientium abriperet.

2 *aestus fluviorum, maris*: SEN. dial. 5, 21, 2 *equus amnem transiens* abreptus (OROS. hist. 2, 6, 3). epist. 79, 1 quicquid illo freti turbine abreptum (adr- s) est, per multa milia trahi. STAT. Theb. 7, 315 Asopos ... abreptis (-ruptis *al.*) cum torrentissimus exit pontibus. *nota*: 9, 179 abreptas (*sc. gurgitis impetu*, -ruptas *al.*) undas. GRAN. LIC. p. 8^{b}, 9 corpus in fluvium abreptum non comparuit. AMM. 25, 6, 14 HEGES. 4, 15. *inde translato sermone*: *aestus animi*: CIC. de orat. 3, 145 repente te quasi quidam aestus ingeni tui procul a terra abripuit atque in altum a conspectu paene omnium abstraxit. *cf.* LVCAN. 1, 688 (*loquitur saga*:) desuper Alpis nubiferae colles atque aeriam Pyrenen abripimur (687 feror). LIV. 39, 16, 5 si quem libido, si furor in illum gurgitem (*Bacchanalium*) abripuit. SIL. 5, 229 pulchro caedum ... amore. 6, 332 abripuit traxitque virum fax mentis honestae gloria. HIER. adv. Iov. 1, 3 in medium me ... quaestionum pelagus subitus loquendi aestus abripuit. AVG. conf. 8, 8 abripuit me ab Alypio aestus meus (*ibid.* me abstulerat tumultus pectoris). doctr. Christ. 3, 31 *in mulierem irruit David* aestu quodam aetatis et temporalium rerum prosperitatibus abreptus. in psalm. 140, 18 cogitationibus ... tamquam aestu maris. *de ecstasi*: AVG. gen. ad litt. 12, 12 quando ... penitus avertitur atque abripitur animi intentio a sensibus corporis, tunc magis dici ecstasis solet. 12, 28 mens ... ab omni corpore et similitudine corporis alienata et abrepta. 12, 34 mente ... ita secreta et remota et omnino abrepta a sensibus carnis atque mundata, ut .... 12, 5 mens eius ad videnda vel audienda ineffabilia illius visionis abrepta (arr- *al.*). 12, 35 *mens* abripienda ... ab ... carnis sensibus. 12, 17 *puer* abripiebatur ab omnibus sensibus. *ibid.* cum puer abriperetur. 12, 36 abrepto apostolo a carnis sensibus in tertium caelum. in psalm. 30 enarr. 2, 2 se ... abreptum esse et ablatum in tertium caelum. serm. 52, 6, 16 hoc in ecstasi fecerat, abreptus a sensibus corporis et subreptus in deum.

D *abducunt (seducunt) illecebrae*: ITALA (Ambr. Abr. 2, 11, 82 apol. Dav. 2, 3, 12 in psalm. 118, 5, 29) prov. 6, 23 ne capiaris oculis meretricis et abripiaris (LXX *συναρπασθῇς*, VVLG. capiaris) palpebris eius. IREN. 1, 9, 4 quis non ex simplicibus abripiatur (*συναρπαγείη*) ab huius modi versibus (*centone Homerico*) et putet sic illos Homerum fecisse (*cf. ibid.* multi abducuntur [*συναρπάζεσθαι*] per compositam consequentiam versuum, ne forte haec Homerus fecerit). CASSIOD. hist. 1, 14 abripere (*συναρπάσαι*) quosdam ad pestem propriam per boniloquia ficta festinabant.

V *e conspectu abducere, tollere* (*absorbere, sim.*): GLOSS. sublatus. *e conspectu* (*cf. p. 134, 20*): AMM. 20, 3, 1 e mundi conspectu penitus lance (*solis*) abrepta (aberepta *trad.*). AVG. catech. rud. 3, 5 (Migne 40, 313) a conspectu. STAT. Ach. 1, 234 abreptos (*Thetim et filium per mare avectos*) subito iam iamque latentes *Chiron* prospectat. *nota*: PROP. 4, 8, 5 sacer abripitur caeco descensus hiatu. STAT. Ach. 1, 500 sordent *ductores post Achillem habiti*: sed Mavors et Troia abrepta (*neutr. pl. i. e Graecorum numero sublata*) probabunt. *vivos, imprimis ἀώρους, morte*: CIC. rep. 1, 25 Romulum ... etiamsi natura ad humanum exitum abripuit, virtus tamen in caelum dicitur sustulisse (AVG. in psalm. 83, 2 abrepta est ... illorum infantia in exitum vitae de hoc saeculo; mortui sunt pueri, senes quandoque morituri). HYG. astr. p. 55 eam a Proserpina vivam ad inferos abreptam esse. SEN. Thy. 1007 non ad infernam Styga ... ad chaos inane regna cum rege abripis *o Tellus*? CARM. epigr. 1534 B, 3 abreptam aetate (*cf. Buecheleri adn.*) in inferi Ditis specus. IVVENC. 2, 4 morte ... abreptam ... puellam. CORP. VI 10220 fatis abreptus hic iaceo. AVG. c. Iul. op. imp. 5, 64 qui si ex hac vita abriperentur infantes. VEN. FORT. carm. 9, 5, 10 hinc. CARM. epigr. 1119, 1 CORP. VI 14810. VIII 15880. CORP. V 7437 *filiorum* quorum labor humanitatis et status pietatis in matrem suam abreptus est. VEN. FORT. carm. 4, 26, 47 abripuit teneram subito mors invida formam. CLAVD. carm. min. 27, 35 abripuit (arr- *al.*) partem *pinus* vitiosa vetustas.

reflexive: PLAVT. Curc. 597 vix foras me abripui (arr- *codd.*) atque effugi. Mil. 177 abripuit (arr- *A*) repente sese subito (178 abit). LIV. 22, 6, 10 quam citatissimo poterant agmine. SVET. Tib. 45 domum. HIL. in psalm. 143, 9 deus ... iniquorum manibus per gloriam resurrectionis. AVG. conf. 8, 11 me abripere atque excutere ab eis *nugis*. SVLP. SEV. dial. 3, 12, 4 de conspectu eius *rex iratus*. VEN. FORT. carm. Mart. 4, 355 ex oculis.

structurae: *indicatur unde abripiatur*: *per adverbia*: **unde** I A PLAVT., II A 2 a ENNOD. **hinc** II A 1 TER., IV A TER., V VEN. FORT. **inde** I A CIC. ITALA SCHOL. Verg., IV A LIV. *per praepositiones*: **e** II A 1 TER. CIC. ITALA, II A 2 a APVL., II A 2 c IREN., II B CASSIOD., IV A LIV. ex conspectu. HEGES. e medio, IV C 1 MELA (PLIN. nat.), III ITALA, V AMM. e conspectu. *refl.* VEN. FORT. ex oculis. **a** I A CIC. LIV. (TERT.) HYG. AVG. BOET., IV C 1 LIV., IV C 2 CIC. procul a. AVG., II A 2 a SIL. CASSIOD., II A 2 b COD. Theod., V AVG. a conspectu. *refl.* AVG. **de** I A CIC., IV A CIC., I C AVG. PAVL. PETR., V AVG., *refl.* SVLP. SEV. de conspectu. *per dativum*: CHAR. gramm. I 293, 21 abripio tibi. DIOM. gramm. I 313, 1. I A PHAEDR. SIL. STAT. SVET. (*?*) VLP. AMM., IV C 1 PLIN. epist., IV A PRVD. (*?*), III SPART. AVG. ANTH. PAVL. PETR. ENNOD. NOVELL., II A 2 a HIL., II B SERV. VEN. FORT., II C OBSEQ. *per ablativum*: I A CIC. (*?*) SVET. (*?*), II B HYG., IV A PRVD. (*?*).

quo abripiatur: *per adverbia*: **intro** IV A PLAVT. TER. **foras** *refl.* PLAVT. *per praepositiones*: **in** IV A TER. RHET. Her. CIC. BELL. Afr. LIV. VAL. FL. PANEG., IV C 2 LIV. GRAN. LIC. HIER. AVG., IV C 1 PLIN. nat., V CARM. epigr. AVG. **ad** IV A CIC. VAL. MAX., V CIC. SEN. HYG., IV C 1 LIV., II A 1 TAC. LACT., IV C 2 AVG., IV D CASSIOD., II A 2 c IREN. **desuper** IV C 2 LVCAN.

coniunguntur: I A abstraho COD. Theod. (averto AVG.) divello SIL. extermino, excludo TERT. II A 1 asporto CIC. II A 2 a spolio, capio TAC. III eruo ITALA. IV A abduco, abigo CIC. divello VERG. traho SEN. IV C 2 abstraho CIC. traho SEN. SIL. averto AVG. alieno AVG. secerno, removeo AVG. aufero AVG. *refl.* effugio PLAVT. me excutio AVG.

adduntur: I A mordicus PLAVT. morsu PHAEDR. dextra vellente PAVL. PETR. per vim PLAVT. penitus STAT. I B propere SEN. I C penitus PAVL. PETR. II A 1 violenter LACT. vi (*opp.* subtraho furto) COD. Iust. furto ITALA. II A 2 a violenter HIL. COD. Iust. per violentiam COD. Iust. III tumultuose (*opp.* leniter subtraho) AVG. IV A actutum PLAVT. subito CIC. IV C 2 repente CIC. penitus AVG. V subito STAT. VEN. FORT. penitus AMM. *refl.* repente subito PLAVT. citatissimo agmine LIV.

opponitur: II A 2 a restituo VLP. *Dittmann.*

Abrius *nom. gent. declinatum ab* aper, *cf. umbr.* abrof *i.* apros *et nomen* Aper. INSCR. Revue archéol. III s. 16 p. 32 (*in Lingonibus*) T. Abrius Candidus. **Abrēnus,** -a *nom. gent.* CORP. VI 10457 L. Abrenus Hera, Abrena Iliona. **Abro,** -ōnis *cogn. vir., cf.* Apro. INSCR. Bull. soc. des antiq. de France 1881 p. 245 Abronis (*Durocortori in vase*). *sed barbaricum potius crediderim esse.* **Abrōnius** *cogn., cf.* Apronius. INSCR. Mogunt. Becker 245 a Norbani Abroni. *nisi est barbaricum* Abronus. **Abrūtēius** *nom. gent., cf.* aprūgnus. CORP. VI 975 b II 58 (*a. 136*) Q. Abruteius Q. l. Anoptes. **Abrōsus** *cogn.* INSCR. Rhen. 1336 (*a. 236*) Tertinius Abrosus *hastifer civitatis Mattiacorum. adiungo* Aprosus, *quod sub* Aper *ponere per officinatores iam non licet.* INSCR. Rhen. 1793 Pat. Aprosus. **Abellius** *nom. gent. deminutive fictum, cf.* Abella *oppidum.* CORP. III 633 n. II 1, 6. 1, 17. 3, 11 (*Philippis Maced.*) C. Abellius Anteros. C. Abellius Agathopus. C. Abellius Secundus. *Ἀβέλλιος τοῦ τῆς πόλεως ὑπάρχου τόπον ἐπέχων interfectus a. 306* ZOSIM. 2, 9, 3. **Abelāsius** *nom. gent., cf.* Aprarius. CORP. IX 4891 (*Trebulae Mutuescae*) C. Abelasio Proculeiano ... C. Abelasi C. f. Sabiniani ... C. Abelasi C. f. Castoris ....

Abellio, -ōnis *cogn. vir.* CORP. III 2169 (*Salonis*) T. Anchario Abellioni. *sed vide etiam* Abellionem *deum.* *Otto.*

Abrittus, -ī, *Ἔβρακτος Hierocli, Ἄβριττος Procopio, Ἄβρυτος Dexippo. opp. Moesiae.* CHRONOGR. a. 354 p. 147 Decius ... occisus praetorio Abrypto. HIER. chron. a. Abrah. 2268 in Abrito. IORD Rom. 284 *Decius* cum filio suo crudeli morte occubuit Abritto. Get. 103 ad Abritto Moesiae civitatem circumseptus. PROSP. chron. 850 in Abito. CASSIOD. chron. 147 (*a. 252*) in Abritto Thraciae loco. AVR. VICT. Caes. 29 *refert Decium perisse* trans Danuvium Bruti (*immo* Abrutti: *Mommsen*). LANDOLF. Eutr. p. 319, 14 Abrytum. *adi.* **Abritānus,** -a, -um. *plur. subst. Abritti incolae.* CORP. V 942 (*Aquileiae*) natus in M⟨oe⟩si⟨a⟩ infer(iore), castell(o) Abritanor(um). RAVENN. p. 172, 18 Abritani. 368, 15 Britani. RAVENN. Guido p. 533, 6 Bitam. TAB. Peut. 9, 2 *ut videtur* Beruani. *adi.* **Abrettēnus,** -a, -um. *substantive*: **1** *Abritti Moesiae inferioris incola.* CORP. III p. 1971 (*in diplomate militari a. 99*) M. Antonio M. f. Rufo Abretten(o). *v. Mommsen ad l.* **2** *Mysiae oppidi.* PLIN. nat. 5, 123 in Mysia Abretteni. *Diehl.*

Abrochius, -a *nom. gent.* CORP. XI 2729 (*Volsiniis*) Abrochiae Vrsae coniug. ... C. Muttius Onesim. fecit. *Otto.*

Abrocoma, -ae, *Ἀβροκόμας; cogn. vir. graec.* CORP. II 4593 d. m. Vmidi Abrocomae Vmidius Agathonicus pa⟨t⟩ri b. ⟨m.⟩. EPHEM. epigr. 8, 269 p. 499 (*Hispaniae*) Aiatio Apr⟨o⟩come. *Diehl.*

abrōdo, -rōsum, -rōdere. *v.* rodo. VARRO rust. 2, 9, 13 si abrodere conantur *catuli vincla.* PLIN. nat. 37, 82 cum etiam ferae abrosa parte corporis propter quam periclitari se sciant et relicta redimere se credantur. 10, 169 viperae mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. AVIEN. orb. terr. 1146 *gens fera Arabiae* glaebas abrodunt more ferarum ieiunas herbae. *translate*: AMBR. in psalm. 61, 21 (Migne 14, 1233) simplicitas ... sicut bonus pater familias satis sibi abundat ... non quaerit alienum nec abrodit, *ubi vereor ne* abradit *sit legendum.* *V.*

abrogantia detractio GLOSS. V 435, 37.

abrogātio, -ōnis *f.* GLOSS. *ἀκυρωσία, ἀποκύρωσις. legis*: CIC. Att. 3, 23, 2 neque enim ulla *lex* est, quae non ipsa se saepiat difficultate abrogationis. VAL. MAX. 9, 1, 3 matronae Brutorum domum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ausae sunt obsidere qui abrogationi legis Oppiae intercedere parati erant, quam feminae tolli cupiebant. Ps. Qvint. decl. 3, 17 abrogatione legis. *episcopatus*: Concil. Mansi I 709 A 13 quemadmodum vero ipse pater potestatum patriarcha ius habet ad ordinationem metropolitarum et episcoporum ... similiter ius habet ad sententias iudiciales et absolutiones atque abrogationes et reservationes.

abrogātor, -ōris *m.* *cf.* abrogare IV 2. Arnob. nat. 1, 50 nam cum videret *Christus* futuros vos esse gestarum ab se rerum divinique operis abrogatores (*sic Ursinus*, adrogatores *cod.*, derogatores *Gelenius*).

abrogo, -āvī, -ātum, -āre. Gramm. VII 523, 14 abrogat qui alii aufert vel qui legem tollit. Pavl. Fest. 12 abrogare infirmare. Gloss. abrogo *ἐλαττῶ*, *ἀποβάλλω*, *ἀποκηρύσσω*. abrogant detrahunt, deducunt. Cic. Pis. 15 abrogastis. Mur. 5 abrogarim. Liv. 34, 7, 11 abrogaritis. Cic. Verr. 3, 140 Qvint. decl. 263 p. 76, 31 Ascon. Corn. p. 78 B. abrogasset. *de littera* b *in* abrogo *cf.* Gramm. II 46, 25. *in libris manu scriptis confunditur cum* obrogo *velut* Svet. Iul. 28. *vide etiam l. 56. 84. p. 138, 23.* *Schmalz, Archiv 5 (1888) 254. 261.*

I ***fidem alicui*** (*alicui rei*): Plavt. Trin. 1048 male fidem servando illis quoque abrogant (*mali*) etiam fidem, qui nil meriti. Rhet. Her. 1, 10, 17 quae res fidem abrogat orationi. 2, 8, 12 si rumor vehementer probabilis esse videtur, argumentando famae fidem poterimus abrogare. Cic. Q. Rosc. 44 si iam tibi deliberatum est quibus abroges fidem iuris iurandi, responde. ac. 2, 36 iis visis, inter quae nihil interest, aequaliter omnibus abrogatur fides. Liv. 3, 16, 3 cui (*servo suo*) nec credere nec non credendo ... fidem abrogare satis erat tutum. 8, 18, 3 ne cui auctorum fidem abrogaverim. 42, 13, 2 vana ad vos adferendo fidem abrogarem mihi. Val. Max. 8, 5, 1 Metellis Quinto et Lucio consularibus et censoriis, altero etiam triumphali, in Q. Pompeium A. f. repetundarum reum acerrime dicentibus testimonium non abrogata fides absoluto Pompeio. Sen. benef. 6, 8, 2 veris testibus abrogavit fidem. Plin. nat. 26, 18 abrogare herbis fidem cunctis. Svet. Tib. 61 nemini delatorum fides abrogata. Avg. Rustic. (Migne 43, 756) omnem eis (*aquis*) fidem abrogant. *dativo non addito*: Arnob. nat. 3, 1 ad fidem illius (*religionis christianae*) abrogandam.

II ***legem,*** *sim.* Gramm. VII 435, 13 (Gloss. II 224, 29) *ἀνρῶ*. Gloss. II 242, 51 *ἀποψηφίζομαι*. IV 3, 5 *al.* legem tollere. *etiam ἀποκνρῶ* (II 238, 16) *videtur huc pertinere. cf. Mommsen, Staatsrecht III 360.* (Cato) Char. gramm. I 104 sed Cato de abrogandis legibus 'bovile' dixit. Varro ling. 9, 20 an non saepe veteres leges abrogatae novis cedunt? Cic. inv. 2, 134 indignum esse de lege aliquid derogari aut legem abrogari aut aliqua ex parte commutari. Brut. 222 tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis subfragiis abrogaverit. part. 135 aut iniqua lex aut inutilis futura dicetur aut alia causa optemperandi alia abrogandi. Mur. 5 quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli ..., ut eam ... non abrogarim. prov. 46 legem Fufiam non esse abrogatam. Phil. 5, 16 eiusmodi leges ... censerem tamen abrogandas: nunc vero cur abrogandas censeam, quas iudico non rogatas. 8, 27 lex abrogetur. frg. A 7, 18 Cottam de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse. 19 eiusdem Cottae legem ... a fratre eius ⟨abrogatam *add. Sigon.*⟩. 22 unum est eiusmodi, placere legem abrogari, ut Q. Caecilio M. Iunio cos. quae leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. rep. 2, 63 inhumanissima lege ... quae postea plebei scito Canuleio abrogata est. 3, 33 huic legi nec obrogari fas est neque derogari ex hac aliquid licet neque tota abrogari potest. leg. 2, 14 lex autem illa ... neque tolli neque abrogari potest. *ibid.* eas tu igitur leges rogabis videlicet quae numquam abrogentur. Att. 3, 23, 2 vides numquam esse observatas sanctiones earum legum quae abrogarentur: nam si id esset, nulla fere abrogari posset; neque enim ulla est, quae non ipsa se saepiat difficultate abrogationis. sed cum lex abrogatur, illud ipsum abrogatur quo modo (non *coni. Malasp.*) eam abrogari oporteat. Liv. 3, 32, 7 sacratae leges abrogarentur. 4, 35, 11 lex quoque abrogetur. 34, 1, 2 de Oppia lege abroganda. *ibid.* 4. 7. 34, 2, 10. 12. 34, 3, 4 iussistis suffragiis vestris legem quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis, id est, ut unam tollendo legem ceteras infirmetis. *ibid.* 5. 9 velut triumphantes de lege victa et abrogata. 34, 4, 20. 34, 5, 5. 34, 6, 1. 4. 6. 9. 10. 34, 7, 11 si legem Oppiam abrogaritis. 34, 8, 3 nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus leges abrogarent. viginti annis post abrogata est quam lata. *ibid.* 4. 38, 34, 3 Lycurgi leges moresque abrogarent. *ibid.* 36, 4. Sen. contr. exc. 3, 1 o legem si excaecat homines abrogandam. Val. Max. 2, 9, 5 legem de coercendis conviviorum sumptibus latam tribunus plebi abrogaverat. 7, 2 ext. 15 leges Lycurgi continuo abrogavit. 7, 5, 5 leges vetustas abrogavit, novas tulit. Ascon. Corn. p. 66 B. rettulit de eis (*legibus*) abrogandis ad senatum. *ibid.* Cottae legem abrogatam esse. *ibid.* 68 plures leges ... abrogavit. Plin. nat. 26, 15 leges ... quas tamen postea abrogavere multi. Qvint. decl. 263 p. 76, 31 abrogasset potius hanc legem. Tac. ann. 16, 22 spernit religiones, abrogat leges. Vlp. reg. prooem. 3 lex aut rogatur, id est fertur, aut abrogatur, id est prior lex tollitur, aut derogatur, id est pars primae legis tollitur, aut subrogatur, id est adicitur aliquid primae legi, aut obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege. Modestin. dig. 50, 16, 102 derogatur legi aut abrogatur. derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur [legi], cum prorsus tollitur. Ivlian. dig. 1, 3, 32, 1 leges non solum suffragio legis latoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur. Oros. hist. 4, 20, 14 lex ... abrogata est. Isid. orig. 10, 238 hi rei maiestatis dicti sunt ... qui leges inutiles rei publicae detulerant, vel utiles abrogaverant. *absolute*: Cic. Pis. 15 voluit ille ... leges incendere: vos abrogastis. Att. 3, 23 tamen in lege nulla esse eiusmodi caput te non fallit, quo si opus esset omnes in abrogando uterentur. *ibid.* in abrogando tam cauti fuerint. Fest. 314 in sanctione legum adscribitur: 'neve per saturam abrogato aut derogato'. Macr. sat. 3, 17, 13 legem ... obstinatio tamen luxuriae et vitiorum firma concordia nullo abrogante irritam fecit. *non de lege*: Cic. Att. 3, 15, 5 quod te cum Culleone scribis de privilegio locutum, est aliquid, sed multo est melius abrogari ... nec quicquam aliud opus est abrogari. Liv. 22, 30, 4 plebei scitum quo oneratus magis quam honoratus sum primus antiquo abrogoque. Sen. dial. 11, 5, 6 populi scita ex magna parte sapientes abrogant. Qvint. inst. 7, 7, 2 manifestum est numquam esse legem legi contrariam iure ipso, quia si diversum ius esset, alterum altero abrogaretur. *quae legi insunt*: Cic. Att. 3, 23, 3 si quid in hac rogatione scriptum est quod per leges plebisve scita ... promulgare abrogare derogare obrogare sine fraude sua non liceat. Liv. 3, 20, 6 quidquid Romae vi tribunicia rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur. 34, 6, 6 quos tempora aliqua desiderarunt leges, mortales ut ita dicam et temporibus ipsis mutabiles esse video. quae in pace lata sunt plerumque bellum abrogat, quae in bello pax, ut in navis administratione alia in secunda, alia in adversa tempestate usui sunt. Tac. ann. 12, 41, 15 sperni quippe adoptionem quaeque censuerint patres, iusserit populus intra penates abrogari. *cum lege fidem, sim.*: Liv. 6, 41, 11 altera lege solitudines vastas in agris fieri pellendo finibus dominos, altera fidem abrogari. 34, 6, 8 nobis quoque verendum sit, ne cum ea (*lege*) pudorem sanctitatemque feminarum abrogemus.

III ***honores.*** *de re cf. Mommsen, Staatsrecht I³ 629. Neumann, PW. I 111. ante Ti. Gracchum non abrogabantur magistratus. v. sub* abeo *et* abdico. Gloss. IV 302, 10 abrogat ablegat, abdicat, derogat, detrahit. **1** *imperium*: Annivs Fest. 314 imperium quod plebes per saturam dederat id abrogatum est. Liv. 8, 7, 19 aut morte tua sancienda sint consulum imperia aut inpunitate in perpetuum abroganda. 22, 25, 10 de abrogando Q. Fabi imperio. 27, 20, 11 de imperio abrogando eius. *ibid.* 21, 4. 29, 19, 6 agique cum tribunis plebis, ut de imperio eius abrogando ferrent ad populum. Val. Max. 2, 9, 5 lex enim lata est, quae vos esse frugi iubet. abrogemus igitur istud horridae vetustatis rubigine obsitum imperium. *alicui*: Cic. Brut. 53 qui (*Brutus*) conlegae suo imperium abrogaverit. dom. 83 eique imperium est abrogatum. off. 3, 40 Collatino collegae Brutus imperium abrogabat. ad Q. fr. 2, 3, 1 C. Cato legem promulgavit de imperio Lentulo abrogando. Nep. Epam. 7, 3 imperium iis esset abrogatum. Liv. 1, 59, 11 ut imperium regi abrogaret *multitudo.* 5, 11, 13 collegis abrogatum imperium. 32, 16, 6 Zeuxidae praetori ... imperium abrogaretur. Vell. 2, 2, 3 Octavioque collegae ... imperium abrogavit. 2, 18, 6 legemque ad populum tulit qua Sullae imperium abrogaretur. Sen. dial. 5, 12, 7 aliquis vult irato committi ultionem, cum Plato sibi ipse imperium abrogaverit. Ascon. Corn. p. 78 B. quem populus damnasset cuive imperium abrogasset in senatu ne esset. *ibid.* Servilio ... populus ... abrogavit imperium. Plin. paneg. 63 quasi illic tibi non consulatus detur, sed abrogetur imperium. Flor. 1, 1 (7) imperium regibus abrogatum. Spart. Did. 8, 7 ut Iuliano senatus auctoritate abrogaretur imperium. et abrogatum est. Capitol. Gord. 30, 1 sperans posse imperium Philippo abrogari. Vop. Car. 7 habuisse in animo Carum, ut Carino Caesareanum abrogaret imperium. **2** *magistratum alicui*: Cic. Verr. 3, 140 si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te adfecisset. Mil. 72 Ti. Gracchum qui conlegae magistratum per seditionem abrogavit. frg. A 7, 30 ipsi collegae magistratum abrogare. Nep. Alc. 7, 3 ut absenti magistratum abrogarent. Ascon. Corn. p. 71 B. Trebellio magistratum abrogaret. Svet. Cal. 26 consulibus ... abrogavit magistratum. Vlp. dig. 26, 5, 8, 2 quamvis enim praetor vel praeses sit nec furor ei magistratum abroget, attamen datio nullius erit momenti. *dativo non addito*: Tac. hist. 3, 37 adnotabant periti numquam antea non abrogato magistratu neque lege lata alium subfectum. **3** *potestatem alicui*: Cic. leg. 3, 24 potestatem intercedendi collegae abrogavit. Amm. 21, 6, 9 aequo animo abrogari sibi potestatem oraret. *absolute*: Amm. 15, 5, 13 (16, 11, 7) abrogata potestate. **4** *consulatum* (*fasces*): Liv. 21, 63, 2 quae (*certamina*) tribunus plebis et quae postea consul prius de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat. Tac. hist. 4, 47 abrogati inde legem ferente Domitiano consulatus. Flor. 1, 3 (9, 3) alterumque ex consulibus Lucretiae maritum ... fascibus abrogatis urbe dimitterent. *alicui*: Vell. 2, 20, 3 ex auctoritate senatus consulatus ei abrogatus est. **5** *alios honores*: Liv. 45, 39, 4 Macedonicae legiones suo abrogato triumpho alienos spectabunt. Lampr. Hel. 13, 1 mandavitque ad senatum ut Caesaris ei nomen abrogaretur. *ibid.* 6 ut abrogaretur nomen Caesaris Ale-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

xandro. SALV. gub. 3, 60 nihil enim omnino prodest nomen sanctum habere sine moribus, quia vita a professione discordans abrogat inlustris tituli honorem per indignorum actuum vilitatem. CASSIOD. var. 8, 13, 3 palatio deesse non sineres iudicem cuius ad tempus abrogatam cognovimus dignitatem.

IV ***latiore sensu*: 1** *auferre aliquid alicui.* GLOSS. IV 483, 54 abrogat vindicat, adimit, aufert. IV 3, 21 abrogatur aufertur. VAL. MAX. 7, 7, 3 Tettius in proprio lare procreato filio summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat. SEN. Herc. O. 899 nemo nocens sibi ipse poenas abrogat. PLIN. nat. 2, (141) 42 nec minus hebetis *est credere* veneficiis abrogari vires. SYMM. orat. 4, 13 abrogata est externis moribus vis nocendi. CASSIOD. var. 2, 26, 4 hunc titulum negotiatoribus iudicat abrogandum. 3, 51, 7 spectandi voluptatem ... populis abrogare. 4, 13, 1 locus iniustis praesumptionibus abrogetur. 12, 8, 3 utinam possessor ultroneus et nobis necessitatem morarum tolleret et sibi damna competentibus illationibus abrogaret. COD. Iust. 1, 17, 1, 7 quid possit antiquitas nostris legibus abrogare. *dativo non adiecto*: CASSIOD. in psalm. 77, 42 (Migne 70, 565 B) si confestim fuisset eorum spiritus abrogatus, locum poenitentiae perdidissent. var. 9, 3, 5 honesta sunt lucra per quae nemo laeditur et bene adquiritur quod a nullis adhuc dominis abrogatur. COD. Iust. 9, 12, 7, 1 in insulam deportetur bonis omnibus abrogatis. **2** *abolere aliquid*: GLOSS. IV 484, 2 (V 260, 5) abrogandas evertendas. V 343, 19 abrogata deleta. VAL. MAX. 7, 7, 6 Mamercus *consul* ... praetoriam iurisdictionem abrogavit (*i. iudicium praetoris inritum fecit*). PLIN. nat. 28, 20 parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur. neque est facile dictu externa verba atque ineffabilia abrogent (*i. deleant*) fidem validius an Latina et inopinata. QVINT. inst. 1, 6, 20 abolita atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est. HEGES. 4, 6, 9 Ananum Romanis urbem tradere quo solemnitas veterum dissolveretur, legis abrogarentur praecepta. 2, 13, 1 defunctus nec successorem habere meruit, quia abrogaverat legitimae successionis solemnitatem. CASSIOD. var. 5, 39, 5 ut totius fraudis abrogetur occasio. 10, 26, 2 quicquid gravaminis potest habere possessio *praedii* rationabiliter abrogetur. *aliquem*: PS. CYPR. rebapt. 3, 12 Christum id est salutem suam abrogare. CASSIOD. var. 7, 28, 1 si praesulem ademeris, militem non relinquis: apparitio enim tollitur, quotiens qui iubere poterat, abrogatur. 8, 6, 1 plus enim quaeritur dum dominus desiderabilis abrogatur (*i. moritur: Traube*). *structura* abrogare rem alicuius *pro trita* alicui rem *inde a* LIV. *comparet.*

part. pro adi. **abrogāns,** -antis. GRAMM. IV 202, 9 inter abrogantem et adrogantem hoc interest quod abrogantem aliis auferentem significat, adrogantem autem multum sibi praesumentem ostentat. *ibid.* VII 523, 13. GLOSS. IV 404, 11 abrogans qui aliquid tollit. GLOSS. IV 202, 13 (302, 8. V 589, 3) humilis. IV 484, 1 humilis; abiectus. ISID. diff. 1, 3 (Migne 83, 9) inter arrogantem et abrogantem. arrogans superbus, abrogans humilis. arrogans assumit sibi fiduciam, abrogans demit, id est negans. *codices habent perperam* abroganter BRVT. Cic. epist. 11, 13 a, 4, abrogans GLOSS. II 564, 6. III 333, 59.

synonyma: *ad I*: (fidem derogare). *ad II*: legem tollere. *ad III*: (demere), auferre, detrahere. *opposita*: *ad I*: (fidem dare). *ad II*: legem rogare, ferre. *ad III*: (deferre). *Bickel.*

Abrōnius *v.* Abrius.

Abrostola, *Ptolemaeo Ἀβρόστολα, -ων, opp. Phrygiae.* TAB. Peut. 9, 4 *et* 9, 415. RAVENN. p. 111, 11. *Diehl.*

Abrōsus *v.* Abrius.

abrotonum *v.* habrotonum.

abrumpo, -rūpī, -ruptum, -ere. *v.* rumpo. GLOSS. *ἀποῤῥήσσει,* incidit vel rumpit, interrumpit, contemnit, a se separare et relinquere. *Wölfflin, Archiv 5 (1888) p. 264—270. vox ab* ENN. *primo usurpata deest apud scaenicos* (*praeter* SEN.) *et apud* CAES., *raro usurpatur a scriptoribus* (CIC. *semel*, LIV. *octies, item* VAL. MAX., *ter* SEN. rhet., *saepius* SEN. phil., CVRT. *decies*, COLVM. *ter*, PLIN. nat. *undecies*, QVINT. inst. *octies, saepe apud* TAC. *et* PLIN. epist.), *paulo saepius a poetis, inter quos* SIL. *undevicies*, STAT. *vicies ea utuntur.*

I ***proprie*: 1** *rumpendo avellere*: *cf.* SEN. epist. 22, 3 ut quod male inplicuisti, solvas potius quam abrumpas, dummodo si alia solvendi ratio non erit, vel abrumpas. benef. 7, 30, 1 saepe quod explicari pertinacia ⟨potuit⟩, violentia trahentis abruptum est. *de vinculis, sim.*: ENN. ann. 458 equos qui de praesepibus fartus vincla suis magnis animis abrupit (HOM. Il. 6, 507 *δεσμὸν ἀποῤῥήξας*). VERG. Aen. 11, 492 ubi abruptis fugit praesepia vinclis tandem liber equus. 9, 116 sua quaeque continuo puppes abrumpunt vincula ripis. HOR. carm. 4, 7, 27 nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro vincula Pirithoo. OV. met. 2, 315 lora. LIV. 26, 6, 10 abrumpentium vincula iumentorum (37, 20, 11). SEN. Herc. O. 1311 abrumpat Erebi claustra *Bellona*. Herc. f. 279 emerge coniunx (*Hercules*) atque dispulsas manu abrumpe tenebras. 1602 *Cerberus* abruptis trepidus catenis. benef. 1, 10, 2 abrumpetque frenos inpudicitia (clem. 1, 4, 2). epist. 70, 12 vincula servitutis abrumpat. COLVM. 6, 37, 1. LVCAN. 6, 793 abruptis Catilina minax fractisque catenis. PETRON. 124 vers. 258 Furor abruptis ceu liber habenis. SIL. 14, 523 catenas hortatur socios et vincla abrumpere ferri adparat. 16, 264 abruptis ... taurus ... vinclis. TAC. ann. 1, 66. PLIN. epist. 2, 8, 2 numquamne hos artissimos laqueos, si solvere negatur, abrumpam? APVL. met. 6, 27. 11, 24 abruptis ardentissimi desiderii retinaculis. AMM. 19, 8, 7. *cf.* SIDON. epist. 3, 2, 3. *de corporis partibus*: VARRO rust. 3, 10, 5 *anseres* si radicem prenderent, quam educere velint e terra, abrumpunt collum (COLVM. 8, 14, 8 PLIN. nat. 10, 163). OV. am. 1, 14, 16 non acus abrupit, non vallum pectinis *capillos* (HOMER. 1052 manibusque decoros abrumpunt crines. VEN. FORT. vita Amant. 10, 72 abrumpit caesariem). met. 4, 495 duos mediis abrumpit crinibus angues (VAL. FL. 4, 413). am. 2, 1, 25 carmine dissiliunt abruptis faucibus angues. met. 8, 764 abrupta ... e cervice (VAL. MAX. 1, 6, 10 abrupto capite. SEN. dial. 1, 6, 3 tenui ferro commissura cervicis abrumpitur. VVLG. lev. 5, 8 ut collo haereat *caput* et non totum abrumpatur). trist. 1, 3, 74 et pars abrumpi corpore visa suo est (CVRT. 6, 9, 19 videbar ... mihi partem viscerum meorum abrumpere). SEN. contr. 2, 5, 4 verberibus corpus abrumpitur (SEN. Phaedra 1265 multo vulnere abruptum undique *corpus*. LVCAN. 6, 490 abrupto corpore. TAC. ann. 4, 62 abrupta parte corporis). CELS. 5, 26, 23 cutem. 7, 18 pondere abrumpitur *tunica*. 7, 29 infans *a vulva*. *ibid.* medicus de sinistra manu leniter trahere umbilicum debet ita, ne abrumpat. 8, 4. 8, 10, 7 os. CVRT. 5, 6, 5 simulacrorum membra (TAC. hist. 2, 28 non abrumpendos ut corpori validissimos artus. COLVM. 7, 12, 14 nervus mordicus comprensus [modice compressus *codd.*] et aliquatenus eductus abrumpitur. FRONTIN. strat. 1, 10, 1. 4, 7, 6 PAVL. dig. 6, 1, 23, 5). STAT. silv. 2, 1, 3 abruptis ... venis vulnus hiat (TAC. ann. 6, 29 per abruptas venas sanguinem effudit. 15, 59. 15, 63. 16, 9). IVV. 2, 116 supervacuam cultris abrumpere (abscidere *v. l.*) carnem. APVL. flor. p. 20 Oud. tenacissimorum serpentium squameas pedicas. VVLG. lev. 13, 56, *cf.* SEN. clem. 1, 2, 3 si in hostile nomen cives et ex ⟨e⟩odem corpore abrupti transierint. *de rupibus, terris, sim.*: LIV. 21, 36, 2 natura locus iam ante praeceps recenti lapsu terrae in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat. 36, 24, 8 *rupes* media valle velut abrupta ab arce erat. SEN. Herc. O. 1048 abrumpit scopulos Athos. nat. 6, 22, 2 petra e latere montis abrupta. COLVM. 10, 66 nos abruptae tum montibus altis Deucalioneae cautes peperere. LVCAN. 6, 57 Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis. 6, 360. 8, 293 abruptum nostro mare. 9, 308. PLIN. nat. 2, 191 montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta. 2, 206. 5, 134 Nisyron abruptam illi (*Coo*) putant. 5, 141 *Hellespontus* Asiam abrumpat Europae. VAL. FL. 6, 84 abruptus pelago Tyra. SIL. 17, 249. STAT. Theb. 1, 276 abruptis etiamnum inhumata procorum reliquiis. 3, 597 sperat tellus abrupta reverti. 5, 338 abruptam ... radicibus ... Ortygiam. 11, 72. IVV. 6, 649 saxa iugis abrupta. *cf.* VAL. MAX. 2, 8, 5 Karthaginis imperio abrupta Hispania et Siciliae caput abscisum. LVCAN. 9, 861 dubiis hinc Syrtibus orbem abrumpens. HIER. epist. 77, 8 Tyrus se volens a terra abrumpere. *de ponte*: VAL. MAX. 3, 2, 1 donec post tergum suum pons abrumperetur. [SEN. nat. 6, 17, 1 moras suas *fluvius* abripit (abrumpit *dett.*).] SIL. 4, 486 abruptus ... pons vinclis. TAC. hist. 3, 14 abrupto ponte (*cf.* 5, 26). FRONTIN. strat. 2, 13, 5. *alia*: OV. met. 2, 359 teneros manibus ramos. LIV. 40, 2, 3 fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta. SEN. Oed. 535 huius (*cupressi*) abrupit latus edax vetustas. PLIN. nat. 11, 39 abrumpi statim et resilire guttas *mellis* vilitatis indicium habetur. 16, 129 nec totam refossam *plantam abietis transferendam*, sed abruptam (25, 27). 36, 199. SIL. 12, 241 galeam atque insignia magni consulis abrumpunt. MART. 5, 62, 6 abrupta ... reste. TAC. hist. 2, 36 proelium abruptis (arr- *M*, abreptis *Gronov*) quae superant navibus fuga diremptum. PLIN. paneg. 39 neminem hoc necessitudinis abruptum velut truncum amputatumque destituet. SVET. Aug. 25 *hami* abrupti damnum nulla captura pensari posset. PAVL. coll. 16, 3, 1 linum *testamenti*. AMM. 23, 4, 12 ut quicquid petierit aculeis exsertis abrumpat *machina ἑλέπολις*. *nota*: LVCR. 2, 214 abrupti nubibes ignes (*fulmina*). AVIEN. Arat. 1532 *circulus lunas* abruptus (-os *codd.*) subito praenuntiat euros. AMM. 14, 5, 8 abrupto ferro (*scil. e vagina*). ENNOD. carm. 1, 11, 13 ferino e gutture ... abrumpis cibum. **2** *dirumpere, scindere, divellere, de nubibus, sim.*: VERG. Aen. 3, 199 ingeminant abruptis nubibus ignes (ANTH. 207, 319). SIL. 6, 608 *Iuppiter* abrupto fregit caelo super agmina nubem. STAT. Theb. 1, 353 abrupta tremescunt fulgura. AVIEN. Arat. 1706 plurimus abruptis fundetur nubibus imber. OV. fast. 2, 495 abrumpitur ignibus aether. VERG. georg. 3, 259 abruptis turbata procellis ... freta. Aen. 12, 451 ubi ad terras abrupto sidere nimbus it mare per medium. PLIN. nat. 2, 132 defert hic (*typhon*) secum aliquid abruptum e nube gelida (calidi *Detlefsen*). APVL. mund. 34 abruptis ... imbribus prolutas totas esse regiones. FLOR. 2, 4, 6 cum abruptis fistulis (*aquariis scil.*) obsideretur *Capitolium*. PALLAD. 1, 18, 1 ne possit abrumpi *solum*. SVLP. SEV. dial. 1, 18, 4 exundabat abruptis flamma fornacibus. STAT. Theb. 1, 325 caligantes abrupto sole Mycenas (SCHOL. subducto lumine et a cursu suo revocato). *separare, de exercitus, populi partibus, sim.*: LIV. 3, 19, 9 partem velut abruptam a cetero populo. 28, 14, 20 ut abrumperent cornua a cetera acie. VAL. MAX. 7, 4 ext. 2 a reliquo exercitu abrupta[m] legio Romana. CVRT. 3, 11, 18. 4, 15, 22 abrupta a ceteris agmina. 10, 7, 21. SIL. 13, 682 *cohortes Hispanae* abrupto liquerunt agmine signa. *cf.* CVRT. 3, 5, 8 commilitonem divelli a se et abrumpi. HIER. epist. 17, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abruperunt a me partem animae meae (*fratres*). TAC. hist. 3, 25 laxati ordines abrumpuntur.

II ***translate*****: 1** *interrumpere, incidere*: *de somno*: VERG. georg. 3, 530 nec somnos abrumpit cura salubres. OV. am. 2, 10, 19 mihi saevus amor somnos abrumpat inertes. SIL. 7, 150 abrupta . . . quiete. 15, 48 abrumpet bucina somnos. STAT. silv. 2, 1, 62. Theb. 9, 600 abrupere oculi noctem. MART. 12, 26, 7. CYPR. unit. eccl. 27 somno inertiae veteris abrupto. SER. SAMM. 57 AMM. 16, 5, 4. CLAVD. Ruf. 1, 212 soporem. *de sermone, sim.*: VERG. Aen. 4, 388 his medium dictis sermonem abrupit. SEN. dial. 4, 24, 1 incohatum sermonem (TAC. ann. 4, 60). epist. 100, 6 clausulas. VAL. FL. 7, 388 vocesque abrumpit inanes. SIL. 2, 329 turbando abrumpere vocem. STAT. Theb. 6, 185 abruptis . . . querellis. QVINT. inst. 4, 3, 13 abrupto . . . sermone. PLIN. epist. 2, 11, 18 huius actionem vespera inclusit, non tamen sic ut abrumperet. 2, 14, 10 ubi silentium factum est, repeti⟨i⟩t quod abruperat. 6, 20, 1. SVET. Tib. 21 sermones. CLAVD. Pros. 3, 160 querellas. MART. CAP. 9, 927 conprobatum infantibus crepitacula vagitus abrumpere. *de vita*: VERG. Aen. 4, 631 invisam quaerens quam primum abrumpere lucem. 8, 579 liceat crudelem abrumpere vitam (9, 495). SEN. Herc. O. 895 fataque abrumpes tua. Tro. 939 abrumpere ense lucis invisae moras. epist. 30, 15 vitam (78, 2). apocol. 4 tempora vitae. LVCAN. 4, 483 extremae momentum . . . lucis. 6, 610 medios herbis abrumpimus (prae- *M*) annos. VAL. FL. 6, 310 ultro segnes abrumpere metas. SIL. 2, 597 vitam. 9, 649 abrumpere cuncta . . . cum luce libet. STAT. silv. 1, 3, 63 annos (Theb. 10, 357). IVV. 14, 244 stamine nondum abrupto. TAC. hist. 2, 53 abruptis vitae blandimentis. ann. 16, 28. PLIN. epist. 1, 12, 8 multa illa vitae sed minora retinacula abrupit. AMBR. Iac. 2, 11, 49 suum abrupit spiritum animamque victor effudit. CARM. epigr. 1219, 3 abrupit (*scil. annos*) dirae sortis iniqua dies. *cf.* LVCAN. 5, 659 ingentes abruperit actus festinata dies fatis. SIL. 3, 79 ut nostro abrumpat leto *deus* primordia rerum. *nota*: ENNOD. epist. 2, 1 inmaturus abruptus est, *cf.* abripio. STAT. Theb. 11, 201 abrumpe moras, celeremus (Ach. 1, 872). SCHOL. Dan. Verg. Aen. 8, 1 ALC. AVIT. carm. 5, 421. ENNOD. op. 5 abrumpere moras cupiebam. *cf.* PLIN. epist. 6, 6, 9 abrumpe si qua te retinent. FRONTO p. 4, 4 N. *de itinere, sim.*: CVRT. 5, 5, 1 *fossae* abruperant iter. STAT. Theb. 10, 523 *equi* abruptum minantur iter (agi *dett. codd.*). CORP. III 199 viam fluminis vi abruptam interciso monte restituerunt.

varia: OV. rem. 495 medias abrumpere curas. LVCAN. 6, 87 tremulo medios abrumpit poplite gyros. VAL. FL. 3, 250 abrumpere pugnas. STAT. silv. 3, 3, 126 media cecidere abrupta iuventa gaudia. SIL. 3, 79 ut nostro abrumpet leto primordia rerum. QVINT. inst. 6 pr. 14 quis enim dilata studia miretur, quae potius non abrupta esse mirandum est? PS. QVINT. decl. 2, 9 *caeco* quicquid ante se est, donec exploretur, abruptum est. PLIN. epist. 5, 5, 4 *mors* semper inchoatum aliquid abrumpat. FLOR. 1, 18, 1 *ignis* populatus incendio silvas interveniente flumine abrumpitur. *nota*: QVINT. inst. 9, 3, 125 membrum autem est sensus numeris (membris *codd.*) conclusus, sed a toto corpore abruptus et per se nihil efficiens. **2** *finem imponere, evertere, tollere*: CAT. 68, 84 posset ut abrupto vivere coniugio (SIDON. epist. 9, 6, 1 abrupto contubernio ancillae). VERG. Aen. 3, 55 fas omne abrumpit (SIL. 2, 293 fas omne abrumpitur armis. CARM. de fig. 54 ne fas abrumpere temptet (*sic Quicherat*, -eret ire *C*). LIV. 21, 44, 8 omnibus inter victoriam mortemve certa desperatione abruptis. VAL. MAX. 2, 3, 1 hanc . . . consuetudinem C. Marius . . . abrupit. SEN. epist. 75, 16 si occupationes nostras et mala tenacissima abrumpimus. CVRT. 10, 8, 17 spem gratiae (SIL. 8, 51 spes abrupta e medio. TAC. hist. 6, 63 abrupta undique spe. ann. 4, 50 spes ac metus). SIL. 1, 296 abrupto . . . foedere (2, 451 STAT. Theb. 3, 655). TAC. hist. 4, 60 tamquam fidem per scelus abrumperent. 4, 64 abruptis voluptatibus. ann. 11, 26 dissimulationem. 12, 50 quamvis servitio sueti patientiam abrumpunt. 15, 2 pacem. PLIN. epist. 7, 3, 4 *otium* ego non abrumpi, sed intermitti volo. SVET. Aug. 17 M. Antonii societatem. FLOR. 1, 1 pr. rerumque diversitas aciem intentionis abrumpit. GAIVS dig. 28, 5, 32, 1 iura civitatis in personam eius in suspenso retinentur, non abrumpuntur. VLP. dig. 44, 5, 1, 4 lucrum. APVL. apol. 98 tacitas omnium suspiciones palam abrumpere. TERT. idol. 23 abrumpendae omnis necessitatis. IVVENC. 1, 128 mortisque tenebras abrumpent. AVELL. p. 378, 20 sententiam apostolicae sedis abrumpere. SIDON. epist. 3, 2, 3 abrupisti tot repagula, tot obiectas . . . difficultates. ACTA Montani Lucii etc. 14 lapsorum abrupta festinantia. **3** se abrumpere (*ab*) *aliqua re*: CIC. Phil. 14, 31 *legio* se prima latrocinio abrupit Antonii. VAL. MAX. 1, 8, 10 quo (*bello civili*) se Cn. Pompeius a Caesaris concordia . . . abruperat. 7, 7, 7 qui se ab omni honesto vitae genere abruperat. PAVL. NOL. carm. 24, 157 potuisset ille ⟨se⟩ periclo abrumpere. **4** *rara*: *aliquem*: AVG. civ. 18, 41 quos a suis doctoribus . . . amor veritatis abruperit. *intransitive*: *desciscere*: TERT. pudic. 7 extra gregem datus est . . . et abrupit. apol. 37 si in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis. adv. Marc. 5, 1 *apostolus* a lege creatoris abrupit. adv. Val. 4 *Valentinus* de ecclesia . . . abrupit. FAVSTIN. trin. 1, 1 a piis ecclesiae catholicae sensibus abrumpit (*var.* -itur). *singulariter*: AMBR. serm. Sess. 1, 5 *devotio* in propheticum illud canticum congrue et conpetenter abrumpat (*an i. q.* erumpat?).

synonymum: amputare. *oppositum*: solvere.

adi. **abruptus**, -a, -um. *compar.* PLIN. nat. 11, 138 FRONTIN. strat. 1, 4, 7 TERT. adv. Marc. 1, 1 AMBR. ev. Luc. 4, 3. *superl.* PLIN. epist. 9, 35, 5 VVLG. I reg. 24, 3. GLOSS. ἀπόκρημνος, praeceps (princeps *cod.*), per (pro *codd.*) vim ruptus. inmoderatus vel infrenatus, inconsideratus.

I ***proprie*****:** *praeceps*: CAT. 68, 107 te . . . amoris aestus in abruptum detulerat barathrum. SEN. nat. 3, 16, 4 abrupti in infinitum hiatus. LVCAN. 7, 173 multis visus . . . abruptis mergi convallibus Haemus. SIL. 7, 419 immanis in antro conditur abrupto Proteus. IVVENC. 2, 591 pecus abrupto tolletis vile profundo. AVG. civ. 5, 18 *Curtius* in abruptum hiatum terrae se praecipitem dedit (*cf.* 4, 20 in abruptam terram). conf. 13, 7 in abruptam abyssum. CIRIS 465 praeterit abruptas Scironis protinus arces. SEN. Herc. f. 1209 Caucasi abruptum latus. Herc. O. 863 abrupta cautes. dial. 11, 6, 5 quid tam abruptum undique quam hoc saxum? CVRT. 7, 11, 2 *petra* undique abscisa et abrupta semita perangusta aditur. 8, 11, 3 praeceps et abrupta rupes. LVCAN. 2, 450 abrupto . . . vallo. 4, 739 super ardua ducit saxa, super cautes abrupto limite signa. 6, 800 saxa. 8, 46 rupis in abruptae scopulos. PLIN. nat. 3, 67 *Roma* munita erat praecelsis muris aut abruptis montibus. STAT. Theb. 1, 114 abrupta qua plurimus arce Cithaeron occurrit caelo. FRONTIN. strat. 1, 5, 8 inter duos montes abruptos longum et angustum iter ingressus. TAC. ann. 2, 23 insulas saxis abruptis . . . infestas. 15, 42. hist. 5, 11 extrema rupis abrupta. TERT. pudic. 9 ovem per aspera quaeque et abrupta fugitivam. AMM. 22, 10, 3 scopulos. 31, 10, 12 rupibus (HIER. epist. 3, 4). VVLG. I reg. 24, 3 super abruptissimas petras. SVLP. SEV. epist. 2, 10 praecisis rupibus abruptisque montibus. SIDON. epist. 3, 3, 4 supercilium collis abrupti. *cf.* STAT. Theb. 10, 262 per abruptas castrorum et aggere pinnas . . . praecipitant saltu. VAL. FL. 2, 615 abruptis Europa inmanior oris. PLIN. epist. 9, 39, 5 abruptissimis ripis. [FLOR. 1, 45, 24 cum octoginta milia muro et arce et abruptis ripis (ripis *om. cod. Naz. haud scio an recte*) defenderent maximam civitatem. *cf.* SIDON. carm. 7, 151.] ITIN. Alex. 8 torrentis profundi abruptis utrimque ripis. PLIN. nat. 11, 138 hic (*in corde*) pendet *superbia*, nihil altius simul abruptiusque invenit in corpore.

II ***translate*****: 1** *de oratione, sim.*: SEN. contr. 2 pr. 2 quaedam tam subito desinunt, ut non brevia sint, sed abrupta. SEN. epist. 114, 1 sententiae. QVINT. inst. 2, 11, 6 abrupta quaedam ut forte ad manum venere, iaculantur. 3, 8, 58 principia. 3, 8, 68 initia. 4, 2, 45 vitanda est etiam illa Sallustiana . . . brevitas et abruptum sermonis genus. 9, 4, 62 non igitur durum sit neque abruptum. 10, 2, 19 ne cui tenue ingenium erit, sola velit fortia et abrupta. 12, 10, 80 magna, non nimia, sublimia, non abrupta. TERT. idol. 12 plenius illi abruptae propositioni respondebo. adv. Marc. 4, 12 adhibendam . . . abruptam defensionem adversus abruptam provocationem. FORTVN. rhet. p. 124, 28 si quando audentius verbum aliquod transferemus, ne omnino praeceps abruptumque videatur. SEN. Aen. 11, 532 abruptus est et vituperabilis transitus. georg. 2, 458. MACR. sat. 4, 2, 1 initium. CASSIAN. conl. 17, 25, 11 minax et abrupta sententia. 20, 12, 3 definitione. ISID. orig. 2, 14, 1 cum piratae persona suscipitur, audax, abrupta, temeraria erit oratio. *cf.* GLOSS. V 43, 9 abrupta sanctio aperta lex dicitur.

PLIN. nat. 11, 267 ova parientibus sibilus serpentibus longus, testudini abruptus. **2** *de cursu, i. q. rapidus*: GERM. 48 abrupti fluminis instar. VAL. FL. 8, 330 vasto rursus desidit hiatu abrupta revolutus aqua. FRONTIN. strat. 1, 4, 7 praecepit, abruptiora tranârent. FLOR. 2, 23, 6 torrentibus. CLAVD. carm. min. 26, 40 discolor abruptum flumen hiatus agit. *cf.* APVL. mund. 34 abruptis imbribus prolutas totas esse regiones. STAT. Theb. 5, 423 abrupto quatiunt nova litora saltu (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 14). APVL. met. 9, 1 abrupto cursu me proripio totis pedibus. VITA Cypr. 9 abrupto impetu *populos* rapiens. STAT. Theb. 12, 432 alternosque apices *flammae rogi* abrupta luce coruscant. **3** *de hominis natura et moribus*: VAL. MAX. 8, 1 abs. 3 Gabinius . . . abruptae esse spei videbatur. SIL. 7, 219 fervida si nobis corda abruptumque putassent ingenium patres. TAC. ann. 4, 20 inter abruptam contumaciam et deforme obsequium pergere iter. TERT. adv. Marc. 1, 1 *Marcion* Caucaso abruptior. CYPR. unit. eccl. 17 nimia et abrupta perfidia. epist. 16, 1 inmoderata et abrupta praesumptio. ad Demetr. 11 abruptae cupiditatis arma prostituit. cor. 1 de abrupto et praecipiti et mŏri cupido. HIL. in psalm. 118, 1, 8 in sese abruptam humanae petulantiae naturam. ALC. AVIT. c. Eut. 2 p. 22, 3 praesenti tempore in abruptam diversitatem letabundum virus erupit. **4** *de periculis, sim.*: AMM. 14, 5, 8 exitio urgente abrupto. 15, 7, 3 in periculum festinantem abruptum (19, 8, 3. 19, 12, 13. 20, 7. 12. 27, 10, 11). 24, 4, 30 in perniciem *prodire* coegit abruptam (26, 10, 10). 16, 2, 1 solet abrupta discrimina desperatio propulsare (26, 8, 12. 31, 12, 5). 18, 7, 10 pro abrupto rerum praesentium statu. COD. Theod. 10, 10, 28 periculo. CASSIAN. praef. conl. 2, 2 tam abruptum scribendi periculum non vitarem. conl. 17, 5, 2 abrupta mendacii atque periurii pericula. LEO M. epist. 123, 1 periculum. PROSP. epist. ad Ruf. 4 perniciem. *nota*: SEN. dial. 2, 1, 2 'at ardua, per quae vocamur *Stoicorum praeceptis*, et confragosa sunt'. quid enim? plano aditur excelsum? sed ne tam abrupta quidem sunt, quam quidam putant. IVVENC. 4, 56 abrupta imponunt umeris nam pondera vestris.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

synonyma: *ad I*: praeceps, abscisum. *ad II*: praeceps.

subst. **abruptum**, -ī *n. locus abruptus vel praeceps.* GLOSS. *ἀπερῳωγός, ἀπόκρημνον.* **I** ***proprie*****:** 1 *pluraliter*: LVCAN. 10, 317 abrupta viarum. PLIN. nat. 2, 1, 6 ne lacerum corpus abrupta dispergerent. STAT. Theb. 3, 262 iamque iter extremum caelique abrupta tenebat. 9, 656 terraeque abrupta. TAC. hist. 5, 26 scinditur . . . pons, in cuius abrupta progressi duces. FRONTIN. strat. 1, 5, 10 *locus* undique abruptis cinctus. PLIN. epist. 8, 4, 2 insessa castris montium abrupta. 9, 26, 2 plerumque altis et excelsis adiacent abrupta. VEG. mil. 2, 1 colles, urbes plana et abrupta. 3, 2 in planis . . . in abruptis. 3, 8 in abruptis ac deviis. SIDON. epist. 4, 21, 5 *agros cingunt* concava fontibus, abrupta fluminibus. CLAVDIAN. MAM. 2, 9 in devia abrupta. ENNOD. op. 4 itineris . . . abrupta. 2 *singulariter*: PS. QVINT. decl. 5, 16 sub . . . rupis abrupto. TERT. adv. Marc. 5, 14 salio amplissimum abruptum intercisae scripturae (*i. lacunam*). IVST. 4, 1, 7 promuntorium R⟨h⟩egium dicitur quia Graece abruptum hoc nomine pronuntiatur. VEG. mil. 4, 1 urbes muniuntur . . . locorum edito vel abrupto. ENNOD. op. 1 in abruptum te pendere didicisses (carm. 1, 6 epist. 1, 20). **II** ***translate*****:** PS. QVINT. decl. 4, 5 in novissimo fati stamus abrupto. AMM. 16, 8, 6 in abrupto necessitatis mulier confitetur (25, 8, 2. 30, 1, 8). 19, 11, 13 quod in abrupto staret imperator. VEG. mil. 3, 9 ante . . . quam ad ultimum veniatur abruptum. PAVL. NOL. carm. 24, 71 abrupta mortis incidentes. AVG. c. Iul. 5, 15, 22 impietatis abruptum (FVLG. RVSP. epist. 17, 11, 22). AVELL. p. 420, 21 ne incidet mortiferae praecipitationis abruptum. p. 434, 13 temeritatis abruptum. p. 475, 14 meae infelicitatis abruptum. SIDON. epist. 2, 13, 3 venit omnibus viribus ad principalis apicis abruptum. ENNOD. dict. 18 inter virtutum tuarum . . . abrupta. **III** ***formulae*****:** GLOSS. in abruptum in praeceps, in profundum, praecipitatus periculo. VERG. Aen. 3, 422 *Charybdis* sorbet in abruptum fluctus. 12, 687 fertur in abruptum magno mons improbus actu. SEN. nat. 6, 1, 8 in abruptum . . . eunt. STAT. silv. 3, 2, 69 imus in abruptum. TAC. hist. 1, 48 Galbae amicitia in abruptum tractus. LACT. inst. 7, 3, 8 CLAVD. 20, 424. AVG. c. Secund. 6 itane praecipitabis cor tuum in hoc impietatis abruptum? AVELL. p. 101, 21 in illius erroris abruptum necessitate coguntur. PLIN. nat. 8, 158 *equum* praecipitem in abrupta isse. TAC. ann. 2, 55 cum orta tempestas raperet in abrupta. PLIN. nat. 6, 65 deiectumque *Gangen* per scopulosa et abrupta. TAC. Agr. 42 per abrupta . . . ambitiosa morte inclaruerunt. FLOR. 1, 23, 10 amnem per abrupta vadentem. 1, 28, 4 positis per abrupta castris. SOL. 19, 11 *teneros cervi* adsuescunt salire per abrupta (*cf.* PLIN. nat. 8, 113 ad praerupta ducunt saltumque demonstrant). PANEG. 9, 17 per abrupta ripae ulterioris evadere. 12, 34. FIRM. err. 19, 1. 28, 13. AVG. conf. 2, 2, 2 per abrupta cupiditatum. SIDON. epist. 3, 12, 2 tam per aequata quam per abrupta. CYPR. epist. 65, 2 a recto limite veri itineris aversi per praeceps et abruptum . . . rapiantur. SIDON. epist. 9, 16, 3 v. 73 per abruptum bove concitato. SIDON. epist. 2, 13, 3 venit . . . ad principalis apicis abruptum.

opposita: plana, concava.

adv. **abruptē**. *compar.* abruptius CYPR. epist. 74, 2 AMM. 20, 5, 5 AMBR. virg. 1, 11, 66. QVINT. inst. 3, 8, 6 neque enim abrupte nec unde libuit incipiendum. 4, 1, 79 non abrupte cadere in narrationem. CYPR. epist. 15, 3 si quid abrupte et indigne vel a vobis promissum vel a nobis factum est. 74, 2 inpudentius ceteris et abruptius in deum . . . blasphemare instituit. IVST. 2, 15, 4 non existimans abrupte agendum. FORTVN. rhet. p. 113, 14 ne quaestiones abrupte incohemus. SVLP. VICT. rhet. p. 332, 13 tam abrupte responderit. AMBR. virg. 1, 11, 66 silentibus ceteris, unus abruptius . . . inquit. CASSIAN. conl. 13, 4 cuius pietas abrupte a nobis non potest inprobari. 17, 8, 1 nihil oportet abrupte monachum definire (17, 30, 1). 4, 10, 3. AVELL. p. 481, 12 non abrupte et sine exceptione propositum. ZENO tract. 1, 3, 2 (34) fortitudo delet abrupte igni ferroque . . . incolas. AMM. 14, 1, 8 abrupte mariti fortunas trudebat. 15, 2, 9 damnabantur abrupte (28, 1, 56). 17, 7, 8 palantes abrupte *ignes*. 18, 2, 7 ne foedera abrupte frangerentur. 20, 5, 5 velut incitatos torrentes hostes abruptius inundantes. 26, 6, 12 aleam periculorum omnium iecit abrupte. AVELL. p. 415, 20 ut non abrupte divina potentia diabolus, sed ipsius hominis etiam iustitia vinceretur. LEO M. epist. 149, 2 quod . . . abrupte inimicum est fidei Christianae. *quasi adv.* **abruptō:** PS. QVINT. decl. 5, 4 abrupto ad aegrum . . . properaverim. AVR. VICT. Caes. 24, 9 Romanum statum quasi abrupto praecipitavere *qui post Alexandrum Severum fuere imperatores.* *Klotz.*

abrunco *v.* averruncо.

Abrunus *nom. barbaricum.* CORP. II 678 Abrunus Camali f. 676 (*periit*) Abru⟨n⟩us Luce divinae v. s. a. l. *Otto.*

Abrupolis, -is, *Ἀβρούπολις, Persei aetate Thraciae rex.* LIV. 42, 41, 11 Abrupolis. 42, 41, 10 Abrupolim (42, 13, 6. 42, 40, 5). *Diehl.*

abruptio, -ōnis *f. proprie*: CIC. div. 2, 84 abruptio corrigiae et sternutamenta erunt observanda. FEST. 270 rumentum in augur⟩alibus significare vi⟨detur interruptio abrupti⟩ove (*cf.* PAVL. 271 rumentum abruptio). FVLG. de aet. mundi 11 terrenae abruptionis hiatum. *translate*: CIC. Att. 11, 3, 1 ista quam scribis abruptio (*matrimonii scil.*). ITALA cod. Lugud. exod. 30, 12 dabunt singuli abruptionem (*λύτρα*, VVLG. pretium) animae suae domino. SERV. Aen. 4, 653 vitae. *Klotz.*

Abrutio *opp. situm inter Asculum et Pinnas*: RAVENN. p. 259, 9; *intellege* Interamnia Praetuttianorum, *cf. Huelsen, PW. I 116.* *Otto.*

abryzum *v.* obryzum.

abs *v. sub* ab.

sub **abs-** *quae desunt v. sub* aps-.

Absālōm *nom. vir. hebr.* **1** *filius David,* אַבְשָׁלוֹם, אַבְיְשָׁלוֹם, *Ἀβεσσαλώμ, indecl.* VVLG. II reg. 3, 3. 13—20 *etc.* psalm. 3, 1. 142, 1 CASSIAN. conl. 17, 19, 5. **Absalon** *indecl.* FVLG. RVSP. verit. praed. 1, 26 AVG. c. Gaud. 1, 25 GREG. TVR. comm. psalm. p. 874, 20. SALV. gub. 2, 21 ab Absalone. GREG. TVR. hist. Franc. 4, 20 inter Absalonem. *ibid.* contra Absolonem (Absal- *et* Abissal- *v. l.*). *multo usitatiores apud scriptores formae* Abessalom *et* Abessalon *indecl.* HIER. nom. hebr. p. 37, 6 Abessalom pater pacis (p. 48, 8 AVG. in psalm. 3, 1. GREG. M. expos. in psalm. poen. 7. ISID. orig. 7, 6, 67 per antiphrasin). sit. et nom. p. 107, 5 VVLG. III reg. 15, 2. 15, 10 CASSIOD. in psalm. 3. EPIPH. metrol. p. 104 capillus Abessalom. PRISCILL. tract. 8 p. 86, 6 a facie Abessalon fili. p. 88, 18. PAVL. NOL. epist. 13, 7. 23, 19. 23, 20. SVLP. SEV. chron. 1, 38, 3 AVELL. p. 258, 29. 259, 8 LIB. geneal. 541 *bis.* 543. PRVD. ham. 563 Abessālōn (576. 579 DRAC. satisf. 163). Abisalon ANTON. PLAC. itin. 10 monumentum A. **2** *alii*: VVLG. I Macc. 13, 11 misit Ionatham filium Absalomi (*τοῦ Ἀβεσσαλώμου*). I Macc. 11, 70 Mathatias filius Absolomi (*ὁ τοῦ Ἀβεσσαλώμου*). II Macc. 11, 17 Abesalom (*Ἀβεσσαλώμ*). *Lommatzsch.*

Absarrum, -ī, *vel* **Absarus**, -ī, *Ἄψαρος, fluv. Pontum influens cum castello.* PLIN. nat. 6, 12 flumen Absarrum cum castello cognomine. 6, 13 in ore *Phasis* insulae sine nomine, ab Absarro LXX (*olim* Absyrto. *v.* Absyrtus). 6, 25 Absarro amne in Pontum defluente. 6, 29 ad flumen Absarrum. CORP. X 1202 praepositum numerorum tendentium in Ponto Absaro. *contulit Mommsen* ARRIAN. peripl. c. 7 *ἤλθομεν εἰς Ἄψαρον ἵναπερ αἱ πέντε σπεῖραι εἰσιν ἱδρυμέναι, καὶ τὴν μισθοφορίαν τῇ στρατιᾷ ἔδωκα καὶ τὰ ὅπλα εἶδον κτἑ.* LIB. gener. a. 334 p. 111, 227 usque Pontum . . . ubi est accessus Absariis (*v. l.* absarus) et Sebastopolis. CHRON. Alex. p. 111, 199 usque Pontum . . . ubi est congregatio Apsari et Sebastopolis et Causo limin et Fasis fluvius. TAB. Peut. 10, 5 Apsaro. RAVENN. p. 367, 4 Apsaron (Guido p. 532, 3). 75, 20 Absanon. 409, 4 Absarus *insula maris Veneti, cf.* Apsoros. *Diehl.*

abscēdo, -cessī (-ē-*?*), -cessum (-ē-*?*), -ere. VARRO ling. 6, 38 antepositis praeverbiis paucis immanis verborum accedit numerus: ut . . . processit et recessit, sic accessit et abscessit. PAVL. FEST. 26, 10 abambulantes abscedentes. GLOSS. *ἀποχωρῶ, ἀφίσταμαι*; discedit, recessit, abiit, evolavit, facessant, procul esto, absiste, abesto. *Miodoński, Archiv 5 (1888) 277—285. 500—504. deest apud Catullum, Lucretium, Caesarem* (BELL Afr. *semel*), *Sallustium, Vergilium* (*semel* abscessus), *Horatium, Tibullum, Velleium, Curtium, Lucanum, Persium, Petronium, Martialem, Quintilianum, Frontinum, Iuvenalem, Apuleium; devitant Terentius (bis), Cicero (semel), Propertius (semel), Plinius min. (semel), scriptores hist. Aug. (semel), Hieronymus in Vulgata (ter); frequentant Silius et Tacitus in annalibus (sed in historiis bis, script. min. nusquam). apud Livium, Tacitum, Ammianum legitur potissimum de re militari. scribitur* apsc- PLAVT. Cas. 627 Poen. 364. 376. 799. 801. 1243 Trin. 625. 710 LIV. 26, 1, 2 (*cod. P*) PLIN. nat. 20, 95. *cf.* CASSIOD. gramm. VII 157, 5. *contradicit* MAR. VICTOR. gramm. VI 21, 21. abscessem SIL. 8, 109.

I ***proprie*****: a** *absolute. de hominibus*: PLAVT. Aul. 55 abscede (Asin. 420 Poen. 1243 SEN. Med. 514 Phaedra 713). Mil. 1198 agite abscedite (Most. 468 PACVV. trag. 265). Amph. 984 concedite atque abscedite omnes, de via decedite. Poen. 801 apscedas. Cas. 835 iamne abscessit uxor? Poen. 798 quicum litigas apscessit. TER. Eun. 578 mihi ne abscedam imperat. OV. met. 5, 630. STAT. Theb. 7, 556 abscedo (HIER. epist. 17, 3). 12, 756 abscedunt comites. VAL. FL. 8, 374 *Absyrtus* abscessit tandem vanaque recedit ab ira. SIL. 15, 558 his dictis abit atque abscedens visa . . . (STAT. Theb. 2, 120. 12, 592 AVG. civ. 22, 8). SEN. epist. 94, 69 ubi testis ac spectator abscessit. PS. QVINT. decl. 6, 14 non reliqui, non abscessi neque . . . a parente discessi. LACT. inst. 6, 18, 33 ne furoris nostri testis abscedat. FLOR. 2, 13, 72. AVG. civ. 3, 15 p. 118 D. di . . . non abscedentes sed praesentes manentesque viderunt. 2, 22 abscesserant . . . omnes adytis arisque relictis di (*ex* VERG. Aen. 2, 351 *qui* excessere . . .) *cf.* 2, 25. 3, 7. 10, 8 abscedentes Hebraeos consequi. AMM. 25, 9, 2 ne imponeretur sibi necessitas abscedendi. 29, 5, 16 propinquis suis relictis abscessit. 17, 12, 12. 27, 3, 8 VVLG. Iudith 9, 1. SVLP. SEV. dial. 3, 6, 3 ceteros iubebat abscedere. *de re militari*: NEP. Epam. 9, 1 neque prius abscesserunt quam . . . (OV. Pont. 1, 8, 19 LIV. 5, 4, 10. 29, 2, 16). LIV. 45, 11, 1 Antiochus frustra temptatis moenibus Alexandreae abscesserat. 45, 6, 7 ea cohors persecuta regem . . . ne tum quidem abscedebat. 38, 29, 8. 21, 26, 2 abscesserant enim metu hostes. *al.* TAC. ann. 1, 36 abscedentis legiones (1, 37. 2, 9. 2, 88. 12, 44 cum exercitu. 13, 40. 6, 36. 12, 45). STAT. Theb. 10, 784 abscesserat ultro Tantalidum cohors. FLOR. 2, 63 *Caesar* eodem momento venit percussit abscessit. AMM. 14, 2, 20. 19, 7, 8. 24, 4, 31. 29, 5, 29. 31, 4, 13. *de bestiis*: SVLP. SEV. dial. 1, 13, 8 *bestia* cum comedisset abscessit. *cf.* AMM. 16, 5, 17. *de navibus*: LIV. 37, 24, 6 contemplatus naves . . . viginti paulo amplius integras abscedentes.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de vento: SIL. 17, 208 *Auster* abscedens reddit mare nautis. *de crustis*: PLIN. nat. 20, 95 crustae si brassica in his *vasis* decoquatur, apscedunt. *de stellis*: PLIN. nat. 2, 221 *lunae sidus* terras saturet accedensque corpora impleat, abscedens inaniat (2, 52. 18, 277). MART. CAP. 8, 819 ad quem (*circulum*) sol aestivus accedens solstitii fine repulsus abscedit. *de imagine visa*: PLIN. epist. 7, 27, 6 interdiu quoque quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat.

de somno: OV. fast. 3, 307 somnus ut abscessit. **b** *indicato statu abscedentis*: PLAVT. Trin. 710 eodem pacto quo huc accessi, apscessero (absc- *CD*). TER. Haut. 672 si licet me latere tecto abscedere. SIL. 17, 205 quod sponte abscedat *Hannibal*. LIV. 26, 7, 1 abscedere inrito incepto (29, 35, 12. 38, 6, 4. AMM. 20, 7, 18 omisso vano incepto). 5, 44, 5 obsidionis taedio victi abscedunt (LACT. inst. 3, 8, 9. CAPITOL. Gord. 34, 4 victus abscesserat. AMM. 24, 2, 17 repulsus abscessit. 28, 6, 10. 20, 5, 10 tanquam repudiatus. 18, 8, 10. HIER. epist. 6 meis sceleribus fugatus abscessit. 50, 4 quotiens conspuit et consputus abscessit. AVG. civ. 2, 23 cur *di* tanquam offensi abscesserint. 5, 18). VAL. FL. 7, 653 ambo truces, ambo abscessere minantes. TAC. ann. 1, 63 manibus aequis. AMM. 14, 7, 11 subiratus abscessit. 16, 12, 52 nec quisquam ... miseratus supplicantem abscessit. 20, 7, 2 densitate opertus armorum abscessit innoxius. AVG. civ. 4, 26 recepta valetudine pedibus suis sanus abscessit (22, 8 salvus). 3, 17 nisi ... Romani abscederent superiores. **c** *indicato loco unde abscedatur*. *adverbia*: PLAVT. Capt. 214 abscedite hinc (Mil. 586 Poen. 376 Asin. 939. 469 aufer te domum, abscede hinc. Truc. 884 ille quidem hinc abiit, abscessit. Mil. 200 ego hinc abscessero abs te. Poen. 805 hinc intro. ANON. Vales. 62 aut nega ... aut vero abscede hinc). Most. 467 illinc. LIV. 42, 56, 3 abscedere eum inde (37, 15, 1. 32, 4, 7. 22, 25, 9. 23, 20, 1. 27, 1, 14. 24, 19, 6. 7, 7, 2 turbatis inde ordinibus abscessere. 35, 6, 2 abscedi inde sine pernicie sociorum. 29, 35, 12 inde inrito incepto. 44, 7, 6 procul inde). *ablativus*: *nomina urbium* NEP. Iph. 2, 5 non prius Thebani Sparta abscessissent (LIV. 24, 1, 12 Regio. 36, 12, 11 Thyrreo). *cf. l. 56*. TAC. ann. 13, 7 abscessere Armenia Parthi (15, 6). *alia*: PROP. 4, 9, 53 lucoque abscede verendo. LIV. 37, 25, 2 abscedere custodia Ioniae. VAL. FL. 4, 636 abscedunt terris. SIL. 8, 109 nec abscessem thalamo. 9, 552 Martem ... abscedere pugna. SVET. Claud. 33 nec temere unquam triclinio abscessit. AVIEN. Arat. 1843. 583 Electram caelo abscessisse profundo. AMM. 16, 12, 3 ut terris abscederet virtute sibi quaesitis. 19, 9, 5 castris hostilibus. MART. CAP. 9, 899 homines ... abscedens orbe terrisque damnavit *Harmonia*. HIL. in psalm. 1, 9 hac via ad quam ferimur abscedere. *praepositio*: ab: PLAVT. Epid. 237 ab illis. Cas. 627 ab ista. Poen. 364 a me. Most. 512 ab ianua. 460 ab aedibus. 7 abscede ab aedibus, abi rus ..., abscede ab ianua (SVLP. SEV. dial. 2, 12, 4 ab illius foribus). 857 a pedibus tuis. Men. 849 ni a meis oculis abscedat in malam magnam crucem. BELL. Afr. 39, 5 Labienus ab suis copiis longius iam abscessisse. LIV. 3, 8, 8 quanto longius ab urbe hostium abscederent. 39, 23, 9 a moenibus (42, 56, 4. 44, 19, 11. 45, 11, 7). 42, 62, 1 ab ripa Penei. 27, 47, 11 a mari. 24, 37, 4 nec ab armis aut loco suo miles abscedebat (TAC. ann. 12, 48 a finibus Armeniis). 22, 33, 10 ab hoste. 37, 53, 18 a consule. 45, 44, 17 ab eo *rege*. 36, 42, 6 an nusquam abscederet ab Romanis. 27, 4, 1 ab Hannibale (27, 47, 5). 27, 50, 4 numquam ... senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit aut populus e foro. TAC. ann. 1, 7 a corpore *Augusti*. 3, 5. ENNOD. op. 3 p. 380, 6 a quo valedicens abscessit. GREG. TVR. pass. sept. dorm. 3 abscedite ... a nostri praesentia. *ab urbibus*: LIV. 26, 1, 2 a Capua (26, 3, 11. 26, 8, 3). 44, 13, 6 a Meliboea. 44, 13, 9 ab Demetriade. *cf.* 27, 43, 1 a Placentiae obsidione. PLIN. nat. 2, 72 cur Veneris stella numquam longius XLVI partibus, Mercuri XXIII ab sole abscedant. ex: PLAVT. Capt. 434 quom ... meo e conspectu abscesseris (Persa 727 SVLP. SEV. dial. 1, 22, 4 vix e conspectu abscesserat. AMM. 18, 8, 6 e medio prospectu). LIV. 27, 50, 4 e foro. VVLG. Tob. 14, 14 ex Ninive. COD. Theod. 11, 16, 14 (*a. 382*) e palatio nostro.

AVG. quaest. hept. 1, 119 abscessisse de terra Chanaan. 3, 32 de tabernaculo. ENNOD. dict. 21 de solo barbarico. EVGIPP. vita Sev. 1, 3 de contumaci oppido *al.* **d** *indicato loco quo abscedatur*: PLAVT. Trin. 625 huc. Persa 727 illuc. Asin. 925 istuc. Rud. 66 navis longe in altum abscesserat. ENNOD. epist. 3, 28 quocumque abscesseris. TAC. ann. 1, 53 cur Rhodum abscederet (AMM. 20, 10, 3 Viennam). 14, 3 in hortos. 15, 63 in aliud cubiculum. 13, 38 in castra. 13, 54 veteres in locos. 6, 41 in iuga Tauri montis. 14, 26 in Suriam. hist. 4, 70 in Mediomatricos. PLIN. nat. 2, 68 cum abscedant *stellae* in altitudinem, minui *motum*. **e** *accedunt*: procul (OV. met. 6, 362). TAC. ann. 2, 67 quanto longius abscedebatur (CENS. 3, 5 ut ne puncto quidem temporis longius abscedat *genius*). retro (SIL. 10, 17. AMM. 20, 10, 16 mare retro fluctibus evolutis abscessit). *cum partic. futuri*: SVET. Otho 6 quasi venalem domum inspecturus abscessit. Vit. 15. AMM. 16, 3, 3 hiematurus. 20, 10, 3.

II ***translate*: a** *absolute*. *de affectibus*: PLAVT. Merc. 140 aegritudo abscesserit. 389 nausea (*cf.* 372). PLAVT. Trin. 745 huic ducendi interea abscesserit lubido. TAC. hist. 4, 76 ubi metus abscesserit. TERT. idol. 11 si cupiditas abscedat. *in computatione*: PLAVT. Persa 669 pro vestimentis huc decem accedent minae :: abscedent enim, non accedent. TAC. ann. 2, 34 nec aut Vrgulania obtempe-

ravit ... aut ille abscessit (abscissit *M*; *cf.* GLOSS. V 535, 39 abscedito absiste). *de possessione cf. l. 65*: SVET. Nero 34 ne quid abscederet. AFR. dig. 28, 6, 35 quemadmodum portio quae ... accesserit auget legata, ita et hic quae abscesserit minuat *cf.* 30, 108, 5. PAP. dig. 35, 2, 11, 3 aeris alieni loco pars dimidia abscederet. GAIVS dig. 7, 1, 3 semper abscedente usufructu (7, 1, 56. 33, 2, 8). SEN. nat. 6, 10, 1 propter quod aliquid *terrae* abscedat aut revellatur *cf.* 6, 10, 2. epist. 14, 25 quamdiu virtus salva fuerit, non senties ⟨quid⟩quid abscesserit. VAL. FL. 4, 37 sis memor et cari comitis ne abscedat imago. STAT. Theb. 9, 833 vires paulatim abscedere sensit. AVG. civ. 13, 11 cum vero anima abscesserit. retract. 1, 81 cum ad corpus venerit *anima* qualis efficiatur, qualis cum abscesserit. civ. 13, 9 quia nondum abscessit *anima* a corpore *morientis*). BOET. mus. 1, 9 nulla veri est conprehensio, si arbitrium rationis abscedat. *term. techn. pictorum de lineis*: VITR. 1, 2 scaenographia est frontis et laterum abscedentium adumbratio. 7 praef. 11 uti ... quae in directis planisque frontibus sint figurata, alia abscedentia alia prominentia esse videantur. *medicorum de particula ossis fracti*: CELS. 6, 13 p. 251 D. testa ossis si qua abscessit recipienda est. 8, 3 p. 332 D. caruncula ... quod abscessit expellit. 7, 7, 7 quo crassior squama abscedat. *sim.* PLIN. nat. 29, 114 fracto capiti aranei tela ... imposita non nisi vulnere sanato abscedit. *cf.* CIC. div. 2, 37 cor in extis iam abscedet. *de apostematis*: CELS. 2, 7 in inferioribus partibus aliquid abscedet. 2, 5 quod inter febres aliqua parte abscessit. 2, 7 si quid etiam abscessit et antequam suppuraret ... subsedit. 7, 2. 7, 12, 5. 8, 9, 1. 5, 18, 21 omnia abscedentia digerit murex combustus. *de moriente*: CYPR. epist. 55, 11 cum Trofimo pars maxima plebis abscesserat. 55, 17 cum solacio pacis ... abscessit. LACT. inst. 7, 27, 8 cogitet quam purus abscedat. AVG. civ. 1, 27 cum manet in hac vita cui abscedere licitum est. CORP. VI 1884 (*p. Chr. 117*) abscessit Selinunte. *cf.* AMM. 30, 2, 3 aliquos vita didicerat abscessisse. AVG. epist. 155, 2 ex hac vita. **b** *indicato statu abscedentis*: SEN. Phoen. 215 turba fortunae prior abscessit a te iussa. AVG. civ. 4, 23 pavor et pallor non propitiatus abscederet sed pulsus aufugeret. SIDON. epist. 9, 11, 5 unius epistulae forma contentus abscessit. *de crimine*: AMM. 17, 12, 16 Araharium impune abscessisse. 29, 1, 36 arcessitus in crimen abscessit innocuus. *cf.* 15, 2, 10 periculo evolutus abscessit. AVR. VICT. Caes. 9, 3 coniurationum multas scelere inulto abscedere patiebatur. **c** *indicato unde abscedatur* (*cf. p. 145, 23*): *adverbium*: AVG. civ. 10, 28 atque utinam hoc ... abs te audiant et inde ... abscedant aut eo penitus non accedant. *de hereditate*: AFR. dig. 30, 108, 5 si in priore testamento Falcidiae locus sit, quod inde abscedit (abscidit *codd.*) ratione Falcidiae. *ablativus* PLAVT. Epid. 285 haec te qui abscedat suspicio. LIV. 9, 3, 5 is ... non militaribus solum sed civilibus quoque abscesserat muneribus. 36, 35, 1 si irrito incepto abscederet obsidione (37, 31, 3). COMM. instr. 2, 18, 12 lex dei testatur tales abscedere lege. NOVELL. 119, 6 huiusmodi hereditate abscedere (*ἀναχωρεῖν κληρονομίας*). *praepositio* ab: *de aetate* NAEV. com. 26[1] neque admodum a pueris abscessit neque admodum adulescentulust. PLAVT. Rud. 1190 dum abscedat haec a me aegrimonia. TER. Hec. 781 cito ab eo haec ira (VVLG. Iudith 6, 5 pallor ... abscedat a te). CATO orat. 5, 1 labor ille a vobis cito recedet, bene factum a vobis ... non abscedet. MELA 1, 54 ne illud quidem a vero nimium abscesserit. SEN. epist. 44, 7 ita longius ab effectu eius quod petunt semper abscedunt. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 3 a pristina obligatione. AVREL. Fronto p. 9, 9 N. paulisper a me abscedat somnus *de insomni*. OPTATVS 1, 11 a radice matris ecclesiae ... rebelles abscedunt. a deo *sim.*: TERT. testim. 2 homo malus ... quia a deo bono abscesserit. ITALA (Tert. ieiun. 6) deut. 32, 15 abscessit (VVLG. rec-, a domino salutificatore suo. ITALA (Tert. ieiun. 2) I Tim. 4, 1 abscedentes a fide (VVLG. disc-). TERT. idol. 11 ut non ab his *delictis* tantum abscedamus sed et ab iis per quae fiunt. AVG. civ. 16, 4 cum quisque ab eo quem non intellegebat abscederet nec se nisi ei ... adgregaret. *de possessione*: TRYPH. dig. 37, 7, 9 abscessit enim *dos* a bonis patris. *cf.* ITALA (Aug. loc. hept. 4, 47) num. 14, 31 hereditate possidebunt terram quam vos abscessistis ab ea (*κληρονομήσουσι τὴν γῆν ἣν ὑμεῖς ἀπέστητε ἀπ' αὐτῆς*, VVLG. quae vobis displicuit), *recte* AVG. *ibid.* usitatum esset 'a qua vos abscessistis'. *eodem sensu cum dativo*: LIV. 38, 38, 6 *urbes* quae regno abscedunt. SEN. benef. 4, 40, 5 si ille non erit sensurus ullam accessionem recepto eo, quo reddito mihi multum abscessurum erit. epist. 72, 7 cui aliquid abscedere potest, id inperpetuum est. *cf.* 35, 2 quicquid aetati meae vigoris abscessit. 55, 2 cum harenis ... sucus abscessit. SIL. 12, 560 credens abscedere vitae, quod sopor eripiat, tempus. *adde querelam Veneris* OV. met. 5, 375 Pallada nonne vides ... abscessisse mihi?

d *indicato loco quo abscedatur. de finibus*: extendi: MELA 1, 102 Pontus ... contra minus quam ad laevam et dextram abscessit. 3, 16 Gallicae latus alterum ... tantundem paene in pelagus excedens quantum retro Hispania abscesserat. *synonyma*: abeo (*p. 145, 25*), concedo (*p. 144, 58*), discedo (*p. 144, 66*), recedo (*l. 52*), revellor (*l. 7*). *opposita*: accedo (*p. 145, 3. 84 al.*), adeo (TER. Eun. 578), promineo (*l. 17*), me adgrego (*l. 64*). redeo (SEN. epist. 35, 2).

abscessio (-ē-*?*), -ōnis *f. vocabulum a Cicerone ut videtur formatum, ab ecclesiasticis receptum pro graeco ἀποστασία*. CIC. Tim.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

44 cum ... ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio (PLATO Tim. 42ª τὸ μὲν προσίοι, τὸ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν). *proprie de abeundo*: FAVST. REI. epist. 1, 2 quem abscessio reum fecerat, regressio fecit insontem. SEVER. MINOR. Migne 20, 745 B inde abscessionem moliremur. DONAT. Ter. Hec. 610 revocare vult causam abscessionis suae. GREG. TVR. vit. patr. 19, 1 quintus ... iam fluxerat abscessionis illius dies. *translate de separatione*: IREN. 2, 12, 3 necesse est et reliquas coniugationes abscessionem et separationem a semet ipsis accipere. *de defectione*: ITALA (Iren. 4, 37, 7) Ierem. 2, 19 emendabit te abscessio tua (ἀποστασία, VVLG. arguet te malitia tua). *cf.* HIER. in Is. 13, 50. ITALA (Iren. 5, 25, 1 Tert. resurr. carn. 24) II Thess. 2, 3 nisi venerit abscessio primum (ἀποστασία, discessio VVLG. ITALA codd. Boern. Fuld., refuga cod. Clar.). TERT. resurr. carn. 24 Romanus status cuius abscessio in decem reges dispersa antichristum superducet. IREN. 3, 23, 3 ei ... qui princeps apostasiae est principi abscessionis. 4, 41, 2 diabolus sibimet ipsi et reliquis factus est abscessionis causa. *al.* LEO M. serm. 47, 2 totus eius cursus abscessio est.

abscessus (-ē-*?*), -ūs *m.* **1** ***proprie*** **a** *actus abeundi*: *absolute* VAL. FL. 3, 9 Cyzicus abscessu lacrimans. SYMM. epist. 6, 61 modo abscessu modo reditu variamus locorum distinctionem. HIER. epist. 107, 4 illas desideret, ad illas tibi minitetur abscessum. DONAT. Ter. Eun. 190 nunc 'vale' abscessum significat, non salutationem. ALC. AVIT. carm. 6, 302 dixit *Christus* et abscessu caelestia regna petivit. COD. Theod. 9, 9, 1, 1 (*a. 326*) amati abscessum defleat relegati *servi*. *alicuius*: *solis*: CIC. nat. deor. 1, 24 quod pars earum *regionum* adpulsu solis exarserit, pars obriguerit nive ... longinquo solis abscessu (PLIN. nat. 18, 218 *solis* abscessu proferunt se *stellae*. CARM. de vent. poet. min. V 70, 22 abscessum solis Zephyri tuba florea servat. CLAVDIAN. MAM. 1, 9 p. 49, 20 solis abscessus ... solis adventus). VERG. Aen. 10, 144 Rutulum abscessu. PLIN. nat. 10, 444 indutias habet gens Pygmaea abscessu gruum. SIL. 9, 486 remeantis in aethera divae Pallados abscessu. TAC. ann. 12, 49 abscessu suorum ... praesidii egens. 15, 17 Armeniam abscessu Vologesis infirmatam. AVR. VICT. vir. ill. 59, 3 abscessum Romanorum cognoscunt. DICT. 5, 16 post abscessum Vlixi. 6, 12. HIER. vita Pauli 10 post cuius (*corvi*) abscessum. SYMM. epist. 5, 35 sequuntur abscessum tuum litterarum cohortes. LEO M. serm. 77, 5 qui denuntiato sibi domini turbabantur abscessu. SERV. Verg. Aen. 1, 683 aut abscessum Cupidinis aut adventum Ascanii. ALC. AVIT. epist. 45 p. 74, 12 laetificandus ... reditu vestro, immodice tamen attonitus reddor abscessu. *unde*: MERCAT. Theod. expos. praef. 3 agnoscat ... se post de Cilicia abscessum ... anathemate esse damnatum. *accedit* longius: SOL. 9, 4 Mycenis profugus matricida cum abscessus longius destinasset. LACT. de ira 13, 4 sol ... tum abscessu longius ad meridiem tum accessu propius ad septentrionem hiemis et aestatis vicissitudines facit. **b** *de absentia*: TAC. ann. 4, 57 causam abscessus ad Seiani artes rettuli. 6, 38 ipsi ... continuo abscessu velut exilium obiectando. ALC. AVIT. epist. 67 p. 89, 7. **2** ***translate***: *via qua abscedatur*: TAC. ann. 12, 33 sumpto ad proelium loco ut aditus abscessus cuncta suis in melius esset. *de loco*: COD. Theod. 7, 16, 2 (*a. 410*) omnes stationes navium, portus, litora, omnes abscessus provinciarum, abdita quin etiam loca et insulae ... custodiantur. *de aqua*: SOL. 32, 12 omnem *fontis Nili* abscessus originem de sole concipi. VVLG. Ruth 3, 14 dormivit ... usque ad noctis abscessum (ἕως πρωί). *de morte*: AVG. quant. an. 31, 62 post animae abscessum ad superna evadunt. epist. 92, 2 coniux tuus cuius abscessu vidua diceris. COD. Theod. 8, 12, 1, 2. AVELL. p. 60, 24 post abscessum Zosimi. 63, 19. LEO M. lib. sacr. 10, 2 sponsi filios usque ad eius abscessum non posse ieiunare. *al.* *de defectione*: CASSIAN. conl. 4, 6, 1 illum quem diximus abscessum et ut ita loquar desertionem dei. *term. techn. medicorum de ulceribus*: CELS. 2, 1 p. 28 D. tunc lippitudines, pusulae, profusio sanguinis, abscessus, quae ἀποστήματα Graeci nominant ... oriri solent. 2, 7. 2, 8 p. 47 D. minuti abscessus quos φύματα Graeci vocant. 5, 18, 2. 5, 18, 7. 5, 28, 11. 5, 28, 12 nonnunquam ex eiusmodi abscessibus et ex aliis ulcerum generibus fistulae oriuntur. 6, 16. 7, 2. 7, 4, 4 ORIB. syn. 3, 30.

opposita: accessus (*l. 44*), aditus (*l. 49*), adpulsus (*l. 25*), adventus (*l. 29. 38*), reditus (*l. 20*); *synonymum*: abdita loca (*l. 51*). *Lommatzsch.*

abscīdio, -ōnis *f.* GLOSS. II 237, 51 ἀποκοπή. II 241, 48 ἀποτομή.

abscidit de memoria: exit GLOSS. V 161, 15.

abscīdo, -cīdī, -cīsum, -cīdere *v.* abs *et* caedo. GLOSS. ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. V 161, 14 abscidens abrumpens. Vergilius: 'hic plantas tenero abscidens de corpore matrum' (georg. 2, 23, *ubi codd.* abscindens). [*verbo raro ante* LIV. *usi sunt* PLAVT. *semel,* VARRO *semel,* CIC. *semel,* LVCR. *ter,* CAES. *ter,* VERG. HOR. OV. *semel quisque. deest apud* TER. PROP. *saepe confunduntur formae verborum* abscido *et* abscindo, *praecipue participia* abscisus *et* abscissus, *praesertim cum videatur usque ad aetatem Neroneam vel a Plinio illud scriptum esse* abscīssus, *cf.* ASCON. tog. cand. p. 84 B LVCAN. 3, 167 PETRON. 108 PLIN. nat. 26, 130. 28, 220. 30, 98. 37, 158, *ubi codices optimi aut certe boni* s *geminant. V.*] *cf. Fürtner, Archiv 5 (1888) 520.*

I ***proprie*****:** *separo, amputo, decīdo* **1** *de partibus corporis*: PLAVT. Amph. 556 iam quidem hercle ego tibi istam scelestam, scelus, linguam abscidam. VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 dentibus abscisam et commanducatam linguam. SEN. contr. 10, 4 exc. abscisa est ei lingua (SEN. praecidatur). MART. 2, 82, 1 SVET. Cal. 27 VLP. dig. 21, 1, 8 AMM. 28, 6, 28. SERV. Aen. 3, 51 Philomelae linguam abscidit. AMBR. de virg. 1, 4, 17 morsu linguam abscidisse. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 7 linguam abscisam putares. CIC. Phil. 11, 5 cervicibus fractis caput abscidit. LVCR. 3, 654. VERG. Aen. 12, 511 curru abscisa duorum suspendit capita. HOR. sat. 2, 3, 303 LIV. 4, 19, 5. 24, 15, 4. SEN. contr. 7, 2, 1 abscidit caput, amputavit manum. VELL. 2, 27, 3. 2, 66, 3. VAL. MAX. 4, 7, 4 caput quod abscisum iacebat. 5, 1, 10 caput ... abscisum a corpore. 9, 13, 2. SEN. Thy. 1038 abscisa cerno capita et avulsas manus. OCTAVIA 439 Sullae caesi referat abscisum caput. LVCAN. 7, 628 PLIN. nat. 30, 88. 33, 98 SIL. 10, 52. 147. TAC. hist. 3, 74. AMM. 14, 11, 33 quot capita carnifices absciderunt. VVLG. Iudith 13, 10. ANTH. 709, 4 abscidit iugulo lubrica testa caput. STAT. Theb. 10, 452 tendit abscisos sociorum ostendere vultus. MART. 3, 66, 2 SERV. Aen. 9, 470. OROS. hist. 5, 16, 17 abscisis cum crine verticibus. *in imagine*: AMM. 26, 9, 9 abscisa cervice discordiarum civilium. BELL. Hisp. 20, 5 militi cervices abscisae. SEN. contr. 7, 2, 2. VAL. MAX. 6, 8, 3 quas (*cervices*) cum celeri ictu abscidisset. LVCAN. 8, 674. AMM. 26, 3, 3 abscisa cervice consumptus est. *passim.* SIL. 15, 470 absciso durabant murmura collo. APVL. met. 5, 20 ancipiti telo ... serpentis nodum cervicis et capitis abscide. LIV. 4, 28, 8 brachium abscisum. 31, 34, 5 brachiis cum umero abscisis. VAL. MAX. 1, 1, 18 sacrilegae manus ... abscisae. 2, 7, 11. PLIN. nat. 9, 110 concha ... manum ... acie sua abscidat. SVET. Cal. 32 FLOR. 1, 34 (2, 18, 4). ITALA cod. Cantabr. *et* VVLGATA Marc. 9, 42 abscide illam (*manum*). VVLG. deut. 25, 12. VAL. MAX. 3, 2, 22 abscisa dextra. LVCAN. 3, 617 haec quoque cum toto manus est abscisa lacerto. STAT. Theb. 9, 260 abscisae redeunt in pectora dextrae. SVET. Iul. 68. AMM. 30, 5, 19. 31, 13, 4 abscisa ferro dextera. HEGES. 3, 17 dexteram manum abscidunt (-ind- *pass. codd.*) defunctis. 3, 3 arripiens dextera gladium laevam abscidit. VAL. MAX. 6, 3, 3 sinistrae manus digitos ... absciderat (VLP. dig. 21, 1, 10). 9, 2 ext. 8 Aeginensium iuventuti pollices abscidit. SEN. Phaedra 1182 accipe abscisam comam. LVCAN. 6, 563 illa comam laeva morienti abscidit ephebo. TAC. Germ. 19 abscisis (acc- *L.* adsc- *V.*) crinibus. VEG. mil. 4, 9 matronae abscisos crines viris suis obtulere pugnantibus. SERV. ecl. 6, 74 MACR. sat. 5, 19, 1 COD. Theod. 16, 2, 27, 1. CLAVDIAN. MAM. 1, 21 haec talibus non inesse vel de ossuum sectione et capillorum atque unguium praecisione cognoscimus quae sine ullo sensu doloris abscidimus. SEN. dial. 5, 17, 3 cum aures illi nasumque abscidisset. MART. 3, 85, 1 quis tibi persuasit nares abscidere moecho? IORD. Get. 36, 184 naribus abscisam truncatamque auribus. FLOR. 1, 13 (18, 9) unius proboscide abscisa mori posse beluas (*elephantos*) ostenderat. VEG. mil. 3, 24 IVST. 15, 3, 4. HEGES. 1, 29, 7 aures eius dentibus suis abscidit. VVLG. Ioan. 18, 10 Petrus ... abscidit auriculam eius dextram. 18, 26. AVG. quaest. hept. 4, 26 oculos hominum illorum abscidisses. PLIN. nat. 28, 220 pede leporis viventi absciso (-sso *codd. dett.*). VVLG. Matth. 18, 8. OV. met. 12, 361 Crantoris alti abscidit iugulo pectusque umerumque sinistrum *pinus* (PRVD. perist. 4, 123*?*). ITALA cod. Lugud. lev. 9, 21 pectusculum et brachium dextrum abscidit (separavit VVLG.) Aron abscisionem ante dominum. LVCR. 3, 642 falciferos memorant currus abscidere membra. PAVL. FEST. 148 membrum abscidi mortuo dicebatur, cum digitus eius decidebatur. SEN. dial. 3, 15, 2 clem. 1, 14, 2. CASSIAN. conl. 1, 20, 6 membrum ... proici atque abscidi. FRONTIN. strat. 4, 7, 37 si partem aegram corporis haberem, absciderem potius quam curarem. APVL. met. 4, 11 antesignani partem, qua manus umerum subit, ictu per articulum medium tem⟨p⟩erato prorsus abscidimus. CLAVDIAN. MAM. 1, 17 quotam partem quisque corporis viventis absciderit. LIV. 37, 41, 7 ut quidquid ab latere obiceretur abscideret *falx*. CELS. 7, 29. CASSIAN. Nest. 1, 1 quidquid ferrum secantis abscideret. *cf.* AVIEN. Arat. 474 sub absciso ... ventre Cornipedis. *cf.* SEN. dial. 10, 4, 6. CELS. 8, 10, 7 os. PLIN. nat. 30, 115 ut nervos ... abscisos inlitis *vermibus* solidari intra septimum diem persuasio sit. IORD. Get. 39, 205 abscisa nervis membra relabuntur. ITALA cod. Lugud. lev. 4, 9 abscidit illud *omentum* sicut absciditur a vitulo. *in imagine*: SALV. gub. 6, 68 eversis Sardinia ac Sicilia atque abscisis velut vitalibus venis. CASSIOD. var. 7, 47, 3 si civitatum nervi videantur abscidi? PHYSIOGN. 87 nates tamquam abscisas malignitatis esse signa (ὅσοι δὲ ἔχουσιν ὀλίγην σάρκα, οἷον ἀπωμορχμένην πῦγα). PLIN. nat. 29, 99 caudam mustelae quae abscisa ea dimissa sit. 29, 101. PAVL. NOL. epist. 11, 7 ut vellera a corporalibus vitiis tamquam a morbidis et mollibus ovium corporibus abscidens. CELS. 7, 22 totum testiculum PETRON. 108 Giton ad virilia sua admovit novaculam, minatus se abscisurum (-iss- *codd.*) tot miseriarum causam. MART. 3, 81, 3 abscisa est quare Samia tibi mentula testa? ARNOB. nat. 5, 11 ut ... virilibus spoliaretur abscisis. QVINT. inst. 1, 6, 36. LACT. inst. 1, 12, 2 cuius (*patris*) dicitur abscidisse genitalia. PS. CYPR. singul. cler. 33. COMM. instr. 1, 12, 7 absciso (-sso *B A*) utero. PS. AVR. VICT. epit. 23, 3 SERV. Verg. Aen. 9, 617. MACR. sat. 1, 8, 6 hunc aiunt abscidisse Caeli patris pudenda. ARNOB. nat. 5, 13. PAVL. NOL. carm. 19, 186 abscisa colant. CLAVD. Eutrop. 1, 280 inguinis et reliquum Phrygiis abscidere cultris.

2 *inde de castratis*: GLOSS. abscisum ἀποκεκομμένον. abscisos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gallos eunuchos (ISID. orig. 12, 7, 50). ARNOB. nat. 1, 41 illum Attin Phrygem abscisum (AVG. civ. 7, 25). 5, 31. 5, 42. LACT. inst. 1, 13, 1 credamus hominem ab homine abscisum *esse*. *passim*. SIRICIVS epist. 10, 13. ITALA cod. Monac. deut. 23, 1 non introibit spado abscisus in ecclesiam domini dei (Aug. conf. 8, 1, 2). Matth. 19, 12 spadones qui se ipsos absciderunt propter regnum caelorum (*εὐνούχισαν*, VVLG. castraverunt). PS. CYPR. singul. cler. 40 AMBR. exhort. virg. 3, 17. HIER. epist. 41, 4 plenitudinem ... abscisum et semivirum habuisse Montanum. AVG. civ. 6, 7 hominum abscisorum quos Gallos vocant. *ibid.* Attis muliebri zelo abscisus. *ibid.* per abscisos et molles. 7, 26. 7, 28 Mater Magna apud quam mollium et abscisorum seseque secantium atque iactantium insuper perstrepit turpitudo. quaest. hept. 1, 136. CANON. 1, 2 si quis semet ipsum sanus abscidit (*opp.* a barbaris castratus).

3 *de plantis*: VARRO ling. 5, 152 quae (*arbores*) abscisae loco reliquerunt nomen (COLVM. 5, 11, 7 si pusillam arborem inserere voles imam abscidito, ita ut sesquipedem e terra extet. arb. 26, 6. MACR. sat. 5, 11, 9 difficultatem abscidendae arboreae molis). CAES. Gall. 7, 73, 2 truncis arborum aut admodum firmis ramis abscisis. PAVL. FEST. 323 virgulae abscisae sarmenta. COLVM. 3, 10, 22 flagellum translatum et abscisum a sua stirpe. 3, 19, 2 circa plagam qua matri abscisus est *malleolus*. PLIN. nat. 17, 68 surculos abscisos serere. 17, 98 abscisa propagine. 17, 138. 17, 206 tertio *anno* totus mergus absciditur. PALLAD. 4, 10, 16. 7, 2, 2 nunc ... tritici messis absciditur. 17, 238 abscisis *radicibus*. AMM. 30, 8, 5 fruticem iussit abscidi. VVLG. num. 13, 24 absciderunt palmitem cum uva sua. SCHOL. Hor. carm. 2, 19, 6 Lycurgus legum lator abscidi iussit vineta. *in imagine*: OPTATVS 2, 9 vos esse abscisos palmites a vite. 7, 1 p. 158 Vind. invidiae silvam falce veritatis abscidere. VVLG. Zach. 11, 10.

4 *de aliis rebus*: CAES. Gall. 3, 14, 7 quibus (*funibus*) abscisis antemnae necessario concidebant (VVLG. act. 27, 32 tunc absciderunt milites funes scaphae). CVRT. 9, 5, 22 lignum sagittae corpori infixae (-um *codd.*) abscidunt (CASSIOD. var. 5, 17, 5). SEN. clem. 1, 19, 6 latera montium abscidere. PASS. coron. 1, 1 ad metalla diversa de montibus abscidenda. PLIN. nat. 4, 5 paeninsula quondam Neritis appellata opere accolarum abscisa continenti. PETRON. 80 partem meam ... vel hoc gladio abscidam. PLIN. nat. 31, 124 nec avelli *spongeas* petris posse, ideo abscidi. TAC. hist. 2, 88 abscisis furtim balteis. 3, 23 ni vincla ac libramenta tormento abscidissent. CENS. 8, 8 linea illa quartam partem orbis abscidit. AVIEN. Arat. 1041 id quod contenti visus absciditur. PS. BOET. geom. p. 380, 6 a maiore minori aequam rectam lineam abscidere. AVSON. 326 praef. Alexander ... fatalis iugi lora ... abscidit. AMM. 14, 2, 6 hoste rupium abscisa volvente. 18, 8, 1 pontium iuncturis abscisis. 26, 8, 9 hanc (*catenam ferream*) Aliso tribunus abscidit *cf.* 10 concidens. VVLG. I reg. 24, 6 eo quod abscidisset oram chlamidis Saul. AVG. civ. 17, 6. SEN. contr. 7, 1, 27 si secundi versus ultima pars abscideretur. MAR. VICTOR. gramm. VI 54, 17. ATIL. gramm. VI 283, 1 colon dictum quasi a corpore abscisum integrum membrum. PRISC. gramm. III 147, 5 genera omnia non abscisa (abscissa *DG*) propriis terminationibus (*cf.* APOLLONIVS *περὶ συντ.* p. 104 B. *τὰ γένη οὐκ ἐκκοπτόμενα ἰδίοις τέλεσιν*). LIV. 45, 37, 9 illa tibi tota abscisa oratio esset. QVINT. inst. 8, 3, 23 ... sibi magnam partem orationis absciderit. 8, 3, 85 sequens positum in voce aut omnino subpressa aut etiam abscisa. *ibid.* absciditur per *ἀποσιώπησιν*. SEN. nat. 6, 10, 2 nihil magnum sine motu eius, cui haesit, absciditur. QVINT. inst. 12, 1, 20. VAL. MAX. 2, 8, 5 Karthaginis imperio abrupta Hispania et Siciliae caput abscisum Syracusae. LVCAN. 3, 33 abscidis frustra ferro tua pignora. IREN. 1, 27, 2 apostoli Pauli epistolas abscidit auferens quaecunque manifesta dicta sunt. FEST. 242 antiqui offam vocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem. HEGES. 3, 1, 1 urbs Gamala ... a fronte absciditur profundo hiatu.

II ***translate*: 1** *separo*: CAES. civ. 3, 72 abscisum in duas partes exercitum. LIV. 8, 25, 5 intersaeptis munimentis hostium pars parti abscisa erat. TERT. anim. 17 absciderunt opinionem a sensu et sensum ab anima. AVG. civ. 19, 23 a sapientia abscisa semper errat *anima*. CASSIAN. inst. 10, 13 ut humanitatem non abscidant ab eis. CYPR. epist. 75, 25 abscidere a caritatis unitate et alienum per omnia fratribus facere. COMM. apol. 204 abscisos in totum a saeculo praemonet esse. AMBR. Noe 20, 71 a dei abscisum gratia (CASSIAN. conl. 17, 9). ITALA (Aug. c. Faust. 16, 22) Gal. 5, 12 abscidantur qui vos conturbant (VVLG. abscindantur). AMBROSIAST. I Cor. 16, 22 si quis ... Iesum non amat, abscidatur. AVELL. p. 291, 2 abscidi ab ecclesia. 373, 5. 425, 15. 738, 4 melius est, si ecclesiastico corpori iungantur abscisi, quam ad abscisos transeant, qui .... CANON. 24 abscidatur a clero. CASSIOD. in psalm. 118, 165. CORP. VIII 1863 post abscisos ex Africa Vandalos. PS. CYPR. singul. cler. 9 qui se omni parte femineis affectibus ostendat abscisum. GENNAD. 8 dissensione facta a coetu semet ipsos absciderant unitatis. LEO M. epist. 104, 5 ne se abscidat ab ecclesia.

2 *abicio, removeo*: LIV. 4, 10, 4 exiguam spem in armis, alia undique abscisa. 34, 30, 12 spe undique abscisa. 24, 30, 12 45, 25, 9 quam ne spem regibus absciderent auxilii sui. SEN. contr. 8, 1, 14 FRONTIN. strat. 2, 7, 4 PAVL. dig. 21, 2, 35. AMM. 19, 8, 4 defendendi vel fugiendi spes esset abscisa. CORP. III 567, 12 utrorumque spei aliquid apscisum est. LIV. 9, 23, 12 nos omnium rerum respectum praeterquam victoriae nobis abscidamus. SEN. contr. 9, 6, 2 abscisa missione. SEN. Phoen. 194 vitae bona proiecit atque abscidit. dial. 3, 7, 4 consilium omne et paenitentiam inrevocabilis praecipitatio abscidit. LVCAN. 4, 504 abscidit nostrae multum fors invida laudi. TAC. hist. 3, 78 abscisis omnibus praesidiis cessurus imperio videbatur. PAVL. dig. 28, 2, 9, 2 rumpit his casibus nepos testamentum, quod moriente avo filii ius pependerit, non abscisum ut superiore casu fuerit. CYPR. mort. 4 invidia concordiam rumpit, amicitiam abscidit. SEN. epist. 108, 16 quoniam quidem absciduntur facilius *vitia* animo quam temperantur. CLEM. ad Cor. 63 si abscidatis iracundiam. CYPR. epist. 55, 29 praecludere est atque abscidere iter doloris ac paenitendi viam. IREN. 2, 26, 1 abscidens eorum ob huiusmodi scientiam supercilium. 2, 17, 11 ignorantiam. ARNOB. nat. 6, 26 neque ullis remediis audacia possit abscidi. 1, 63 non ... omnia seminaria totius vitiositatis abscidit? LACT. inst. 6, 15, 3. HIER. epist. 19 abscisis opinionibus ambiguitatibusque supplosis. CASSIAN. conl. 5, 19, 2 curam. AVELL. p. 218, 14 cognosce et abscidere in quibus inique locutus es. PAVL. NOL. epist. 11, 7 CASSIAN. inst. 6, 20 SED. op. pasch. 5, 8. CASSIOD. var. 3, 52, 4 ut contentionum protervitas abscidatur. 6, 19, 7 si contentiones eorum (*aegrorum*) noxias prudenter abscidas. hist. 10, 2 nefandum spectaculum prorsus abscidit. 12, 2 superstitionem. in psalm. 64, 7 haereticorum prava dogmata falce veritatis abscidit. SCHOL. Germ. Bas. p. 86, 14 ut venti ... pestilentiae vim absciderent. ARATOR 1, 1051 gentibus abscidens durae feritatis acumen. CASSIOD. var. 3, 52, 8 ut contentionum protervitas abscidatur. SEN. benef. 7, 19, 8 quidquid erat, quo mihi cohaereret, intercisa iuris humani societas abscidit. VAL. FL. 7, 324 abscisum quidquid pudor ante monebat. AMBR. Iac. 2, 48 abscide linguam, sed non abscides constantiam. CANON. 21 placuit abscidi istam consuetudinem. CASSIOD. gramm. VII 213, 5 isti tamen ... omnem vobis caliginem ignorationis abscidunt. var. 3, 2, 3 quatenus causa quae inter vos vertitur amicis mediis rationabiliter abscidatur.

synonyma: *ad I*: amputo, avello, castro, decido, proicio, subprimo, trunco. *ad II*: praecludo, proicio, rumpo, supplodo. *oppositа*: *ad II*: iungo, pendeo, tempero.

part. et adi. **abscīsus,** -a, -um *cf.* abscissus. *comp.* abscisior VAL. MAX. 6, 5 ext. 4. **1** *praeceps, abruptus*: *cf.* LIV. 32, 5, 12 qua abscisae rupes erant. 44, 6, 8 rupes utrimque ita abscisae sunt, ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit. 44, 5, 5 SEN. epist. 70, 21. CVRT. 5, 3, 17 rupes abscisas et undique praeruptas. LVCAN. 6, 473 de rupe pependit abscisa (-ssa *V.*) fixus torrens, amnisque cucurrit. AMM. 19, 5, 4. LIV. 25, 36, 6 nec natura quicquam satis arduum aut apscisum erat, quod hosti aditum ascensumve difficilem praeberet. 32, 4, 5 saxo undique absciso. SEN. dial. 2, 1, 2 pleraque ex longinquo speculantibus abscisa et conexa videri solent. SEN. contr. 1, 3, 3 stat moles abscisa in profundum frequentibus exasperata saxis. CVRT. 7, 11, 2 *petra* undique abscisa et abrupta. STAT. Theb. 2, 556 abscisis infringens cautibus uncas. FRONTIN. strat. 1, 4, 7 abscisi montes. SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 91 nemoris praerupti, abscisi, alti montis. AMM. 31, 7, 3 ultra Haemi montis abscisos scopulos. **2** *de moribus et oratione* (*acerbus, asper, gravis, abruptus*): SEN. clem. 1, 2, 2 nec promiscuam habere ac vulgarem clementiam oportet nec abscisam. VAL. MAX. 2, 7, 14 aspero et absciso castigationis genere militaris disciplina indiget. 3, 8, 3 responso. 6, 3, 10 uxorem dimisit quod eam capite aperto foris versatam cognoverat abscisa sententia. 6, 5, 4 aliquando Charondae ... praefractior et abscisior iustitia. 6, 4, 3 quam efficax est animi sermonisque abscisa gravitas. DID. apost. 19, 20 non potens nec austerus nec durus nec abscisus nec sine misericordia noli inludere populo. QVINT. inst. 9, 4, 118 cur alia paucioribus verbis satis plena vel nimium, alia pluribus brevia et abscisa sint? PLIN. epist. 1, 20, 19 non amputata oratio et abscisa, sed lata et magnifica et excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet. **3** *de sonu vocis* (*i. q. raucus, tenuis*): SCRIB. LARG. 74 altera arteriace ad fluorem et ad raucitatem arteriae, item ad tussim et abscisum (-ss- *ed. princ.*) sonum vocis.

synonyma: *ad 1*: abruptus, arduus, praeruptus. *ad 2*: amputatus, asper, austerus, durus, horridus (VAL. Max. 6, 3, 10), praefractus, sine misericordia. *oppositа*: *ad 2*: vulgaris. excelsus, latus, magnificus. *adv.* **abscīsē**: VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 si verba numeres, breviter et abscise, si sensum aestimes, copiose et valenter. CALL. dig. 50, 6, 6, 5 demonstratur varie nec abscise ... ex rescriptis divi Helvii Pertinacis.

abscindo, -scidī, -scissum, -scindere. [ab-scindo *Th.*] GLOSS. *ἀποσχίζω*. II 237, 46 *ἀποκοιτῶ*, abscindo, amaneo (*erratum est pro* abscedo absideo *aut contaminatum cum ἀποκόπτω*). GRAMM. suppl. 295, 27 abscindo corripit paenultimam in praeterito. [*deest ante* CIC., *postea non legitur apud* CAT. LVCR. CAES. SALL. NEP. LIV. MANIL. *alios. V.*]. *cf. sub* abscido *p. 147, 74.* *Fürtner, Archiv 5 (1888) 527.*

I ***proprie*** *scindendo abrumpo, deseco, evello*: **1** *de vestibus*: CIC. Verr. 6, 3 tunicam eius a pectore abscidit. VERG. Aen. 5, 685 umeris abscindere (exc. *Med.*) vestem. OV. epist. 12, 153 CVRT. 3, 11, 25 (-isa *codd.*). 10, 5, 19 abscissa veste qua induta erat, lugubrem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sumpsit. PROP. 4, 4, 72 Strymonis abscisso (absciso *N et pars dett.*) pectus aperta sinu. OV. fast. 4, 448. VAL. MAX. 2, 7, 9 laciniis abscissis (-isis A^2 *et* Paris). **2** *de corporis partibus* (*ubi haud raro* abscīdo *expectas*). VERG. Aen. 4, 590 flaventisque abscissa comas. AEGR. Perd. 56 pinnam de propriis ardentibus abscidit alis. CELS. 5, 26, 5 caro ... abscissa. 7, 7, 4 ex angulo caruncula abscindatur. 5, 26, 28 quamvis ... non abscissus nervus est. SEN. Thy. 1062 membra nervosque abscidi viventibus. SIL. 3, 552 abscissa relinquunt membra gelu. CELS. 5, 26, 34. 7, 7, 6 neque ex palpebra quicquam abscindatur. 7, 10 ubi abscissus est *polypus*. 7, 19 membranulas ... si digito diducere non potest, scalpello abscindat (abscidat *Vat.*). 7, 21, 2. 7, 22 venae et arteriae ... infra vinculum abscindendae sunt. TAC. ann. 15, 69. 16, 11 eodem ferro abscindunt venas. CELS. 8, 25 si nudum os eminet, impedimento semper futurum est; ideo quod excedit, abscindendum est (CASSIOD. hist. 10, 13 crus.). STAT. Theb. 3, 87 et iam media orsa loquentis absciderat (abstulerat *BM*) plenum capulo latus. COD. Iust. 1, 27, 1 abscissis radicitus linguis. ITALA (Lucif. Athan. 2, 17) Matth. 18, 10 si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde (ἔκκοψον, VVLG. abscide). HIER. adv. Pelag. 2, 11 epist. 60, 16 VVLG. deut. 25, 12 (*?*) Matth. 5, 30. I reg. 5, 4 duae palmae eius (*Dagon*) manuum abscissae erant. PS. HIER. epist. 18 femina (*vipera*) in ipso coitu ... caput masculi abscindit. VVLG. II reg. 20, 22 abscissum caput Seba. II Macc. 15, 30. HIER. in Nahum 2, 8 oculum ... eruamus, abscindamus a nobis. AVIAN. apol. 30 aurem sibi abscindens inde eum (*aprum*) fugavit. CASSIOD. hist. 6, 12 ut subtilibus restibus eius aures abscinderent. AVIAN. apol. 28 tauro ... dominus cornua fecit abscindi. VVLG. Ier. 48, 25. PS. MAX. TAVR. serm. 22 linguam ... protulit ... abscindendam. CASSIOD. hist. 5, 31 AMBROSIAST. I Cor. 4, 4. CELS. 6, 18, 2. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 42 ne testes ei abscinderentur, poenam pecunia redemit. PS. ACRO *ibid.* 46 demeteret: abscinderet. multis, inquit, etiam virilia amputata sunt. AMBR. vid. 13, 77 nemo se debet abscindere. VVLG. deut. 23, 1 non intrabit ... abscisso veretro ecclesiam domini. AVG. civ. 2, 7 in templis daemonum Galli abscinderentur. *in imagine*: PS. MERCAT. Nest. epist. 3, 1 Christum ... habebat caput *Iohannes Baptista* quod non posset abscindi. ZENO tract. 2, 7, 1 argumentationis totius uno ictu omnes nervos abscindet. SEV. MINOR. epist. Migne 20, 736. HIER. Galat. 5, 13 spiritu praeputium carnis abscindant. epist. 21, 20. **3** *de plantis, cf.* abscido: VERG. georg. 2, 23 hic plantas tenero abscindens de corpore matrum deposuit sulcis. COLVM. 4, 15, 3 abscisum (*sic codd.*). IREN. 4, 4, 1 sarmenta vineae ... nunquam a botris destituta abscinderentur. CASSIOD. in psalm. 48, 14 herbas non radicitus evellunt, sed abscindunt ipsas potius summitates. *in imagine*: PELAGIVS epist. 15 (Migne 30, 29) iuxta hanc intelligentiam abscindet pater omnem palmitem fructum non ferentem in filio. PS. HIER. in Matth. Migne 30, 556 doctrinam patrum quasi surculos abscindunt. PS. AVG. salut. doc. 34 abscindamus virgulta spinarum de agro cordis nostri. AMBR. in I Cor. 4, 14 medicus salutaris ... putamina abscindens. **4** *de terris diremptis*: VERG. Aen. 3, 417 venit medio vi pontus et undis Hesperium Siculo latus abscidit. MELA 2, 7, 115. VAL. FL. 2, 616 has ... terras ... Neptunia quondam cuspis et adversi longus labor abscidit aevi. FLOR. 1, 18, 2 (2, 2, 2) cum videret opulentissimam in proximo praedam quodammodo Italiae suae abscissam (-isam *codd.*) et quasi revolsam. SOL. 2, 22 quos (*Reginos*) fretum medium a Siculis vi abscidit. TERT. apol. 40 vis undarum Lucaniam abscissam (*v. l.* abscisam) in Siciliae nomen relegavit. MELA 3, 46 Gades ... angusto spatio et veluti flumine a continenti abscissa. 2, 82 media pars eius (*campi*) quae abscissa proximis velut insula natat. FLOR. 1, 24 (2, 8, 9) Euboeam insulam continenti adhaerentem tenui freto reciprocantibus aquis Euripus abscindit (-idit *codd.*). OROS. hist. 2, 18, 7 (-isa PR^aD). PLIN. nat. 5, 85 primo hunc (*Euphraten*) illic in pugna Taurus aufert victusque et abscissus sibimet alio modo vinxit ac fractum expellit in meridiem. STAT. Theb. 10, 866 tanto violentior ille (*amnis*) ... maiore salo quassatque trahitque molem aegram, nexus donec celer alveus omnes abscidit et cursu victor respirat aperto. SEN. nat. 6, 22, 3. *cf.* LVCAN. 3, 471 rupes, quam vertice montis abscidit inpulsu ventorum adiuta vetustas. HOR. carm. 1, 3, 21 nequiqam deus abscidit prudens Oceano dissociabili terras (SCHOL. separavit). OV. met. 1, 22 caelo terras et terris abscidit undas. PLIN. nat. 4, 37 fretum quo montem Atho Xerxes ... continenti abscidit (SOL. 9, 3 MART. CAP. 6, 655). VAL. FL. 2, 529 quantum ventis adiuta impulerat pontive fragor, tantum abscidit imi concutiens a sede maris *Hercules*. CLAVD. Pros. 1, 144 rupit confinia Nereus victor et abscissos interluit aequore montes. *nota*: STAT. silv. 3, 2, 61 rude et abscissum (abscisum *M*) miseris animantibus aequor. **5** *de aliis rebus*: PROP. 3, 11, 63 Coclitis abscissos testatur semita pontes. PETRON. 122 vs. 123 intremuit nubes elisosque abscidit ignes. VAL. FL. 1, 488 retinacula ferro abscidit. STAT. Theb. 5, 274 absciderunt tristes crudelia Parcae stamina. TAC. hist. 5, 6 bitumen influit ... donec abscindas. nec abscindere aere ferrove possis. PALLAD. 4, 1, 3 vincula. VVLG. Dan. 2, 34 *et* 45 de monte abscissus est lapis sine manibus. HIER. epist. 22, 19. 61, 4 SVLP. SEV. 2, 3, 7. ARATOR 2, 182 cum templa dicarent abscissis de rupe deis. TER. MAVR. 1135 ubi sola manet verbi vocalis in imo et brevis haec abscissa etiam comitemque requirens nullaque consona iuncta parat dare temporis auctum .... VAL. MAX. 8, 3, 3 Hortensianae eloquentiae tanta hereditas una feminae actione abscissa non esset. VAL. FL. 2, 161 sic fata querellas abscidit. VVLG. Hab. 3, 17 abscindetur de ovili pecus.

II *translate*: **1** *separo*: HOR. sat. 1, 2, 113 inane abscindere soldo. *cf.* OV. met. 1, 22 (*p. 151, 69*). **2** *abicio, respuo, tollo*: HOR. epod. 16, 35 quae poterunt reditus abscindere dulcis. IREN. 3, 16, 9 occasionem dissensionis volens abscindere. 5, 10, 2 concupiscentias carnis abscindere. ITIN. Alex. 30 ille labor erat pretium morae abscindendae. HIL. in psalm. 129, 11 spem nobis evangelicae mercedis abscindere. VVLG. Iudith 7, 24 forsitan ... indignationem suam abscindet. psalm. 76, 9. CASSIOD. hist. 7, 4 ut ... discordantium contentiones abscinderet. BACHIAR. laps. 16 (Migne 20, 1053) abscinde a te putrem consuetudinis voluntatem. LEO M. epist. 111, 3 eiusque a se consortium ... abscindat. GREG. M. dial. 4, 11 a se etiam licita abscindunt. epist. 9, 106. HIER. adv. Ruf. 3, 39 fuganda sunt omnibus modis et abscindenda languor a corpore (*περικοπτέον*) luxuria a ventre, ... ACTA syn. Rom. a. 501 (Mon. Germ. auct. antiqu. XII p. 427, 15) causa ergo de sacerdotum animis ... abscissa est. ITALA (Aug. quaest. hept. 4, 27) num. 16, 21 abscindite (*Zycha,* ascendite *cod.*) vos de medio synagogae istius. IREN. 4 praef. 3 abscindentes et dividentes Iesum a Christo et Christum a salvatore. AMBROSIAST. Gal. 5, 10 abscindantur a misericordia domini, qui .... HIL. hist. frg. 2, 21 Photius a communione unitatis abscissus. VVLG. Gal. 5, 12 utinam et abscindantur, qui vos conturbant. Ezech. 37, 11. CANON. 5, 19 non abscindentes eos qui sanctum propositum continentiae eligunt. IREN. 3, 11, 9 se ipsum abscindens ab evangelio. HIL. trin. 7, 4 ecclesia ... ex qua se diversarum impietatum furens error absciderit. HIER. in I Cor. 7 abscindit se a corpore Christi. CASSIOD. in psalm. 6, 1 ipsi se a regno domini ... probentur abscindere. VVLG. Is. 53, 8 abscissus est de terra viventium.

synonyma: *ad I*: amputo, demeto. revello. *Lehnert.*

[Abscintilla] *nom. mul.* CORP. X 6496 (*periit, corrupta*) A. Calphurnio L. f. Men. Abscintilla mater filio piissimo m. f. *latetne* Abascantilla*?* *Diehl.*

abscīsio, -ōnis *f. actus abscidendi*: ITALA cod. Lugud. lev. 9, 21 pectusculum et brachium dextrum abscidit Aaron abscisionem ante deum (LXX ἀφαίρεμα, VVLG. ablatio). IGNAT. ad Rom. 5, 3 ossium (ἀνατομαί). CASSIAN. conl. 12, 1, 3 manuum aut pedum aut genitalium. COMM. Bern. Lucan. p. 210, 28 truncavit caput abscisione linguae. THEOD. PRISC. 3, 9 sicut arboribus arescentium ramorum accommodatur salutaris abscisio. CASSIAN. inst. 1, 4 abscisio (-ss- *Paris. Laud.*) manicarum. TERT. adv. Iud. 8 hebdomades ... sunt subdivisae in abscisione priorum hebdomadarum. SCHOL. Germ. Bas. *cf. l. 66.* ZACCH. consult. 2, 8 (Migne 20, 1121) in abscisionibus petrinis evangelicae conveniunt disciplinae. AVG. Cresc. 4, 5 solaminis. *eviratio* (*cf. p. 148, 84*): ARNOB. nat. 4, 28 abscisione foedissima privatum *deum* his *genitalibus* esse. HIER. in Gal. 5, 12 tam detestanda abscisionis passio. AVG. civ. 7, 25 de abscisione Attidis. 7, 27 sectione membrorum, abscisione genitalium. *excommunicatio*: BENED. reg. 28 ... iam utatur abbas ferro abscisionis. AVELL. p. 118, 4 in persona de cuius abscisione agitur. *apud rhetores*: RHET. Her. 4, 53, 67 significatio fit ... per abscisionem .... per abscisionem, si cum incipimus aliquid dicere, deinde praecidamus, ut ex eo quod iam diximus satis relinquitur suspicionis, sic: 'qui ista forma et aetate nuper alienae domi — nolo plura dicere'. *v.* interruptio, praecisio ἀποσιώπησις. *apocope*: TER. SCAVR. gramm. VII 12, 9 ... per abscisionem coniunctionis pars remanserit. DIOM. gramm. I 452, 26 per apocopen id est abscisionem. PRISC. gramm. II 20, 2. 147, 15. 302, 5. 455, 5. ISID. orig. 1, 34, 3 apocope abscisio in fine, *translatio rara, v.* elisio. *de voce rauca* (*cf. p. 150, 65*): SCRIB. LARG. 100 facit bene haec compositio ad suspirium et ad vocis abscisionem. MARC. med. 20, 4. *morum asperitas*: DID. apost. 20, 2 per tuam abscisionem is, qui expulsus est, ad gentiles revertetur.

? **abscissio,** -ōnis *f. num re vera extiterit, dubium, cf.* abscisio. SCHOL. Germ. Bas. p. 76, 5 reliquae *stellae* XIII ab abscissione (abscisione *P.* ἀποτομή) Tauri usque ad rachin vocantur Pliades. p. 76, 18 ⟨ab⟩ abscissione (abscisione schol. Strozz. p. 137, 6) Tauri ad id quod vocatur rachis. AMBR. poen. 10 non erat perditionis abscissio sed conversionis oratio. LEO M. epist. 155, 2 ita ut his quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. epist. 169, 12 de cuius abscissione agitur.

abscissūra intervalla GLOSS. IV 302, 14. *Lehnert.*

? **abscito** absentio GLOSS. V 435, 38. *cf. Löwe, Gloss. nom. p. 173. Stowasser, Archiv 1 (1884) 271.* *V.*

absconditio, -ōnis *f. v.* abscondo. *actus abscondendi vel se abscondendi. v. et* absconsio. AVG. Iob 7 absconditio Adae a facie domini et tectio foliorum.

absconditor, -ōris *m. v.* abscondo. *is, qui abscondit vel celat*: TERT. adv. Marc. 4, 25 iam nec revelator ipse erit, qui absconditor non fuit. FIRM. math. 5, 15 Mercurius ... faciet ... secretos, simulatores, multae cogitationis ac rerum humanarum absconditores.

abscondo, -didī *et* -dī, -conditum *et* -cōnsum. [abs-condo *Th.*] GLOSS. ἀποκρύπτω, κρύβω; obculto, abdo, recondo; abscondi κρυ-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

βῆναι. *verbum inde a* PLAVTO *per totam Latinitatem in usu fuit, postea vocem* abdo *paene abolevit. significatio et in usu proprio et in translato omni tempore admodum varia est et tangit fines verborum* condere, tegere, servare, delere. *non probantur exemplis, quae dicit* ISID. diff. 1, 9 (Migne 83, 11) absconsum est cuiuslibet arte celatum, absconditum vero naturaliter abditum. conditum est enim non consum. *Thielmann, Archiv 6 (1889) 151. 5 (1888) 535. 8 (1893) 255 et 258.* [*val.* ascunde, *it.* ascondere, *fr.-gall. vet.* escondre, *hisp.* escondir. *M.-L.*] apscondo: CIC. dom. 138 (*v. p. 165, 82*) SEN. dial. 5, 13, 1 (*v. p. 161, 77*). CASSIOD. gramm. VII 157, 6 apscondo, aps et condo; *formae vero* abscundo, abcondo, ascondo *aut mendosae aut novellae esse videntur.* PRISC. gramm. II 516, 10 a 'do' verbo, quod simplex primae est coniugationis, composita cum praepositione tertiae sunt et primitivi servant perfectum duplicantia 'di' . . . et 'condo' compositum a 'do' et ex eo 'abscondo'. itaque omnia idem praeteritum perfectum servant: 'credidi', 'vendidi', 'condidi', 'abscondidi'. *contra* NON. 75, 25 abscondidit, pro abscondit. CAPER gramm. VII 94, 16 abscondi, non absconsi (*sic*, EXC. Montepess. abscondi, non abscondidi) sic et absconditus, non absconsus dicendum. NOT. Tir. 12, 88 abscondit (abscondidit *V*). 12, 90 absconditum. SERV. georg. 1, 135 sane 'absconditum' dicitur, non 'absconsum', quia 'conditum' facit, non 'consum'. DIFF. Suet. p. 307, 12 Roth: absconsum, si quicquam et sublata praepositione posset esse consum; nunc cum sit conditum, melius est, quod etiam nunc servat originem suam, absconditum. DIOM. gramm. I 375, 25 abscondor absconsus et absconditus; melius absconditus, quia simplex condor conditus, item abscondor absconditus. BEDA gramm. VII 264, 8. DIFF. serm. p. 28, 1 Beck absconditum rationis est, absconsum consuetudinis. *forma perfecti* abscondidi *in usu erat inde a* PLAVTO *usque ad Augusteam aetatem, imitati sunt posteriores, velut* SIL. *et* TERT., AVG. *bis* in psalm. 30, 20 civ. 21, 18; abscondi *legitur inde a* SEN. rhet. *per totam Latinitatem; forma participii* absconditum *utuntur auctores omnium saeculorum,* absconsum *legitur apud* PS. QVINT. *et inde a* TERT.

I ***proprie*: A** *abscondo auferendo, abstrudo, removeo ex conspectu.* **1** *cum accusativo rei, absolute*: QVINT. decl. 269 p. 100, 1 pecuniam si defodi, si abscondi. GELL. 17, 9, 16 . . . virum . . . inlustrem . . . epistulam . . . hoc modo abscondisse. SERV. Aen. 2, 81 invento auro, quod ipse (*Vlixes*) . . . absconderat. APVL. met. 3, 16 *tonsor* e mediis papillis meis iam capillos absconditos iratus abripuit. 5, 11 muneribus absconditis. 9, 20 clavem curiose absconditam. FILASTR. 130, 6 si quis abscondisset de psalmis aliquid, postmodum requirebantur. FVLG. myth. 2, 3 boves . . . cauda in speluncam tractas abscondidit. VVLG. II Macc. 1, 20 sacerdotum . . . qui absconderant *ignem* (*ἀποκρυψάντων*). HEGES. 5, 18, 1 abscondebatur cibus. *ibid. fruges* diligentius absconditae. 5, 18, 2 fraus . . . alimenti absconditi. VVLG. prov. 11, 26 abscondit frumenta (*ὁ συνέχων σῖτον*), maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium. VVLG. Matth. 13, 44 quem (*thesaurum*) qui invenit homo, abscondit (*ὃν . . . ἔκρυψεν*). PLIN. nat. 9, 59 mugilum natura ridetur in metu capite abscondito totos se occultari credentium. AMBR. in psalm. 118, 20, 2 (Migne 15, 560) fertur coluber, cum urguetur periculo, caput semper abscondere. PS. HIER. expos. Matth. (Migne 30, 550). GREG. M. moral. 33, 29, 53 (Migne 76, 708) hericius . . . pedes introrsus subtrahit, caput abscondit. expos. I reg. 6, 2, 18 (Migne 79, 428) velut angues . . . caudam proferunt, caput abscondunt. AVG. gen. ad litt. 12, 22 interiectis obstaculis nostra corpora, ne aliorum oculis videantur, abscondimus (*oppos.* ostendere cogitationes). *nota de igni*: FLOR. 1, 7, 13, 18 pastorum casas ignis ille et flamma paupertatem Romuli abscondit.

indicato loco quo quid abscondatur: PLAVT. Cist. 65 (*in imagine*) *stultitiam tuam* in latebras abscondas pectore penitissimo. COLVM. arb. 7, 3 quae (*gemmae*) in terram absconduntur. 22, 3 in medullam eius (*ferulae*) sine putamine nucem Graecam vel Avellanam absconditio et ita adobruito (*at* rust. 5, 10, 14 in medulla). PLIN. nat. 17, 214 facilius abscondere et detorquere quo velis, plagas. APVL. met. 9, 21 sublatis iis (*soleis*) et in sinum furtim absconditis. TERT. adv. Val. 31 ad molas delatum et defarinatum *semen* in consparsionis alvearia absconderit. ITALA cod. Lugd. gen. 31, 34 Rachel . . . accepit idola et abscondit illa in stratum cameli (*ἐνέβαλεν εἰς τὰ σάγματα*; *v. p. 154, 32*). VVLG. Luc. 13, 21 simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria (*ἔκρυψεν εἰς σάτα τρία*; *at* Matth. 13, 33 in farinae satis tribus). SEN. Herc. f. 826 sub Herculeas caput abscondit umbras *Stygius canis*. FVLG. myth. 3, 6 novaculam sub pulvinal abscondit *Psyche* (*at* MYTHOGR. 1, 231 sub pulvinari). *nota*: SEN. clem. 1, 9, 1 iam pugiones in sinum amicorum absconderat.

ubi quid abscondatur: PLAVT. Aul. 63 neu persentiscat aurum ubi est absconditum. SEN. benef. 7, 10, 4 quod *natura* aurum argentumque non interius absconderit. APVL. met. 5, 19 novaculam . . . tori qua parte cubare consuesti latenter absconde. VVLG. Ier. 13, 6 tolle inde lumbare . . . ut absconderes illud ibi (*κατακρύψαι ἐκεῖ*). 13, 7 fodi et tuli lumbare de loco, ubi absconderam illud (*οὗ κατώρυξα αὐτὸ ἐκεῖ*). 4 ibi in foramine petrae. MARC. med. 14, 31 ovum . . . loco clauso si abscondatur ab eo. PLAVT. Carb. frg. 3 secundum ipsam aram aurum abscondidi. POMPON. com. 68 numquid abscondidisti inter nates? VVLG. Ios. 7, 11 tulerunt de mathemate . . . furati sunt . . . et absconderunt inter vasa sua (*κλέψαντες . . . ἐνέβαλον εἰς τὰ σκεύη*). MYTHOGR. 1, 40 simulacrum . . . a Troianis absconditum fuisse intra extructum parietem. *nota*: SORAN. 2 (19), 27 p. 91, 6 adprehensa curvedine embryulci . . . intra digitos abscondere debet. COLVM. 5, 10, 14 (*v. p. 153, 64*). LVCAN. 4, 457 rates *et* corpora saepe tulit caecisque abscondit in antris *praedo Cilix.* FRONTIN. strat. 2, 5, 31 in vicina silva nocte praedictas copias abscondunt. VVLG. Ios. 7, 21 (*v. l. 22*) *cf.* Matth. 25, 25 abscondi talentum tuum in terra, *ἔκρυψα τὸ τάλαντον ἐν τῇ γῇ*). 7, 22 repererunt cuncta abscondita in eodem loco (*ταῦτα ἦν κεκρυμμένα εἰς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ*). prov. 6, 27 numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo? (*ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ*;) Ier. 13, 5 abscondi illud in Euphrate (*ἔκρυψα*). 43, 9 sume lapides . . . et abscondes eos in crypta (*κατάκρυψον ἐν προθύροις*). Iob 36, 32 in manibus abscondit lucem (*ἐπὶ χειρῶν ἐκάλυψε φῶς*). II Macc. 1, 19 acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle (*κατέκρυψαν*). 1, 33 in quo (*loco*) ignem absconderunt (*ἀπέκρυψαν*). Matth. 13, 33 (*v. p. 153, 72*). 13, 44 simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro (*θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ*).

VVLG. Ios. 7, 21 vidi inter spolia pallium . . . et ducentos siclos argenti regulamque auream . . . et concupiscens abstuli, et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei argentumque fossa humo operui (*αὐτὰ ἐγκέκρυπται ἐν τῇ σκηνῇ μου καὶ τὸ ἀργύριον κέκρυπται ὑποκάτω αὐτῶν*). ITALA cod. Lugd. exod. 26, 12 dimidiam partem veli . . . abscondes post tabernaculum (*ὑποκαλύψεις ὀπίσω τῆς σκηνῆς*). MYTHOGR. 1, 231 (*v. p. 153, 75*). VVLG. prov. 19, 24 *et* 26, 15 abscondit piger manum suam sub ascella (19, 24 *ὁ ἐγκρύπτων εἰς τὸν κόλπον*. 26, 15 *κρύψας . . . ἐν τῷ κόλπῳ*). Sir. 29, 13 non abscondas illam (*pecuniam*) sub lapide in perditionem (*μὴ ἰωθήτω ὑπὸ τὸν λίθον*). HYG. fab. 88 p. 85, 7 *Pelopia* gladium . . . sub acropodio Minervae abscondit. VVLG. gen. 31, 34 illa (*Rachel*) festinans abscondit idola subter stramenta cameli (*v. p. 153, 69*). AVG. in psalm. 38, 12 (Migne 36, 424) si quaereres, ubi absconderes vel servares fructus tuos. COD. Iust. 1, 12, 6, 6 si *res mobiles* apud quemlibet ex clericis absconditae sive depositae fuisse firmantur. *translate*: ITALA (Tert. adv. Marc. 3, 6) Is. 29, 14 auferam sapientiam sapientium illorum et prudentiam prudentium eorum abscondam (*ἀπολῶ . . . σοφίαν . . . σύνεσιν κρύψω*. VVLG. peribit sapientia a sapientibus eius et intellectus prudentium eius abscondetur). *nota*: SEN. Thy. 722 in vulnere ensem abscondit. APVL. met. 5, 22 Psyche . . . ferrum quaerit abscondere, sed in suo pectore. SIL. 1, 316 *hic* permissum ventis abscondit in aere telum.

condo: VVLG. Is. 49, 2 posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me (*κρύψαι*, *cf.* HIER. epist. 65, 12 Migne 22, 655). AVG. in psalm. 7, 13 (Migne 36, 105) framea quam non vibravit . . ., sed tamquam in vagina humilitatis abscondit. *translate*: VVLG. psalm. 118, 11 in corde meo abscondi eloquia tua (*ἔκρυψα*). prov. 2, 1 si susceperis sermones meos et mandata mea absconderis penes te (*κρύψῃς*). Iob 23, 12 in sinu meo abscondi verba oris eius (*ἔκρυψα*).

2 *cum accusativo animantis, absolute*: PLAVT. Merc. 360 nequíquam abdidi, abscondidi, abstrusam habebam *puellam*. RHET. Her. 4, 65 Gorgia, pediseque puerorum, absconde pueros, defende. CIC. nat. deor. 2, 66 quam (*Proserpinam*) . . . absconditam (*a Plutone*) . . . quaeri a matre fingunt. SEN. benef. 3, 25, 1 bello civili proscriptum dominum servus abscondit. PETRON. 107 ut quos tuebaris, absconderes. QVINT. decl. 364 p. 396, 12 apparet illum noctem expectasse, quo facilius comites absconderet. VLP. dig. 11, 3, 1, 2 est proprie refugium abscondendi causa servo praestare. LACT. inst. 1, 14, 4 Iunonem Saturno in conspectum dedere atque Iovem clam abscondunt. 1, 14, 5 Neptunum . . . Ops . . . clanculum abscondit . . . filiam Glaucam Saturno ostendunt at filium Plutonem celant atque abscondunt. FIRM. err. 7, 7 quis lunam (*i. Proserpinam*) rapuit? quis abscondit? quis Plutonis coniugem fecit? DAR. 43 Polyxenam ab eis (*Troianis*) absconsam invenit *Antenor* . . . quod Polyxenam absconderat *Aeneas*. SCHOL. Hor. carm. 1, 8, 13 Achillem dicit a Thetide absconditum. VVLG. Ios. 2, 4 tollensque mulier viros abscondit (*λαβοῦσα τοὺς ἄνδρας ἔκρυψεν αὐτούς*). 6, 25 quod *Rahab* absconderit nuntios (*ἔκρυψε*). IV reg. 6, 29 quae (*mulier*) abscondit filium suum (*ἔκρυψε*). II par. 22, 11 Iosabeth, quae absconderat eum (*filium Ochoziae, ἔκρυψεν*). Is. 16, 3 absconde fugientes et vagos ne prodas. Ier. 36, 26 ut comprehenderent Baruch scribam et Ieremiam; abscondit autem eos dominus (*κατεκρύβησαν*). GREG. M. dial. 3, 11 transeuntes milites hospitio suscepit *Cerbonius episcopus*, quos Gothis supervenientibus abscondit (*κατέκρυψεν*) eorumque vitam ab illorum nequitia abscondendo servavit (*τὴν αὐτῶν ζωὴν ἐκ τῆς ἐκείνων πονηρίας τῇ ἀποκρυβῇ διεφύλαξεν*). *nota i. q. absconditum habeo*: VVLG. exod. 2, 2 eum (*filium*) abscondit tribus mensibus (*ἐσκέπασαν*). CASSIOD. hist. 7, 27 (*v. p. 155, 77*). *indicato loco quo quis abscondatur*: SYMM. papa epist. 12, 4 (Thiel, epist. pontif. p. 712) suscipiens explorantes in stuppam lini suae domus abscondit. FVLG. myth. 2, 11 quem Minerva in cistam (cista SCHOL. Germ. Strozz. p. 133, 6 *V* MYTHOGR. 2, 37) abscondidit (-dit *H* SCHOL. Germ. MYTHOGR.). SCHOL. Germ. Bas. p. 93, 4 qui (*Oenopion*) cum a civibus ⟨sub *Robert*⟩ terram absconderetur (*ὑπὸ γῆν ἐκέκρυπτο*). *nota*: FLOR. 2, 13, 87 Sextum fortuna in Celtiberia in-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terim abscondit aliisque post Caesarem bellis reservavit. *ubi quis abscondatur*: PARIS 6, 7, 2 Lucretium proscriptum . . . uxor Turia inter cameram et tectum cubiculi . . . abscondit. CVRT. 6, 7, 23 Cebalino in armentario *a Metrone* abscondito. 7, 1, 37 meministi . . . dixisse te multos integros iuvenes in domo tuae matris abscondi. FIRM. err. 6, 5 praefertur cista, in qua cor soror latenter absconderat. *cf.* MYTHOGR. 2, 40 quod (*certamen invidiae*) sapientia, id est Minerva, abscondit in cista, id est in corde celat. AMM. 29, 1, 14 quo (*Theodoro*) in devia territorii parte abscondito. SERV. georg. 1, 19 cum Ceres vellet puerum (*Triptolemum*) in cinere et in igne abscondere. HEGES. 5, 53, 2 *mulier* quae filios quinque in aquae ductu abscondit. VVLG. III reg. 18, 13 absconderim de prophetis domini centum viros . . . in speluncis (ἔκρυψα ἐν σπηλαίῳ). II par. 22, 11 Iosabeth . . . tulit Ioas, filium Ochoziae, et furata est eum . . . absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectorum (ἔλαβεν . . . καὶ ἔκλεψεν . . . καὶ ἔδωκεν αὐτὸν καὶ τὴν τροφὸν αὐτοῦ εἰς ταμεῖον τῶν κλινῶν). psalm. 26, 5 quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui (ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ . . . , ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ). Is. 42, 22 in domibus carcerum absconditi sunt (ἐν οἴκοις, ὅπου ἔκρυψαν αὐτούς). Tob. 12, 12 mortuos abscondebas per diem in domo tua (περιστείλῃς τὸν νεκρόν). IREN. 4, 20, 12 Raab . . . suscepit tres speculatores . . . et apud se abscondit. DAR. 41 quam (*Polyxenam*) Aeneas ad patrem Anchisen abscondit. VVLG. I Macc. 16, 15 filius Abobi . . . fecit eis convivium magnum . . . et abscondit illic viros (ἐνέκρυψεν ἐκεῖ). CASSIOD. hist. 11, 8 (Migne 69, 1191) magi sub terra hominem quemquam abscondentes. *cf.* GREG. TVR. hist. Franc. 4, 4.

a quo: VVLG. IV reg. 11, 2 Iosaba abscondit eum (*Ioas*) a facie Athaliae (ἔκρυψεν ἀπὸ προσώπου). apoc. 6, 16 dicunt montibus et petris: cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni (κρύψατε).

reflexive. absolute: RHET. Her. 4, 62 iste qui tamquam coclea abscondens (*del. Orelli*) ⟨et *Cd*⟩ retentans sese tacitus quom domo totus . . . aufertur. POMPON. Vlp. dig. 47, 2, 7, 1 si, cum tibi furtum facerem de domo tua, abscondisti te, ne te occidam. TERT. adv. Val. 3 abscondat . . . se serpens quantum potest. AMBR. in psalm. 39, 20 (Migne 14, 1116) qui se abscondit, absconditur, quoniam qui ignorat, ignoratur. Cain et Ab. 2, 9, 32 abscondit se . . . qui velare vult culpam et tegere peccatum. 2, 9, 33 merito . . . se abscondit male conscius. VVLG. gen. 3, 10 timui eo quod nudus essem et abscondi me (ἐκρύβην). I par. 21, 20 Ornan . . . quatuorque filii eius cum eo absconderunt se. prov. 22, 3 callidus vidit malum et abscondit se (*aliter* LXX αὐτὸς παιδεύεται). Ioan. 8, 59 Iesus . . . abscondit se, et exivit de templo (ἐκρύβη). GREG. M. moral. 31, 28, 59 (Migne 76, 607) valde praeceps est qui semper se adversis obicit, et valde pavidus qui semper abscondit (*se*). CYPR. laps. 30 non te vel pudore criminis vel continuatione lamentationis abscondis? AVG. civ. 13, 15 quando *deus* timore dementi sese abscondenti homini dixit . . . . *nota*: CAEL. AVR. acut. 1, 3, 35 ut metu se abscondendum existimet *phreneticus*. *indicato loco quo quis se abscondat*: HIER. in Zach. 1, 5, 5 (Migne 25, 1450) *mulier* ipsa se proicit et abscondit in medium amphorae. GREG. TVR. glor. conf. 12 monachi . . . fugam ineunt et se in insulam maris abscondunt. ISID. orig. 12, 3, 10 *formicoleon* est animal . . . , quod se in pulverem (pulvere *vulg.*) abscondit (*v. p. 156, 10*). *in imagine*: GREG. M. moral. 22, 15, 31 (Migne 76, 231) cum de vitio suo quisque arguitur, sub defensionum verba quasi sub quaedam se arborum folia abscondat. *ubi quis se abscondat*: CAECIL. com. 40 hic in tenebris intus sese abscondidit. ITALA cod. Wirceb. Ier. 23, 24 si abscondat se homo in abdito (εἰ κρυβήσεταί τις ἐν κρυφαίοις. VVLG. *v. p. 168, 37*). AMBR. exam. 6, 8, 48 vulpis se abscondit in fovea, aves se tuentur in nido, homo non absconditur in fovea, sed decipitur. *cf.* GREG. M. moral. 19, 1, 2 (Migne 76, 96) vulpes . . . in fossis vel specubus se abscondunt; cumque apparuerint . . . . VVLG. gen. 3, 8 (*v. p. 156, 33*). Ios. 10, 16 fugerant . . . quinque reges, et se absconderant in spelunca (κατεκρύβησαν εἰς τὸ σπήλαιον). I reg. 13, 6 *viri Israel* absconderunt se in speluncis et in abditis, in petris quoque, et in antris et in cisternis (ἐκρύβη ὁ λαὸς ἐν σπηλαίοις . . .). 14, 22 Israelitae qui se absconderant in monte Ephraim (οἱ κρυπτόμενοι ἐν τῷ ὄρει). apoc. 6, 15 et reges terrae et principes et tribuni, et divites et fortes, et omnis servus et liber absconderunt se in speluncis et in petris montium (ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια). AVIAN. fab. prol. 31 mus . . . in caverna sua protinus se abscondit. AVG. c. Iul. 4, 16, 82 (Migne 44, 780 *et* 781) in paradiso se absconderunt Adam et mulier eius . . . . ubi se absconderunt in medio paradisi. VICT. VIT. 2, 20 cum se in quodam cubiculo abscondisset. CASSIOD. hist. 7, 27 (Migne 69, 1090) Athanasius . . . quatuor mensibus semetipsum in sepulcro patris abscondit (*v. p. 154, 76*). GREG. M. dial. 3, 29 (Migne 77, 285) se . . . in interioribus *ecclesiae* abscondidit *ecclesiae* custos (ἑαυτὸν ἐν τοῖς ναοῦ ἐνδοτάτοις κατέκρυψεν). ISID. orig. 12, 3, 10 (*v. l. 54*). *translate*: SEN. epist. 68, 1 absconde te in otio. sed et ipsum otium absconde. GREG. M. moral. 33, 29, 53 (Migne 76, 708) malitiosa mens sese intra se colligens in tenebris defensionis abscondit. 20, 14, 35 *et* 5, 6, 9 (*v. p. 156, 46 et 60*).

SERV. Aen. 2, 45 post quem (*montem Hippium*) se absconderant Graeci. AVG. gen. c. Manich. 2, 16, 24 (Migne 34, 208) ad arborem se dicuntur abscondere, quae erat in medio paradisi, id est ad se ipsos . . . ergo ad se ipsos absconderunt se. PS. AVG. serm. 69 (Migne 39, 1878) inter ipsos flores serpentes venenosi frequenter se abscondunt. GREG. M. moral. 22, 15, 30 (Migne 76, 231) abscondit se a facie domini inter ligna paradisi. VVLG. I Macc. 9, 38 absconderunt se sub tegumento montis (ἐκρύβησαν ὑπὸ τὴν σκέπην). GREG. M. moral. 5, 20, 40 (Migne 75, 700) myrmicoleon . . . est animal . . . , quod se sub pulvere abscondit (*v. p. 155, 55*). *cum* intra *translate*: GREG. M. moral. 5, 6, 9 *et* 29, 8, 17 (*v. l. 55 et 62*). VVLG. Bar. 6, 48 cogitant sacerdotes apud se, ubi se abscondant cum illis (*deis*; ποῦ συναποκρυβῶσι μετ' αὐτῶν). SIDON. epist. 8, 7, 1 ubinam se nunc . . . abscondunt, qui . . . blandiebantur? HEGES. 5, 27 fugient aut ad inferiora se conferent aut latibulis abscondent. VEN. FORT. carm. app. 30, 5 diffugiens vacuis me abscondo cavernis. *nota dativum*: PORPH. Hor. carm. 1, 9, 21 puellae solent verecundiam sexus cum libidine miscentes abscondere se quaerentibus (sequentibus *trad., corr. Buecheler*) amatoribus et rursus ut inveniantur risu se prodere. GREG. M. moral. 22, 15, 31 (Migne 76, 231) in qua . . . occultatione non se domino, sed dominum abscondit sibi. *a quo*: AMBR. in psalm. 39, 20 (Migne 14, 1117) utinam tu, homo, non fugias et te ipse a Christo non abscondas. Cain et Ab. 2, 9, 32 iustus non abscondere se a domino deo suo, sed ipse se magis offerre consuevit. VVLG. psalm. 54, 13 abscondissem me . . . ab eo, qui oderat me (ἐκρύβην ἄν). Ioan. 12, 36 Iesus . . . abiit, et abscondit se ab eis (ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ αὐτῶν). GREG. M. dial. 4, 18 (Migne 77, 344) qui (*puer*) clamans declinabat faciem, ut se ab eis (*malignis spiritibus*) in sinu patris absconderet (εἰς τὸν κόλπον θέλων . . . κρύψαι). GREG. M. moral. 31, 28, 58 (Migne 76, 606) *equus* se ab armatis hostibus quasi trepidus abscondit (*synon.* declino). ITALA (Ambr. Cain et Ab. 2, 9, 32) gen. 4, 14 a facie tua abscondam me (ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, VVLG. abscondar). VVLG. gen. 3, 8 abscondit se Adam et uxor eius a facie domini in medio ligni paradisi (ἐκρύβησαν . . . ἀπὸ προσώπου κυρίου . . . ἐν μέσῳ τοῦ ξύλου) (*v. l. 59. cf.* AVG. gen. c. Man. 2, 16, 24 [Migne 34, 208] absconderunt se a conspectu eius). GREG. M. moral. 22, 15, 30 (Migne 76, 231) (*v. l. 20*). VVLG. Sir. 6, 12 amicus . . . si humiliaverit se contra te et a facie tua absconderit se (ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσεται). 22, 31 a facie illius (*amici*) non me abscondam (οὐ μὴ κρυβῶ). LACT. inst. 2, 12, 18 *homo* abscondat se a facie dei. HIER. hom. Orig. in Jer. 12 (Migne 25, 680) iusti super quas iustitias non se absconderunt a facie dei? *ibid.* p. 679 *v. l. 69*. CASSIAN. conl. 5, 20 quae (*aquila*) cum . . . ultra nubium fuerit altitudines sublimata seseque ab oculis cunctorum mortalium ac facie terrae totius absconderit. GREG. M. moral. 20, 14, 35 (Migne 76, 158) cavernae terrae sunt cogitationes pravae, in quibus se ab humanis oculis abscondunt *pravi* (*ibid. synon.* me subtraho). ITALA cod. Sessor. Is. 32, 2 Ps. Aug. spec. 144 erit homo abscondens sermones et abscondet se sicut ab aquae ictu (κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ κρυβήσεται ὡς ἀφ' ὕδατος φερομένου VVLG. *aliter v. p. 157, 41*). VVLG. psalm. 18, 7 nec est qui se abscondat a calore eius (*solis*, ἀποκρυβήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ). *cf.* GAVDENT. sermo 3. GREG. M. moral. 5, 6, 9 (Migne 75, 684) gaudet dum sepulcrum invenit . . . , ut extinctus mundo lateat, et a cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra sinum se intimi amoris abscondat. *translate*: VVLG. Sir. 42, 20 non praeterit illum (*deum*) omnis cogitatus et non abscondit se ab eo ullus sermo (οὐκ ἐκρύβη ἀπ' αὐτοῦ . . . λόγος). PS. CYPR. orat. 2, 2 sub qua fissura petrarum me absconsurus sum ab ante virtutem tuam? ITALA (Aug. gen. c. Manich. 2, 2 Migne 34, 196) gen. 3, 8 absconderunt se . . . ab ante faciem domini (*v. l. 33*). GREG. M. moral. 5, 6, 9 (Migne 75, 684) sancti viri . . . semetipsos . . . intus ante dei faciem in sinu mentis abscondunt. 29, 8, 17 (Migne 76, 486) *qui tacuit* ante potentis faciem intra sui se latebras silentii abscondit.

cum dativo: GREG. M. moral. 5, 7, 12 (Migne 75, 688) auctor . . . noster, quia nobis in hoc exilium deiectis lucem suae visionis abstulit, sese nostris oculis quasi in tenebrarum latibulo abscondit.

abscondor i. q. me abscondo cf. AMBR. parad. 14, 68 tunc erubescimus, tunc nos gestimus abscondere *et* 14, 70 qui absconditur erubescit. HIER. hom. Orig. in Ier. 12 (Migne 25, 679) qui sancti sunt, non se abscondunt a facie dei, qui autem iniusti, absconduntur a facie eius. CASSIOD. var. 5, 42, 8 *et* GREG. M. moral. 33, 29, 53 (*v. p. 157, 30 et 155, 83*). ITALA *et* VVLG. gen. 4, 14 (*v. l. 32 et 33*). *absolute*: PLIN. nat. 9, 84 ambo (*saepiae mas et femina*) ubi sensere se adprehendi, effuso atramento . . . infuscata aqua absconduntur. 9, 147 *urtica* tacta . . . paulum si fuit intervalli absconditur. TERT. fug. 9 qui lucere nos iubet . . . non iubet fuga abscondi. IREN. 3, 23, 5 *Adam* timore corripitur et absconditur, . . . indignus est venire in conspectum et colloquium dei. HIER. epist. 36, 2 (Migne 22, 454) abscondar, ut latitem. 120, 7 (Migne 22, 991) qui (*discipuli*) propter metum Iudaeorum absconditi erant. VVLG. I reg. 19, 2 manebis clam et absconderis (κρύβηθι καὶ κάθισον κρυφῇ). III reg. 22, 25 ingredieris cubiculum intra cubiculum, ut abscondaris (ὅταν εἰσέλθῃς ταμεῖον τοῦ ταμείου τοῦ κρυβῆναι ἐκεῖ. *cf.* II par. 18, 24 τοῦ κατακρυβῆναι). iud. 9, 5 remansitque Ioatham . . . et absconditus est (κατελείφθη . . . ὅτι ἐκρύβη).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Is. 26, 20 vade, populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum (*ἀποκρύβηθι cf.* HIER. epist. 22, 26 Migne 22, 411). Ier. 36, 19 vade et abscondere, tu (*Baruch*) et Ieremias, (*κατακρύβηθι*). Soph. 2, 3 si quomodo abscondamini in die furoris (*ὅπως σκεπασθῆτε*). prov. 27, 12 astutus videns malum absconditus est (*ἀπεκρύβη*). 28, 28 cum surrexerint impii, abscondentur homines (*ἐν τόποις ἀσεβῶν στένουσι δίκαιοι*). Iob 29, 8 videbant me iuvenes et abscondebantur (*ἐκρύβησαν*). GREG. M. moral. 16, 44, 73 (Migne 75, 1156) qui ... contra egenum et pauperem homicida est, per noctem quasi fur absconditur. *translate*: VVLG. Is. 29, 14 peribit sapientia a sapientibus eius (*populi*) et intellectus prudentium eius absconditur (*τὴν σύνεσιν ... κρύψω*). *indicato loco quo quis se abscondat*: ANTH. 481, 211 (*de croco*) parvulus aestivas latens abscondor in umbras. *ubi quis se abscondat*: FIRM. err. 12, 8 Saturnus ... filium fugiens in Italia fugitivus absconditur. FVLG. myth. 2, 3 *Cacus* in spelunca absconditur. VVLG. I reg. 14, 11 Hebraei egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant (*οὗ ἐκρύβησαν ἐκεῖ*). 20, 5 dimitte ... me, ut abscondar in agro usque ad vesperam (*κρυβήσομαι ἐν τῷ πεδίῳ*). 20, 24 absconditus est David in agro (*κρύπτεται ἐν ἀγρῷ*). 23, 23 latibula ..., in quibus absconditur *David*. 26, 1 David absconditus est in colle Hachila (*σκεπάζεται μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ βουνῷ*). II reg. 15, 28 ego abscondar in campestribus deserti. III reg. 17, 3 recede hinc ... et abscondere in torrente Carith (*κρύβηθι ἐν τῷ χειμάρρῳ*). Is. 2, 10 (*v. l. 48*). Am. 9, 3 si absconditi fuerint in vertice Carmeli (*ἐγκατακρυβῶσιν εἰς τὴν κορυφήν*), inde scrutans auferam eos, et si celaverint se (*καταδύσωσι*) ab oculis meis in profundo maris .... AVELL. 186, 5 p. 643, 19 cum in baptisterio absconsi essemus. VVLG. psalm. 53, 2 nonne David absconditus est apud nos? (*κέκρυπται παρ' ἡμῖν*). HIER. epist. 121, 8 (Migne 22, 1025) *Adam et Eva* absconditi sunt sub ligno vitae. CASSIOD. var. 5, 42, 8 qui (*ericius*) subito in tergus suum refugiens intra se collectus absconditur et cum nusquam discesserit, eius corpusculum non videtur. VVLG. I reg. 10, 22 *Saul* absconditus est domi (*κέκρυπται ἐν τοῖς σκεύεσι*). VVLG. Iob 34, 22 non sunt tenebrae et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi, qui operantur iniquitatem (*οὐδὲ ἔσται τόπος τοῦ κρυβῆναι*). Dan. 13, 37 venit ad eam (*Susannam*) adolescens qui ibi (*in pomario*) erat absconditus (*ὃς ἦν κεκρυμμένος*). CASSIOD. hist. 4, 19 (Migne 69, 966) locum, ubi erat absconsus *Athanasius*. VVLG. Dan. 13, 18 nesciebant *puellae* senes intus (*in pomario*) esse absconditos (*ὅτι ἦσαν κεκρυμμένοι*). *a quo*: VVLG. Is. 32, 2 erit vir sicut qui absconditur a vento et celat se a tempestate (*v. p. 156, 48 et 164, 57*). Sir. 16, 16 a deo abscondar. VVLG. gen. 4, 14 a facie tua abscondar (*v. p. 156, 32. cf.* HIER. epist. 36, 2 Migne 22, 452). Iob 13, 20 tunc a facie tua non abscondar (*ἀπὸ τοῦ προσώπου σου οὐ κρυβήσομαι*). HIER. hom. Orig. in Jer. 12 (*v. p. 156, 69*). *ibid.* Migne 679 *et* 680 *Adam* absconsus (absconditus *alii*) est a facie dei ... melius est abscondi a facie dei quam fugere eum. VVLG. Is. 2, 10 abscondere in fossa humo a facie timoris domini (*κρύπτεσθε εἰς τὴν γῆν ἀπὸ προσώπου*). *translate*: PS. AVG. spir. et anim. 63 (Migne 40, 827) fuge ... paululum occupationes tuas, et abscondere modicum a tumultuosis cogitationibus tuis. *cum* ante: GREG. M. moral. 31, 16, 30 (Migne 76, 590) omnis ante illum (*rhinocerotem*) venator absconditur. *nota*: absconditus *i. qui se abscondidit*: PLIN. nat. 18, 364 *apes* contra industriam suam absconditae. AMM. 22, 7, 5 hominem mortis metu absconditum. AMBR. in psalm. 39, 20 (Migne 14, 1117) *Christus* etiam fugientes requirit et absconditos non vult perire. VVLG. Dan. 13, 16 non erat ibi (*in pomario*) quisquam praeter duos senes absconditos (*κεκρυμμένοι*). PAVL. NOL. epist. 29, 11 *cum* ille celebretur, qui absconditos ab ira ... regis centum viros dei pavit. IREN. 1, 31, 4 bestiae alicuius in silva absconditae. *translate*: GREG. M. moral. 33, 26, 46 (Migne 76, 703) ego qui electis meis magistros errorum sub specie sanctitatis absconditos perspicua cognitione manifesto.

abscondo *intransitive i. q. me abscondo*: APVL. met. 6, 12 poteris sub illa procerissima platano ... latenter abscondere. 8, 5 nos quidem cuncti pavore deterriti et alioquin innoxiis venationibus consueti, tunc etiam inermes atque immuniti, tegumentis frondis vel arboribus latenter abscondimus. VVLG. psalm. 55, 7 inhabitabunt et abscondent *inimici mei* (*παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσιν αὐτοί*).

de fluviis: *demergi, mergi*: MELA 1, 74 ibi (*in specu*) ingens amnis ingenti fonte se extollens tantummodo se ostendit et ... iterum demersus absconditur (*cf.* 3, 97 *de Nilo*). PLIN. nat. 5, 55 mergi ... in cuniculos ipsum amnem (*Nilum*) vapore anhelantem fumidis cautibus, ubi conditur, verum ... extrahi ardoris vi ... ac, ne devoretur, abscondi. SOL. 32, 4 *Nilus* cuniculis caecis absconditur. 37, 6 *Tigris* mox Tauro resistente in profundum specum mergitur, quem subterlabens in altero eius latere apud Zomade emicat ... deinde identidem absconditur rursusque redditur.

B *abscondo tegendo, velando, vestiendo; occulto.* **1** *rem, absolute*: SEN. benef. 6, 6, 2 si quis scriptis nostris alios superne inprimit versus, priores litteras non tollit sed abscondit. epist. 90, 40 nondum avarus abscondendo quod sibi iaceret, alium necessariis quoque excluserat. 94, 57 *natura* aurum ... et argentum et propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit.

110, 10 ea, quibus periremus, nolente rerum natura et abscondente protulimus .... 115, 9 miramur parietes tenui marmore inductos, cum sciamus, quale sit quod absconditur. CVRT. 7, 4, 24 quos (*siros*) ita sollertes abscondunt *barbari*, ut nisi qui defoderunt, invenire non possint. COLVM. arb. 3, 5 in terram ... rectum sarmentum defigito, ita ut ne minus quattuor gemmae abscondantur. LVCAN. 3, 47 ut emissas venti rapuere carinas, absconditque fretum classes. VVLG. Matth. 5, 14 non potest civitas abscondi supra montem posita (*κρυβῆναι*) (*cf.* SED. carm. pasch. 3, 275 non absconditur ... urbs in monte sedens). AVG. civ. 8, 5 ea, quae Numa Pompilius re vera ad sacra eius modi pertinentia secum sepeliendo curavit abscondi et aratro eruta senatus iussit incendi. *indicato loco ubi quid abscondatur*: LVCR. 1, 904 si facta foret silvis abscondita flamma. HOR. sat. 2, 3, 173 te, Tiberi, numerare, cavis abscondere tristem *nuces vidi*. SEN. exc. contr. 8, 6 matrimonii celebritatem remoti angulo ruris abscondis (*cf.* SIL. 15, 597 *Livius Salinator* secretis ruris tristes absconderat annos). SEN. Phaedra 1205, vastum mare, ultimo quodcumque Proteus aequorum abscondit sinu (*cf.* IVST. 31, 2, 4 *Hannibal* habebat ibi navem cum remigibus occulto sinu litoris absconditam). APVL. met. 8, 29 praedam absconditam latibulis aedium rati. SIDON. epist. 8, 8, 1 quousque prati comantis exuvias hibernis novalibus non ut eques, sed ut bubulcus abscondis? HEGES. 3, 9, 5 civitas ipso in montis supercilio sita septo genitali abscondita. *qua re*: SEN. epist. 16, 8 ut terram marmoribus abscondas. 86, 6 nisi vitro absconditur camera. SIDON. carm. 22, 147 tecta ... fulvo nimis abscondenda metallo. PLIN. nat. 7, 85 *quadrigā* quam musca integeret alis fabricata et nave quam apicula pinnis absconderet. HYG. fab. 261 p. 144 *Orestes* simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum. *de re tegente*: SEN. Oed. 361 utrumque caesum tenuis abscondit caput membrana. CASSIOD. in psalm. 138, 4 (Migne 70, 989) quis ossa in homine videat, dum et caro illa vestiat et superducta cutis abscondat? COMM. Bern. Lucan. p. 41, 5 omenta ipsa sunt tomacula, quae intestina abscondunt. LVCAN. 10, 113 crassum ... trabes absconderat aurum. SIL. 11, 519 hic fluvium et campos abscondit caede (*i. corporibus*) virorum ductor. 17, 48 Scipio ... abscondit late propulsis puppibus aequor. SIDON. carm. 5, 457 nec sic Leucadio classis Mareotica portu Actiacas abscondit aquas. CORIPP. Ioh. 1, 165 abscondunt (ascondunt *T*) alta carinae et latet angustum centum sub puppibus aequor. *nota*: *miscendo tegere*: SEN. Thy. 915 veteris hunc (*cruorem*) Bacchi color abscondat. *cum dativo*: *cui quid abscondatur*: SEN. dial. 11, 9, 2 plus erit, quod illis caelum abscondat. ALBIN. carm. 1 (frg. poet. p. 406, 3) ille ... cui freta nulla repostos | abscondere sinus, non tutae moenibus urbes. *in imagine*: PAVL. NOL. epist. 23, 23 quae (*gloria dei*) infidelibus velamine legis absconditur, fidelibus evangelii revelatione detegitur. *nota locutiones hebraeas*: VVLG. psalm. 9, 16 in laqueo isto, quem absconderunt. 63, 6 (*κρύψαι παγίδας*). Ier. 18, 22 laqueos absconderant pedibus meis. psalm. 30, 5. 139, 6. psalm. 114, 4 in via hac absconderunt laqueum mihi. AMBR. exam. 6, 8, 48 in superioribus ... nemo tendit retia, laqueum nullus abscondit. HIER. vers. psalm. iuxta Hebr. 9 (Migne 28, 1133) in reti, quod absconderunt. VVLG. psalm. 34, 7 gratis absconderunt mihi interitum laquei sui (*δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν*). prov. 1, 11 abscondamus tendiculas contra insontem frustra (*v. p. 160, 7*). Iob 18, 10 abscondita est in terra pedica eius et decipula illius super semitam (*κέκρυπται*). psalm. 34, 8 captio, quam abscondit (*ἔκρυψαν*).

2 *animantia*: SIL. 8, 190 harenoso ... Numicius illam (*Annam*) suscepit gremio vitreisque abscondidit antris. APVL. met. 9, 5 mulier callida ... hominem dolio ... dissimulanter abscondit. 9, 23 uxor ... adulterum alveo ligneo temere propter iacenti suppositum abscondit. AMBR. exam. 5, 3, 7 phocae ... quo tueantur eos (*catulos*) interno quoque recipere corpore et genitali feruntur alvo abscondere. 5, 13, 42 illa (*avis alcyon*) teneros fetus non latibulis aliquibus abscondit aut tectis nec includit cavernis. HEGES. 3, 15, 1 siqui resistere parabant, inruentibus supra se aliis bello abscondebantur. *nota*: OV. met. 12, 16 quas (*bis quattuor volucres*) simul et matrem ... corripuit serpens avidoque abscondidit ore [*sic coni. Merkel*, udo quas condidit ore *M*, avidoque recondidit ore *aliquot* ς, avidaque (a *ex* us *N*) r. alvo (alvo *in ras.* m. 2) *N* ς]. *de re tegente*: SEN. suas. 6, 5 non te (*Cicero*) ignobilis tumulus abscondet. ANTH. 437, 4 aspice Alexandri positum memorabile corpus, abscondit tantum putris harena virum. SEN. nat. 6, 1, 9 *nihil interest* utrum supra me domus unius onus veniat et sub exiguo eius cumulo ac pulvere exspirem an totus caput meum terrarum orbis abscondat. HEGES. 5, 53, 1 si cadant super nos montes et concavis specubus abscondant. SEN. Phoen. 593 regia frater meus habitet superba, parva me abscondat casa. Herc. f. 1340 ille me abscondet locus. nat. 3, 3 si altitudo illas (*anguillas*) luti penitus abscondit. epist. 43, 3 cum te parietes tui tegent, non abscondent. 6, 24, 5 totas nonnumquam urbes et recipit hiatus ille et abscondit. CVRT. 8, 13, 17 fossa ... non pedites modo, sed etiam cum equis viros poterat abscondere. MART. 1, 34, 8 abscondunt spurcas et monumenta lupas. APVL. 4, 1 frutectis absconditus. TERT. adv. Marc. 1, 9 deus, si ignotus fuit latuitque, illum regio latebrarum obumbravit ... certe immensa aliqua et maior indubitate eo, quem abscondit. AVSON. epist. 11 (15), 22

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 237, 22 Peip. Iculisma cum te absconderet. CASSIOD. var. 5, 17, 2 trireme vehiculum remorum tantum numerum prodens, sed hominum facies diligenter abscondens. *translate*: APVL. met. 9, 18 fide tenebrarum contectus atque absconditus. AVG. civ. 20, 2 *nescimus quo iudicio dei* plenus criminibus sublimetur honoribus, et hominem sine querella tenebrae ignobilitatis abscondant. *cf.* GREG. M. moral. 15, 7, 8 (Migne 75, 1044).

tego vestimentis, velo: *cf.* TERT. virg. vel. 2 plures ecclesiae virgines suas abscondunt. AMBR. virg. 2, 4, 29 (Migne 16, 226) sume habitum, qui abscondat feminam. SEN. dial. 11, 16, 3 numquam more aliarum, quibus omnis commendatio ex forma petitur, tumescentem uterum abscondisti quasi indecens onus. TERT. orat. 22 quod *virgo* propter deum abscondit, plane obumbret ... quid denudas ante deum quod ante homines tegis? PETRON. 124, 250 Pax ... abscondit galea (palla *Schrader*) victum caput. SIL. 14, 636 *Romani* tenuata iacendo et macie ⟨in⟩ (maciem *codd., corr. Barth*) galeis abscondunt ora, malusque, ne sit spes hosti, velatur casside pallor. IVV. 8, 203 *gladiator* nec galea faciem abscondit. AMM. 16, 12, 22 tegminibus ferreis abscondito bellatori. IVV. 9, 32 fatum est et partibus illis quas sinus abscondit. ARNOB. nat. 5, 27 (p. 198, 18) propudiosa corporum monstratur obscenitas obiectanturque partes illae quas pudor communis abscondere, quas naturalis verecundiae lex iubet. IVV. 6, 120 nigrum flavo crinem abscondente galero. SEN. epist. 80, 9 mangones quicquid est quod displiceat aliquo lenocinio abscondunt. Ps. CYPR. bon. pudic. 12 cum cervices peregrinis lapidibus urgentur et absconduntur.

abscondere vultum, faciem signum est indignationis: OV. fast. 6, 615 vox audita est *Tulli* 'voltus abscondite nostros, ne natae videant ora nefanda meae'. veste data tegitur (*signum*). GERM. 122 *Virgo* descendens montibus ore velato tristisque genas abscondita rica (*coni. Scal. et Salm.*, vitta *Grotius*, ripa *codd.*). VVLG. deut. 31, 18 ego ... abscondam et celabo faciem meam (*ἀποστροφῇ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν*). Iob 13, 24 cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? (*ἀπ' ἐμοῦ κρύπτῃ*). 34, 29 ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? (*κρύψει πρόσωπον*). VVLG. deut. 31, 17 derelinquam eum (*populum*) et abscondam faciem meam ab eo et erit in devorationem (*ἀποστρέψω τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν*). Is. 8, 17 qui (*dominus*) abscondit faciem suam a domo Iacob (*τὸν θεὸν τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου*). 54, 8 in momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te (*ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπὸ σοῦ*). 57, 17 abscondi a te faciem meam et indignatus sum. 64, 7 abscondisti faciem tuam a nobis et allisisti nos in manu iniquitatis nostrae. Ier. 33, 5 quos percussi in furore meo et in indignatione mea, abscondens faciem meam a civitate hac propter omnem malitiam eorum. Ezech. 39, 23. 24. 29 Mich. 3, 4. AMBR. in psalm. 43, 90 (Migne 14, 1186) quare faciem tuam avertis? ... noli vultum tuum mihi abscondere, sed magis demonstra videre cupienti. *verecundiae vel metus*: VVLG. exod. 3, 6 abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra deum (*ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*). *pudoris*: PETRON. 67 extr. *Fortunata* composita ... in gremio Scintillae incensissimam rubore faciem sudario abscondit. 110 abscondebam ... frequentius vultum. LICENT. Aug. epist. 26 vers. 111 et mea Calliope quamvis te comminus altum horreat et vultus abscondat inutile tractans. VVLG. Is. 53, 3 et quasi absconditus vultus eius et despectus (*ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*). *mortis i. q. abeo, decedo*: PAVL. PETR. Mart. 5, 865 vix solum a nobis potuisti abscondere vultum nobiscum pietate manens. me abscondo, abscondor *i. dissimulo, quis sim*: APVL. met. 7, 8 sumpta veste muliebri florida ... mitellaque textili contecto capite, calceis femininis albis illis et tenuibus indutus in sequiorem sexum incertus atque absconditus. CAPITOL. Ver. 4, 6 ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio et comissaretur cum triconibus, committeret rixas, dissimulans quis esset, saepeque efflictum livida facie redisse et in tabernis agnitum, cum sese absconderet. HIER. epist. 96, 3 (Migne 22, 777) filius patris ... invisibilis deus et visibilis homo forma servi absconditus est. ENNOD. carm. 1, 16, 19 Christe ... veste servi absconditus nos ad triumphum provehis.

tego, humo tego sepeliendi causa, sepelio: *cf.* SVLP. VICT. rhet. p. 327, 21 *quidam reus* inventus est ... corpus sepeliens, id est ex oculis hominum eripiens et abscondens. GREG. M. moral. 4, 27, 52 (Migne 75, 663) quid enim aliud est peccare quam occumbere, et sepelire quam abscondere. 5, 6, 9 (*v. p. 160, 4*). *ibid.* (Migne 75, 684) mortui in sepulcrum abscondimur, cum mortificati exterius, in secreto internae contemplationis celamur .... hinc est quod Paulus per contemplationem mortuos et quasi in sepulcro absconditos discipulos viderat. VERG. georg. 3, 558 donec *cadavera* humo tegere ac foveis abscondere discunt. SEN. Phaedra 1245 absconde ocius dispersa foede membra laniatu effero. benef. 5, 20, 5 ut quodlibet cadaver absconderem. VVLG. Iob 3, 16 sicut abortivum absconditum non subsisterem. exod. 2, 12 *Moses* percussum Aegyptium abscondit sabulo. AVG. serm. 96, 4 (Migne 39, 1930) *Lazarus* absconditur saxo cavato. PRVD. cath. 9, 46 iam sepulcro absconditum Lazarum iubet vigere. CASSIOD. hist. 12, 2 (Migne 69, 1202) *Atticus* in aliud sepulcrum corpus Sabbatii iussit abscondi. *in imagine*: GREG. M. moral. 4, 27, 52 (Migne 75, 663) qui peccantem laudibus prosequuntur, exstinctum sub verborum suorum aggere abscondunt. 5, 6, 9 (Migne 75, 684) sicut ... sepulcrum locus est, quo absconditur corpus, ita divina contemplatio quoddam sepulcrum mentis est, quo absconditur anima. *nota*: *i. q. interficio et sepelio*: ITALA (Lucif. Athanas. 1, 25) prov. 1, 11 abscondamus ... in terra virum iustum iniuste (*κρύψωμεν εἰς γῆν, cf.* AVG. civ. 17, 20, *aliter* VVLG. *v. p. 158, 47*). VVLG. Iob 40, 8 absconde eos (*impios*) in pulvere simul et facies eorum demerge in foveam (*κρύψον*).

reflexive: APVL. met. 9, 41 placuit ut ipse quidem contubernio se tantisper absconderet. AVG. Iob 27 sicut tineae folliculus, quo se abscondit *tinea*. VEN. FORT. vita Mart. 2, 137 nam quamvis varia tegeretur larva figura, sancto nuda fuit, cum non se absconderet umbrā. *passive*: SEN. Phoen. 112 funebri abscondar strue (*sic Leo*, funebre escendam struem *E*, funebrem ascendam struem *A*).

absconditus, a, um i. qui se abscondidit: APVL. met. 6, 5 quibus ... tectis vel etiam tenebris abscondita magnae Veneris inevitabiles oculos effugiam (*Psyche*)? 8, 7 inedia denique misera et incuria squalida tenebris imis abscondita iam cum luce transegerat *Charite*. 8, 16 inter conferta iumenta latenter absconditur.

e visu perdo: *cf.* SERV. Aen. 3, 291 'abscondimus' nauticus sermo est (PLAT. Prot. 338 A *ἀποκρύπτειν γῆν*). VERG. Aen. 3, 291 protinus aerias Phaeacum abscondimus arces. CLAVD. Pros. 3, 140 *Cybebe* Sicaniam quaerit, cum necdum absconderit Iden. PRVD. perist. 5, 461 at tu per undas emices ... palmula, donec relictum longior abscondat adspectus solum. *in imagine*: SEN. epist. 70, 2 praenavigavimus ... vitam et quemadmodum in mari, ut ait Vergilius (*Aen. 3, 72*) ... 'terraeque urbesque recedunt', sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, deinde adulescentiam, deinde ... illud inter iuvenem et senem medium ... deinde ipsius senectutis optimos annos. *nota: de sideribus*: AMRR. exam. 3, 4, 16 ferunt ... non aequales esse omnium motus, sed aliorum celeriores, aliorum tardiores esse circuitus, ut in eadem hora et videant se frequenter et frequenter abscondant, dum aliud ab alio praeteritur.

lucem demo: *inumbro*: AETNA 138 iugera pessum intercepta licet densaque abscondita nocte prospectare. PANEG. Messall. 154 illic et densa tellus absconditur umbra. PLIN. epist. 6, 20, 11 nubes descendere in terras, operire maria: cinxerat Capreas et absconderat. FIRM. err. 24, 2 obscurioribus tenebris orbem terrarum caligo noctis abscondit. *obscuro*: SEN. contr. 7, 1 (16), 4 terribili fragore horridae tempestates absconderant diem. SEN. Phoen. 394 atra nubes pulvere abscondit diem. ANTH. 239, 4 caelum (solem *V*) texere sagittae, abscondunt clarum Persica tela diem. AMBR. hymn. gramm. VII 256, 5 obduxere polum nubila caeli absconduntque diem sole fugato. Ps. HIER. epist. 19, 6 (Migne 30, 194) cum in passione sol fugit, dies absconditur, terra concutitur. CVRT. 6, 6, 30 fumus ingens velut quadam nube absconderat caelum. IVV. 12, 18 densae caelum abscondere tenebrae. LACT. inst. 2, 9, 5 occidens ... conturbatae illi pravaeque menti adscribitur, quod lumen abscondat. *translate*: HIER. exc. comm. Iob prooem. (Migne 23, 1469) qui sensum litterae negligit, veritatis lumen sibi abscondit. GREG. M. moral. 25, 12, 30 (Migne 76, 341) lumen intelligentiae humilitas aperit, superbia abscondit. 4, 25, 46 (Migne 75, 660) quantalibet ... intentione adhuc peregrina mens satagat videre lucem sicut est, non valet, quia hanc ei damnationis caecitas abscondit. CVRT. 7, 4, 29 nitor siderum caligine absconditur (*hanc paragraphum Vogel inclusit ut glossema*). SERV. Verg. Aen. 1, 125 cum cori nubibus abscondunt et obruunt sidera. SEN. benef. 5, 6, 4 cum luna humiliore currens via infra ipsum solem orbem suum posuit et illum obiectu sui abscondit. nat. 1, 12, 1 tunc solemus notare, quemadmadum luna soli se opponat et illum tanto maiorem subiecto corpore abscondat. AMBR. exam. 4, 1, 202 illum (*solem*) terra abscondit. SERV. Verg. georg. 2, 478 potest fieri, ut aliquod eum (*solem*) corpus abscondat. GREG. M. moral. 30, 1, 2 (Migne 76, 523) quia auditorum mentes infidelitatis caligo repleverat, quasi emissum solis radium nebula interiacens abscondebat. CORIPP. Ioh. 6 (5), 458 abscondunt (ascondunt *T*) nubila cursus solis obscuratque diem squalenti lumine Phoebus. IVVENC. 4, 149 abscondet furvis rutilos umbris radios sol. SED. carm. pasch. 5, 234 sol nube coruscos abscondens radios. VEN. FORT. carm. spur. 1, 154 infra arcum abscondens fulgida luna iubar. COMM. Bern. Lucan. p. 36, 2 quod nefas ne sol aspiceret, nubibus se abscondit hoc est eclipsin passus est Mycenisque nox fuit. CASSIOD. in psalm. 21, 17 (Migne 70, 161) petrae scissae sunt, terra tremuit, sol amictu se tenebroso abscondit. *passive de sideribus*: FIRM. math. 1, 4, 11 qui (*siderum cursus*) ... nunc decedunt, nunc absconduntur. *occĭdo*: *cum dativo*: VERG. georg. 1, 221 ante tibi Eoae Atlantides abscondantur (COLVM. 2, 8, 1. SCHOL. Dan. Verg. georg. 1, 219 *Vergiliae* 'eoae' mane abscondantur ... id est spectando, nec occident. *cf.* SERV. nobis incipiunt non videri). PLIN. nat. 18, 246 III non. April in Attica Vergiliae vesperi occultantur, eaedem postridie in Boeotia, Caesari autem et Chaldaeis nonis, Aegypto Orion et gladius eius incipiunt abscondi. 18, 248 VII kal. Aegypto Haedi exoriuntur, VI Boeotiae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et Atticae Canis vesperi occultatur, Fidicula mane oritur. V kal. Assyriae Orion totus absconditur, IIII autem Canis. *cum* ab: PLIN. nat. 2,179 idem (*septentrio*) a Rhodo absconditur. GERM. 618 tum caput abscondet Sonipes, tum tota latebit cervix. 638 Pegasus abscondit toto nunc pectore pennas. 681 tum Canis abscondit totius corporis ignis et latet Orion. LVCAN. 8, 159 iam pelago medios Titan (*sol*) demissus ad ignes nec quibus abscondit, nec si quibus exerit orbem, totus erat. *nota*: *poetice*: GERM. 686 Aurigam totum abscondit veniens Capricornus atque omnem ornatum venerandae numine Puppis (ARAT. 684 *Αἰγοκέρως ἀνιὼν κατάγει*).

praefulgendo obumbro: SEN. nat. 1, 1, 11 quid si dicas stellas interdiu non esse, quia non adparent? quemadmodum illae latent et solis fulgore obumbrantur, sic faces quoque transcurrunt et interdiu, sed abscondit illas diurni luminis claritas. SEN. epist. 92, 17 claritate . . . eius (*solis*) quidquid sine illo luceret, absconditur. nat. 7, 1, 3 quod *sol* sidera abscondit. AMBR. exam. 4, 3, 9 per diem fulgorem illum lunarem stellarumque omnium sol exortus abscondit. off. 2, 1, 1 (Migne 16, 109) sicut exortus sol lunae globum et cetera stellarum abscondit lumina, fulgor honestatis . . . cetera quae putantur bona . . . obumbrat. HIER. hom. Orig. in Ezech. 9 (Migne 25, 757) ut splendor lunae et micantia caeli sidera, priusquam sol oriatur, in stationibus suis rutilat, orto vero sole absconduntur. in eccles. 1 (Migne 23, 1014) quomodo, si igniculum lucernae videns, contentus essem eius lumine, et postea, orto sole, non cernerem, quod lucebat, stellarum quoque lumina iubare viderem solis abscondi . . . . PLIN. nat. 2, 80 fugisse miremur *stellas* plenilunio abscondente *eas* aut cum solis suprave dictarum radii visus perstrinxere nostros. *nota*: FIRM. math. 4, 1 diligenter debemus inspicere . . ., quando eam (*lunam*) in isdem partibus collocatam sol orbe suo rapiat et abscondat. *cf.* err. 7, 7 (*v. p. 154, 62*). AMBR. exam. 1, 9, 35 lux . . . diem monstrat, tenebras abscondit.

de aqua: *inundo*: GERM. progn. frg. IV 53 *Venus* imbribus atris (astros *codd.*) et tonitru crebraque abscondit grandine terras. SEN. nat. 3, 28, 3 non exedi terrae debent, sed abscondi *imbribus*. SEN. nat. 7, 5, 3 antequam Burin et Helicen mare absconderet. epist. 71, 15 omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio abscondet. AMBR. exam. 3, 3, 14 si diluvium Noe tempore abscondit et montes. CYPR. GALL. gen. 2 namque erat informis fluctuque abscondita tellus.

II ***translate*: A *celo, taceo, reticeo*:** *cf.* BEDA gramm. VII 286, 27 celo celas, id est abscondo. **1** *cum accusativo rei*: CIC. S. Rosc. 121 est quiddam, quod occultatur, quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et apparet. SEN. dial. 7, 12, 3 effusus in voluptates . . . abscondenda profitetur. benef. 2, 10, 4 quod praestamus offendit, nisi absconditur. epist. 83, 1 bene de me iudicas, si nihil esse in illis (*diebus*) putas, quod abscondam. 84, 7 *animus noster* omnia, quibus est adiutus, abscondat, ipsum tamen ostendat, quod efficit (*cf.* MACR. sat. praef. 1, 8). PLIN. nat. 25, 1 nihil intemptatum . . . illis (*priscis*) fuit, nihil occultatum . . . at nos elaborata iis abscondere ac supprimere cupimus. SEN. nat. 1, 16, 6 *Hostius Quadra* ea sibi ostentabat, quibus abscondendis nulla satis alta nox est. frg. 14 Haase: quid abscondis? FRONTO p. 114, 18 N. nequid Heraclitus absconderet. MIN. FEL. 10, 2 cur . . . occultare et abscondere quicquid illud colunt magnopere nituntur, cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint. HIER. epist. 40, 3 (Migne 22, 474) dabo . . . consilium, quibus absconditis possis pulchrior apparere. HORMISDA epist. 98, 3 (Thiel, epist. pontif. p. 895) non tacui, non abscondi. SEN. contr. 7, 7 (22), 2 plus accepit *pater* auri, quam quod posset abscondi. 9, 1, 3 vis tu divitias tuas abscondere (ostendere *coni. Faber*), cum in eos incideris, qui mendicitate censentur? SEN. dial. 7, 23, 3 nec iactabit illas (*opes sapiens*) nec abscondet. *proverbialiter*: EXC. Vales. 12, 61 aurum et daemonem, qui eum habet, non potest abscondere. SEN. dial. 11, 16, 3 (*v. p. 159, 10*).

CAT. 61, 205 bonum non abscondis amorem. LVCAN. 9, 1106 abscondunt gemitus et pectora laeta fronte tegunt. TAC. ann. 13, 16 dolorem, caritatem, omnis adfectus abscondere didicerat. HEGES. 3, 12, 3 victoriae studio abscondebant iniuriam (*i. dolorem*). MAXIM. eleg. 4, 27 certe difficile est abscondere pectoris aestus, panditur et clauso saepius ore furor. PVBLIL. N 11 naturam abscondit cum improbus recte facit. SEN. contr. 1 praef. 21 cum orationis cursus audientis iudicium impediat, dicentis abscondat (*oppos.*: propono) (*cf.* 4 praef. 9). SEN. epist. 19, 2 quod (*otium*) nec iactare debes nec abscondere (*cf.* 68, 1 *v. p. 155, 82*). dial. 3, 1, 5 cetera *vitia* licet abscondere et in abdito alere. epist. 94, 71 sanabis ista (*ambitionem, luxuriam, inpotentiam*) si absconderis. TAC. Germ. 12 tamquam scelera ostendi oporteat, flagitia abscondi. SEN. dial. 5, 13, 1 incipis vincere *iram*, si apsconditur (*cf.* dial. 5, 15, 2). MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 1 praevaricari *est* vera crimina abscondere (*cf.* GREG. M. expos. I reg. 6, 2, 18 Migne 79, 428 crimen immunditiae hominibus quidem absconditur, sed videnti omnia non celatur). FIRM. math. 5, 2 facinus nunquam poterit abscondi. VVLG. Iob 31, 33 si abscondi quasi homo peccatum meum (*ἔκρυψα*) et celavi in sinu meo iniquitatem meam (*cf.* GREG. M. moral. 22, 14, 32 (Migne 76, 230) et latendo peccatum committere et commissum negando abscondere). TERT. orat. 18 ubicumque . . . operationem tuam abscondere potes. VVLG. I Tim. 5, 25 facta bona manifesta sunt; et quae aliter se habent, abscondi non possunt (*κρυβῆναι*; *cf.* HIER. epist. 54, 8, *oppositum*: in propatulo sum). VVLG. prov. 28, 13 qui abscondit scelera sua (*oppositum*: confiteor, *ἐπικαλύπτων ἀσέβειαν*; *cf.* HIER. epist. 122, 3 Migne 22, 1043 iniquitatem). Is. 3, 9 peccatum suum . . . praedicaverunt nec absconderunt (*ἀπήγγειλαν καὶ ἐφάνισαν*). AVG. civ. 14, 19 irae opera aliarumque affectionum in quibusque dictis atque factis non sic abscondit verecundia ut opera libidinis. SEN. dial. 1, 6, 4 cum aliquid incidit, quod disturbet ac detegat, tunc apparet quantum altae ac verae foeditatis alienus splendor absconderit. 2, 17, 2 quam (*paupertatem*) sibi obiecit quisquis abscondit. FLOR. 1, 7, 13, 18 pastorum casas ignis ille et flamma paupertatem Romuli abscondit. CVRT. 5, 5, 11 optime miserias ferunt qui abscondunt. SERV. Aen. 12, 659 ut laquei absconderet dedecus. VVLG. sap. 7, 13 honestatem illius (*sapientiae*) non abscondo (*τὸν πλοῦτον αὐτῆς οὐκ ἀποκρύπτομαι*). SEN. contr. 10 praef. 14 Gavius Silo . . . partem esse eloquentiae putabat eloquentiam abscondere. SEN. dial. 9, 5, 4 vir qui . . . non alliserit virtutem nec absconderit. TERT. adv. Val. 3 nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi. VVLG. Sir. 41, 18 melior est homo qui abscondit stultitiam suam quam homo qui abscondit sapientiam suam (*ἀποκρύπτων* *cf.* prov. 10, 14 Sir. 4, 28. 20, 33). LACT. inst. 7, 26, 9 abscondi . . . tegique mysterium quam fidelissime oportet. VVLG. Tob. 12, 7 sacramentum regis abscondere bonum est (*κρύψαι*). Soph. 3, 5 iudicium suum dabit in lucem et non abscondetur (*οὐκ ἀπεκρύβη*). SER. SAMM. 44 cupiunt properos abscondere canos. FILASTR. 121, 10 temporalitatem . . . obumbrare atque abscondere. HEGES. 3, 5, 2 zephyris . . . civitas refrigeratur, ut orientis in partibus orientem abscondat. ITALA (Hier. epist. 129, 2). Is. 32, 2 vir abscondens sermones suos (*cf.* PS. AVG. spec. 144 *v. p. 156, 48*). VVLG. Sir. 1, 30 bonus sensus . . . abscondet verba illius, et labia multorum enarrabant sensum illius (*κρύψει*). sap. 1, 10 tumultus murmurationum non abscondetur (*ἀποκρύπτεται*).

indicato loco: SEN. dial. 9, 3, 3 ubicumque otium suum absconderit *animus magnus*. SEN. dial. 7, 12, 4 non ab Epicuro inpulsi luxuriantur, sed vitiis dediti luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt. LVCAN. 2, 734 procul hoc et in orbe remoto abscondat fortuna nefas. FVLG. myth. 3, 6 desiderii flammam in pectore absconsam depalat. GREG. M. hom. in ev. 2, 26, 6 (Migne 76, 1201) omnis peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit, introrsus latet, in suis penetralibus occultatur. SEN. benef. 4, 23, 3 adspice ista tanto superne coetu labentia, quemadmodum velocitatem suam sub specie stantis atque inmoti operis abscondant. GREG. M. moral. 32, 2, 2 (*v. p. 163, 35*). TERT. apol. 21 quasi sub umbraculo insignissimae religionis, certe licitae, aliquid propriae praesumptionis abscondat *secta*. VVLG. Iob 20, 12 abscondet illud (*malum*) sub lingua sua (*κρύψει ὑπὸ τὴν γλῶσσαν*) . . . et celabit in gutture suo. psalm. 39, 11 iustitiam tuam non abscondi in corde meo (*ἔκρυψα*, *oppositum*: dixi).

qua re: VERG. Aen. 4, 337 neque ego hanc abscondere furto speravi . . . fugam. SEN. dial. 5, 26, 4 quid lenioribus verbis ulcus publicum abscondo? 12, 5, 4 ut hilaritatem de industria simulent et adversus res adumbrata laetitia abscondant *duces magni*. Phaedra 597 forsan iugali crimen abscondam face. LVCAN. 9, 1040 non aliter manifesta potens abscondere mentis gaudia quam lacrimis. SEN. dial. 5, 19, 2 cum latrocinia tenebris abscondi soleant. QVINT. decl. 335 p. 319, 7 *adulterium* tenebris absconderunt tamquam nefas. FIRM. math. 8, 33 celari . . . et abscondi plurimis tegumentis natura divinitatis ab initio voluit. LACT. inst. 4, 2, 3 apparet ibi potissimum *sapientiam* esse quaerendam, ubi stultitiae titulus apparet: cuius velamento deus, ne arcanum sui divini operis in propatulo esset, thensaurum sapientiae ac veritatis abscondit. AVG. c. Iul. 1, 7, 35 (Migne 44, 666) stilum . . . contumeliosum, non tanquam pallio pudoris absconderes, sed tanquam manu emendatiore confringeres. *de re celante*: SEN. Phaedra 159 ut secundus numinum abscondat favor coitus nefandos. CVRT. 4, 14, 14 hi . . . campi deprehendere paucitatem, quam Ciliciae montes absconderant. PLIN. nat. 8, 50 velut abscondente turpitudinem loco. TAC. hist. 3, 68 nox et ignotum rus fugam Neronis absconderant. VVLG. prov. 10, 18 abscondunt odium labia mendacia (*καλύπτουσιν*). *cum* per: IREN. 5, 21, 2 *diabolus* mendacium abscondens per scripturam. ALC. AVIT. carm. 4, 276 *serpens* abscondens per dulcia sibila . . . immortale odium. *cum dativo*: SEN. dial. 5, 36, 3 nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo. GREG. M. in ev. 2, 39, 3 (Migne 76, 1296) perversa . . . anima . . . abscondit sibi mala sequentia. TERT. adv. Marc. 4, 25 illis traduxisse debuerat, quibus creator abscondidit (abscondit *c*), sapientibus et prudentibus (*v. p. 163, 16*). VVLG. psalm. 30, 20 quam (*dulcedinem*) abscondisti timentibus te (*ἔκρυψας*, *cf.* AVG. civ. 21, 18 *et* 24. *v. p. 164, 39*). 31, 5 delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitiam meam non abscondi (*sc.* tibi, *οὐκ ἐκάλυψα*; *cf.* HIER. epist. 121, 8 *et* 122, 2 Migne 22, 1027 *et* 1042, *oppositum*: notum feci). GREG. M. moral. 17, 22, 32 (Migne 76, 25) divinae irae non absconditur quidquid illicitum perpetratur. AVG. in psalm. 34, 14 (Migne 36, 332) diem nobis novissimum mortis nostrae abscondis. CASSIOD. var. 12, 18, 1 cui (*domino*) nec culpa celari nec bonum possit abscondi. VEN. FORT. carm. 8, 3, 207

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abscondens aliis, nullis confessa dolores *virgo*. vita Mart. 3, 427 nihil absconsurus amico. CASSIOD. in psalm. 44, 9 (Migne 70, 323) sicut vestibus cooperiuntur membra mortalium, ita et maiestas verbi infidelium oculis velamine videbatur abscondi. *cum* ab: TERT. bapt. 17 domini sermo non debet abscondi ab ullo. IREN. 1, 19, 2 angelum abscondentem ab eo magnum mysterium (*ἀποκρυπτόμενον ἀπ' αὐτοῦ τὸ μυστήριον*). 4, 32, 1 hi qui alias doctrinas inferunt, abscondunt a nobis quam habent ipsi de deo sententiam. VVLG. Sir. 37, 7 a zelantibus te absconde consilium (*ἀπὸ τῶν ζηλούντων σε κρύψον βουλήν*). sap. 6, 24 non abscondam a vobis sacramenta dei (*οὐκ ἀποκρύψω ὑμῖν μυστήρια*). psalm. 39, 11 non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo (*οὐκ ἔκρυψα ... ἀπὸ συναγωγῆς*). 118, 19 non abscondas a me mandata tua (*μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς*, *cf.* PROSP. in psalm. 118, 19 Migne 51, 339 *opposita*: in medio constituo, scio. *ibid.* ut ab eo non abscondantur, quae paene neminem latent). Matth. 11, 25 confiteor tibi ... domine, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelavisti a parvulis (*ἔκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν ... καὶ ἀπεκάλυψας* *cf.* Luc. 10, 21 *ἀπέκρυψας*. TERT. adv. Marc. 4, 25 *v. p. 162, 74*. SERM. Arian. frg. 10 Migne 13, 615 AVG. epist. 140, 24, 60 Migne 33, 563). I reg. 3, 17 si absconderis a me sermonem (*κρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ ῥῆμα* *cf.* 3, 18 *oppositum*: iudico. II reg. 14, 18 verbum). Ier. 38, 14 interrogo ego te sermonem, ne abscondas a me aliquid (*μὴ κρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ ῥῆμα*). Tob. 12, 11 manifesto volui veritatem, et non abscondam a vobis occultum sermonem. Is. 29, 15 vae qui profundi estis corde, ut a domino abscondatis consilium (*οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες*). AVG. serm. 70, 2 (Migne 38, 442) ubi mala facta tua abscondis ab oculis dei? GREG. M. hom. in Ezech. 1, 4, 5 (Migne 76, 818) duae *pennae* corpora contegunt, quia timor et paenitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala praeterita abscondunt ... duae autem pennae tegunt corpora, quando eorum mala praeterita a conspectu aeterni iudicis timor et paenitentia abscondunt. *cum* ante: GREG. M. moral. 32, 2, 2 (Migne 76, 634) sancti viri ante dei oculos student culpas linguae tegere meritis vitae ... hoc quod districto iudici de sermone meo in me displicuisse considero, ante eius oculos sub velamine recti operis abscondo. *sequitur enuntiatum*: SEN. nat. 7, 8, 2 *cursus* cometarum lenis et qui per diem noctemque quantum transierit abscondat. GREG. M. moral. 22, 16, 39 (Migne 76, 236) fit, ut *sancti viri* ... abscondunt, quantae virtutis sint. CASSIOD. in psalm. 7, 16 (Migne 70, 72) sed quantum sit profundus *lacus*, absconditur. GREG. M. moral. 11, 24, 35 (Migne 75, 970) plerumque stultus, si tacuerit, utrum sapiens sit an stultus absconditur. VVLG. Ios. 7, 19 confitere atque indica mihi, quid feceris: ne abscondas (*μὴ κρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ*). Iob 27, 11 docebo vos per manum dei, quae omnipotens habeat, nec abscondam (*ἃ ἐστι παρὰ παντακράτορι οὐ ψεύσομαι*). AVG. Iob 8 (Migne 34, 834) si absconderit, quod filius dei est. HIER. epist. 36, 15 (Migne 22, 459) dimitte eam (*Sunamitim*), quia anima eius in amaritudine est, et dominus abscondit a me et non nuntiavit mihi (*cf.* IV reg. 4, 27 anima enim eius i. a. e., et dominus celavit a me, et non indicavit mihi).

2 *cum accusativo personae*: EXC. Vales. 12, 61 (*v. p. 161, 62 proverbialiter*). HIER. in Is. 6, 2 (Migne 24, 96) cum et apostoli salvatorem credentibus aperiant, infidelibus abscondant. VVLG. exod. 2, 2 *uxor* videns eum (*filium*) elegantem, abscondit tribus mensibus (*ἐσκέπασαν*. *synonym.* 2, 3: cum iam celare non possent, *κρύπτειν*). Iob 15, 18 sapientes confitentur et non abscondunt patres suos (*ἃ σοφοὶ ἐροῦσιν, καὶ οὐκ ἔκρυψαν πατέρας αὐτῶν*). AVG. conf. 10, 2 te enim mihi absconderem, non me tibi. GREG. M. moral. 25, 6, 11 (*v. l. 76*). AVG. Iob 15 per adipem, id est per exaltationem superbiae suae abscondit a se deum. CASSIOD. hist. 7, 2 (Migne 69, 1067) qui (*Alexander Magnus*) corpore mortali supernum abscondis regem. *passive*: *ignotus sum, latito*: SALV. epist. 9, 16 scriptor ille abscondi ac latitare omnibus modis voluit. VVLG. Sir. 12, 8 non agnoscetur in bonis amicus, et non abscondetur in malis inimicus. ENNOD. opusc. 1 p. 281, 18 numquam absconditur, quem prodiderit innocentia. ENNOD. epist. 9, 19 p. 242, 12 illi nec mores suggerunt fiduciam nec natura, qui in arce locatis absconditur, vobis praecipue. GREG. M. moral. 20, 17, 43 (Migne 76, 163) *plerique* a cognitione hominum abiectione vilitatis suae quasi quadam superductione velaminis absconduntur. *reflexive*: GREG. M. moral. 19, 23, 17 (Migne 76, 121) illos (*falsos apostolos*) commendaret *Paulus*, si se absconderet; cumque se non ostenderet, errori locum dedisset. CASSIOD. in psalm. 51, 3 (Migne 70, 374) plerumque homines, qui peccata faciunt, per decorem se compositae locutionis abscondunt. AVG. quaest. hept. 7, 49 (28, 3 p. 494, 4 Vind.) fugit, quoniam se quantus esset, abscondit. conf. 10, 2 (*v. l. 57*). GREG. M. moral. 25, 6, 11 (Migne 76, 325) illum (*deum*) nobis abscondimus, non nos illi.

translate: *de rebus*: GREG. M. moral. 26, 20, 35 (Migne 76, 369) si *concussa mens* ante dei oculos omne quod agit examinans semetipsam sibimet non abscondit. ENNOD. epist. 9, 33 ego sum, cui postquam meritum vestrum patuit, nequaquam se felicitas actionis abscondit. CASSIOD. in psalm. 113 (Migne 70, 817) *psalmorum virtutes* se et fidelibus aperiunt, et incredulis semper abscondunt. VVLG. Sir. 42, 20 non abscondit se ab eo ullus sermo. GREG. M. hom. in Ezech. 1, 7, 2 (Migne 76, 841) sanctorum mens vehementer invigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant.

B ***oblivione tego***: SEN. benef. 3, 32, 5 illum (*Octavii patrem*) umbra adoptivi patris abscondit. fragm. 79 Haase: illum (*Tarquinium*) inter multa regum nomina iam abscondit antiquitas. SOL. 38, 3 quem (*Cilicem*) aestas pristina paene ultra aevum memoriae abscondit. HEGES. 5, 27 ut et languore commaceratos oblivio abscondat, et adversum pectus in hostem referentes, si mors convenerit, sequatur gloria. SEN. Herc. f. 291 quidquid avida tot per annorum gradus abscondit aetas redde. PS. CYPR. spect. 6 p. 9, 16 ut quae etiam aetas absconderat, sub oculos memoria reducat. AMBR. Iob 3, 11, 29 ut terrena omnia abscondat oblivio. HIER. in eccles. 1 (Migne 23, 1020) quomodo praeterita apud nos abscondit oblivio ... quasi non fuerint abscondentur. HORMISDA epist. 18, 2 (Thiel, epist. pontif. p. 778) cuius rei memoriam non potest tempus abscondere. AMBR. Noe 31, 117 apostolus superiora obliviscebatur, priora appetebat, sed obliviscebatur, ut absconderet persecutionis errores, ut tegeret superiora delicta bonisque operibus obumbraret. apol. Dav. I 6, 24 crux domini omnes abolet atque abscondit errores. RVT. NAM. 1, 119 abscondat tristem deleta iniuria casum. *similiter*: GREG. M. in psalm. 39, 20 (Migne 14, 1116) omnes videt Christus: sed qui se abscondit, absconditur; quoniam qui ignorat, ignoratur.

C ***servo, protego,*** *tueor, defendo*: COLVM. 5, 5, 19 alii negant esse nudandam vitem, quo melius contra iniuriam ventorum ferarumque fructum abscondat ... ut ... tamen fructum vestire aut protegere possit. AMBR. exam. 5, 23, 80 theca tua, vagina tua Christus est, qui te protegat et abscondat in die malo. VVLG. Soph. 2, 3 quaerite dominum ... si quomodo abscondamini in die furoris domini (*σκεπασθῆτε*). Is. 49, 2 in umbra manus suae protexit me, et posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me (*κρύψει*, *cf.* HIER. epist. 65, 12 Migne 22, 655 *et saepius*). Iob 14, 13 ut in inferno protegas me et abscondas me (*εἰ γὰρ ... με ἐφύλαξας, ἔκρυψας δὲ ...*). GREG. M. moral. 4, 11 (15), 19 (Migne 75, 648) electus quisque in iudicio per internum visum in vultu divinitatis absconditur. VVLG. psalm. 118, 11 in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi (*ἔκρυψα*, *cf.* HIER. epist. 84, 3 *et* 127, 4 Migne 22, 746 *et* 1089). GREG. M. moral. 16, 36, 44 (Migne 75, 1143) in sinu ... cordis verba eius abscondimus. VVLG. psalm. 30, 20 (*v. p. 162, 76, ambigua est enim sententia*). Os. 13, 12 colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius (*ἐγκεκρυμμένη*). HIER. vers. psalm. iuxta Hebr. 64, 3 (Migne 28, 1174) absconde me a consilio malignorum (*ἐσκέπασάς με ἀπὸ συστροφῆς*. VVLG. psalm. 63, 3 protexisti me). VVLG. psalm. 30, 21 abscondes eos in abscondito faciei tuae a conturbatione hominum (*κατακρύψεις ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου*). Iob 5, 21 a flagello linguae absconderis (*ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει*). GREG. M. moral. 9, 27, 44 (Migne 75, 755) electos suos dominus et in fame a morte eripit et in bello a gladio abscondit. 9, 26, 40 (Migne 75, 880) a superni examinis acumine abscondor. 11, 41, 55 (Migne 75, 978) quia a districtione tui examinis non abscondar. hom. in Ezech. 1, 4, 5 (Migne 76, 818) qui facta carnalia per superducta bona opera a districto examine abscondunt. 12, 9, 13 (Migne 75, 993) beatus Iob ad infernum se descendere sciens, conditoris sui illic profectionem postulat, ut a locis poenalibus alienus existat, ubi ... a suppliciis abscondatur. hom. in Ezech. 2, 2, 23 (Migne 76, 972) in scriptura sacra et sub miraculis patrum a iaculis adversitatis abscondimur (*synonym.*: protego). VVLG. Is. 32, 2 erit vir, qui absconditur a vento et celat se a tempestate (*v. p. 156, 48 et 157, 41*).

addita sunt: curiose, diligentius, dissimulanter, furtim, latenter, occulte, secreto, clam, clanculum. late, penitus, pectore penitissimo, *alia*. *nota*: VVLG. psalm. 30, 21 in abscondito faciei tuae (*ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου*, *similiter in hebraico, v. l. 44*).

phrases: absconditum habeo *cf. Archiv 2 (1885) 396*. IVST. 31, 2, 4 habebat ibi navem cum remigibus occulto sinu litoris absconditam. AVG. in psalm 38, 12 (Migne 36, 423) nescio quos thesauros habes absconditos in terra. SCHOL. Pers. 1, 49 cum excussum fuerit *vestimentum*, quicquid habet absconditum, proicit. AVG. civ. 19, 4 ubi habent absconditam vel obrutam intelligentiam suam? absconditum (absconsum) teneo *cf.* teneo abscondito ENNOD. dict. 8 (*v. p. 167, 71*), contineo in abscondito IREN. 1, 24, 6 (*v. p. 169, 1*). AMBR. fid. 5 prol. 14 (Migne 16, 678) nos ... non intra latibula carnis absconditam domini teneamus pecuniam. Cain et Ab. 1, 9, 35 abscondita teneamus mysteria. serm. 46, 2 omnia ... quae in arcanis abditarum dispositionum tenebantur absconsa. CASSIOD. in psalm. 80, 3 (Migne 70, 587) *doctrinabilis lectio* quae in rerum natura prius tenebatur abscondita. 118, 30 manifesta sunt facta, quae sacris litteris tenebantur abscondita. absconditus (absconsus) lateo: FIRM. math. 1, 4, 8 scimus, quando *stellae quaedam* ... Solis orbe absconsae lateant. GREG. M. moral. 16, 36, 44 (Migne 75, 1143) verba, et cum ad operationem prodeunt, in sinu cordis absconsa latent. absconditus (absconsus) iaceo: ARNOB. nat. 6, 6 p. 219, 12 qui publicasset quibus (*neutr.*) Apis iaceret absconditus. GREG. M. moral. 22, 15, 31 (Migne 76, 231) quia intra conscientiam suam absconsus iacet.

synonyma: *ad I*: condo, recondo, abdo, aufero, subtraho, re-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

moveo, celo, occulo, occulto, averto, tego, intego, obtego, contego, claudo, includo, aboleo, deleo, sumo, capesso, velo, vestio, operio, cooperio, obduco, obruo, sepelio, abstrudo, fodio, defodio, obumbro, inumbro, obscuro, opaco, obcaeco; praetereo, praeternavigo; tenebris — umbris — latebris abdo — condo — claudo — includo — premo — obruo, umbris involvo, adspectu subtraho, oculis submoveo, ab oculis — a luminibus removeo — amoveo — arceo, removeo ex conspectu, caecis latebris committo — credo, terra — humo tego; laqueum — rete tendo. *ad II*: celo, occulto, supprimo, taceo, reticeo, praetereo, obumbro; oblivione tego; servo, tueor, defendo, protego. *abscondor (reflexive)*: condor, abdor, occultor, tegor, fugio, lateo, latito, delitesco, (tenebris — umbris) me abdo — condo — occulo — occulto, me subtraho — celo, tenebras — latebras quaero, lucem fugio — vito, oculos fugio, sum occultus — invisus — inadspectus. *de sideribus*: occĭdo, occultor. *de fluviis*: mergor, demergor, condor. *oppositа*: *ad I*: prodo, ostendo, ostento, profero, fodio, effodio, eruo, revelo, patefacio, aperio, monstro, demonstro obiecto, detego, nudo, denudo, in conspectum do, sub oculos reduco. *ad II*: prodo, ostendo, narro, enarro, fateor, confiteor, profiteor, pando, nuntio, nudo, denudo, revelo, aperio, patefacio, loquor, publico, manifesto, deprehendo, praedĭco, indĭco, disturbo, detego, allido, depălo, reddo, iacto, doceo, inlumino, cognitum — notum facio, in medium profero, in abdito alo. *abscondor*: videor, invenior, appareo, surgo, me obicio — prodo. *ad II passive*: pateo, emineo, appareo, publico gaudeo, sum manifestus — in propatulo. *de sideribus*: orior, exorior, appareo, mico, luceo, rutilo, fulgeo, exsero orbem. *de fluviis*: reddor, emico, extrahor. *compositum*: inabscondo.

*?*abscondor *deponens.* ITALA Tolet. Is. 16,3 *in verbis a* LXX *recedentibus, concinentibus tamen cum hebraicis*: coge consilium, abscondere fugientes (VVLG. absconde fugientes).

adiect. **absconditus** *et* **abscōnsus**. GLOSS. II 238, 9 *ἀπόκρυφος* absconsus obcultus abditus. *ἀπόκρυφον, κρυπτόν*, absconditum, absconsum, abditum, secretum, abstrusum, celatum, latens, occultum. *de differentia et significatione formarum participii v. p. 153,5 et 19. nec comparativus nec superlativus leguntur. cf. Thielmann, Archiv 5 (1888) 535.*

I ***proprie*:** *de loco*: RHET. Her. 4,9 fontes maximos penitus absconditos aperuisse. CIC. top. 27 earum rerum, quae absconditae sunt, demonstrato et notato loco facilis inventio est. Phil. 2, 108 erant fortasse gladii, sed absconditi CVRT. 7, 10, 2 cursus absconditi indicium est aquae meantis sonus. SEN. nat. 6,8,1 subterraneos amnes et mare absconditum. APVL. mund. 11 cum de abscondito polo flatus adveniunt, notus est. ITALA (Tert. adv. Iud. 11) Ezech. 8, 12 in cubiculo absconso (*κρυπτῷ*, VVLG. *v. p. 168, 1*). SIDON. epist. 9,11,9 solet aquam terrae visceribus absconditam per atomos bibulas radius extrahere solaris. FIRM. math. 3,5,16 ganeones et qui sordida et absconsa loca sectentur. 4, 19, 8 in locis ... absconsis et incognitis. HIER. comm. Matth. 4, 24, 27 (Migne 26, 179) stultum est ... eum in parvo loco vel abscondito quaerere qui totius mundi lumen sit. VVLG. I Macc. 1, 56 in abditis et in absconsis fugitivorum locis. FILASTR. 14 in speluncis abditis ... in speluncis absconditis *cf.* 24,1. SCHOL. Hor. sat. 2,3,173 'cavis' hoc est locis absconditis. FILASTR. 133, 1 de thesauris locisque absconditis. VVLG. deut. 33, 19 thesauros absconditos arenarum (*aliter* LXX. *cf.* Is. 45, 3 dabo tibi thesauros absconditos et arcana secretorum, *θησαυροὺς σκοτεινοὺς ἀποκρύφους*. HIER. epist. 71,4). FIRM. math. 3,7,17 absconsas inveniant facultates. VVLG. Dan. 14,12 fecerant sub mensa absconditum introitum. 14,20 abscondita ostiola. *in imagine*: PS. AMBR. serm. 46, 11 (Migne 17, 721) absconsa perfidiae saxa. *de corpore*: FIRM. math. 5,3 absconsorum ac latentium dolores assiduos locorum. VVLG. Sir. 23,28 oculi domini ... hominum corda intuentes in absconditas partes (*εἰς ἀπόκρυφα μέρη*). SORAN. 2 (19), 29 si ... gravedine sua caput interioris parte vulvae absconsum est. *nota*: COMM. instr. 2,1 *tit. et* 1 de populo absconso sancto ... desideretur absconsus ultimus sanctus. *de stellis*: FIRM. math. 2,8,1 stellae ... aut occiduales aut absconsae ... absconsae (*sunt*) quas ⟨solis⟩ orbis tegit.

IREN. 1,18,1 ogdoadem ... inenarrabilem et invisibilem, in visceribus absconditam intelligi (*κρυβομένην*).

II ***translate*:** **1** *de rebus*: *arcanus, obscurus, ignotus, tacitus, invisibilis. cf.* SCHOL. Cic. Gron. p. 396, 25 B. 'obscurum' est quod difficile (*adv.*) invenitur, 'absconditum' quod penitus ignoratur. CIC. Verr. 1,32 quid est ... quod fieri possit? non obscurum opinor neque absconditum. VVLG. sap. 7,21 quaecumque sunt absconsa et improvisa, didici (*κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ*). PS. AMBR. poen. 1 absconsum putas esse posse, quod sine teste commiseris. FIRM. math. 4, 7, 3 qui res sibi creditas abnegent vel absconsas publicare desiderent 4, 14, 20 qui res absconsas et abditas facile ratione perdiscant. HIL. in psalm. 118, 17, 1 rerum absconditarum diligens exquisitio. CIC. Catil. 3,3 quemadmodum in tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus. epist. 3, 12, 1 eo mirandum est magis, nullam ne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam. dom. 138 me nihil de apscondito iure pontificum dicturum. de orat. 2, 278 salsa sunt ... quae habent suspicionem ridiculi absconditam. FIRM. math. 3, 7, 7 aurifices aut fossores aut absconsarum quarundam artium magistros (*cf.* 3, 8, 4. 3, 9, 4). 4, 12, 3 absconsarum aut inlicitarum litterarum actibus inhaerescunt. *cf.* 3, 12, 6. FIRM. math. 3, 4, 19 *Mars* facit absconsos corporum et immensos dolores. 3, 12, 1 absconsarum valetudinum vitia. 5, 3 (Bas. 1551 p. 126) absconsa vitia. 7, 10 p. 202 absconsis ... et latentibus aegritudinibus. COMM. apol. 672 quibus absconsa verebantur aurea saecla. IREN. 3 praef. ut ... sententias absconditas ut ipsi putant in manifestum proderem. HIER. reg. Pachom. praef. 9 (Migne 23, 65) alphabetum speciale, signis et symbolis absconditos sensus involvens. FILASTR. 88,5 scripturae absconditae, id est apokryfa (*cf.* HIER. epist. 96, 20 Migne 72, 789). VVLG. prov. 27, 5 melior est manifesta correptio quam amor absconditus (*κρυπτομένης φιλίας*). 21, 14 munus absconditum (*δόσις λάθριος*). Sir. 11, 4 gloriosa et absconsa et invisa opera *altissimi solius* (*κρυπτά*). 20, 32 sapientia absconsa (*κεκρυμμένη*). 42, 9 filia patris abscondita est vigilia (*ἀπόκρυφος*). 17, 17 absconsa testamenta per iniquitatem (*ἐκρύβησαν*). Iob 4, 12 ad me dictum est verbum absconditum. Sir. 42, 1 de revelatione sermonis absconditi (*λόγων κρυφίων*). CASSIOD. hist. 7, 21 (Migne 79, 1085) *responsum* olim quidem absconsum, tunc quidem manifestum. HIL. in psalm. 14, 7 arcanum secreti consilii et absconditi. CASSIOD. in psalm. 10, 3 (Migne 70, 94) in abscondito consilio. AVG. epist. 149, 1, 4 (Migne 33, 632) occulta dei iudicia ... de absconditis dei iudiciis. COD. Iust. 8, 36 (37), 5 (4), 1 propter dolosam mentem et absconditam machinationem. GREG. M. moral. 31, 30, 62 (Migne 76, 608) clandestina pravorum machinatio ... ex absconsa machinatione ... apertis congressionibus ... occultae machinationis. APVL. flor. p. 101 Oud. nec erat patris familias tam absconditum secretum. IREN. 1, 1, 3 magna et abscondita mysteria (*ἀπόρρητα μυστήρια*) (*cf.* 1, 31, 4 cum in manifestum redegimus eorum abscondita et apud se tacita mysteria. GREG. M. moral. 28, 4, 13 Migne 76, 454). 3, 14, 1 abscondita et inenarrabilia didicisse gloriantur sacramenta. HIER. comm. Ezech. 1, 1 (Migne 25, 30) abscondita atque secreta et incomprehensibilia dei sacramenta monstrantur. CASSIAN. conl. 14, 9, 7 profunda et abscondita sacramenta. FIRM. math. 5, 1 absconsarum religionum decreta. HIER. in Zach. 3, 12, 5 (Migne 25, 1511) vota facient in abscondito mentis arcano. epist. 64, 21 (Migne 22, 620) hoc ... rationale duplex est, apertum et absconditum, simplex et mysticum. VVLG. Iob 3, 23 *viri* abscondita est via (*θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυμα*). HIER. epist. 18, 12 (Migne 22, 368) non sunt in scripturis verba simplicia, plurimum in his absconditum est. 106, 7 (Migne 22, 840) Origenes ... signum ponit asterisci, id est stellam, quae quod prius absconditum erat, inluminet et in medium proferat. *cf.* AVG. civ. 30, 30. AMBR. exam. 3, 15, 64. CASSIOD. hist. 1, 14 (Migne 69, 910) plantationes absconsas pullulare fecerunt. *nota*: VVLG. prov. 9, 17 aquae furtivae dulciores sunt, et panis absconditus suavior (*ἄρτων κρυφίων*).

de voce: *depressus*: PRISC. gramm. II 48, 25 abscondita voce solent interiectiones et huiuscemodi voces proferri. *cf.* II 20, 4. III 91, 21 (*secundum Donatum:*) *accentus interiectionum* non sunt certi, ... cum ... abscondita voce, id est non plane expressa, proferantur (*cf.* DON. gramm. IV 392, 3 vocibus quas inconditas esse invenimus).

coniunctum cum dativo: AETNA 87 *poetae* norunt abscondita nobis coniugia *deorum*. COMM. apol. 101 est honor absconsus nobis et angelis ipsis. LACT. inst. 6, 24, 11 *deus* cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. FIRM. math. 7, 10 invenire quod multis est absconsum. SERV. Aen. 10, 176 quasi nihil ei absconditum vel abstrusum sit. HIER. comm. Eph. 3, 4, 30 (Migne 26, 513) abscondita saeculis sacramenta. epist. 120, 8, 2 ut omnia, quae nunc nobis absconditа sunt, domus dei sacramenta videamus. AVG. civ. 15, 7 quibus absconditum est cor alterius. ENNOD. op. 4 p. 385, 14 cuius meritis nihil esset absconditum. CASSIOD. in psalm. 31, 3 (Migne 70, 2) ne quis domino putet absconditum in conscientiae penetralibus, quod ... recondit occultum. GREG. M. in I reg. 2, 1, 18 caelestia eis (*divitibus*) bona abscondita sunt. ISID. syn. 1, 49 (Migne 83, 835) finis noster nobis absconditus est. PS. CYPR. Iud. incred. 3 p. 122, 12 ne aliquibus, quis ille (*Iesus puer*) esset, absconsum. *cum* ab: VVLG. Os. 5, 3 ego scio Ephraim, et Israel non est absconditus a me (*οὐκ ἐπέστη ἀπ' ἐμοῦ*). Iob 24, 1 ab omni potenti non sunt abscondita tempora (*κύριον ἔλαθον ὧραι*). psalm. 37, 10 ante te *est* omne desiderium, et gemitus meus a te non est absconditus (*ἀπεκρύβη ἀπὸ σοῦ cf.* AVG. civ. 20, 17). psalm. 68, 6 tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita (*ἀπὸ σοῦ οὐκ ἐκρύβησαν*). Ezech. 28, 3. Eph. 3, 9 (*cf.* HIER. epist. 37, 4 Migne 22, 463). Col. 1, 26 *verbum dei* mysterium, quod absconditum fuit a saeculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius (*τὸ ἀποκεκρυμμένον*). Luc. 18, 34 erat verbum istud absconditum ab eis, et non intellegebant, quae dicebantur (*ἦν κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν*). PROSP. in psalm. 103, 5 (Migne 51, 290) quae (*vis*) licet abscondita a nobis sit, esse tamen recte creditur in sapientia et virtute creatoris. VVLG. Sir. 39, 24 non est quidquam absconditum ab oculis eius (*οὐκ ἔστι κρυβῆναι ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν*). Luc. 19, 42 (AVG. epist. 198, 3 *et* 199, 4, 12 Migne 33, 902 *et* 908). Iob 28, 21 sapientia abscondita est ab oculis omnium viventium (*λέληθε*): volucres quoque caeli latet (*ἀπὸ πετεινῶν ... ἐκρύβη*). Os. 13, 14 consolatio abscondita est ab oculis meis (*κέκρυπται*). Is. 65, 16 quia oblivioni traditae sunt angustiae priores et quia absconditae sunt ab oculis meis (*οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τὴν*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

καρδίαν). Sir. 17, 13 viae illorum coram ipso sunt semper, non sunt absconsae ab oculis ipsius (*οὐ κρυβήσονται cf.* Is. 40, 27). Ier. 16, 17 non sunt absconditae *viae eorum* a facie mea (*οὐκ ἐκρύβη . . . ἀπεναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου*). AVG. civ. 17, 19 quae claritas in Christi corpore, cum resurrexit, ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse quam defuisse credenda est.

2 *de deo sive homine*: *ignotus*: VVLG. Is. 45, 15 tu es dominus absconditus (*εἶ θεὸς καὶ οὐκ ἤδειμεν*). *arcanus*: HIER. in Is. 7, 14 (Migne 24, 110) 'alma' apud eos (*Hebraeos*) verbum ambiguum est; dictus enim et adulescentula, et abscondita, id est *ἀπόκρυφος*. *ignobilis, humilis*: FIRM. math. 3, 2, 6 ipsos vero absconsos, latentes et animo pauperes reddit *Saturnus*. 3, 8, 1 erunt . . . absconsi et miseri. 4, 9, 8 *Luna* facit obscuros et absconsos et tacitos. 3, 7, 26 *Mercurius* faciet delatores absconsos subdolos malitiosos maleficos. *nota*: VVLG. I Petr. 3, 4 qui absconditus est cordis homo (*ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος*).

synonyma: abditus, latens, latitans, latescens, caecus, obscurus, arcanus, secretus, occultus, tacitus, tectus, obtectus, contectus, conditus, reconditus, abstrusus, retrusus, opertus, adopertus, opacus, latebrosus, obductus, furtivus, celatus, invisus, reductus, avius, remotus, submotus, inadspectus, ignotus, subtilis; ignobilis, miser, humilis. *opposita*: notus, cognitus, apertus, manifestus, clarus, perspicuus.

adv. **absconditē** *et* **abscōnsē**. NON. 38 clandestino est abscondite. GLOSS. II 5, 7 absconse *λάθρα*. *cf. Thielmann, Archiv 6 (1888) 535 et 538; 8 (1893) 240.* *translate*: *de argumentatione*: *implicite*: CIC. inv. 2, 69 absoluta est, quae ipsa in se, non ut negotialis implicite et abscondite, sed patentius et expeditius recti et non recti quaestionem continet. *subtiliter*: CIC. fin. 3, 2 quae . . . de voluptate dicuntur, ea nec acutissime nec abscondite disseruntur. *proprie*: *clam, furtim, sine testibus, v.* in abscondito (*p. 168, 75*): IREN. 4, 40, 3 qui a semetipso zizania absconse seminavit. ITALA cod. Lugd. gen. 31, 26 quid fecisti istud et quare absconse recessisti et furatus es et abduxisti filias meas (*κρυφῇ*, VVLG. quare ita egisti, ut clam me abigeres filias). cod. Wirceb. deut. 28, 57 comedit . . . ea ⟨pr⟩o⟨p⟩ter inopiam abscons⟨e⟩ in angustia (*κρυφῇ*, VVLG. clam). codd. Cantabr. Vercell. Ioan. 7, 10 ascendit . . . non palam, sed absconse (*οὐ φανερῶς, ἀλλ' ἐν κρυπτῷ*, VVLG. non manifeste, sed quasi occulto). psalt. Veron. Hab. 3, 14 adaperiens frenos suos quasi manducans egenus absconse (*λάθρα*, VVLG. in abscondito (*v. p. 168, 28*) *cf.* HIER. in Hab. 2, 3 Migne 25, 1330 abscondite; *at* AVG. civ. 18, 32 absconse). HYG. fab. 137 p. 116, 14 filium eius . . . Merope mater absconse ad hospitem . . . mandavit. VVLG. IV Esdra 14, 26 quaedam palam facies, quaedam sapientibus absconse trades. sap. 18, 9 absconse . . . sacrificabant iusti pueri bonorum (*κρυφῇ*). iud. 4, 21 Iahel . . . ingressa abscondite (*ἐν κρυφῇ*) et cum silentio. Ruth 3, 7 venit abscondite (*ἐν κρυφῇ, cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 6 Migne 25, 741). II reg. 12, 12 tu . . . fecisti abscondite (*κρυβῇ*): ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel. Ier. 37, 16 interrogavit eum in domo sua abscondite (*κρυφαίως*). HIER. epist. 119, 5 (Migne 22, 969) abscondite fac misericordiam et in secreto. in Matth. 1, 10, 27 (Migne 26, 66) quod audistis in mysterio, apertius praedicate: quod didicistis abscondite (absconse *al.*), publice loquimini. in Hab. 2, 3 (Migne 25, 1330) vescentes abscondite. AVG. civ. 18, 32 potentes Iudaeorum . . . esurientes panem doctrinae manducabant absconse. Ps. AVG. serm. 63, 1 qui eleemosynam pro solo amore dei facit . . . absconse facit. PAVL. PETR. vita Mart. 6, 6 quaerenti adsistens et nunquam absconse precanti. HIST. Apoll. 31 (Riese[1] p. 36, 10) *cod. γ* absconse ex occulto veniens. LEX Visig. app. 8 si *naturales* de ingenua absconse nati fuerint. *ibid.* 18 si quis ingenuus absconse peculium ad custodiendum acceperit. ENNOD. op. 3 p. 333, 24 quod soli deo exhibebat abscondite. VEN. FORT. vita Radeg. 21 (51) quem (*panem*) absconse (*E*, absconso *L*, absconsum *cett.*) sub fladone sumebat, ne quis perciperet. BENED. reg. 7 si *monachus* mala a se absconse commissa . . . abbati non celaverit. ANTH. 481, 338 (Riese I[2] p. 368) absconse ducor longe per avia fugiens (*ignis*). ACTA Tarachi 11 ubi corpora . . . martyrum absconse sepeliremus. *saepius.*

synonyma: clam, clandestino, in mysterio, occulto, ex occulto, in occulto, in occultis, in secreto, in abscondito, in absconditis. *opposita*: manifeste, aperte, apertius, publice, in publico, palam, in conspectu.

vix pro adv. habere licet **absconditō**: ENNOD. dict. 8 p. 446, 8 Vind. decus clari sanguinis non tenetur abscondito (*v. p. 164, 69*).

subst. **absconditum**, -ī *et* **abscōnsum**, -ī; *plur.* abscondita *et* absconsa, -orum.

I ***proprie***: *de rebus*: VVLG. Iob 28, 11 profunda . . . fluviorum scrutatus est, et abscondita in lucem produxit. VVLG. IV Esdra 16, 63 *deus* qui . . . scrutinat omnia absconsa in absconsis terrae. VVLG. psalm. 16, 14 de absconditis tuis adimpletus est venter eorum (*inimicorum, τῶν κεκρυμμένων σου*). *nota*: IREN. 1, 18, 1 et invisibile . . . et absconditum eius (*terrae, τὸ ἀόρατον καὶ τὸ ἀπόκρυφον αὐτῆς*) manifestantem dicere *Moysen*: terra autem erat invisibilis et incomposita. *de loco*: in abscondito *c. gen.*: SEN. nat. 6, 7, 5 non credit. esse in abscondito (*E λ*, in abdito *meliores, cf.* nat. 2, 13, 2) sinus maris vasti. VVLG. psalm. 26, 5 protexit me in abscondito tabernaculi sui (*ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς*). Ezech. 8, 12 vides . . . , quae seniores . . . faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi sui (*ἐν τῷ κοιτῶνι τῷ κρυπτῷ αὐτῶν*). psalm. 80, 8 exaudivi te in abscondito tempestatis (*ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος*). *cf.* AMBR. in psalm. 45, 3 *et* 4 (Migne 14, 1190) quia de abscondito tempestatis . . . ductus est sermo. abscondita *c. gen.*: VVLG. Abd. 6 investigaverunt abscondita eius (*Esau, τὰ κεκρυμμένα αὐτοῦ*). HIER. in Soph. 1, 11 (Migne 25, 1350) scrutabitur dominus cum lucerna omnia abscondita Ierusalem. *nota*: ex abscondito *c. gen*: GREG. M. moral. 30, 2, 8 (Migne 76, 527) *sancti viri* mittuntur et vadunt cum ex abscondito speculationis intimae in activae vitae latitudinem diffunduntur. in absconsis *c. gen.*: VVLG. IV Esdra 16, 63 (*v. p. 167, 77*). in absconditum: VVLG. Dan. 10, 7 fugerunt in absconditum. in abscondito: *absolute*: ITALA (Tert. scorp. 2) deut. 27, 15 maledictus homo, qui . . . collocaverit illud (*opus manuum artificis*) in abscondito (*ἐν ἀποκρύφῳ*). psalm. 10, 9 Lucif. Athan. 1, 13 *impius* insidiatur in absconso (*ἐν ἀποκρύφῳ*, VVLG. in abscondito ut leo in spelunca). AMBR. off. 2, 1, 3 (Migne 16, 110) honestatis est vel misericordiam facere vel ieiunium deferre in abscondito (*cf.* VVLG. Matth. 6, 4 sit eleemosyne tua in abscondito, *ἐν τῷ κρυπτῷ*). HIER. in Dan. 4, 11 Daniel non in foro, non in plateis faciebat regis imperium, sed in abscondito. VVLG. Matth. 6, 6 intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem in abscondito, et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi (*ἐν τῷ κρυπτῷ*) (*cf.* AMBR. psalm. 118, 55 Migne 15, 578. GREG. TVR. vit. patr. 14, 1 qui videt in absconso. CASSIAN. conl. 9, 35, 2 in abscondito oramus). Is. 48, 16 non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore . . . ibi eram (*ἐν κρυφῇ*). Ioan. 18, 20 in occulto locutus sum (*ἐν κρυπτῷ*) (*cf.* HIER. epist. 96, 20 Migne 22, 789 AVG. civ. 28, 30). Hab. 3, 14 qui devorat pauperem in abscondito (*v. p. 167, 39*). Matth. 6, 18 *pater* qui est in abscondito (*βλέπων ἐν τῷ κρυφαίῳ*). Luc. 11, 33 nemo lucernam accendit et in abscondito ponit (*εἰς κρυπτήν*). CASSIOD. in psalm. 76, 2 (Migne 70, 547) coram eo (*deo*), id est non ad faciem hominum, sed in abscondito. ACTA Tarachi 10 cum essemus in absconso exspectantes. sub absconso: ITALA cod. Palat. Luc. 11, 33 ponit sub absconso (*v. l. 30*). ex absconso: GLOSS. II 578, 28 clandor (clandarius *a et b*) ex absconso (ab exconso *codd.*) alterum lapidans. in absconditis: *absolute*: VVLG. Ier. 23, 24 si occultabitur vir in absconditis (*εἰ κρυβήσεται ἐν κρυφαίοις*). thren. 3, 10 ursus insidians factus est mihi: leo in absconditis (*ἐν κρυφαίοις*). GREG. M. moral. 8, 35, 58 (Migne 75, 837) *aqua* plerumque in absconditis oritur . . . plerumque vero ampla in absconditis surgit. *de corporis partibus*: HEGES. 1, 45, 19 abscondita corporis scatebant vermibus. VVLG. Sirach 39, 10 in absconditis suis consiliabitur *sapiens* (*ἐν τοῖς ἀποκρύφοις αὐτοῦ*). 14, 23 beatus vir . . . , qui excogitat vias illius (*sapientiae*) in corde suo, et in absconditis suis intelligens. *nota*: VVLG. Rom. 2, 28 *et* 29 non . . . , qui in manifesto, Iudaeus est, neque quae in manifesto, in carne, est circumcisio; sed qui in abscondito, Iudaeus est (*ἐν τῷ κρυπτῷ, cf.* AVG. epist. 196, 3, 9 Migne 33, 894).

4 *explicare, exponere*: PLAVT. Rud. 653 uno verbo absolvam, lenost. PACVV. trag. 182 paucis absolvit, ne moraret diutius. RHET. Her. 4,19,26 membrum orationis appellatur res breviter absoluta. SALL. Cat. 4,2,3 de Catilinae coniuratione quam verissume potero paucis absolvam (*cf.* IORD. Get. 2,10. 17,94). 38,3 uti paucis verum absolvam. Iug. 17,2. frg. hist. 1,4. LIV. 33,12,2 paucis sententiam absolvit. PLIN. nat. 8,162 forma equorum, qualis ... legi oporteat, pulcherrime ... Vergilio vate absoluta est. FRONTO p. 130,5 N. ut breviter absolvam. APVL. mund. 19 quod sentio breviter absolvam. CENSOR. 18,1 quod quale sit, iam hinc conabor absolvere. SOL. 2,11 a Zanclensibus Metaurum locatum ... Bocchus absolvit. 3,2 Corsicam plurimi ... plenissima narrandi absolverunt diligentia. 11,3 pronius est Cretam dicere quam absolvere, in quo mari iaceat. IVVENC. 3,159 petit absolvi Petrus, quid quaestio vellet. HIL. in psalm. 52,13 hanc ... intellegentiae nostrae rationem ea quae consecuntur absolvunt. AVIEN. orb. terr. 1332 nunc multae ... gentis absolvam populos. AVSON. 350,5 cento quid sit absolvam. AMBR. Iob 1,5,13 sententia ... superiora solet absolvere, non futura. AVG. civ. 2,13 summam quaestionis absolvit. 4,2. SVLP. SEV. chron. 2,2,4 visa regis ... absolvit. 1,11,6. 2,14,8. MACR. sat. 1,6,15 puer qui ambiguitatem sortis absolverat. 1,19,10. 3,11,9. PROSP. collat. 5,1 quae explicari non poterant, absoluta *sunt*. HIST. Apoll. 41 si ... parabolarum mearum nodos absolveris. *apud grammaticos λύειν ζητήματα, rarum quidem, frequens* solvo: SVLP. SEV. Mart. 25,6 MACR. sat. 7,3,13. 1,19,18. BOET. geom. p. 401,8 hic liber omnium quaestionum scrupulositates absolvet enodando. *cf.* SCAEV. dig. 40,4,59,1 Claudius videtur absolvisse ... id de quo quaeritur.

5 *de medio tollere*: VAL. MAX. 8,1 absol. 11 septies ampliata *causa* ... octavo iudicio absoluta est. QVINT. decl. 388 p. 439 causa cognita, excussa et absoluta est. GELL. 12,7,7 sic neque absolutum mulieris veneficium est. LIV. 8,13,17 vestram ... de eis curam quam primum absolvi. SEN. contr. 2,6,1 cupit reum damnari, crimen absolvi (exc. 2,6). QVINT. decl. 267 p. 90 simul omnia ista absoluta esse credo. IAV. dig. 18,2,19 prioris emptoris causa absoluta est. TER. MAVR. 1798 tantam nostra nequit mensura absolvere litem (SYMM. epist. 1,69 molestiam litis). AMBR. Isaac 4,18 patientia sua nodum sterilitatis absolvit. Iacob 2,11,52. HEGES. 1,30,15 qui potuerant ... bellum ... absolvere. 3,26,1 errorem. VVLG. act. 19,39 in legitima ecclesia poterit absolvi. CLAVD. carm. min. 30,30 absolvens puppisque moras crimenque pudoris. PAVL. NOL. carm. 6,273 *Iohannes* absolvit ... metus hominum. epist. 13,7 morbum vitae finis absolvit. CASS. FEL. 78 *pessarium* universas matricis indignationes ... absolvet. LEO M. epist. 131,2 ut ... omnium ... suspicio ... possit absolvi. ALC. AVIT. hom. 16,2 si ... diei ... iracundiam limes occidui solis absolvit. AVIEN. orb. terr. 545 *Harmonia et Cadmus* hic absolvere diem.

part. pro adi. **absolūtus**, -a, -um. **1** *perfectus, ad finem perductus, nulla re indigens*: *simpliciter*: VARRO Men. 335 convivium constat ex rebus quattuor et tum denique omnibus suis numeris absolutum est. RHET. Her. 1,14,24 eius (*iuridicialis*) constitutionis partes duae sunt, quarum una absoluta, altera adsumptiva nominatur. absoluta est cum id ipsum, quod factum est ut aliud nihil foris adsumatur, recte factum esse dicemus (CIC. inv. 1,15. 2,69). QVINT. inst. 7,4,9 ut in absoluta quaestione. RHET. Her. 2,10,15 de iu⟨ri⟩dic⟨i⟩ali absoluta sumemus rationem iuris. 2,12,17. 13,19,20. CIC. inv. 2,100.151. IVL. VICT. rhet. 3,6,7 (qualitas). FORTVN. rhet. 1,14 SCHOL. Cic. Bob. p. 238, 15 B. 259,24. RHET. Her. 2,18,28 absolutissima et perfectissima est argumentatio ea, quae in quinque partes est distributa (2,19,30). 2,24,37 in huiusmodi rationibus non universa neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. 4,18,26 propter brevem et absolutam conclusionem. CIC. de orat. 3,190 conversiones. inv. 1,60 neque propositionem absolutam neque assumptionem sibi perfectam videri. 1,17 simplex *causa* est, quae absolutam in se continet unam quaestionem. part. 94. inv. 2,171 esse quasdam cum adiunctione necessitudines, quasdam simplices et absolutas. QVINT. inst. 7,4,4 hanc partem (*κατ' ἀντίληψιν*) ... latine ad verbum translatam non invenio, absoluta appellatur. APVL. apol. 95 ita illa (*oratio*) erit undique sui perfecte absoluta, ut .... PRISC. gramm. II 377,21 cum absolutam *verba neutra nominata* et plenam per se prolata sententiam monstrent. COD. Iust. 4,38,15,1 pactum ... per omnia completum et absolutum sit. CIC. orat. 207 quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. DON. vita Verg. p. 64 Reiff. quod omnia fere apud eum hemistichia absoluto perfectoque sunt sensu. MART. CAP. 9,954 absoluta et perfecta systemata. SEN. epist. 113,5 quia quod aliud est, suum oportet esse et proprium et totum et intra se absolutum. CIC. inv. 1,36 absolutam aliqua in re perfectionem. HIL. in psalm. 9,4 HIER. epist. 64,21. SEN. epist. 66,46 apsolutum ... illud humanae naturae bonum corporis (GLOSS. V 5,28 *et* 43,10 absolutum bonum id est perfectum). dial. 7,15,2 quamvis bonum sit, absoluti tamen boni pars est. HIER. epist. 123,5 absolutum bonum est PLIN. nat. 2,5 in speciem orbis absoluti. 160 (*bis*). 2,163 absoluta rotunditate. 37,190. 36,161 *lapis specularis* absolutus in se caementi modo. 10,56 absoluta nigritia. 37,122 absolutum ... purpurae colorem. APVL. Plat. 1,5 de principiis et absolutis elementis. *cum nota laudis*: GLOSS. *αὐτοτελές*. CIC. fin. 4,37 quod eos qui sapientes sunt, absolutos et perfectos putamus. div. 2,150 qui (*philosophi*) prope iam absoluti et perfecti putantur. Tim. 12 ut hic mundus esset animanti absoluto simillimus. SEN. epist. 34,3 quem bonum dicam? perfectum, absolutum. TAC. dial. 5 Bassum cum optimum virum, tum absolutissimum poetam. QVINT. inst. 7,1,56 numquid ... lex ad absolutos tantum patres pertinet? APVL. Plat. 2,20 *sapiens* artibus et prudentiae partibus absolutus. CIC. nat. 2,35 ut pictura ... ceteraeque artes habent quendam absoluti operis effectum. PLIN. nat. 22,117 naturae ... opera absoluta atque perfecta gignuntur. 34,55 hoc opere (*astragalizontibus*) nullum absolutius plerique iudicant. 35,74 heroa absolutissimi operis. 35,82. MART. 12,63,2 Histra nec minus absoluta testa. PLIN. epist. 6,17,2 recitabatur liber absolutissimus. 9,38,1 legi ... librum omnibus numeris absolutum. 5,10,3. 3,10,6 quae (*effigies*) hoc diuturnior erit, quo verior melior absolutior fuerit. 5,15,1 ut ... pictores pulchram absolutamque faciem raro nisi in peius effingunt. PLIN. nat. 33,66 nec ullum absolutius aurum est. CIC. fin. 4,18 seminibus a natura datis temperantia modestia iustitia et omnis honestas perfecte absoluta est. 5,69. nat. deor. 2,34 in quo (*mundo*) necesse est perfectam illam atque absolutam inesse rationem. off. 3,14 illud ... officium, quod rectum idem (*Stoici*) appellant, perfectum atque absolutum est. de orat. 3,84 quacumque de arte aut facultate quaeritur, de absoluta et perfecta quaeri solet. orat. 17 veram illam et absolutam eloquentiam. SEN. benef. 17,1 absolutum et verum beneficium. PLIN. nat. 2,8 a perfecta absolutaque elegantia. 17,9 veram colendi rationem absolutamque. 37,1 ad summam absolutamque naturae rerum contemplationem. 37,26 laterum levor. PLIN. epist. 1,20,10 sequitur ..., ut actio sit absolutissima, quae maxime orationis similitudinem expresserit. PAVL. dig. 39,6,35,2 vera et absoluta donatio. GELL. 2,6,10 inculpatus ... instar est absolutae virtutis. AVR. VICT. Caes. 15,3 absoluta ingenia. AVG. civ. 13,23 inmortalitate. BOET. arithm. praef.: scientia. CIC. fin. 3,33 qui (*Diogenes*) bonum definierit id, quod esset natura absolutum. *ibid.* motum aut statum ... e natura absoluto. nat. 2,38 in perfecto aliquo atque absoluto. Tim. 11 imperfecto ... nec absoluto simile pulchrum esse nihil potest. 12 quod ex omni parte absolutissimum est. 20 *mundum* absolutum ex absolutis atque perfectis. orat. 182 quod moderatione absolutum *est*. PLIN. epist. 2,5,2 quae absolutiora mihi videbantur non fuit alienum iudicio tuo tradi. 5,3,7 quam ut satis absolutum putem quod a me probetur. 8,3,2 volo ... proxima quaeque absolutissima videri. 9,11,2.

2 *certus, clarus*: TERT. adv. Marc. 2,5 quod si evenit, absolutum est deum ... bonum ... credendum. nat. 1,9 absolutum est de infirmitate et mediocritate eorum (*deorum*). anim. 21 absolutum est ceterorum omnium natorum atque factorum convertibilem et demutabilem esse naturam. IREN. 2,7,6 absolutum est ea non esse spiritalia. HIL. psalm. instr. 4 absolutum ... est non potuisse nisi prophetis prophetantibus prophetari. 1,20. 52,21 *al.* AVG. quaest. hept. 1,70 multo est absolutius. COD. Iust. 4,39,1 certum et absolutum est. 11,59(58),13 in absoluto est, ut debeat dominium commutari. HIL. trin. 2,34 in absoluto est et causa et ratio et potestas. 10,70 *al.* TERT. resurr. 33 si nomina absoluta sunt rerum ..., ut nihil eorum in parabolam comprimi possit. HIL. in psalm. 9,1 quorundam psalmorum absoluta intellegentia est, quorundam obscurior sensus est. 53,7 ut absolutissimum nobis humanae humilitatis esset exemplum. AMM. 21,16,18 Christianam religionem absolutam et simplicem (AVG. Faust. 12,1 quia simplex sit et absoluta christiana credulitas). 22,5,2 planis absolutisque decretis. 28,6,1 textus aperiet absolutus. 30,2,4 responsum absolutum (AVG. gen. ad litt. 3,18 absolutior potest esse reponsio). AVG. serm. 242,1 resurrexit Christus, absoluta res est. 181,1. SEV. MINOR. Migne 20,734 inenarrabilibus et absolutissimis somniis. MACR. sat. 1,18,18 is versus absolutior, ille operosior. PHYSIOGN. 37 totius vultus aperta atque absoluta laetitia. CASSIAN. conl. 5,18,1 cunctorum absoluta sententia est. 13,16,1. 17,25,7. AVELL. p. 61,12 absoluta decernimus iussione. CAEL. AVR. acut. 2,3,19 absolutam phrenitim incurrunt. COD. Iust. 4,17,1 iuris absolutissimi est.

3 *in sermone technico grammaticorum* (*cf. sub* absolute 3): *τὸ ἀπολελυμένον, τὸ ἀπόλυτον, ὃ καθ' ἑαυτὸ νοεῖται, ὃ οὐκ ἀπήτησεν πρὸς ὃ ἀπετάθη.* **a** *de ipsa vocabulorum natura*: *nomen* absolutum *numerat* PRISC. gramm. II 59,24 *inter species nominum, cf.* 62,5 *sub voce* absolutivus *p. 182,46 et* III 135,23 *sub* absolute. *verbum*: PRISC. gramm. II 375,10 *verba* neutra proprie vocantur vel absoluta ut est 'vivo' ... 'sedeo'. *cf.* 377,19. III 147,24. 154,27 sunt abso-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

luta, non egent obliquis casibus (APOLLON. p. 116, 11 Bk. *αὐτοτελῆ*). II 393, 22 sqq. III 232, 3. *neutralium igitur una tantum species, proprie neutrorum, Prisciano est* absolutorum. *cf. etiam* II 397, 5 neutra absoluta. II 425, 14. 427, 18 MACR. gramm. V 652, 27. 627, 14. 27. *similiter* DIOM. gramm. I 337, 7 AVDAX VII 346, 16. *de verborum qualitate*: DIOM. gramm. I 343, 29 qualitates verborum sunt hae: absoluta sive perfecta, incohativa, iterativa . . ., meditativa. 351, 19. 353, 9 *passim*. 401, 20 SERG. IV 506, 11. 505, 20. 548, 18. *pronomina, opp.* discretiva: PRISC. gramm. III 141, 8 apud Graecos alia sunt demonstrativorum pronominum absoluta, alia discretiva. absoluta dicuntur quae non egent alterius adiunctione personae . . . ut *εἶδέν με . . .*, discretiva sunt quae egent adiunctione aliarum personarum . . . ut *εἶδεν ἐμέ, οὐκ ἐκεῖνον* (APOLLON. p. 97, 13 Bk. *ἀπόλυτος . . . ἀντιδιαστολτικη*). III 14, 7 omnia pronomina apud Latinos absoluta sunt . . . solet tamen 'met' addita plerumque . . . discretionem ostendere. 118, 14. 157, 6. *pronomen finitum vel* absolutum: CHAR. gramm. I 158, 3 DIOM. I 329, 32 *cf.* CLEDON. V 49, 13, *quod a propria vi τοῦ ἀπολελυμένου deflectit.* **b** *in vocabulorum formatione seu flexione*: *nomina primitiva, opp.* derivativa: CHAR. gramm. I 268, 20 absolutum pro derivativo, *cf.* SCHOL. Dionys. Thr. p. 879, 21 Bk. *rarum. nomina et adverbia positiva, opp.* comparativa superlativa: QVINT. inst. 9, 3, 19 utimur vulgo et comparativis pro absolutis. GELL. 5, 21, 13 absolutum . . . et simplex, non . . . comparativum. CHAR. gramm. I 200, 5 (*ex Romano*) *nomina* quae nec absolutum nec comparativum *gradum*, sed tantum superlativum ferunt. 232, 12 (*ex Palaemone*). 112, 15 est primus gradus absolutus, quem et primitivum dixerunt. DIOM. gramm. I 324, 16 DOSITH. gramm. VII 398, 12 CONSENT. V 342, 3 PS. PROB. IV 56, 34. PRISC. III 141, 14 in comparativis nominibus necesse est ad alias ea fieri personas, absoluta vero eorum id est positiva per se proferuntur (APOLLON. p. 97, 19 Bk. *ἀπολελυμένην . . . ποιότητα, ἐπιτεταμένην δέ*). SCHOL. Dan. Verg. Aen. 5, 68. 3, 321. DON. gramm. IV 374, 26 positivus perfectus et absolutus est. DIOM. I 325, 1 DOSITH. VII 399, 1 CONS. V 342, 3 PRISC. II 374, 7, *cf.* 101, 6 sqq. *verborum tempus perfectum*: PS. PROB. gramm. IV 159, 39 species verborum sunt tres: imperfecta . . ., perfecta quae est et absoluta, plusquamperfecta. CHAR. gramm. I 176, 31 tempore praeterito specie absoluta et exacta, *saepius.* DIOM. I 348, 23 *et passim.*

verbi modus impersonalis: SERG. gramm. IV 550, 2 'scribendi, scribendo, . . . scriptu' . . . apparet . . . magis absolutae locutionis esse quam ullam declinationem pati posse. *carent enim* significatione, tempore, modo, numero (*cf.* GELL. 1, 7, 15). *genus impersonale*: *v.* absolute. *qualitas finitiva, v.* absolutive. **c** *in syntaxi*: *nomina adiectiva vel participia sine substantia*: PS. PROB. gramm. IV 52, 28 absolutorum nominum conicienda sunt genera, scilicet quoniam non semper omnia nomina absolute posita, hoc est sine genere vel casu et numero posita . . . *cf.* 19. 39. 53, 8. SERV. Verg. Aen. 2, 26 omnis Teucria: subaudis 'gens' et absoluta est elocutio. *v. et sub* absolute. *verba sine casu*: PRISC. gramm. II 389, 14 alia quae si ablativo iunguntur, passiva sunt vel communia, sin per se proferantur, absoluta *ut 'videor'*. III 270, 11. II 391, 15 *timeo, metuo* verba absoluta, cum non iunguntur casui accusativo sed dativo ut 'eius vitae timeo'. *v. et sub* absolute. *varia*: SERV. Verg. Aen. 11, 15 'quod superest' id est de reliquo: et est absoluta elocutio (9, 155). DON. Ter. Phorm. 233 'non pudere' hoc absolutum est et nulli adnexum. DON. Ter. Hec. 286 *de anacolutho*: hoc genus locutionis absolutum dicitur. *cf. et sub* absolute. SERV. Aen. 4, 106 absolutior quidem est haec lectio, sed verior et figuratior illa est.

4 *solutus, occupatorius apud agri mensores* (*v. Rudorff, gromat. Instit. p. 252*). LIB. col. grom. p. 220, 1 colonia Graviscos ab Augusto deduci iussa est. nam ager eius in absoluto tenebatur. 224, 15. 234, 12. 236, 2. 238, 13.

adv. **absolūtē 1** *perfecte, plene*: *simpliciter*: RHET. Her. 1, 10, 17 expositio est, cum res . . . exponimus breviter et absolute (4, 25, 35 definitio). 1, 10, 18 cum adiumenta nostra exposuerimus contrariaque dissolverimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus. 2, 18, 27 quemadmodum ipsas argumentationes ornate et absolute tractare possimus. 2, 18, 28. CIC. top. 8, 34 quot eius formae sint (*partium distributionis*), subiungitur absolute. orat. 171 audivi . . . non nullos, quorum prope modum absolute concluderetur oratio. SEN. epist. 52, 1 nihil absolute *volumus.* VLP. dig. 24, 3, 21, 12 si filio data sit *dos*, si quidem iussu soceri, . . . absolute socer tenebitur. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 12 quoniam apud Graecos nulla invenitur absolute conscriptio poema Homeri vetustior. AVG. epist. 225, 2 tam plene absoluteque responsum est. MACR. somn. 2, 15, 16 ut absolutius liqueat. MART. CAP. 5, 454 quia cum absolute factum tueri non possit, confugit ad causas. CIC. ac. 2, 55 mundos . . . undique perfecte et absolute ita pares, ut . . . . Tusc. 4, 38 his (*perturbationibus*) . . . vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit. SEN. epist. 124, 20 sed nec bonum absolute *erit in muto animali.* SVET. gramm. 4 illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum. APVL. Plat. 2, 3 hominem . . . neque absolute malum nec bonum. 2, 10, 12. HIER. epist. 148, 7 multi . . . illum absolute atque integre definiunt innocentem, qui . . . . Ezech. 16, 48, 49. AVG. civ. 14, 10 absolute beatus. *cum laude aliqua*: CIC. fin. 3, 26 sequitur omnes sapientes semper feliciter absolute fortunate vivere. Tusc. 5, 53 sequitur, ut nihil paeniteat, nihil desit . . . ergo omnia profluenter absolute prospere, igitur beate. orat. 227 nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute. PLIN. epist. 4, 27, 2 aliquot annis puto nihil generis eiusdem absolutius scriptum.

2 *generaliter*: SCAEV. dig. 33, 1, 13, 1 respondi non posse absolute responderi. TERT. scorp. 9 hoc quidem absolute ad omnes, dehinc proprie ad apostolos ipsos. orat. 21 si sexum nominasset feminas dicendo, absolute definisset de omni muliere. ux. 2, 2. HIER. in Zach. 1, 2, 13 non absolute hominum et bestiarum et volatilium et piscium, sed specialiter hominum. in Is. 6, 1 non absolute dominum, sed dominum Sabaoth. SCHOL. Pers. 5, 189 varicosos centuriones dicit absolute milites. CHAR. gramm. I 156, 3 DIOM. I 323, 17. PAPIN. dig. 39, 6, 42, 1 eum . . . qui absolute (*i. sine ulla condicione redhibendi*) donaret, non tam mortis causa quam morientem donare. MARCELL. dig. 40, 1, 15.

3 *in sermone grammatico* GLOSS. *ἀπολύτως* (*cf. sub* absolutus 3): *de pronomine*: PRISC. gramm. III 135, 23 'aliquis' et 'alicubi' . . . absolute proferuntur . . ., sin autem dicam 'ullus', pendet ex infinito omnium numero. *cf. sub* absolutus *p. 179, 16.* *de verbi tempore perfecto*: PLIN. nat. praef. 27 *opera* tria . . . absolute traduntur inscripta 'ille fecit' (*reliqua* 'ille faciebat'), *cf.* absolutus *p. 179, 34.* *verborum genus impersonale*: DON. Ter. Hec. 398 'abortum esse' deest 'natum' vel 'factum', vel absolute. Ad. 28. *in syntaxi*: *adiectiva sim. sine substantia*: DON. Ter. Andr. 817 'antiquum' absolute dixit ut aequum aut bonum . . . aut certe per *ἔλλιψιν* id est 'morem et ingenium'. Eun. 1066. Ad. 352. *aliter*: PORPH. Hor. carm. 1, 29, 16 'meliora' autem absolute dictum est; 'studia' subaudiendum. DON. Ter. Ad. 584. Hec. 372 'rectā consequor': absolute et sine adiectione. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 116. DON. Ter. Eun. 459 'alterum' non respective sed absolute posuit. *passim. adiectivum relativum sine relatione*: DON. Ter. Hec. 170 (*ad verba* par ingenium) an sibi par an absolute. *pronomina demonstrativa et relativa neutralia sine legitima certi verbi relatione*: DON. Ter. Ad. 49 (*ad verba*: *filium* amavi pro meo. in eo me oblecto, solum id est carum mihi) absolute utrumque et 'in eo' et 'solum' . . . . Hec. 421 SERV. Verg. Aen. 10, 42 georg. 2, 338 PORPH. Hor. serm. 1, 10, 16 DON. Ter. Eun. 185. 202. 980 Hec. 578.

Eun. 445 (*ad verba*: par pro pari referto, quod) 'quod' par, aut absolute 'quod' quae res. *ibid.* 211 Hec. 609 CHAR. gramm. I 76, 18.

verba sine casu: PRISC. gramm. II 389, 8 absolute dicta non egent . . . casibus. II 390, 1. III 270, 14. *varia*: DON. Ter. Phorm. 52 'conabar' absolute, an *ἔλλιψις* est ut desit 'ire'. Andr. 482 (*ad verba* signa ad salutem) deest 'haerentia' aut 'pertinentia' . . . ergo absolute dixit ut desit aliquid. Hec. 625 absolute, deest enim 'nam' (*cf.* AQVILA rhet. 35, 6 solutum, *ἀσύνδετον*). SCHOL. Hor. epod. 4, 3.

4 *perspicue, aperte*: GLOSS. IV 3, 24 manifeste. PAVL. sent. 4, 12, 5 humanae rationis est . . . innocentes dicere, quos absolute nocentes pronuntiare non possunt. TERT. anim. 29 quasi et haec tam absolute in contrarietatibus posita sint quam et illa, quae . . . . adv. Marc. 5, 8 illa promissio spiritus absolute facta per Ioelem. resurr. 46 quid ego nodosius, cum apostolus absolutius? IREN. 3, 6, 1 neque apostoli eum qui non esset deus definitive et absolute deum nominassent aliquando, nisi esset vere deus. AQVILA rhet. 18 membrum . . . est pars orationis ex pluribus verbis absolute aliquid significans . . . caesum est pars orationis nondum quicquam absolute significans (MART. CAP. 5, 528). HIL. psalm. instr. 9 absolutissime in gestorum et temporum historia edocemur. 1, 24 absolute . . . dominus ostendit. 2, 15 *al.* FILASTR. 149, 2 sic absolute praedicavit, ut . . . . AVSON. 406, 7 possem absolute dicere, sed dulcius circumloquar. AMM. 23, 6, 31 ut absolute dicatur. 25, 4, 20 iura absolute quaedam iubentia fieri vel arcentia. 29, 1, 7 absolute confessus. AMBROSIAST. Rom. 1, 20 ut absolutius doceat, quia . . . . HIER. adv. Ioann. 6 (Migne 23, 359) si ad septem absolutissime respondisses. AVG. civ. 5, 12 quod ut absolutius disserere possimus. 21, 18 absolute ac definite eorum eversionem futuram esse dixit. *passim.* PS. AVG. serm. 239, 1 de quo certe beatus Petrus apostolus absolutissime pronuntiavit dicens. MACR. somn. 1, 6, 15 quam (*rationem*) breviter absoluteque dicemus. CASSIAN. conl. 17, 12 ut absolute de illo pronuntietur. 17, 21, 3. 19, 18, 1 *al.* SIDON. epist. 4, 12, 1 quo . . . absolutius rhythmos . . . sequeretur. 9, 15, 1, 12. CASSIOD. var. 1, 13, 3 hunc . . . tot meritis absolute relucentem, *passim.* IORD. Get. 5, 44 quem cum Amazonarum viris absolute pugnasse cognoscimus. COD. Iust. 10, 48 (47), 15 praef. evidenter atque absolute iubemus. *Bannier.*

absolūtio, -ōnis *f.* GLOSS. *ἀπόλυσις, ἀπόδοσις.* *cf. Ploen, Archiv 6 (1889) 173.*

I *separatio*: AMBR. bon. mort. 8, 33 mors . . . absolutio est et separatio animae et corporis. Isaac 8, 79.

II *actus liberandi.* **1** *in universum*: TERT. adv. Marc. 1, 28 baptisma si absolutio mortis est (AVG. civ. 13, 8). AMBR. bon. mort. 14 si vita oneri, mors absolutioni. Ios. 64 vinculum eius perfidia erat, absolutio eius fides facta est. ev. Luc. 7, 133 in certamine passionis mors corporis absolutio anxietatis, non coacervatio. MACR. sat. 5, 11, 7 ad sperandam praesentis mali absolutionem. SYMM. epist. 9, 142 curae. CASSIOD. in psalm. 17 praef. membrorum absolutio de potestate diabolica. **2** *apud iudices, cf. Wlassak PW. I 121*: CIC. Cluent.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

74 sententiis XVI absolutio confici poterat. 103. frg. A 9, 4 si aut illud iudicium aut illa absolutio nominanda est. Font. 36 magna ... causa absolutionis. Att. 1, 16, 2. 1, 16, 6. SEN. contr. exc. 3, 2 lex absolutionem et paribus tabulis dat (AVG. civ. 18, 10). *ibid.* absolutionem legi, non innocentiae debes. contr. 7, 1, 16. 7, 1, 24 spem absolutionis. VAL. MAX. 3, 7, 9 absolutionem celerem consecutus est. 6, 9, 14 aegre absolutionem ab iudicibus impetravit. 8, 1 ambust. 1 quorum alterum ultione, alterum absolutione non dignum iudicatum est. SEN. epist. 97, 3 minus crimine quam absolutione peccatum est. ASCON. Scaur. p. 21 B. et in his pauca punita inter damnationem et absolutionem interessent. QVINT. inst. 6, 1, 12. 7, 4, 31. 11, 1, 9 *et* 11. decl. 314 p. 234 R. mihi in argumentum sufficit genus absolutionis. 328 p. 290 R. TAC. ann. 3, 15 quod neque convictum noxae reo neque defensum absolutioni erat. 11, 3. 15, 71 Acilia ... sine absolutione, sine supplicio dissimulata. PLIN. epist. 4, 9, 5 non absolutionem modo, verum etiam laudem merebatur. SVET. Vesp. 16 reis tam innoxiis quam nocentibus absolutiones venditare cunctatus est. IVLIAN. dig. 13, 1, 14 absolutio sequi debebit. COD. Iust. 2, 11 (12), 18. PAPIN. dig. 24, 3, 42, 3 nec officio iudicis absolutio continetur. VLP. dig. 4, 2, 14, 5 ... arbitrium absolutionem adfert. 24, 1, 5, 7 facta a iudice absolutione. MODESTIN. dig. 42, 1, 1 res iudicata dicitur quae finem controversiarum pronuntiatione iudicis accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit. IVST. 9, 4, 10 contemnunt absolutionem. 32, 2, 7 nota absolutionis causa offensae fuit. AMM. 15, 2, 9. 30, 4, 12 suffragari absolutionem. CIC. Verr. 2, 6 de absolutione istius neque ipse iam sperat .... 3, 113. Cat. 3, 9 virginum. ad Q. fr. 3, 7, 1 cadit in absolutionem Gabini. CAEL. Cic. epist. 8, 2, 1 postridie eius absolutionem. SEN. contr. 1, 36 eamus ad absolutionem tuam. AVG. coll. c. Don. 14 de purgatione et absolutione Caeciliani. SVLP. SEV. chron. 2, 36, 7. PS. QVINT. decl. 17, 14 victus sum absolutionibus meis. AVG. coll. c. Don. 25 adversus Caeciliani et Felicis sic evidentissimas absolutiones. CIC. epist. 3, 11, 1 de apsolutione maiestatis. PS. QVINT. decl. 13, 7 non absolutionem sceleris petit sed licentiam. AMBR. epist. 51, 6 facti tui. AVG. bon. discipl. 4 criminis. HEGES. 1, 26, 3 iudicii. ENNOD. dict. 23 manifesti facinoris. COD. Theod. 10, 20, 16 freti dexterae triumphalis absolutione. **3** *servorum, captivorum, mortuorum*: AMM. 15, 3, 11 attineri poenalibus claustris sub absolutionis aliqua spe. ZACCH. consult. 2, 7 (Migne 20, 1120) diuturnae absolutio servitutis et exoptata olim libertas. COD. Theod. 11, 7 21 si qui perfuncti sacramento militiae absolutione potiuntur. 14, 3, 18. 15, 7, 8. ENNOD. op. 3 captivorum. op. 8 cuius ego absolutionis non tam largitor quam testis existo. dict. 21 p. 490, 5 pāribus absolutionem inplorasse lacrimis. LEX Visig. Recc. 7, 4, 4. 7, 4, 5. CASSIOD. var. 5, 21, 3 ibi absolutiones sunt hominum, vincla causarum. DICT. 3, 24 Polyxena ... sponte servitium sui pro absolutione cadaveris pollicetur.

4 *de pecunia*: MODESTIN. dig. 46, 4, 1 acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. PALLAD. 1, 6, 8 gravem tributis creditorem patitur, cui sine spe absolutionis obstrictus est. AMBR. epist. 41, 7 novum genus absolutionis mihi detulit. **5** *remissio*: FILASTR. 125, 7 absolutio plena peccatorum atque impiorum. AMBR. exam. 6, 8, 50 epist. 37, 45. 81, 10 perfecta absolutio aestimata est sub Christo degere. in psalm. 39, 6 eam (*mortem*) pro totius humani generis absolutione suscipiunt. 40, 7 angeli in unius peccatoris absolutione laetantur. CASSIAN. conl. 6, 6, 4 iusto requies et absolutio fit malorum. 17, 7, 1. 20, 5, 3 ENNOD. epist. 3, 7. op. 3 p. 377, 14 quibus ... absolutionem deus dederat. GREG. M. epist. 12, 7. COD. Theod. 9, 35, 5 sacratis quadragesimae diebus nulla supplicia sint corporis quibus absolutio exspectatur animarum. GREG. M. dial. 4, 57 pro absolutione eius animae; ad absolutionem prodesse etiam mortuis victima sacrae oblationis possit. **6** *venia, excusatio*: AMBR. Cain et Ab. 2, 24 sit saltem verecundia, ubi non est absolutio. HEGES. 1, 40, 160 ut stomacho magis indulserit et ultione potius, quam absolutioni intenderit. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 8.

III *solutio, λύσις* (*t. t.*): SERV. Aen. 1, 6 prima est iucunda absolutio, ut 'unde' non referas ad personam sed ad locum. IREN. 1, 19, 2 absolutiones parabolarum. 2, 10, 1 ea quae sunt talia, ex manifestis et consonantibus et claris accipiunt absolutiones. 2, 22, 3. HIL. in psalm. 13, 2 eorum quae in toto psalmo erunt dicta absolutionem psalmi finis impertiet. 9, 1. 9, 20. 53, 14 reddidit singulis propositionibus proprias absolutiones. trin. 9, 2. 9, 20. AMBR. Iac. 2, 27 haereret absolutio, nisi illud occurreret, quod Petro ... respondit. par. 6, 32 quae quaestio de his absolutionem habet quae ante memoravimus. epist. 19, 16 VVLG. IV Esdr. 10, 43 AVG. quaest. hept. 1, 162. 4, 18 facilior est absolutio quaestionis, quia .... SEV. MINOR. Migne 20, 735 licet absolutionem eius (*somnii*) ignoraremus. MACR. somn. 1, 10, 8. MACR. gramm. VI (diff. 18, 3) haec et quaestio et absolutio cum latinitate communis est. *hoc rarum, usitatius*: solutio, *v.* absolvo *II 3*. *diiudicatio, responsio*: FRONTIN. grom. p. 37, 2 cui postulationi absolutio proxima sit, ne ... (AGENN. p. 63, 30). SVLP. SEV. chron. 1, 39, 3 difficilis iudicii absolutio inter negantes, ubi testis deerat. HEGES. 1, 26, 3.

IV *perfectio*: **1** *in universum*: CIC. inv. 2, 30 habitus ... in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit. de orat. 1, 130 hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desiderans. Brut. 137. fin. 5, 38 virtus quae rationis absolutio definitur. Tim. 41 caeli. PLIN. nat. 35, 55. HIL. trin. 1, 27 veritatis absolutionem nuncupatio filii obtinet. 11, 6 habens perfecti hominis absolutionem. MACR. somn. 1, 6, 40 ex quattuor elementis absolutionem corporum constare. IVL. VAL. 1, 17 veluti caedis absolutione securus. CASSIAN. inst. 3, 9 tit. absolutio ieiunii. 3, 9, 3 conl. 21, 14, 4. inst. 3, 10 sabbati. 5, 23, 1 legitimum tempus absolutionis. COD. Theod. 1, 1, 6, 3 codicis. LEO M. epist. 39 ut nos ... de totius causae absolutione facias certiores. SIDON. epist. 1, 2, 8 tunc petitionibus diu ante per patrociniorum naufragia iactatis absolutionis subitae portus aperitur. BOET. arithm. praef. nostri laboris absolutio longe ad faciliorem currit eventum. ALC. AVIT. epist. 74 colloquii. AMBR. exam. 5, 40 cum absolutio fetuum tam paucorum dierum sit. HEGES. 5, 53, 1 post huius absolutionem certaminis (*i. vitae*). MACR. somn. 1, 9, 4 anima ... absolutionem corporis perhorrescit. ENNOD. op. 3 p. 388, 9 absolutionis eius (*senis*) tempore. **2** *rhetorum usus*: RHET. Her. 4, 27 continuatio est et densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum. CIC. inv. 1, 32 partitio ... habere debet: brevitatem, absolutionem, paucitatem ... absolutio est per quam omnia quae incidunt in causam genera de quibus dicendum est amplectimur (FORTVN. rhet. p. 114, 7 FAB. VICT. rhet. p. 211, 4 IVL. VICT. rhet. p. 419, 34). COD. Iust. 1, 4, 3, 4 (?) CIC. de orat. 3, 192 in eis (*clausulis*) maxime perfectio et absolutio indicatur. **3** *perspicuitas*: HIL. trin. 7, 22 nativitatis proprie inenarrabile sacramentum quanta potest verborum absolutione significat.

V *gradus positivus*: CHAR. gramm. I 115, 11 illud ('valde') enim in absolutione solet adici. I 115, 16 comparatio absolutionis. DIOM. gramm. I 324, 17 absolutio est elatio sine comparatione ut 'fortis'.

synonyma: *ad I*: separatio. *ad II*: purgatio, libertas. *ad IV*: perfectio. *opposita*: *ad II*: coacervatio, vinculum, condemnatio, crimen, damnatio, laus, licentia, noxa, stomachus, supplicium, ultio.

absolūtīvus, -a, -um. *raro legitur apud grammaticos et rhetores; frequens* absolutus. CHAR. gramm. I 234, 5 item 'per' accipitur etiam pro eo quod est valde, velut cum dicimus perdoctus id est valde doctus quod est doctissimus. praeponitur autem absolutivis. *cf.* absolutio V. *de verbis neutris*: DIOM. gramm. I 337, 13 verba in quibus nec agentis nec patientis significatio plene dinoscitur. ut 'sedeo, sudo ... sitio, esurio'. nescis enim agat quis an patiatur. quae quidam supina dixerunt, alii absolutiva appellant, non nulli depositiva nominant. 373, 14 'ego pendeo' absolutivum, 'suspendo alium' activum. 398, 31 passiva inpersonalium declinatio ... figuratur ex verbis quae absolutiva sunt, id est neutralia quae ... tertiam personam passivam admittunt ... quasi 'pugnatur a me, a te, ab illo'. *de nomine*: PRISC. gramm. II 62, 5 absolutivum est, quod per se intellegitur et non eget alterius coniunctione nominis, ut 'deus ratio' *cf.* GRAMM. suppl. p. XXVI; *sed* absolutum p. 59, 24 (*ἀπολελυμένον* DIONYS. THRAX 44, 6). *rhetorice*: SERV. Aen. 10, 18 dicentes Venerem agere statu absolutivo, ... Iunonem vero niti statu relativo. GLOSS. II 563, 40 absolutivum voluntaria dimissio famuli. *adv.* **absolūtivē** CHAR. gramm. I 114, 32. *de verborum qualitate finitiva ibid.* 263, 8 DIOM. I 388, 20 *cf.* 338, 17 *sqq.*

absolūtor, -ōris *m.* CASSIOD. var. 11 praef. 3 facile enim absolutor est alieni conscius sui. GREG. TVR. Mart. 4, 26 ego sum Martinus, miles Christi, absolutor vestri. LEX Burg. lib. const. 40, 1 nisi forte talia in damnum et contumeliam absolutoris sui admisisse in iudicio convincatur, ut ....

absolūtōrius, -a, -um. **1** *cf. sub* absolutio *II 2*. SEN. contr. exc. 6, 5 iudices ... palam absolutorias tulerunt sententias. ASCON. Mil. p. 55 B. graves habuit XVIII, absolutorias duas et XXX *sententias. ibid.* absolutorias quinque omnino habuit. SVET. Aug. 33 duas tabellas damnatoriam et absolutoriam simul cognoscentibus dedit. GAIVS inst. 4, 114 hoc est quod vulgo dicitur Sabino et Cassio placere omnia iudicia absolutoria esse. **2** *cf. sub* absolutio *II 1*. PLIN. nat. 28, 63 clavum ferreum defigere in quo loco primum caput fixerit corruens morbo comitiali, absolutorium eius mali dicitur. *opposita*: damnatorius, gravis. *Lehnert.*

absono, -sonuī, -sonāre. *absonum esse.* GLOSS. absono: *ἀπηχῶ.* absonu⟨i⟩ *ἀπήχησα.* TER. MAVR. 2024 cernis pariter quattuor absonare longas. *participium* absonans: *absonus, abhorrens*: INST. 2, 25 in. quaesisse, an possit hoc recipi nec absonans a iuris ratione codicillorum usus esset.

absonus, -a, -um. [*ab* ab *et* sonare. *Th.*] *Wölfflin, Archiv 6 (1889) 185.*

I ***proprie:*** *a sono iusto ac recto alienum.* GLOSS. absonum: *ἀπηχές, ἀμανρόν,* sine sono. NON. 72 absonum: sine sono. GLOSS. absono: non simili sono. *de voce*: CIC. de orat. 3, 41 mollis vox aut muliebris aut quasi extra modum absona atque absurda. AVSON. 76 tit. in hominem vocis absonae (*cf. ibid.* 6 non potes humanae vocis habere sonum). CASSIOD. gramm. VII 212, 10 ne articulatae vocis pulchra modulatio peregrinis litteris maculata absona potius et indecora reddatur. *de voce balbutientis*: FRONTO p. 149, 10 N. balbutientium ⟨vitium⟩ his ferme verbis significatur: vox impedita ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vox imperfecta, vox absona. APVL. apol. 59 animadvertisses ... vocem absonam, manuum tremorem (*de ebrio*). *inde de sermone libri balbutiente*: PRVD. perist. 10, 11 noster haerens sermo lingua debili balbutit et modis laborat absonis. *inde de homine ipso*: CIC. de orat. 1, 115 sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita voltu motuque corporis vasti atque agrestes, ut .... *de litteris, verbis, clamoribus, cantibus, sim.*: QVINT. inst. 12, 10, 32 syllabae nostrae in b litteram et d innituntur adeo aspere, ut plerique ....mollire temptaverint non solum 'aversa' pro 'abversis' (adversis *B*) dicendo, sed et in praepositione b litterae absonam et ipsam s subiciendo (*graece δύσφωνος*). FRONTO p. 202, 16 N. cantibus et modis absonum quid modulatu et cantu cecinerim. GELL. 13, 21, 12 in illo ... Vergilii versu 'haec finis Priami fatorum' si mutes 'haec' et 'hic finis' dicas, durum atque absonum erit respuentque aures quod mutaveris. APVL. met. 1, 17 absono clamore experrectus (3, 29). 8, 26 rauca et effeminata voce clamores absonos intollunt. 8, 27 absonis ululatibus. 9, 36 latratibus. TER. MAVR. 642 perdere u quia sic videtur usque vocalem sonum, alteri cum praelocatur, ... sordidum quiddam videmur absonumque excludere. 1353 quicquid istis discrepabit, absonum reddet melum. FAVON. EVLOG. somn. Scip. p. 412, 25 O. sic diversis temperetur vocibus cantilena, ut ipsa fiat rata diversitas et concentum perficiat, quidquid absonum canere videbatur. PRISC. gramm. II 371, 6 si velimus ab eo, quod est 'cursor' ... feminina facere secundum analogiam mutatione 'or' in 'rix', absonum fit et incongruum naturae litterarum. CASSIOD. in psalm. 147 (Migne 70, 1038 C) nulli absonum, nulli videtur absurdum *verbum alleluia*, sed omnes celebrant gaudia sua huius nominis suavitate prolata.

II ***translate*****:** *inconcinnus.* GLOSS. absonum: *ἀνάρμοστον*. absono: praepostero, absurdo. *cum dativo*: LIV. 1, 15, 6 haec ... gesta, quorum nihil absonum fidei divinae originis .... fuit. *dativus an ablativus?*: HOR. ars 112 si dicentis erunt fortunis absona dicta. TER. MAVR. 1584 additur haec gemino (*hexametrorum*) non absona fabula metro. *cum* ab: LIV. 7, 2, 5 nec absoni a voce motus erant. SOL. 38, 1 absonum est a contemplatione rerum praesentium. *absolute*: LVCR. 4, 517 omnia mendose fieri atque obstipa necesse est prava cubantia prona supina atque absona tecta. QVINT. inst. 6, 3, 107 illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum. GELL. 19, 9, 7 Cinna inlepida et Memmius dura ac deinceps omnes rudia fecerunt atque absona *carmina*. 7, 15, 5 ut absona inauditaque diceret. AMM. 17, 5, 13 est enim absonum et insipiens. MACR. sat. 7, 1, 13 in laetitia convivali quod videtur absonum, in unam concordiam soni redigendum est. ENNOD. epist. 6, 23 fluxit sermo non absonus. PRISC. gramm. II 442, 7 nec incongruum vel absonum mihi videtur, posse verba ... proferre. AVD. gramm. VII 347, 20 confido, confisus sum; nam absonum erat dicere confidi. CASSIOD. var. 9, 21 haec (*grammatica*) in cursu orationis sic errorem cognoscit absonum.

adv. **absonē.** *proprie*: *de voce*: APVL. apol. 5 quod eos (*versus*) absone et indocte pronuntiaret. *translate*: GELL. 15, 25, 1 Matius ... non absurde neque absone finxit 'recentatur'. ARNOB. nat. 2, 14 non est tamen absone suspicatus. 2, 53 non absone neque inaniter credimus. MAR. VICTOR. gramm. VI 123, 9 epodos ... non absone metro heroo respondens. *ibid.* 127, 20 satis absone choriambo clauditur *versus*.

synonyma: *ad I*: absurdus, dissonus, durus, indecorus, incongruus; sordidus. *ad II*: durus, incongruus, (inconcinnus), inconditus, inlepidus, insipiens, agrestis. *opposita*: *ad I*: dulcis, (suavis; *cf.* CASSIOD. in psalm. 147 suavitas).

absorbeo, -uī, -ptum, -ēre. *perf.* absorbsi: LVCAN. 4, 100 MACR. sat. 5, 1, 8 (*at* 3, 17, 17 absorbuit) NOT. Tir. 103, 86. absorbi: ITALA codd. Germ., Corb., Mozarab. psalm. 33, 25 absorbimus (VVLG. devoravimus). GREG. TVR. hist. Franc. 4, 46 absorberit. VEL. gramm. VII 73, 13 nascuntur quaestiones ... utrum absorbui an absorpsi dicamus, ... utrum per b ⟨absorbsi⟩ an per p absorpsi scribi debeat. CAPER gramm. VII 94, 14 non est sorbo, sed sorbeo nec sorbsi, sed sorbui, sic et absorbui, non absorbsi, ut Lucanus. absorsi GLOSS. *v. l. 74.* absortus: GLOSS. *v. l. 75* VVLG. cod. Amiat. I Cor. 15, 54 LIB. gener. 68, 16 AVG. conf. 9, 4, 11 OROS. apol. 32, 9 CASSIAN. Nest. 3, 3, 5 PROSP. expos. psalm. 140, 6 *bis* VEN. FORT. carm. 3, 9, 83. absorptus: CYPR. epist. 3, 1 SCHOL. Hor. carm. 3, 16, 13 VVLG. num. 11, 2 psalm. 140, 6 Is. 28, 7 HIER. vit. Hil. 6 AVG. in psalm. 63, 2 MARC. med. 23, 27 MAX. TAVR. serm. 34 app. serm. 30. CORIPP. Ioh. 6, 134 (absortas *T*) *et saepius*. SER. SAMM. 460 absorbitur (*sic B tutante metro*); *infinitivus* absorbi: IREN. 4, 38, 3. GLOSS. absorbuit: assumpsit (abs. *?*), deglutivit; absorsit: exposuit, exegit vel eiecit; absorbetur: devoratur, manducatur *lib. gloss.*; absorta est: gluttita est aut devorata est. CASSIOD. in psalm. 34, 28 (Migne 70, 250) absorberi est in corpus alterius subita celeritate transmitti. *Wölfflin, Archiv 6 (1889) 187.*

I ***hauriendo sorbere, bibere*****: 1** *subiecta sunt animalia*: HOR. sat. 2, 3, 240 ut deciens solidum absorberet aceto diluit insignem bacam. PLIN. nat. 9, 122 singulos uniones convivis ... absorbendos dedit (MACR. sat. 3, 17, 17). 11, 117 sitit enim *araneus* et omnem umorem absorbens ariditatem ampliat. SIL. 15, 788 absorbet late permixtum piscibus aequor *belua ponti*. 6, 237 *serpens* absorbet saniem *equi*. VVLG. Iob 40, 18 absorbebit fluvium *belua*. Abd. 16 bibent et absorbebunt. HIER. in Abd. 16 bibent et absorbebunt sanguinem tuum. *t. t. medicinae*: SER. SAMM. 460 fertur amygdalinae sucus nucis esse bibendus: pinsitur haec tepidoque absorbitur indita fonti. MARC. med. 23, 27 porri sectivi sucus ... absorptus a lienoso prodest. *cf.* 16, 96 *et saepius apud med.* *cum obiecto rei abstractae*: TERT. anim. 1 ut ... mortem non de poculo per habitum iucunditatis absorbeat. **2** *subiecta sunt res*: CELS. 6, 6, 1 si quid lacrimae processit, absorbet *panis interior pars ex vino subacta*. CVRT. 7, 5, 5 omnem ... naturalem absorbet humorem siccitas. PLIN. nat. 15, 81 namque et pulveri vis siccandi sucumque lactis absorbendi. 22, 142 lens optima ..., quae maxime aquam absorbet. 27, 15 pavimentandum ... censent, ut lacrima non absorbeatur. PLIN. epist. 5, 6, 11 terra, quidquid liquoris accepit nec absorbuit, effundit in Tiberim. LACT. opif. 11, 20 eum (*umorem*) vesica absorbet et colligit. *inde idem quod siccare*: CASSIOD. var. 2, 32, 2 paludem ... promisit absorbere. **3** *de spiritum ducentibus*: SVET. frg. 153 Reiff. cum spirantes trahimus auras, illa quoque (*semina*) in corpus absorbemus. PAVL. PETR. 4, 440 infectas absorbet anhelitus auras.

II ***devorare*****: 1** ***proprie*****:** *devorant*: **a** *animalia*: HOR. sat. 2, 8, 24 totas simul absorbere placentas. MELA 1, 99 supervolantes aves ... absorbent *angues* (*cf.* PLIN. nat. 8, 36). 3, 91 grana singula frugum ... absorbere dicuntur *homines*. VVLG. Is. 14, 29 et semen eius (*reguli*) absorbens volucrem. Ier. 51, 34 Nabuchodonosor ... absorbuit me quasi draco. HIER. epist. 24, 11 praedam, quam absorbuit *bestia*. MAX. TAVR. serm. 34 quem (*Ionam*) absorptum piscis evomuit. GREG. TVR. hist. Franc. 10, 13 quidquid humani corporis piscis absorbuit, alis rapuit, bestia degluttivit. VEN. FORT. carm. 3, 9, 83 evomit absortam ... fera belua plebem. *absolute*: VVLG. Is. 42, 14 dissipabo et absorbebo simul. **b** *res*: *aqua*: CIC. Phil. 2, 67 Oceanus ... vix videtur tot res ... tam cito absorbere potuisse (rep. 2, 10 absorberet. *locus corruptus*). *cf.* SEN. suas. 3, 5 QVINT. inst. 8, 6, 70. CVRT. 4, 2, 22 quo longius moles agebatur a litore, hoc magis quidquid ingerebatur, praealtum absorbebat mare. LVCAN. 4, 100 *palus* absorbsit penitus rupes ac tecta ferarum detulit atque ipsas hausit. PLIN. nat. 6, 1 non fuerat satis oceano ... tanto maiora absorbuisse quam relinqueret spatia. 2, 231 alter (*fons*) omnia respuens, alter absorbens. PANEG. 12, 34 *fluvius* vexillarium ... avidis gurgitibus absorbuit. AMM. 25, 8, 1 gurgite fluminis absorbebantur (adorbibantur *V*). COMM. Bern. Lucan. 4, 461 quicquid absorbuerit mare, restituit. SCHOL. Pers. 3, 34 quos vorago caenosa absorbet. AMBR. Noe 3, 6 quam (*generationem*) diluvia absorbuerunt. VVLG. psalm. 68, 16 neque absorbeat me profundum (123, 4). HIER. epist. 60, 18 alios absorberi fluctibus (SVLP. SEV. epist. 1, 6). CASSIOD. var. 2, 21, 2 aquarum vasta profunditas terrenam gratiam in nullos usus profuturos absorbuerat. *terra*: SEN. suas. 1, 9 absorberi terras et maria siccari. nat. 3, 4 Tigris ... absorbetur et desideratus diu, tandem ... emergit. LVCAN. 3, 261 Tigrim subito tellus absorbet hiatu. PLIN. epist. 5, 6, 37 *aqua* expulsa in altum ... et absorbetur et tollitur. CYPR. epist. 3, 1 Chore Dathan Abiron ... hiatu terrae absorpti ac devorati. IVST. 30, 4, 3 *terrae motus* quasdam (*civitates*) solidas absorbuit. LIB. gener. 68, 16 chao absortus est. OPTATVS 24, 15 contemptores ... dei avido hiatu absorbuit terra (148, 17). AMM. 17, 7, 13 chasmatiae qui terrarum partes absorbent. SCHOL. Hor. carm. 3, 16, 13 *Amphiaraus* in bello Thebano absorptus fuit a terra. AMBR. exam. 3, 3, 14 quae receptacula eam (*aquarum redundantiam*) ... absorbere potuerunt. parad. 3, 16 sicut ... terram et quaecumque ... in ea sunt, hiatus absorbet. HIER. vit. Hil. 6 pompa omnis ... terrae hiatu absorpta est (AVG. epist. 93, 15, 52, *ubi* absumpti *codd.*). SVLP. SEV. dial. 2, 3, 9 ipsos vivos terra absorbere potuisset. CORIPP. Ioh. 6, 134 absorptas ... telluris hiatu. *sic saepius apud christianos.* *ignis*: SIL. 4, 685 flamma vorax ... absorbet latices. AMBR. exam. 2, 3, 13 multum est quod ignis absorbet. HIER. I Amos 1, 6 (Migne 25, 998 B) ignem ... qui universa devoret et absorbeat. SVLP. SEV. chron. 2, 5, 3 ministros infandi operis ... flamma absorbuit. GREG. TVR. hist. Franc. 4, 46 donec totam domum adustam ipsus pariter ignis absorberit. ISID. sent. 1, 29, 7 illos ... infernus absorbebit.

2 ***translate*****:** *devorant*: **a** *animalia*: PLAVT. Bacch. 471 *meretricem* acerrume aestuosam: absorbet ubi quemque attigit (*ut Charybdis*) [IVV. 6, 126 resupina iacens multorum absorbuit ictus]. LVCIF. Athan. 1, 36 dilatans animam tuam tamquam inferus ad nos devorandos pariter et absorbendos. AMBR. Iac. 1, 6, 24 forti mente abscondit dispendia, absorbet dolorem. HEGES. 5, 40, 13 *mulier* dolorem absorbuit, furorem assumsit. MACR. sat. 5, 1, 8 paucissimis verbis maximam civitatem hausit et absorbsit *Vergilius dicendo brevissime 'et campos, ubi Troia fuit'*. **b** *res*: CIC. Sest. 13 *tribunatus* ad sese iam dudum vocat et quodam modo absorbet orationem meam. Brut. 282 hunc quoque absorbuit aestus quidam ... gloriae. leg. 2, 9 ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitati trahat. CAT. 68, 107 tanto te absorbens vertice amoris aestus in abruptum detulerat barathrum. ITALA (Pacian. epist. 3, 18) *et* VVLG. II Cor. 2, 7 ne ... tristia absorbeatur (TERT. pudic. 13 devoretur. LXX *καταποθῇ*). *cf.* AMBR. poen. 1, 17, 92 HIER. epist. 125, 13 AVG. civ. 22, 23 epist. 145, 7 *et saepius*. IREN. 4, 38, 3 oportuerat ... absorbi mortale ab im-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mortalitate et corruptibile ab incorruptibilitate. HIL. in psalm. 1, 18 cum ... forma dei formam terrenae carnis absorbuerit. AMBR. parad. 3, 16 per legem absorbetur carnale peccatum. HEGES. 2, 3, 1 quae (*mutatio*) devoret atque absorbeat merita superiora (*explicatio somnii Archelai*). VVLG. II Cor. 5, 4 ut absorbeatur quod mortale est a vita (*laudatur saepe a christianis veluti ab* AMBR. in psalm. 43, 72 HIER. epist. 59, 3 AVG. civ. 14, 3. 20, 17 c. Iul. op. imp. 2, 186 *aliis*). IV Esdr. 8, 4 absorbe ergo anima sensum et devora quod sapit. HIER. in II Cor. 2 (Migne 30, 776) absorbeatur gurgite vitiorum. AVG. in psalm. 34. serm. 2, 15 vult te mundus absorbere: tu absorbe mundum. serm. 81, 3 non te absorbebunt dies maligni. ord. 1, 7, 23 ne tanta bona tua ... absorbeat oblivio. civ. 10, 28 utinam hoc saltem abs te miseri audiant et inde, ne illic absorbeantur (*scil. periculis*), abscedant. CASSIOD. in psalm. 20 extr. (Migne 70, 151) restat ut vos Arianus error absorbeat. CARM. epigr. 1390, 1 mors quae perpetuo cunctos absorbet hiatu. BEDA gramm. VII 247, 10 scanditur namque ita ... absorpta 'im' per synalipham, *sollemne* absumo. *inde iam nihil fere discrepat a significatione* conficere, devincere, delere: IREN. 5, 9, 4 ut absorbeatur infirmitas carnis a fortitudine spiritus (*cf.* CASSIAN. Nest. 3, 3, 5 *et sic saepius*). AMBR. fug. saec. 7, 44 ut benedictio absorberet maledictionem. VVLG. num. 11, 2 absorptus est ignis (*ἐκόπασε τὸ πῦρ*). II reg. 17, 16 ne forte absorbeatur rex et omnis populus. Iob 8, 18 si absorbuerit eum de loco suo. psalm. 140, 6 absorpti sunt iuncti petrae iudices (PROSP. expos. psalm. 140, 6). Is. 28, 7 sacerdos et propheta ... absorpti sunt a vino. 49, 19 longe fugabuntur qui absorbebant te. I Cor. 15, 54 absorpta est mors in victoria (*qui locus saepe laudatur a christianis nisi quod hic illic* in victoriam *exhibent; cf. ex. gr.* HIER. epist. 124, 5 AVG. civ. 14, 9 de mor. eccl. 1, 30, 64 conf. 9, 4, 11. 10, 30, 42 retract. 1, 23, 1. 1, 26 fin. OROS. apol. 32, 9 *ubi* absorta *codd. omnes*). AVG. in psalm. 63, 2 absorpti quia mortui, mortui quia absorpti.

synonyma: *ad I 1*: bibo, haurio, (sorbeo). *ad I 2*: colligo; sicco. *ad II 1*: devoro, haurio, (degluttio). *ad II 2*: aufero, (absumo, conficio, devinco). *opposita*: *ad II 1*: relinquo, respuo, tollo.

absorbitio, -ōnis *f.* AMBROSIAST. I Cor. 6, 18 ipsa submersio et absorbitio libidinis et concupiscentiae carnalis. *totus hic locus idem qui* AVG. serm. 162, 2.

absorptio, -ōnis *f.* HIER. brev. in psalm. 140 absorptio pro victoria dicitur, sicut apostolus dicit 'absorpta est mors in victoria' ... victoriam autem dicit ipsam absorptionem, quam victoriam habebat in absorbendo. *Prinz.*

Absoros, *Ἄψορος, Constantino Porphyrogenneto Ὄψαρος, nunc* Ossero, *Adriae insula, una ex Apsyrtidibus, saepe confusa cum Absyrtide.* MELA 2, 114 in Hadria Apsoros, Dyscelados, Absyrtis, Issa. *aliter alii scriptores eandem insulam appellaverunt*: **1 Absoris,** -is *vel* -idis. HYG. fab. 23 p. 54, 12 Colchi qui cum Absyrto venerant timentes Ae⟨e⟩tam illic remanserunt oppidumque condiderunt, quod ab Absyrti nomine Absorin appellarunt. 26 p. 55, 16 Medea ... ab Athenis Colchos redit: quae in itinere Absoridem venit, ubi frater Absyrtus sepultus erat. *adi.* **Absoritānus,** -ī, *pl.* -ī, -ōrum, *illius insulae incolae.* HYG. fab. 26 p. 55, 18 Absoritani serpentium multitudini resistere non poterant. **2 Absortium,** -ī. PLIN. nat. 3, 140 insulae ... Absortium, Arba, Crexi, Gissa. **3 Absarus.** RAVENN. p. 409, 4. *v. Mommsen, Corp. III p. 399. Tomaschek, PW. II 283.* *Diehl.*

absque. [absque *compositum esse videtur ex* abs *et* que. *alterum membrum minus clarum, fortasse cf. cum ind.* ca 'si': *cf. Wackernagel, Indog. Forsch. 1, 417; Lindsay, Lat. Lang. chap. IX § 12. Th.*] *Praun, Archiv 6 (1889) 196—212. de compositione cf.* PRISC. gramm. III 28, 8 nec non etiam coniunctioni invenitur praeposita *praep. ab*, sed non servat vim suam ut 'absque', unde ... additio magis putatur 'que'. ergo a praepositione 'abs' derivatum est adverbium 'absque' (*cf.* 48, 25. 52, 25 DIOM. I 408, 29 DONAT. IV 389, 24. 391, 22 CLED. V 75, 26 GRAMM. suppl. 265, 16). 52, 16 'sine' etiam et 'absque' apud Graecos adverbia ... sunt quae praedicta ratio fecit apud Latinos praepositiones putari. *cf. O. Brugmann, Rhein. Mus. 32, 485; Skutsch, Jahrb. f. Philol. suppl. 27, 89.* absque *i. q.* et abs *v. p. 186, 83; adde* FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 86, 15. *de constructione*: PRISC. gramm. III 45, 10 'sine' tamen et 'absque' et 'tenus' non inveni nisi cum ablativo et semper transitive (CHARIS. gramm. I 230, 24 DIOM. I 410, 14 PROB. IV 147, 19). GRAMM. suppl. 58, 27 absque *inter* praepositiones casus ablativi *enumeratur. legitur cum accusativo* DID. apost. 26, 8 absque sacerdotem. 34, 4 absque dispositionem (4, 29 absque illo). PRISCILL. tract. 1 p. 5, 18 absque eum (p. 30, 5. 3 p. 49, 11. 5 p. 67, 4; *semel* tract. 2 p. 37, 28 absque eo: VVLG. Bar. 3, 36 adversus eum, *πρὸς αὐτόν*). THEODOS. terr. sanct. 1 absque posticia. BENED. reg. 53 *al. scribitur* apsque *velut* PLAVT. Trin. 832. 1127 FRONTO p. 85, 24 N. *particula peculiari usu a* PLAVT. *et* TER. *adhibita, pro praepositione in sermonem urbanum recepta non ante alterum p. Chr. saeculum* (FRONTO, PS. SALL. in Tull. APVL. GELL.; *at* CIC. Att. 1, 19, 1 *recte nunc legitur* sine, *semel* QVINT. inst. 7, 2, 44 *sed A in ras.*), *non prorsus evanuit.* [*langob.* asca *M.-L.*]

I *pro coniunctione cum pronomine et verbo subst. impersonali i. q.* si sine: PLAVT. Bacch. 412 absque te esset, ego illum haberem. Capt. 754 quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit, ... ductarent. Men. 1022 absque te esset, hodie nusquam ... viverem. Persa 836 absque me foret et meo praesidio, hic faceret. *nota positionem* Trin. 832 nam apsque foret te, scio ... distraxissent. 1127 exaedificavisset ..., apsque te foret. TER. Phorm. 188 nam absque eo esset, recte ego mihi vidissem. Hec. 601 quam fortunatus ceteris sum rebus, absque una hac foret. *cf.* DON. *in h. l.* 'absque' extra, ut sit adverbium magis quam praepositio ..., vel certe 'absque foret' pro 'abesset'. alii 'hac' de uxore dici putant, ut absque sit praepositio.

II *praepositio*: GLOSS. *ἄνευ, δίχα, χωρίς, παρά*; sine. absque foedere sine amicitia. **A** *i. q. sine*: **1** *cum personis*: PLAC. gloss. V 43, 11 absque me sine me, absente me. FRONTO p. 85, 24 N. apsque te satis superque et aetatis et laboris. GELL. 2, 26, 20 absque te uno ... lingua Graeca longe anteisset. MIN. FEL. 24, 3 nonnulla absque feminis sacra sunt. 12, 5 non pompis interestis, convivia publica absque vobis. VVLG. gen. 43, 5 non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. 41, 16 absque me deus respondebit prospera Pharaoni. 39, 11 ut Ioseph ... operis quippiam absque arbitris faceret (*καὶ οὐδεὶς ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἔσω*). HIER. epist. 130, 3 secreto et absque arbitris (127, 3. 130, 19 nonnullae separatae et absque arbitris hospitia). 107, 7 nunquam absque te procedat in publicum. 140, 5 ut absque deo nihil esse se noverit *arbitrium* (10, 29 si parva animalia absque deo auctore non decidunt [*ibid.* sine dei scientia]. PRVD. ham. 182 nil ... absque deo factum, sed cuncta per ipsum). 96, 6 absque nobis regnatis (*χωρίς*, VVLG. I Cor. 4, 8 sine nobis regnatis: et utinam regnetis ut et nos vobiscum regnemus). 125, 15 nulla ars absque magistro discitur. in Am. 3, 3 absque aucupe cadet aves in laqueum. DID. apost. 26, 8 non decet absque sacerdote aliquid facere (26, 5 sine episcopo). MART. CAP. 1, 39 absque te Iovis non erat formare consilium. SYMM. epist. 2, 59, 1 dulce otium — si quid absque te dulce est. PRISC. gramm. III 45, 41 absque consule egit praetor. *cf.* CANON. constit. 798 episcopum non ordinari absque synodo.

2 *cum rebus, abstractis et concretis*: GLOSS. absque foedere (VVLG. Rom. 1, 31) sine amicitia, absque amicitia, sine pactione. PS. SALL. in Tull. 3 *Ciceronem* missum huic urbi civibusque custodem absque carnificis nomine (SVLP. SEV. chron. 1, 54, 7 Godoliam praeposuit absque ullo insigni regio aut imperii nomine). PS. LVCAN. 6, 152 absque cruore (*om. hunc versum codices, add. in margine cod. M man. s. XIII*) terga datis morti? APVL. Plat. 2, 23 cum absque hac *virtute* ex aliis prosperis non possit felicitas inveniri. MIN. FEL. 27, 3 vates et ipsi absque templo. 37, 8 absque notitia dei quae potest esse felicitas? TERT. anim. 43 somnum ... tam necessarium ut absque illo nulla anima sufficiat. AMM. 16, 5, 5 Iulianus absque instrumento evigilavit. 16, 10, 1 absque nomine ex sanguine Romano triumphaturus. *al.* VEG. mil. 3, 24 absque vulneribus capiebantur. HIER. epist. 98, 10 si melius est absque corporibus quam cum corporibus vivere. 108, 26 ut ... sermonem *hebraicum* absque ulla latinae linguae proprietate personaret. 141 absque tui nominis rogatu. 69, 8 res ipsas absque personis definiunt. in Matth. 6, 26 volatilia absque cura et aerumnis dei aluntur providentia. epist. 82, 2 ignoramus absque caritate pacem, sine pace communionem. 69, 8 quis est ille qui absque peccato, id est sine reprehensione, versetur in hoc mundo? (VVLG. deut. 23, 22 iud. 9, 16 *al. cf.* HIER. epist. 133, 3 si 'absque peccato' dicis et *ἀναμάρτητον* dicere te diffiteris). 118, 1 extemporalis est epistula, absque ordine sensuum, sine lenocinio et compositione verborum. in Gal. 1, 8 angelum nominatim posuit, alios vero absque nomine. adv. Ruf. 2, 3 quasi exilia absque iudicum sententiis irrogentur. vir. ill. 53 numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unam diem praeterisse (SYMM. epist. 6, 76 absque litteris). 42 absque negatione non dimitti christianos. reg. Pachom. 47 aegrotantem absque concessione maioris nullus audeat visitare. 112. 96 absque maioris arbitrio. 184 sine macula et absque contemptu. VVLG. gen. 41, 44 absque tuo imperio (*ἄνευ σοῦ*) non movebit manum. lev. 9, 17 absque caeremoniis (*χωρὶς τοῦ ...*). num. 27, 17 sicut oves absque pastore (II par. 18, 16). 35, 22 fortuitu et absque odio (*οὐ δι' ἔχθραν*). deut. 14, 10 quae absque pinnulis et squamis sunt. 23, 20 fratri tuo absque usura ... commodabis. iud. 19, 22 Belial, id est absque iugo. II reg. 23, 4 lux aurorae ... mane absque nubibus rutilat. III reg. 22, 1 transierunt tres anni absque bello. II par. 15, 3 transibunt multi dies ... absque deo vero, absque sacerdote, doctore et absque lege (*ἐν οὐ θεῷ καὶ οὐχ ὑποδεικνύντος ἱερέως καὶ ἐν οὐ νόμῳ*). Esth. 9, 27 absque sollemnitate. Is. 6, 11 desolentur civitates absque habitatore (*cf.* 5, 9 Iob 38, 26 Ier. 4, 7. 33, 10). AMBR. parad. 12, 59 ne absque ceteris solum lignum scientiae boni et mali gustaretur. DID. apost. 34, 4 nec absque dispositionem aliquid facientes et citra consilium aut imperium episcopi. PRVD. apoth. 43 quid apertius absque aliena ... facie verbum (*i. Christum*) non posse videri? PAVL. NOL. carm. 23, 260 uncus ex oculo cadit absque oculo. AVG. pecc. orig. 17, 19 neque absque redemptione Christi aliquibus caelorum regna promittunt. HEGES. 2, 13, 5 praesidere absque diademate. SVLP. SEV. chron. 1, 22, 5 caesi sunt absque ullius effugio. Mart. 14, 3 ut non absque iniuria sit repulsus. AVIAN. fab. prol. 7 cani nequam et absque latratu mordenti. LEO M. epist. 45, 2 absque vulnere fidei, absque religionis iniuria. AVELL. p. 360, 8 absque contagio illius mali, *al.* PROSP. carm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de ingr. 511 absque deo (*id est* sine gratia dei) placuisse *multos* deo. epigr. 45, 8. 22, 6. 23, 3 absque dei nutu non fit. 85, 3 absque iugo posita est dicionis amica voluntas. in psalm. 101, 25 licet absque commutatione sit deus omnia in omnibus. ORIENT. 1, 158 ibis longinquas absque labore vias. OROS. hist. 7, 26, 7 quod absque ulla hactenus mortalium notitia est. 7, 1, 1 documenta quibus absque ullo arcano ... probari de medio queat. MERCAT. subn. 6, 2 tot milia infantium absque vitio ullo secundum vos nascuntur. SIDON. epist. 4, 16, 1 quid tu facias absque virtute. 2, 9, 9 trahebantur horae non absque sermonibus. 2, 8, 1 decessit non absque iustitio. EVGIPP. vita Sever. 32, 6 absque ullo libertatis migraturos incommodo 35, 2. 40, 4 omnes ... emigrantes ... absque ulla sui captivitate pervenient. IVS canon. (Migne 56, 885) irrita erit donatio absque conventia et subscriptione clericorum. VICT. VIT. 2, 14 filium ... absque solacio servuli ... exilio delegavit. 3, 31 alios sine manibus ..., alios absque pedibus intendas (ACTA Firmi 3 sine visu, absque sensu et gressu). CASSIOD. hist. 5, 32 eos ... absque honore deseruit. 5, 31. 7, 40. 10, 12 absque regulis ... ordinationem fecerit. var. 8, 10, 8. 9, 3, 3. 12, 9, 1. IORD. Get. 15, 88 absque senatus consulto effectus est imperator. BENED. reg. 41. IVL. dig. 39, 5, 2 si pecuniam dederit absque ulla stipulatione. TER. MAVR. 1300 nulla vox humana constat absque septem litteris *vocalibus*. PRISC. gramm. II 57, 17 ut nemo Romanus sit absque praenomine. 513, 7 nactum absque 'n', ut ... Pollioni placet. *saepius ponitur* absque *cum substantivo suo pro adiectivo*. 4, 2 Sardinia est absque serpentibus. IVL. VAL. 3, 5, 1 homines absque capitibus (VVLG. Iudith 14, 14 videns cadaver absque capite Holofernis). HIER. in Matth. 5, 22 *κενὸς* id est inanis aut vacuus quem nos possumus vulgata iniuria 'absque cerebro' nuncupare. epist. 50, 2 si ... me et absentem iam diu et absque usu Latinae linguae vincat. 69, 8 innocens .... et absque sermone conversatio. 133, 4 homines absque Christo atque ethnici, *cf. p. 186, 22*. VVLG. gen. 15, 2 ego vado absque liberis (*ἄτεκνος*; 42, 36. 43, 14 quasi orbatus absque liberis ero. lev. 20, 20. 22, 13. num. 3, 4 deut. 25, 5 iud. 13, 3 sterilis es et absque liberis. num. 27, 8 absque filio). exod. 12, 5 erit autem agnus absque macula (*τέλειον*; lev. 1, 10 *al.*). 29, 2 crustulam absque fermento (*ἄζυμος*; lev. 2 *al.*). num. 5, 31 maritus absque culpa (*ἀθῷος*) erit (deut. 24, 5 I reg. 19, 5. num. 35, 27 absque noxa. deut. 23, 22 peccato. Ier. 2, 35 iud. 9, 16 PROSP. in psalm. 105, 18 resp. ad Vicent. 1 Gall. 9. VVLG. iud. 9, 19 vitio. Iob 33, 9 delicto. LEO M. serm. 96, 2. 64, 2). 13, 20 urbes ... muratae an absque muris (*ἀτείχιστος*; I reg. 6, 18. III reg. 9, 19 prov. 25, 28). 13, 21 humus ... nemorosa an absque arboribus. deut. 32, 4 deus fidelis et absque ulla iniquitate. 32, 28 gens absque consilio est et sine prudentia. I reg. 17, 25 domum eius faciet absque tributo (*ἐλεύθερον*). III reg. 8, 5 boves absque aestimatione et numero (*ἀναρίθμητα*; II par. 5, 6 Iob 5, 9. I Esdr. 7, 22 absque mensura). AVG. civ. 4, 4 quam similia sint latrociniis regna absque iustitia. SCHOL. Iuv. 13, 121 cynici absque pallio (8, 1 absque naso in statua Corvinus erat). *certae formulae*: [QVINT. inst. 7, 2, 44 an ... impetu raptus sit et absque sententia]. GELL. 2, 2, 7 absque praeiudicio ... tu interim sede (COSMOGR. anon. 2, 1 [geogr. 90, 13] absque illorum *virorum doctorum* praeiudicio). APVL. met. 9, 25 absque noxa. Ps. APVL. Ascl. 25 dei ... absque invidia suffragantis. VVLG. Ezech. 30, 9 absque dubio (SALV. *passim*. FAVST. REI. *totiens* absque dubio *quotiens* sine dubio. ALC. AVIT. hom. 15 LEO M. brev. fidei Migne 13, 664[c] HIER. epist. 133, 13). HIER. epist. 121, 7 absque ulla dubietate (VVLG. Ruth 3, 13 BEDA gramm. VII 234, 18 LEX Burg. lib. const. 47, 2. DAMAS. epist. 3 absque aliqua ambiguitate suscipere. VEG. mul. 6 praef. 4). FAVST. REI. epist. 5 p. 192, 16 absque dubitatione (serm. 21 p. 306, 13 sine). VEG. mul. 5, 27, 7 HIER. reg. Pachom. 194. VVLG. exod. 21, 11 gratis absque pecunia (*ἄνευ ἀργυρίου*; Iob 35, 16. Is. 55, 1 absque argento. HIER. in Matth. 10, 7 absque pretio, *ibid.* sine pretio). lev. 26, 5 absque pavore. 25, 18. iud. 18, 7 absque ullo timore (III reg. 4, 25 eccles. 8, 11 Ezech. 34, 27). Ruth 2, 16 absque rubore. Esth. 13, 2 absque ullo terrore (prov. 1, 33 Ezech. 34, 28). II reg. 17, 16 absque dilatione. Is. 5, 14 absque ullo termino (AVG. civ. 12, 22). Is. 52, 4 absque ulla causa (Iob 52, 4). HIER. epist. 120, 10 absque merito et operibus. AMBR. exam. 4, 4, 19 ut ei divitiae absque opera affluant. *in titulis* cum qua vixit absque ulla querela (Corp. IX 4763[b] *al.*). VOPISC. Aurel. 33, 1 non absque re est cognoscere. *cf. p. 24, 65*. *accedunt ad substantivum* ullus, aliquis (*supra l. 57*, CANON. interpr. [Migne 56, 828] absque necessitate aliqua. IORD. Get. 10, 64 absque aliquo certamine recessit. 30, 200 absque aliqua murmuratione. CASSIOD. sine aliqua, *sed* absque ulla *v. index Traubii p. 514*). nullus (ITIN. Alex. 23 nulla absque eius gratia).

B *praeter*: **1** *significat aliquid ex multitudine excipi; legitur potissimum in enuntiato negativo*: GELL. 13, 19, 4 apud Euripidem ... eundem esse versum absque paucis syllabis. SOL. 33, 11 phoenix postica parte purpureus absque cauda. AVR. VICT. Caes. 3, 3 quorum immaturo, absque Octaviani, interitu. 14, 12 anno imperii absque mense XXII. epit. 9, 17. DIOM. gramm. I 428, 20. CLEDON. V 74, 3 longae sunt absque duabus (75, 23). SERV. IV 410, 29 *al.* POMP. V 118, 3. CASSIOD. VII 199, 17. 201, 5 omnis vocalis l sequente absque e leviter enuntiatum. *al.* PRISC. II 8, 11 semivocales ab e incipientes absque x. ITALA (Tert. idol. 4) Is. 44, 8 si est deus absque me. (Priscill. tract. 1 p. 5, 18 *al.*) Bar. 3, 8 hic deus noster est et non deputabitur alius absque illo (*πρὸς αὐτόν*, VVLG. adversus). TERT. adv. Marc. 2, 26 alium absque se omnino non esse. LACT. inst. 4, 13, 8. AMM. 27, 10, 9 montem invium absque septentrionali latere. *al.* HIER. epist. 78, 18 nusquam alibi ... invenisse me novi absque libro apocrypho. 65, 12 in Hebraeo absque 'potentissime' reliqua similiter. 121, 8 ut omnium misereatur absque eo solo. 58, 5. 57, 3 *al.* VVLG. gen. 31, 50 nullus sermonis nostri testis est absque deo. 47, 18 absque corporibus et terra nihil habeamus. Is. 43, 11 non est absque (*παρέξ*) me salvator. 44, 8 numquid est deus absque (*πλήν*) me? Os. 13, 4 deum absque me nescies. I reg. 21, 9 neque enim his est alius absque eo. I par. 17, 30 (DID. apost. 4, 29 absque illo alium ne timeas). III reg. 8, 60 ipse est deus et non est ultra absque eo (*καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι*). GARG. MART. 2 p. 135 absque his similibus causis dati in contrarium incendunt. MARC. med. 28, 64. PANEG. 3, 8 absque paucissimis (SYMM. epist. 2, 36, 2). MART. CAP. 3, 253 eius *litterae k* effectus c integrare non dubium est absque his. 8, 867. 3, 277 absque his nulla dipthongus memoratur. 6, 608 illae duae regiones ... nullos ... ortus siderum absque planetis utrimque noverunt. *al.* CLAVDIAN. MAM. epist. 2 p. 204, 2 ne ad dediscendum quidem absque te uno disciplinae nobilis ullus adspirat. CASSIOD. hist. 4, 10 neque aliam quampiam fidem absque exposita antiquitus suscepimus. NOVELL. 56 praef. in sanctissimis ecclesiis, absque tamen sanctissima maiore ecclesia.

2 *significat aliquid multitudini adici, i. q.* et praeterea: THEODOS. terr. sanct. 1 civitas Hierusalem habens portas maiores VI absque posticia. VVLG. gen. 28, 9 duxit uxorem absque iis quas prius habebat. 50, 8 domus Ioseph cum fratribus suis absque parvulis. exod. 12, 37 sexcenta fere milia ... absque parvulis. num. 16, 49. 17, 6 fuerunt virgae duodecim absque virga Aaron. iud. 20, 17. I par. 3, 9. OROS. hist. 5, 16, 21 CXL milia capta sunt absque innumera mulierum multitudine, *et passim*. absque eo quod: VVLG. cant. 4, 1 AVR. VICT. epit. 48, 8 SYMM. epist. 6, 37. *al.* absque illo quod: MERCAT. subnot. 6, 1.

C *de loco, idem fere ac* procul a, clam, extra *sim.*: APVL. apol. 55 qui ... absque omnibus profanis tacite veneremini. HIER. epist. 46, 1 nunc nos libere absque matre volitare patieris. 46, 9 cur putamus absque Athenis nostris quemquam ad studiorum fastigia pervenisse? 52, 10 haec absque templo fieri lege prohibentur. reg. Pachom. 64 si absque monasterio vescentur. 137 si una nocte absque fratribus dormierit. in Mich. 7, 14 absque grege domini pascebantur. epist. 24, 3 aurum colli sui absque parentibus vendidit. VVLG. Ioan. 16, 2 absque synagogis (*ἀποσυναγώγους*) facient vos. ORIBAS. syn. 7, 47 uteris in balneo et absque balneis.

III *adverbium*: MAX. VICTOR. gramm. VI 235, 5 ablativus singularis semper producitur absque cum e terminatus fuerit. MART. CAP. 3, 280. ORIBAS. syn. 9 (6 p. 400 Buss.) *podagricus* sumen assum manducit et vulva absque de porcastras.

synonyma: sine, citra (*p. 186, 75*); *opposita*: cum (*p. 186, 46*), in (*l. 43*). *Lommatzsch.*

abstantia, -ae *f. distantia*. VITR. 9, 1, 11 solem, cum longius absit abstantia quadam.

abstēmius, -a, -um. [abs-temius, *cf. c.* temulentus, temetum. *Th.*] QVINT. inst. 1, 7, 9 abstemius quia ex abstinentia temeti composita vox est, primae *syllabae* relinquit *s litteram*. GELL. 10, 23, 1 qui de victu atque cultu populi Romani scripserunt, mulieres Romae ... aetatem abstemias egisse, hoc est vino semper, quod temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt. DON. Ter. Andr. 229. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 7 abstemius: qui abstinet. an, ut quidam putant, abs temeto id est siccus ac sine vino et sobrius. ISID. orig. 10, 11. GLOSS. abstemius (*hic illic* abstemus, *saepius etiam* abstemis): *ὁ μὴ μετέχων οἴνου, νηφαλέος, ὁ ἀπεχόμενος οἴνου*; abstinens, vino parcens, servans se a vino; *ὑδροπότης* aquae potor *vel* potator; sobrius vel vigil, strenuus. *transfertur etiam ad cibi abstinentiam. Wölfflin, Archiv 6 (1889) 192.*

LVCIL. 201 sororem lanificam dici siccam atque abstemiam. VARRO vit. pop. Rom. Non. 68, 26 quantopere abstemias mulieres voluerint esse. [VARRO?] Non. 68 abstemius est, immo scit quo rete leporem teneat lupum non teneri. OV. met. 15, 323 vina fugit gaudetque meris abstemius undis. VITR. 8, 3, 21 *prope Clitorium Arcadiae* est spelunca profluens aquae, qua qui biberint fiunt abstemii. FRONTO p. 226, 20 N. neque esuriens quisquam neque abstemius animum induxisset virgines adultas ... rapere. APVL. met. 7, 12. apol. 58 ante horam diei secundam ieiunus adhuc et abstemius. CAPITOL. Opil. 13, 5 ut loquens de studiis liberalibus necessario abstemius. ARNOB. nat. 2, 67 ut sobrias comprobent atque abstemias se esse. AVSON. 335 iniurium est de poeta male sobrio lectorem abstemium iudicare. *ibid.* comparet se atque me ... pransum cum abstemio. 205, 9 parce frugi abstemie. 214, 9. APVL. frg. carm. 1 sed fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius. SERV. Aen. 3, 14. FVLG. serm. ant. 58 abstemius dicitur observans sicut Rabirius (?) in satira ait: abstĕmium merule(n)ta fugit Mettenia nomen. AMBR. exc. fratr. 2, 96 fidelis in bello, abstemius in triumpho. PAVL. NOL. carm. 6, 68 vesano servans abstemia pectora vino. SIDON. epist. 2, 2, 12 granditer abstemio. 6, 1, 5 quis esculentus abstemium competenter arguerit? 6, 12, 3. 8, 3, 5 inter

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epulas abstemium. carm. 16, 107. VEN. Fort. carm. 8, 1, 41. GELL. 13, 31, 16 prandium abstemium. AMBR. Hel. 3, 4 hereditatem sobrietatis abstemiae. LONGIN. Aug. epist. 234, 2 abstemiis observationibus decocti. *cum casu*: GLOSS. V 161,20 abstemios cibi: abstinentes cibo. HOR. epist. 1, 12, 7 si forte in medio positorum abstemius herbis vivis et urtica (PS. ACRO *ad l.* hic abstemium sobrium abstinentem et in omnibus contentum significat). PLIN. nat. 22, 115 mulieribus vini abstemiis. AVSON. 194,20 vini cibique abstemius. PAVL. NOL. epist. 22, 2 non mane ebrii sed vespere ieiuni, nec hesterno inflati vino sed hodierno abstemii. *de pecunia, quasi abstinens*: APVL. Plat. 2, 15 culpabilium ... virorum quattuor formae sunt ..., sequens abstemiorum (*φειδωλῶν*). AMBR. in psalm. 118,20,4 Pharisaeus ... cum abstemius et parcus esset alieni, liberalis sui. SIDON. epist. 7, 9, 10 si abstemium producimus, avarus accipitur.

abstēnsus, -ūs *m. v.* abstineo. PLAC. med. 30, 3 abstensus ... a vino diebus decem caducis remedium est.

abstentātio *ἀποκατάσχεσις* GLOSS. II 5, 48 *et* 555, 3. *v. p. 169, 57.*

abstentio, -ōnis *f. v.* abstineo. HIL. in psalm. 1, 11 abstentio superiorum *vitiorum* inutilis est, nisi consequentia adhibeatur intentio. AVG. epist. 196, 1, 3 a quibusdam escis abstentio. CAEL. AVR. acut. 3, 11, 103 officii ventris abstentio. 3, 18, 176 stercorum. chron. 4, 3, 63 perfecta passionis fiet abstentio. *cf.* abstinentia *p. 192, 84.*

abstergeo *et* **abstergo,** -tersī, -tersum, -ēre *et* -ĕre. *antiquioris aevi est* abstergeo, *cuius certae formae leguntur hae*: PLAVT. Asin. 797 abstergeas. TER. Eun. 779 abstergērem (*cf.* PRISC. gramm. II 486, 7). LVCIL. 166 abstergē. 271 absterget (*praes.*). TITIN. com. 36 abstergete. CIC. ad Q. fr. 2, 8, 3 abstergebo. CVRT. 9, 9, 16 abstergeri. PLIN. nat. 20,34 absterget (27,48). 26,41 abstergent. 17,252 abstergeatur. 30,90 abstergeant. APVL. Plat. 1, 15 abstergeat (SYMM. epist. 2, 83). PAVL. NOL. carm. 10, 59 absterget. MARC. med. 34, 76 abstergeri. 34, 100 abstergeas (*at* 8,22 absterges *fut.*). PLAC. med. 4,9 absterget. *prima tertiae quae dicitur coniugationis forma est* SCRIB. LARG. 228 abstergetur; *plurimae vel deinde formae sunt dubiae*; abstergĕre *metro fulcitur* ALC. AVIT. carm. 5, 557; *legitur* abstergo AMBR. paenit. 8, 71, abstergat AVG. epist. 119,6. 120,2. *alia apud Neue, III³ p. 275 sq. nota*: abstersti CAT. 99, 8. *verbum deest apud* VARR. CAES. SALL. TAC., *in hexametris a* LVCR. *usque ad christianos. Weinhold, Archiv 6 (1890) 213 sqq.*

GLOSS. abstergo *ἀπομάσσω*. abstersit *κατέμαξεν*. **I** *cum obiecto rei quae tollitur*: [PLAVT. Merc. 126 absterge sudorem tibi, *versus falsus*]. LVCIL. 116 absterge lacrimas (VAL. MAX. 1, 1, 15 abstersis lacrimis. SEN. dial. 9, 16, 4. 4, 21, 6. 11, 1, 1 CVRT. 5, 5, 8 ITALA *et* VVLG. apoc. 7,17 *et* 21,4 absterget deus omnem lacrimam ab oculis. *inde passim* ECCL. *velut* AVG. civ. 20, 17 *ter*). 271 a, laeva lacrimas muttoni absterget amicā. TITIN. com. 36 everrite aedis, abstergete araneas. CIC. Phil. 14, 34 abstergere fletum sententiis nostris (ALC. AV. carm. 5, 557 fletusque abstergere dictis). LIV. 1, 41, 5 inspectum vulnus absterso cruore (APVL. met. 8, 18). 3, 26, 10 absterso pulvere ac sudore (HIER. in Micha 1, 3, 9, Migne 25, 1184 ad abstergendos sudores linteolum non habere). PLIN. nat. 12, 73 sucum ... villo. 17,252 defluens *ex amygdala* pituita abstergeatur. 35,103 *Protogenes colores* absterserat saepius mutaveratque penicillum. APVL. Plat. 1, 15 *lien* abstergeatque ea, quae sordium fuerint. ITIN. Alex. 20 alites ... abstersisse (aspergine *codd.*) lineamenta *urbes designatae*. AMM. 15, 5, 4 peniculo serie litterarum abstersa. VVLG. III reg. 20,41 abstersit pulverem de facie sua. MARC. med. 34, 76 non poni medicamentum, immo etiam abstergeri (*cf.* SCRIB. LARG. 228). 34,100 ut abstergeas *verrucas minores*. 19, 53 sugillationes atque livores (19, 56). 8, 22 caliginem et infusum sanguinem absterges clarioremque visum restitues. PS. APVL. herb. 4 putredines. VEG. mul. 4, 27, 1 ad album ... de oculis tollendum et abstergendum. PELAG. 414 omnem absterget alborem, *de medicamento ut plura ex antecedentibus*. MACR. sat. 7, 12, 12 mucore ... absterso. *phrasis de Pilato translata*: MAX. TAVR. hom. 46 (Migne 57, 334 B) quamvis abstergere se putaverit iusti sanguinem de suis membris, eo tamen sanguine mens eius tenetur infecta. *translate*: PLAVT. Poen. 969 creta est profecto horum hominum oratio, ut mi apsterserunt omnem sorditudinem (*sc. animi*). CIC. Phil. 2,91 quasi fuligine abstersa. top. 22,86 tum exultantem laetitiam comprimens, tum aegritudinem abstergens. Tusc. 3, 43 luctum. Cato 2 omnes absterserit senectutis molestias *huius libri confectio*. ad Q. fr. 2, 8, 3 consolabor te et omnem abstergebo dolorem. epist. 9, 16, 9 animi tui metum (11, 24, 1 AMM. 29, 6, 18. ALC. AVIT. epist. 28 trepidationem). PLIN. nat. 20, 34 siser ... fastidium absterget (26, 41. 27, 48. 30, 91). AMM. 14, 11, 6 abstergendae causa suspicionis. FVLG. myth. praef. p. 6, 16 pavores. AMBR. paenit. 2, 8, 66 fetorem ... erroris. 2, 8, 71 fetorem ... delictorum. HIER. vita Malchi 1 veluti quandam rubiginem linguae. epist. 61, 4 tantum scelus iugibus absterge lacrimis. VVLG. prov. 20, 30 livor vulneris absterget mala. PRVD. perist. 2, 453 absterge, Christe, hoc dedecus. PAVL. NOL. carm. 10, 59 *deus* absterget aegrum corporis pigri situm. 21, 5 abstersa dira caligine belli. AVG. epist. 120, 2 ingenii serenitas nebulam vestrae mentis abstergat (119, 6). mus. 6, 4, 6 oblivione ... plures simul numeri ... abstergunt. PS. AVG. serm. 15, 4 omnes maculas peccatorum. 95, 2 lacrimarum ... fusione propria peccata. *christiana plura affert Weinhold*

p. 216 sq. SYMM. epist. 2, 83 nubem ... invidiae. COD. Theod. 8, 18, 1 interpr.: suspicionem. OROS. hist. 2, 17, 17 *Athenienses* domi abstersere odia et foris bella presserunt. BOET. mus. 1, 1 Ismenias Thebanus pluribus modis fertur cunctas abstersisse molestias. *i. q. vi deterere*: CVRT. 9, 9, 16 conlidi inter se naves abstergerique invicem remi (*cf. sub* detergere). ALC. AVIT. carm. 4, 129 quantas tempore prisco pressa giganteas tellus produxerit arces (*qualis turris Babylonica*) abstergente deo sat nostra silentia damnent. OROS. hist. 7, 7, 8 negotiatorum ... omnem penitus censum abstersit.

II *de re mundata*: PLAVT. Asin. 797 tu labellum abstergeas (CAT. 99, 7 multis diluta labella abstersti guttis). TER. Eun. 779 qui abstergerem volnera? AMBR. paenit. 2, 8, 66 absterge lacrimis cicatrices tuas. INNOC. Aug. epist. 181, 3 cum tardius abstergitur *vulnus*. PETR. CHRYS. sermo 36 (Migne 52, 301) deus abstergit vulnera humana, non despicit. VAL. MAX. 2, 8, 7 abstersos gladios in castra rettulit. SEN. dial. 5, 38, 2 abstersit faciem (11, 13, 7). CVRT. 6, 9, 33 abstersisque amiculo eius oculis (GREG. TVR. Mart. 2, 54 de palla ... oculos. Andr. 15 genas). SCRIB. LARG. 228 quod destinatum erit tollere, id ipsum specillo oblinetur crassius, ex intervallo penicillo abstergetur. *ibid.* desinere oportebit inponere res et abstergere. VEG. mul. 1, 42, 3 renes animalis ... ciliciis diligenter absterges. 3, 47, 11 malagma ... sabanis validioribus abstergetur. PLAC. med. 4, 9 eam (*faciem*) absterget *medicamentum*. *christiano sensu*: VALERIAN. epist. ad mon. (Migne 52, 758 A) summam abstersi corporis purificationem. PS. HIER. in Ioh. (Migne 30, 586 C) abstersit se de immunditia peccatorum. PLIN. nat. 14, 134 *dolia* cinere e sarmentis aspergi vel argillā, abstersa murrā suffiri.

synonyma: *ad I*: (detergere), (abradere), tollere, (fugare). *ad II*: (abluere), (mundare). *opposita*: *ad I*: ponere. *ad II*: oblinere, aspergere.

absterreo, -uī, -itum, -ēre. GLOSS. absterreo est minor. absterro deterro, *ἀποπτύρω*. absterret *φοβεῖ, πτοεῖ*. CIC. de orat. 3, 164 'quid te adirier abnutas?' melius esset: vetas, prohibes, absterres. *Wölfflin, Archiv 6 (1889) 193.* *addito unde* (a, de, *abl.*): PLAVT. Men. 832 ut illos a me absterream. Truc. 251 qui ubi quamque nostrarum videt prope ⟨hasce⟩ aedis adgrediri, item ut de frumento anseres, clamore absterret abigit. TITIN. com. 45 parasitos amovi, lenonem aedibus absterrui (*cf.* 47 virum aspellit domo). CIC. Planc. 66 neminem a congressu meo neque ianitor meus neque somnus absterruit. HOR. sat. 2, 5, 83 ut canis a corio numquam absterrebitur uncto. LIV. 3, 61, 9 plerosque a castris avertunt praeterequitantesque absterrent. 23, 1, 11 ab urbe oppugnanda Poenum absterruere conspecta moenia. MACR. sat. 1, 24, 12 introspexisse in aedem deae, a qua mares absterrentur. *translate*: CIC. Verr. 3, 142 a pecuniis capiendis homines absterrere. HOR. sat. 1, 4, 128 sic teneros animos aliena opprobria saepe absterrent vitiis. LIV. 27, 9, 8 eos a tam detestabili consilio. VAL. MAX. 1, 1, 15 ab eorum cultu. 2, 10, 6 a conservando Mario. LVCAN. 5, 129 absterrere ducem noscendi ardore futura. PLIN. nat. 8, 47 ceteri metu poenae similis absterrentur eādem noxā. TAC. ann. 12, 45 bello. SVET. Iul. 59 ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus umquam vel retardatus est. APVL. apol. 12 a contumelia eorum procul. *cum dat. commodi*: LVCR. 4, 1064 sed fugitare decet simulacra et pabula amoris absterrere sibi atque alio convertere mentem. 4, 1233 *v. l. 70.* *absolute*: TER. Andr. 472 quo Chremetem absterreant. VARRO rust. 3, 16 ne asperitate absterreantur *apes*. LIV. 2, 35, 5 absterrendo singulos. 27, 28, 12 saxis sudibus pilis absterrent hostem. 27, 47, 7 clade. 30, 11, 9 VAL. MAX. 5, 4, 5 SIL. 15, 10. TAC. ann. 13, 44 accurrentem ancillam vulnere absterret. 13, 57 ictu fustium ... ut feras absterrebant. *translate*: LVCR. 5,846 natura abs⟨t⟩erruit auctum. SEN. dial. 6, 17, 5 quid te invitare possit, quid absterrere. benef. 4, 1, 2 cum virtus nec lucro (-um *Naz.*) invitet nec absterreat damno. LVCAN. 8, 649 et per castra comes nullis absterrita fatis. SVET. Iul. 20 contradicente nullo, ac si conaretur quis, absterrito. Nero 43. GELL. 1, 6, 3 neque id hortari magis esse quam dissuadere absterrereque. APVL. apol. 68 filio suo ... ceteros procos absterrebat. AMM. 31, 3, 6 veriti ne index procul agentes absterreat. AVG. in psalm. 99, 12 (Migne 37, 1279) ructat indignationis malum odorem, unde absterreat intraturos. *sequente enuntiato*: PLAVT. Most. 421 ut patrem aliquo absterreres modo, ne intro iret. LVCR. 4, 1233 nec divina satum genitalem numina cuiquam (*v. l. 54*) absterrent, pater (praeter *codd.*) a gnatis ne dulcibus umquam appelletur. LIV. 5, 41, 6 ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet, in forum ... redibant. VAL. MAX. 4, 5, 6 ne tribus quidem et viginti vulneribus quin verecundiae obsequeretur absterreri potuit.

synonyma (*cf. l. 32*): (deterrere), abigere, amovere, (aspellere), avertere, retardare, fugitare, dissuadere, (prohibere). *oppositum*: invitare.

abstersio, -ōnis *f. v.* abstergeo. VINDIC. epist. (Marc. med. p. 22) 3 sudoris eius abstersionibus laboravi.

abstinācx, -ācis *adi.* PETRON. 42 quid si non abstinax fuisset! quinque dies aquam in os suum non coniecit, non micam panis. *V.*

Abstinēns *f. nom. servae.* CORP. V 4678 (*Brixiae*) C. Popilio Iucundo et Fulviae Apstinenti contubernali. *Otto.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abstinentia, -ae *f.* GLOSS. *ἀποχή, ἀπόσχεσις; ἐγκράτεια, ἀνοχή, ἔνδεια.* apstinentia *passim legitur*, abstenentia *traditur in melioribus codd.* GREG. TVR. hist. Franc. 10, 1. *Wölfflin, Archiv 6 (1889) 532 sqq.*

I *de eo, qui nihil sibi ab alio petit nec accipit*: VARRO vit. pop. Rom. Non. 532 qua abstinentia viri mulieresque Romae fuerint, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere. CIC. Verr. 1, 34 qui innocentiae abstinentiaeque fecissent *periculum*. Q. Rosc. 17 ut dignissimus sit curia propter abstinentiam. Sest. 7 de provinciali in eo magistratu abstinentia. Verr. 5, 48. 5, 46 fuit hac abstinentia. Tusc. 3, 16 abstinentia ... innocentia ... frugalitas. off. 2, 76 laus abstinentiae non hominis est solum, sed etiam temporum illorum. 2, 77 abstinentia et continentia. epist. 13, 54 fidem, apstinentiam modestiamque. Att. 5, 9, 1 summa modestia et summa abstinentia. 5, 16, 3 iustitia abstinentia clementia tui Ciceronis. 5, 17, 5. 5, 18, 2 mansuetudo et abstinentia. 5, 21, 5 cum abstinentia, tum iustitia facilitate clementia. SALL. Cat. 54, 6 cum innocente abstinentia certabat. NEP. Arist. 1, 2 excellebat Aristides abstinentia. 3, 2. Epam. 4, 1 temptata ... eius est abstinentia. 4, 6 SEN. contr. 9, 2, 19. VAL. MAX. 2, 2, 8 *magistratuum* quemadmodum maiestas amplificabatur, ita abstinentia artissime constringebatur. 4, 3 *titulus*: de abstinentia et continentia. 4, 3, 2. 4, 3, 9 Ptolomaei liberalitas, legatorum abstinentia. 4, 3, 14 abstinentia populi Romani. SEN. dial. 12, 3, 5 nihil ergo prodest innocentia ..., nihil antiqua frugalitas, nihil felicitatis summae potentia summā conservata abstinentiā? benef. 4, 32, 2. QVINT. inst. 12, 2, 17 de iustitia fortitudine abstinentia temperantia pietate. 12, 2, 3 abstinens erit qui id ipsum quid sit abstinentia ignoret? 5, 10, 89 si abstinentia virtus, et continentia. 5, 10, 73. decl. 268 p. 93, 20 non ... ex istorum scholis abstinentiam didicere Fabricii Curii. TAC. Agr. 9 integritatem atque abstinentiam. PLIN. epist. 7, 31, 3 promotus ad amplissimas procurationes nulla occasione corruptus ab insito abstinentiae amore deflexit. 8, 6, 9 ut illi superbissimae abstinentiae Caesar ipse advocatus esset, ne sestertium centies quinquagies sperneret. paneg. 2 pietatem abstinentiam mansuetudinem. SVET. Iul. 54 abstinentiam neque in imperiis neque in magistratibus praestitit ... et a sociis pecunias accepit ... et ... oppida ... diripuit. Otho 3 moderatione atque abstinentia singulari (Domit. 23). Domit. 9 magna saepe non abstinentiae modo sed etiam liberalitatis experimenta. 10. TERT. nat. 1, 4 abstinentiam, qua ab alieno temperamus. cult. 2, 5 appetere quod tuum non sit, quibus alieni abstinentia traditur? SPART. Sev. 4, 1 a Gallis ob severitatem et honorificentiam et abstinentiam ... dilectus est. IVST. 2, 2, 11 moderatio abstinentiaque alieni. RVTIL. LVP. 2, 9 prodigam (pergam *codd.*) in multos largitionem abstinentiae testimonium ne (non *codd.*) credideris. LIV. per. 46 *Paulli* tanta abstinentia fuit, ut ... vix ex auctione eius redactum sit unde uxori eius dos solveretur. MART. CAP. 2, 129 contemptis muneribus atque abstinentia. CORP. XIII 1900 ob eius erga rem p(ublicam) ... insignem ⟨a⟩bstinentiam. XIV 170, 11 ob insignem eius erga se benivolentiam ac singularem abstinentiam (VI 1624). V 4499 ob insi⟨gnem⟩ abstin⟨entiam⟩ fidem pr⟨aecipuam i⟩nnocentia⟨m singularem⟩. VI 1511 propter humanitatem abstinentiam (V 7251. VI 1512). VI 1769 constantiae abstinentiae testimonium sempiternum. *de eo qui sua non profundit*: CIC. Att. 5, 15, 2 maximos sumptus facio ... admirabilis abstinentia ex praeceptis tuis. 5, 17, 2 sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius (terentius *Med.*) insumatur in quemquam. SALL. Cat. 3, 3 pro pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia largitio avaritia vigebant. NEP. Ages. 7, 4 *in Agesilai domo* nullum signum libidinis, nullum luxuriae ..., contra ea plurima patientiae et abstinentiae. FRONTIN. strat. 4, 3, 6 Epaminondas tantae abstinentiae fuit, ut in supellectili eius praeter stoream et unicum veru nihil inveniretur. APVL. met. 1, 26 Milonis abstinentiae cognitor. PS. ACRO Hor. epist. 1, 4, 5 quod (*sc. recte bonis uti*) aut luxurioso per incontinentiam aut avaro per nimiam abstinentiam inscitia denegavit.

II *de eo qui modicum aut nihil comedit*: CELS. 1, 2 ubi ad cibum ventum est, numquam utilis est nimia satietas, saepe inutilis nimia abstinentia. 2, 9 exercitatione corporis, abstinentia, sudore. 2, 16 abstinentiae vero duo genera sunt: alterum ubi nihil adsumit aeger, alterum ubi non nisi quod oportet. 2, 16 tempestiva. 2, 17 abstinentia utendum est (5, 26, 34. 6, 6, 1 CAEL. AVR. acut. 3, 21, 219). 3, 2 quies et abstinentia (4, 12. 6, 6, 1. 7, 7, 14 QVINT. inst. 2, 17, 9 CAEL. AVR. chron. 4, 7, 94). *ibid.* proximeque abstinentiam sumendus est cibus exiguus. 3, 4. 3, 7, 1 opportunam. 3, 15. 3, 17. 3, 18. 3, 21 abstinentia bidui (7, 7, 4 post abstinentiam unius diei. 7, 20 tridui. 8, 6 primi temporis. PLIN. nat. 27, 79 FRONTO p. 133, 4 N.). 3, 22 interdum abstinentia, interdum ... tempestivis cibis (7, 26, 5). 4, 12 interponenda abstinentia est (SORAN. 43). 4, 31. 5, 28, 4. 6, 6, 1. 6, 11 fames et abstinentia, quanta maxima imperari potest. 6, 14. 8, 4. SEN. dial. 3, 6, 2 interdicit cibis et abstinentia corpus exonerat. 4, 27, 3 scalpellum et abstinentia et alia, quae profutura torquent. epist. 70, 9 Socrates potuit abstinentia finire vitam et inedia potius quam veneno mori. 78, 11 carere adsuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire esurire. haec primā abstinentiā gravia sunt. 78, 22 quicquid ex abstinentia contigit, avidius excipitur. 108, 22 inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animalium abstinentia. SCRIB. LARG. 22. 52 quies unius diei et ab omni re abstinentia. PETRON. 111 mulier aliquot dierum abstinentiā sicca. PLIN. nat. 26, 13 abstinentiam cibi, alias vini. 25, 59 cenae. FRONTO p. 4, 12 N. omni temperantia apstinentia. p. 133, 19 N. TAC. ann. 4, 35 vitam abstinentia finivit. 6, 26 cibi. APVL. met. 10, 34 abstinentia frugi (*de fera*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 158 cibi (acut. 3, 4, 27 ORIBAS. syn. 6, 6. 6, 40). 3, 21, 205 abstinentiam cibi adhibemus una die (acut. 3, 17, 146. chron. 4, 3, 22) *et passim apud medicos*. TERT. scorp. 5 *in imagine de medicina sumpta*: abstinentiam rupit. bapt. 20 temptationes plenitudini et immoderantiae ventris appositas abstinentia elidi. PS. ACRO Hor. epist. 1, 12, 7 si per hanc abstinentiam Stoicen sequeris. *de potu*: CELS. 8, 10, 7 longa a vino abstinentia. PLIN. nat. 28, 224 praecedente vini abstinentia et sequente continuis ⟨quinis⟩ diebus. 25, 59. 30, 92. QVINT. inst. 1, 7, 9 abstemius ... ex abstinentia temeti composita vox. TERT. ieiun. 9 vini. *christiana*: TERT. ieiun. 2 fides libera in Christo ne Iudaicae quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat. *ibid.* 2 'non tale ieiunium dominus elegit' id est non abstinentiam cibi, 'sed opera iustitiae' (Isai. 59, 4). 4 onerari hominem aliqua adhuc abstinentiae lege. 12 ne nova abstinentiae lege scandalizentur. 13 ad exercendam sobrietatis et abstinentiae disciplinam. 16 fidem abstinentiae adfectant. *et passim in eodem libello.* IREN. 1, 28, 1 eorum quae dicuntur apud eos 'animalia', abstinentiam induerunt. GAVDENT. serm. 15 (Migne 20, 950) abstinentiam gulae vel continentiam inmundorum actuum. *ibid.* p. 953 Iudaico populo abstinentiam vel porcinae carnis vel similium quadrupedum nec non et quorundam volatilium atque piscium fuisse indictam. HERM. mand. 8. FILASTR. 84, 1 abstinentiam escarum promittentes. AMBR. Iac. 1, 2, 5 deliciarum abstinentia restringit habenas corporalis ferocitatis. Abr. 2, 11, 78 et animi et corporis quaeritur abstinentia. HIER. epist. 130, 11 immoderata ... ieiunia et enormem ciborum abstinentiam. 130, 17 per nimiam abstinentiam cerebri sanitatem ... fuisse vexatam. 127, 4 carnium abstinentia (54, 10). 52, 12. 108, 1. 125, 13. 148, 22. 107, 10 qui gulosa abstinentia Phasidis aves ac fumantes turtures vorant. AVG. vit. erem. 38 corpus per abstinentiam maceratum. c. Faust. 30, 3 carnalium ciborum. SVLP. SEV. Mart. 26, 2 in abstinentia et in ieiuniis. dial. 1, 5, 1 CASSIOD. var. 12, 3, 1. BENED. reg. 40. 49 ciborum et potus. GREG. TVR. hist. Franc. 10, 1 abstenentia in cibis. *exempla plura apud Wölfflin p. 536 sq.* *pluralis*: FILASTR. 72, 1 abstinentiis vacant. AVG. fratr. in erem. 44 licet carnem dure maceremus ieiuniis et abstinentiis. quaest. hept. 4, 59 (*v. p. 192, 66*). PS. HIER. reg. mon. 40 (Migne 30, 424).

III *de eo qui abstinet rebus venereis*: SEN. contr. 1, 2, 13 obscenarum rerum abstinentiam (aestimationem *codd.*). 1, 2, 22 maritorum. 7, 6, 3 cui detraxit abstinentiae gloriam. 7, 6, 16. VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 Phryne pulchritudine sua nulla parte constantissimam eius (*Xenocratis*) abstinentiam labefecit; *antecedit* continentia *eadem vi*. SEN. epist. 49, 12 alieni corporis. QVINT. inst. 2, 2, 4 suam praestare abstinentiam. 11, 3, 19 veneris. PS. FRONTIN. strat. 2, 11, 6 virgini ... summa abstinentia ita pepercisse. PLIN. epist. 1, 12, 5 abstinentia sanctitate. APVL. Plat. 2, 3. 2, 6. 2, 20. met. 11, 19 castimoniorum abstinentiam satis arduam. IREN. 1, 28, 1 qui vocantur continentes, abstinentiam a nuptiis (*ἀγαμίαν*) annuntiaverunt. AMBR. Noe 21, 76 in ingressu abstinentiam generationis, in egressu generationis usum. TERT. pudic. 20 in abstinentiae tenore *i. in loco de castitate.* ux. 1, 3 apostolo permittente quidem nubere, sed abstinentiam praeferente. adv. Marc. 1, 29 vacat enim abstinentiae testimonium, cum licentia eripitur. *ibid.* nubendi. LACT. inst. 7, 11, 8 abstinentia cupiditatum ac libidinum. AVG. quaest. hept. 4, 59 ad vota continentiae et a concubitu abstinentiae. *ibid.* abstinentia concubitus. *ibid.* de abstinentia concumbendi. ISID. orig. 10, 33 perpetuam libidinis abstinentiam pollicebantur.

IV *vi generali vel translativa*: *nota*: LACT. inst. 6, 23, 3 gloria in coercendis voluptatibus et abstinentia sui. AVG. quaest. hept. 4, 59 in aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia. *ibid.* quae abstinentiae causa voverit. *ibid.* sunt multae abstinentiae cerimoniarum inrationabiles (*de plurali cf. p. 192, 38*). VVLG. num. 30, 14 per ieiunium vel ceterarum rerum abstinentiam. II Petr. 1, 6 in scientia ... abstinentiam (*ἐγκράτειαν*), in abstinentia ... patientiam. SIDON. epist. 4, 21, 4 summae abstinentiae puella, summi rigoris. *translate*: SEN. contr. 2, 1, 24 qui sibi abstinentiam conviciorum imperaverant. SEN. epist. 108, 16 cetera (*vitia*) proiecta redierunt, ita tamen ut quorum abstinentiam interrupi, modum servem et quidem abstinentiae proximiorem. AVG. fratr. in erem. 44 peccatorum. PLIN. epist. 7, 1, 6 ad abstinentiam (*sc. balinei*) rursus, non secus ac modo ad balineum animum vultumque composui. TERT. ieiun. 1 lavacri. TERT. orat. 18 osculi. spect. 3. 14. 20 abstinentia *dicitur de vitando spectacula*. AVG. c. Iul. op. imp. 6, 12 omnium lignorum *i. fructuum*. SYMM. epist. 4, 58, 2 hanc abstinentiam *sc. iuris electionis*. *audacter*: ENNOD. opusc. 2 p. 324, 23 Vind. de abstinentia teli (*medici*) invitetur exitium. ENNOD. epist. 1, 11 per paginarum abstinentiam intercipitur vis amoris. 2, 2 sermonis. 2, 5 stili abstinentiam effusa loquacitate pensavi. 2, 6. 2, 18 scriptionis. 4, 16 agitis epistolari abstinentia. 4, 19 tabellarum *et passim.*

V *in sermone medicinali i. q. retentio*: CAEL. AVR. acut. 2, 11, 80

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ob abstinentiam urinae solvendam. chron. 3, 8, 106 stercorum vel urinae. 5, 4, 72 difficultatem vel abstinentiam mictus. acut. 3, 14, 117 abstinentia vel retentio egerendorum. 3, 5, 68 ventris (4, 7, 92. 5, 3, 56). acut. 2, 37, 214 sudoris. chron. 1, 5, 147 in feminis solitae purgationis. ORIBAS. syn. 9, 74 menstruorum. chron. 2, 9, 919 haemorrhoidarum veterum. syn. 9, 82 suffocationem faciat laboranti cum abstinentia vocis. *cf.* abstentio.

structura verbalis cum ab *v. p. 192, 1 et 12 et 52 et 58, cum* in *p. 192, 37.* *synonyma*: *ad I*: innocentia, integritas, continentia, modestia, temperantia, moderatio, humanitas. *ad II*: fames, inedia, temperantia, sobrietas, ieiunium. *ad III*: continentia, sanctitas. *ad IV*: rigor, modus. *ad V*: retentio, difficultas. *opposita*: *ad I*: (avaritia, cupiditas), incontinentia, sumptus, (luxuria), largitio. *ad II*: satietas, (voracitas), plenitudo et immoderantia ventris; (ebrietas). *ad III*: (libido), licentia, usus. *ad IV*: (voluptas), (usus), loquacitas.

abstineo, -uī, -tentum, -ēre. *v.* abs *et* teneo, VEL. LONG. gramm. VII 61, 3 CASSIOD. VII 162, 4. aptineant *B* PLAVT. Trin. 290. apst. *scribitur passim velut* CORP. X 1401. 1, 8 *bis.* XI 1421, 24. FRONTO p. 161, 2 *et* 206, 9 N. *pro* abst. MAR. VICTOR. gramm. VI 21, 11. abstenendi ORIBAS. syn. 4, 1. abstenuit GREG. TVR. mart. 86 *et passim, cf. Kruschii indicem p. 923.* *perf.* abstini PLAVT. Amph. 926 *v. Leo ad l. praes. tertiae coniug.* abstinit: DIOSCOR. 1, 128 abstinit *cod. Paris.* abstinunt *ibid.* 1, 132. 2, 90. 2, 98. abstino GLOSS. II 238, 26. *de structuris multa sed nota* PRISC. gramm. III 299, 9 sqq. *et* II 374, 13. *cf.* CHAR. gramm. I 295, 5 (DIOM. 315, 28). 295, 19 PS. SERG. IV 553, 25. 556, 28. IV 570, 2 abstineo me pulmento *ἀπέχομαι ὄψων.* BEDA VII 262, 23 ARVS. VII 457, 2. *de dat. v. l. 47 sqq. et* GRAMM. suppl. 173, 7. *Weinhold, Archiv 6 (1889) 509—527.*

I transitive: GLOSS. II 5, 46. 551, 1 *ἀπέχει ἀπέχε⟨ται⟩.* PLAVT. Men. 983 metum [id] mihi adhibeam, culpam (-a B^2) abstineam. Most. 897 abstine iam sermonem de istis rebus. TER. Haut. 373 gemitus screatus tussis risus abstine. AVG. epist. 29, 7 eorum fletu praeventus meum abstinere non potui. ITALA II Macc. 6, 16 numquam abstinet (*ἀφίστησι*, VVLG. amovet) misericordiam a nobis. AVG. c. Iul. 3, 9, 19 suam non abstinet ab eius (*generationis*) condicione bonitatem. PETRON. 112 ne hanc quidem partem corporis mulier abstinuit (*i. amari se passa est*). *vim, bellum alicui non inferre*: VERG. priap. 2, 19 hinc, o pueri, malas abstinete rapinas. HOR. sat. 2, 3, 200 abstinuit vim uxore et gnato. OV. met. 8, 751 ferrum Triopeius [ab] illa abstinuit. LIV. 8, 19, 3 ut eorum populorum finibus vim abstinerent. 7, 27, 8 ab aede ... abstinuere ignem. 8, 19, 12 bellum ab innoxio populo. 22, 23, 4 ab uno eo ferrum ignemque et vim omnem hostilem. 26, 24, 12 arma ab Romanis. PETRON. 108 a Gitone iniuriam. GRAN. LIC. p. 24 A, 6 nec Pompeius a Sertorio bell⟨um a⟩bstinuit. CASSIOD. var. 11, 40, 3 abstine ..., lictor, securem. *singulariter*: LVCAN. 9, 1010 abstinuit tellure rates. *cum dat.*: LIV. 1, 1, 1 duobus Aeneae Antenorique ... omne ius belli Achivos abstinuisse. *cf.* CHAR. gramm. I 293, 30 abstineo illi. *defendere, arcere aliquid ab aliquo*: LIV. 42, 26, 6 non aecum eum facere, qui ab sociis suis non abstineret iniuriam. 5, 47, 9 culpam a ceteris. LACT. inst. 7, 17, 2 deus claudet caelum et abstinebit imbres. BENED. reg. 39 carnium ... ab omnibus abstineatur comestio. *in medicina*: DIOSC. 1, 6 *nardi genera* fluxu(m) matricis abstinent (2, 61. 2, 98). 1, 29 *oleum* sudorem aegris abstinet. 2, 84 facit ad abstinenda reuma oculorum. 2, 164 *anagallis* pascentia vulnera abstinet. 1, 128 *lotus* ventrem abstinet (-it *cod. Paris.*). 1, 132 *coccimela cocta* plus ventrem abstinunt. *item* 2, 90. PS. APVL. herb. 41 sanguinem. CAEL. AVR. acut. 1, 12, 103 *sanguinis* fluor abstineri difficile potest. 2, 5, 24 abstentas ... egestiones. 2, 37, 196. 3, 4, 26. 3, 20, 217 ventrem. 1, 15, 151 nunc abstineat vinum sudores, nunc faciat. chron. 1, 5, 159 spiritum abstentum. 5, 4, 66 digitorum impressione magis abstinetur sanguis. 2, 1, 13 urina abstinetur. 1, 4, 171 abstentis denique naturalibus officiis. PELAG. 63 sanguis. CASS. FEL. 48 p. 123 ptisana ... abstinet ventrem. 42 p. 100 ad vomitum abstinendum. *retinere aliquem (ab) aliqua re, ne ea utatur fruatur*: SALL. epist. Mithr. 12 quos ignavia ... armis abstinuit (*sc. ut non sumerent*). LIV. 8, 24, 18 Romano bello Fortuna eum abstinuit. 38, 23, 2 consul ... direptione praedaque [quibus] abstinet militem. 40, 14, 5 non temperassem vino in unum diem, non milites meos abstinuissem. VLP. dig. 10, 1, 8 praeses provinciae alieno eos abstinere et domino suum restitui ... iubet. *cum* ab: LIV. 2, 22, 4 accepta clades Latinos ... ne ab legatis quidem violandis abstinuit. 4, 59, 9 a cetera praeda Fabius militem abstinuit. 34, 55, 10 seque ipse suosque ab iis (*civitatibus*) abstineret. *de diaeta*: COLVM. 6, 7, 3 cibo abstinendus *bos.* 6, 9, 1. 6, 6, 1 uno die abstinendum est alio cibo *pecus.* 6, 30, 5 cibo. 6, 30, 7 hordeo. 7, 10, 5 potione et pabulo. 8, 5, 15 aqua ciboque. 8, 5, 23 quibus ... cibis abstinendae sunt aves. PLIN. nat. 28, 72 si vino ipsa (*mater recens a partu*) cibisque acrioribus abstineatur. 30, 58 abstineri autem frugibus ante et gallinam et hominem oporteat. SVLP. SEV. chron. 1, 48, 5 cibo potuque. PELAG. 185. *cum* ab: CELS. 3, 4 abstinendus a cibo aeger. 3, 18 a cibo potione somno. COLVM. 6, 26, 3 abstinendusque eo die ab humore *bos.* VEG. mul. 3, 6, 2 PELAG. 34. MAX. TAVR. sermo 25 abstinetur corpus ab epulis. ORIBAS. syn. 4, 1 abstenendi sunt. 4, 40

ab omnibus cibis. 6, 10. 6, 11 a lavacris. *transitive*: GREG. TVR. Mart. 2, 18 abstento imbre *i. vino.* *absolute*: CELS. 3, 4. 3, 12. SEN. epist. 75, 7 urendus secandus abstinendus sum. COLVM. 8, 5, 17 PLIN. nat. 29, 113. MART. 9, 85, 2 non se, convivas abstinet ille suos *avarus aeger.* PS. PROB. gramm. IV 88, 12 spes a genetivo casu numeri pluralis abstinetur. *ibid.* 13 *eadem sine* a. *absolute*: OPTATVS p. 180, 14 *Moysen* deus non contemnendo abstinuit, sed ut secum loqueretur iterum invitavit. *in iure*: AFRIC. dig. 16, 1, 19, 1 eum paterna hereditate abstinere. TRYPH. dig. 23, 2, 67, 6 pupillam abstinet bonis patris sui. PAPIN. dig. 26, 7, 39, 4 tutorem, qui pupillum hereditate patris abstinuit. SCAEV. dig. 36, 1, 81 abstinetur paterna hereditate, *et passim.* SCAEV. dig. 2, 14, 44 pupillus ut ab hereditate patris abstineretur. 26, 7, 59 *passim.* *absolute*: 12, 6, 61 *et passim.* *nota usum posteriorem*: COD. Iust. 6, 30, 22, 1 respuendam vel abstinendam esse ... hereditatem. *christiane i. q. excommunico*: CYPR. epist. 3, 3 ut eum (*diaconum*) vel deponas vel abstineas. *ibid.* hunc vel coercere poteris vel abstinere. 74, 8 sacerdotes ... abstinendos. 75, 24 dum putas omnes a te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti. 41, 2 ut abstentum se a nobis sciat. 59, 1 abstentum et ... reiectum a te illic esse. OPTATVS p. 178, 18 ALC. AVIT. epist. 16 p. 48, 19. *inde saepius* abstentus *i. excommunicatus*: CYPR. domin. orat. 18 abstenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur (AVG. c. Pelag. 4, 9, 25 *et* 26). *ibid.* abstentus separatus a Christi corpore. epist. 59, 9. 59, 10. 59, 11. 68, 2 abstentus et hostis ecclesiae.

reflexive: (*ab*) *re, i. rem non facere, non curare, re non uti frui*: PLAVT. Amph. 926 quando factis me impudicis abstini (-nes *codd.*), ab impudicis dictis avorti volo. Mil. 644 incommoditate abstinere me apud convivas ... memini. CIC. Phil. 2, 5 quod te abstinueris nefario scelere. 13, 17 flagitiis et sceleribus se (*om. Teg. Ital.*) abstinere. fin. 3, 38 nullo dedecore. div. 1, 102 litibus et iurgiis. ad Brut. 1, 17, 1 maledictis. QVINT. inst. 7, 2, 34 omni se ante actae vitae abstinere convicio. PLAVT. Cas. 101 urbanis rebus te apstines. LIV. 22, 25, 12 dictator contione se abstinuit in actione minime popularis. 24, 18, 10 censores ... se iam locationibus. 34, 3, 6 foro se et contione. CORP. XI 1421, 24 *mortuo C. Caesare* cunctos ... templisqu⟨e d⟩eorum ... balneisque publicis et ... co⟨nv⟩ictibus sese apstinere. VAL. MAX. 1, 7, 2 curia. *absolute*: LIV. 3, 11, 4 nec fere seniores rei intererant ... multum et consules se abstinebant. LIV. 8, 2, 7 ne Campani quidem ... his se armis abstinuere. VAL. MAX. 6, 4, 3 bello. 7, 2, 2 proelio. FEST. 249 ut homines abstineant se opere (*at* PAVL. 224 manus abstinerent ab opere). CORP. X 1401 (*a. 45 p. Chr.*) 1, 8 deberentque apstinere se omnes cruentissimo genere negotiationis (*at* 41 ut apstinerent se a tam foedo genere negotiation⟨is⟩). VLP. dig. 26, 7, 5, 2 tutor se gestu *tutelae* abstinuit. VENVL. dig. 38, 11, 6, 2 urbani magistratus ab omni sorde *repetundarum* se abstineant. VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 omni matrimonio. PLIN. nat. 8, 81 homine (*sc. induendo versipellis*). LIV. 21, 49, 11 portu se abstinuerunt. PLAVT. Curc. 37 dum ted abstineas nupta vidua virgine ... ama quid lubet. TER. Hec. 138 sese illa abstinere. 411. TVRP. com. 163. OV. ars 1, 327 Cressa Thyesteo si se abstinuisset amore. SEN. contr. 9, 2, 11 cuius (*meretricis*) osculo nemo se abstinuit nisi qui pepercit suo. PAVL. sent. 2, 21 a, 14 contubernio. CIC. epist. 7, 26, 2 me ostreis et murenis facile abstinebam. HIRT. 8, 44, 3 cibo. NEP. Att. 22, 3 PLIN. nat. 28, 53 cibo omni aut potu (se *om.* Paris). 28, 76. PLAC. med. 16, 5 vino. *absolute de cibo*: VARRO rust. 2, 9, 10 CELS. 3, 15. *in iure*: EDICT. Vlp. dig. 14, 5, 2 abstinuit se hereditate. IVLIAN. dig. 29, 2, 41 paterna hereditate. PAPIN. dig. 28, 3, 17 bonis se patris. VLP. dig. 29, 4, 1, 6 abstinuerint quidem se testamento, verum ab intestato petierint bonorum possessionem. *similia passim. opp.* agnoscere, *synon.* recedere a. MARCIAN. dig. 29, 2, 55 alterius parte abstinere se creditores debent. *cum* ab: CIC. Verr. 4, 4 ut ab eis se abstineant vitiis. fin. 2, 71 ab iniuria. ac. 2, 55 *a physicis.* HIER. epist. 118, 3 ab omni malo. VVLG. sap. 2, 16 a vitiis nostris. eccles. 3, 32 a peccatis. 28, 10 a lite. act. 15, 20 a contaminationibus. I Thess. 5, 22 ab omni specie mala. I Petr. 2, 11 a carnalibus. AVG. civ. 18, 14 a fabuloso deorum suorum dedecore. 20, 21. CORP. V 6286, 5 (*p. Chr. 487*) abstinens se ab omni maligna re. VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 ab incepto proposito. 5, 6 ext. 3 ab ea (*patria*) oppugnanda. 4, 3, 14 ab his perinde ac si a sacris aedibus. SEN. contr. 1, 2, 9 a sacerdote ... pirata (*antecedit* te inviolatam servaverunt). SEN. dial. 5, 8, 8 facilius est se a certamine abstinere quam abducere. PLIN. nat. 10, 155 a cantu *galli.* TAC. dial. 40 cum se plurimi disertorum ne a P. quidem Scipione *vexando* ... abstinerent. AVG. civ. 1, 6 a simulacrorum depraedatione. 1, 9 ab eorum reprehensione. 1, 17 a sua nece. PAVL. dig. 4, 4, 32 ab administratione.

LVCIL. 678 utrum anno an horno te abstinueris (abstuleris *codd.*) a viro. CAT. 61, 141 diceris male te a tuis ... glabris ... abstinere; sed abstine. TERT. pudic. 17 a fornicatione (VVLG. I Thess. 4, 3). HIER. epist. 48, 15 ab uxoris amplexu. 22, 19. 122, 4 ab opere nuptiarum. AVG. civ. 15, 20 ab opere generandi. VAL. MAX. 1, 4, 2 abstinuit se ab (*om.* Paris) eius tecti usu. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 6 ab eorum communione. VVLG. act. 21, 25 ab idolis. AVG. civ. 17, 20 a viis nostris. CASSIOD. hist. 4, 1 p. 957 ab eo ... concilio. PETRON. 90 toto die me ab hoc cibo abstinebo. SERMO Arianus (Migne 13, 641) 1 a cibos. HIER. epist. 22, 13 a cibis. *ibid.* a Christi sanguine. 148, 20

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

una pars se etiam a licitis abstinet, altera ad inlicita delapsa est. VVLG. act. 15, 29 ab immolatis. AVG. civ. 22, 22 a carnibus hominum. PLAC. med. 2, 18 ab omni acrimonia, a fungis, balneo. GAIVS inst. 2, 158 abstinere se ab heredi⟨tate⟩. 2, 224. 3, 67. SCAEV. dig. 18, 1, 52, 1 *et passim, absolute quoque. de re vide Leonhard, PW. I 124.*

de loco: SVLP. SEV. Mart. 11, 3 cum ... a loco illo se abstinuisset (*opp.* ad locum pergit). COMM. apol. 488 abstinet et sese a nobis et in altera vadit. CAPITOL. Gord. 11, 3 praefectus urbi ... a conventu se abstinuit. VVLG. III Esdr. 6, 27 ab eodem loco.

manum, manus abstineo: PLAVT. Poen. 282 deos quoque ... et amo et metuo, quibus tamen abstineo manus. Rud. 424 potin ut me abstineas manum? Trin. 290 quod manu non queunt tangere tantum fas habent quo manus abstineant (apt. *B*). Truc. 926 apstine hoc mulier manum. 944 istac. CATO agr. 5, 1 alieno manum abstineat, sua servet diligenter. HOMER. 84 armis abstineat dextram et congress⟨ib⟩us. AVIAN. fab. 30, 18 peccatis. *cum* ab: PLAVT. Amph. 340 a me ut abstineat manum. LVCIL. 786 manus abstinere ⟨te⟩ a muliere melius est. VARRO rust. 2, 5, 4 ab hoc (*a tauro italo*) antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset. CIC. Verr. 2, 93 manus a tutela, manus a pupillo, manus a sodalis filio abstinere non potuisti? 5, 71 a Capitolio. 5, 146 ab illo appellatore. 6, 4 ab alienis pecuniis. Vatin. 10 Phil. 12, 26. Tusc. 4, 79 a se. Att. 3, 7, 2 a me. LIV. 9, 5, 6 ab iis. SEN. contr. 1, 2, 18 a sacro corpore. 7, 2, 4 a mortuo. SEN. Phoen. 329 sanguine a caro. dial. 12, 13, 1 abstine ab hoc manus tuas, Fortuna. 12, 17, 1.

translate: SEN. contr. 10, 4, 18 multa ab illis (*Graecis*) pulcre dicta sunt, a quibus non abstinuerunt nostri manus. *absolute*: PLAVT. Amph. 903 potin ut abstineas manum. Cas. 229 abi atque abstine manum (-u *codd.*). Pseud. 981. TER. Ad. 781 non manum abstines? Haut. 565 CIC. Verr. 5, 48. TIB. 1, 3, 4 abstineas avidas mors modo nigra manus. LIV. 29, 18, 16. *nota*: CIC. Verr. 1, 36 abstineant ... manus animosque ab hoc scelere nefario. 5, 34 a Siculorum argento cupiditatem aut manus abstinere. de orat. 1, 194 nostra tueri, ab alienis mentes oculos manus abstinere. LIV. 39, 16, 1 a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent. TERT. spect. 13 aures et oculos ab idolothytis et necrothytis voluptatibus abstinemus. LAMPR. Comm. 11, 1 abstinuisse gustum ... irrisis. QVINT. decl. 333 p. 312, 18 ab hac (*asperitate verborum*) ego ... me ... abstinuisse animum confiteor. PLAVT. Persa 11 me erus meus manum apstinere hau quit tamen, quin mi imperet, quin me suis negotiis praefulciat.

II ***intransitive*:** GLOSS. *ἀπέχομαι.* **a** *cum abl. i. q. non facere, non uti*: PLAVT. Men. 768 haud abstinent ... culpa. Rud. 1108 abstine maledictis (CIC. Phil. 2, 6). CIC. rep. 1, 6 meo nomine *reprendendo.* off. 3, 72 proposita ... iniuria. SALL. Iug. 64, 5 neque facto ullo neque dicto. VERG. Aen. 7, 618 abstinuit tactu pater aversusque refugit foeda ministeria. OV. trist. 1, 9, 59 scis artibus illis auctoris mores abstinuisse sui. LIV. 2, 56, 7 insectatione abstinens consulum (SVET. gramm. 9). 5, 3, 8 in iis beneficio ac maleficio abstineri. 4, 44, 12 iocis (SVET. Vesp. 23). 40, 7, 3 iocosa dicta in adversarios, ita ut ne ipsis quidem ducibus abstineretur, iactabantur. SVET. Aug. 98 nullo genere ... hilaritatis. SEN. contr. 1, 2, 7 coram sacerdote obscen⟨s⟩. 7, 4, 6 verbis ... horridioribus. 8, 6, 13 scelere. SEN. dial. 9, 6, 2 quidam urbanitatem nesciunt continere nec periculosis apstinent salibus. epist. 14, 7 offensis. 83, 19 prohibitis. 95, 66 temperans est, qui illa facit, qui illis abstinet. TAC. (*qui nusquam* ab *ponit*) hist. 1, 90 contumeliis. 2, 30. 4, 68 convicio. 2, 44 non probris, non manibus. ann. 2, 46 neque iactantia neque probris. 4, 70 verbis ... profanis. 13, 49 inanibus. IVV. 14, 38 damnandis. 11, 172 verbis ..., mancipium quibus abstinet. PLIN. epist. 4, 14, 4 non modo lascivia rerum, sed ne verbis quidem nudis. 6, 27, 2 specie adulationis. 8, 22, 2 peccatis. 9, 26, 11 Aeschines ipse his, quae in Demosthene carpebat, *non* abstinuit. SVET. Vesp. 22 ne praetextatis quidem verbis. TERT. spect. 13 utraque idololatria. VICT. VIT. 3, 12 universis rebus praedictis et contractibus. CAES. Gall. 1, 22, 3 proelio (LIV. 8, 38, 5. 21, 5, 9. 44, 35, 23). LIV. 1, 14, 3 bello (10, 31, 14. 38, 32, 4. 45, 5, 11). 2, 45, 8 pugna (23, 44, 9. 40, 30, 5. 44, 36, 13). 2, 51, 4 acie. 4, 5, 3 certamine (33, 7, 5). 24, 40, 11 caede (28, 3, 14 OCTAVIA 474). 31, 21, 33 ut quiesceretis abstineretisque armis (42, 29, 3 CVRT. 7, 6, 11 TAC. hist. 4, 69 *cf.* HOR. ars 379). 3, 10, 7 seditionibus. SEN. Herc. f. 745 sanguine humano (epist. 114, 7 VAL. FL. 6, 23). benef. 7, 27, 1 non igni, non ferro abstinetur. CVRT. 3, 12, 19 caedibus amicorum (5, 13, 19. 8, 10, 10). SIL. 14, 265 Marte infido. TAC. hist. 1, 7 cogitatione rerum novarum. SVET. Iul. 24 belli occasione. LIV. 1, 15, 4 urbe *sc. oppugnanda.* 6, 22, 3 oppugnatione (7, 8, 5). 7, 31, 10 Capua urbe. 21, 10, 8 Tarento *et* Sagunto. 29, 23, 10 Africa. 32, 8, 16 si regno Attali abstineat belloque absistat (33, 34, 3. 34, 58, 2. 34, 58, 6. 36, 5, 6). 37, 21, 4 ea quidem urbe abstinuit depopulatus agros Peraeam inde. 37, 45, 14 Europa abstinete, Asia omni ... decedite. 38, 31, 32. 39, 36, 9. 42, 12, 8. LIV. 7, 37, 13 praeda (27, 16, 8). 29, 8, 9 sacrorum ... spoliatione. 37, 21, 7 quibus ante abstinuerant templis signisque ... cum hostiliter diripuissent. CVRT. 5, 6, 8. 9, 10, 12 iumenta caedere aggressi ne equis quidem abstinebant. 10, 1, 3 sacris *spoliandis.* TAC. hist. 2, 56 non sacro non profano. 3, 70 ne Capitolio quidem. ann. 1, 10. FRONTIN. strat. 1, 8, 2 agris eius abstinuit, ceteros populatus. ANTH. 410, 10 sacrilegae bustis abstinuere manus. AMM. 29, 4, 5 rapinis et incendiis. 19, 2, 2 furtis. LIV. 2, 54, 4 honoribus et administratione rei publicae (MARCELL. dig. 26, 7, 28, 1). 5, 43, 8 conciliis. 8, 15, 8 sacris. CELS. 3, 27 curis. CVRT. 8, 3, 6 tali consilio. COLVM. 11, 2, 6 operibus. 11, 2, 98 terrenis operibus. TAC. ann. 2, 43 petitione honorum (16, 17 MARCIAN. dig. 50, 4, 7, 1). 3, 3 publico (SVET. Claud. 36). 4, 2 ambitu. PLIN. epist. 1, 23, 2 causis agendis. 7, 21, 1 non stilo modo verum etiam lectionibus (FRONTO p. 161, 2 N.). 8, 21, 3 foro et negotiis. TRAIAN. Plin. epist. 10, 48, 1 inspectatione rationum suarum. PLIN. paneg. 63 comitiis. SVET. Iul. 14 curia. Aug. 65 congressu hominum. Tib. 51 negotiis. Cal. 5 exercitatione venandi et convictu. VLP. dig. 27, 9, 1, 3 abstinendum erit venditione. DICT. 2, 34 publico consilio.

HOR. ars 170 *senex* quaerit et inventis miser abstinet ac timet uti. LIV. 27, 19, 5 vocis usurpatione. 29, 25, 3 Caelius ut abstinet numero *indicando.* 29, 29, 11 regio ... nomine *adsumendo.* 39, 50, 9 omnibus humanis congestis honoribus *in Philopoemenem,* ut ne divinis quidem abstineretur. 40, 8, 15 ne Romanis quidem exemplis abstinui *proferendis.* CVRT. 6, 9, 3 nominibus *nominandis.* SVET. Tib. 6 nomine *portando.* 71 sermone Graeco. Claud. 12 praenomine imperatoris. PLIN. paneg. 58 expetito ... honore (SVET. Aug. 52). FRONTO p. 144, 14 N. quorum usu. SALL. orat. Macri 26 tergis abstinetur *i. non caedimini* (LIV. 3, 37, 8). SEN. dial. 4, 8, 3 morsu ... similium *ferae abstinent.* 4, 34, 1 ira. CVRT. 5, 4, 25 lacrimis. 9, 1, 31 latratu. TAC. ann. 2, 82 insignibus lugentium. 13, 42 neque questu aut exprobratione. COLVM. 5, 6, 22 ferro *in putatione.* 6, 3, 5 grano *in pascendo.* ENNOD. opusc. 6 p. 406, 19 abstinens manu pudorem aure et ore verbero. TAC. ann. 15, 15 visu fugientium legionum. TERT. orat. 23 qui sabbato abstinent genibus *i. genua non flectunt.*

non capere, non frui: CIC. div. 2, 119 faba Pythagorei utique abstinere. OV. fast. 1, 354 palmite debueras abstinuisse caper. LIV. 5, 47, 4 *anseribus* abstinebatur. 23, 19, 13 muribus aliove animali. SEN. clem. 1, 26, 4 abstinent suis *ferae.* epist. 108, 17 animalibus (108, 21 *et* 22). COLVM. 9, 14, 3 omnibus redolentibus esculentis. PLIN. nat. 26, 22 hortensiis. 26, 124 cetero olere. 32, 102 reliqua carne. STAT. Theb. 2, 520 damnatis avidum pecus abstinet herbis. TAC. hist. 5, 4 *Iudaei* sue. IVV. 14, 98 suillam *carnem,* qua pater abstinuit. 15, 11 lanatis animalibus (15, 173 TERT. anim. 31). SVET. Nero 20 pomis cibisque officientibus. Domit. 14 fungis. CAPITOL. Maximin. 4, 2 holeribus semper abstinuit, a frigidis prope semper. HOR. ars 414 abstinuit venere et vino. SEN. epist. 18, 3 voluptatibus. 68, 7 aut vino aut balineo. 70, 6 cibo (CVRT. 4, 10, 23 PLIN. nat. 20, 143 PLIN. epist. 1, 12, 9 SVET. Tib. 10 Dom. 30). 78, 11 abstinere cibo, sitire·esurire. CVRT. 10, 5, 24 cibo ... et luce. SEN. epist. 108, 16 unguento. TAC. ann. 1, 76 spectaculo. FRONTIN. strat. 4, 1, 26 convivio et balneo. SVET. Iul. 81 *equi* pabulo. Aug. 94 publicis balineis. Nero 51 neque vino neque consuetudine reliqua. FRONTO p. 74, 11 N. nec theatris ... necdum conviviis. TERT. ieiun. 2 cibis abstinere a deo conditis (15 *cf.* VVLG. I Tim. 4, 3). AMM. 27, 4, 14 conluvione ciborum. HIER. epist. 48, 2 voluptatis inlecebris, *passim. vulgariter acc.*: ORIBAS. syn. 6, 46 cibos ... et vinum. TIB. 1, 2, 57 tu tamen abstineas aliis *sc. amatoribus.* TAC. hist. 5, 5 alienarum concubitu. IVV. 6, 535 non abstinet uxor concubitu. SVET. Iul. 51 provincialibus matrimoniis. Cal. 36 non temere ulla inlustriore femina. CIC. Att. 9, 17, 4 pecuniis locupletum. LIV. 5, 50, 7 ut sacro auro abstineretur. SEN. dial. 11, 14, 3 *patrimoniis nostris* tamquam alienis. QVINT. decl. 261 p. 70, 16 suum quisque habeat et alieno abstineat. SVET. Tit. 7 nulli civium quicquam ademit, abstinuit alieno. ELEG. Maec. 1, 32 maior res magnis abstinuisse fuit. OV. epist. 16, 98 placitis abstinuisse bonis. PLIN. epist. 5, 13, 8 non modo pactione dono munere verum etiam xeniis semper abstinui (VLP. dig. 1, 16, 6, 3). *in iure*: GLOSS. II 238, 26 *ἀπολείπω κληρονομίαν* abstino. AFRIC. dig. 48, 10, 6, 3 legato. CAILL. dig. 48, 10, 5 eo quod relictum est. MARCELL. dig. 30, 123 fideicommisso. SCAEV. dig. 33, 2, 16 bonis. *idem* 42, 8, 24 hereditate paterna. *talia passim in* DIG. *de loco*: OV. rem. 626 finitimis abstinuisse locis. met. 10, 532 *Venus* abstinet et caelo; caelo praefertur Adonis. LIV. 35, 39, 6 portu. MARCIAN. dig. 1, 8, 4 dum tamen villis et aedificiis et monumentis abstineatur *sc. ne quis accedat ibique piscetur.* VLP. dig. 47, 18, 1, 2 abstinere ... provincia Africa, unde erat, et urbe et Italia. 48, 22, 7, 13 ut relegatus iste tribus provinciis praeter Italiam debeat abstinere. *nota sensum passivum*: PLAVT. Aul. 601 abstinebit censione bubula *i. non vapulabit.* AVG. civ. 14, 19 rationis tamquam frenis regentibus abstinere.

b *cum* ab: CIC. Sulla 80 qui a ceteris coniurationis causis abstinuimus. de orat. 3, 171 quae cum dixisset in Albucium inludens, ne a me quidem abstinuit. CAES. Gall. 7, 47, 5 ut sibi parcerent neu ... ne a (*om. codd. sec. classis*) mulieribus quidem atque infantibus abstinerent. OV. met. 10, 539 a fortibus abstinet apris, ... lupos ... vitat *Adonis venando.* LIV. 2, 16, 9 ne ab obsidibus quidem *trucidandis* ... ira belli abstinuit. 3, 36, 7 abstinebatur a patribus; in humiliores lubidinose crudeliterque consulebatur. 5, 21, 13 ut ab inermi abstineatur. 5, 25, 3 ab horum aetatibus ... et honoribus violandis. 21, 6, 4 ab Saguntinis. 23, 30, 10 ab defectione. 24, 26, 11. 32, 34, 5 a sociis. 39, 25, 10 a legatis ... violandis. 39, 36, 10 urbes a quibus abstinere iussi erant ... occupaverunt. LVCAN. 4, 242 a trepido vix abstinet ira

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ferae magistro. Liv. 40, 20, 6 ab omni mentione et contagione Romanorum. Cels. 3, 2 ab omni motu corporis. 3, 21 in hac frictione a ventre abstinendum est (4, 11). 3, 22 a negotiis (4, 5). 5, 28, 19 ab hoc (*ab insanabili*). 6, 6, 1 a sermone. Sen. dial. 3, 8, 7 a nocendo. Colvm. 5, 9, 5 a putatione. Tert. pudic. 12 a sacrificiis et a fornicationibus et sanguine. Vvlg. Tob. 1, 10 ab omni peccato. Hier. epist. 148, 6. Avg. civ. 14, 2 a voluptatibus carnis. 14, 10. Cic. part. 77 ea quae absunt non expetendo et ab iis quae in potestate sunt abstinendo. Tusc. 5, 94 ab iis *voluptatibus*. Cels. 1, 3 a cibo (4, 2. 5, 28, 1. 5, 28, 3. 6, 9. 6, 10. 6, 18, 2. 6, 18, 6 *passim*). 3, 2 a vino (3, 26. 4, 14. 6, 7, 8). 3, 22 a vino balneo venere. 4, 5 a sole balneo vino venere. 4, 5 a potione (4, 18). 4, 14 ab omnibus praeterquam aqua egelida. 3, 21 ab omnibus inflantibus. 4, 15 ab omnibus frigidis. 4, 17 ab omnibus salsis acribus acidis pomis. 5, 28, 15. Sen. dial. 6, 22, 6 a cena. Scrib. Larg. 105 ab aqua. 122 ab omni re. Pavl. sent. 1, 21, 14 qui luget, abstinere debet a conviviis ornamentis purpura et alba veste. Tert. ieiun. 4 a sanguine. 15. Vvlg. num. 6, 3 a vino et omni quod inebriare potest. Avg. civ. 4, 10 a veneris operibus. Dict. 1, 21 a corpore virginis. Hier. epist. 22, 19 a complexibus. 48, 15 ab uxoribus. 22, 11 a vino et esculentioribus cibis (100, 8). 112, 15. Gaivs inst. 1, 59 a quarundam nuptiis. Pavl. Fest. 222 a sordibus nesciant abstinere *pueri*.

c *aliae structurae*: *cum gen.*: Hor. carm. 3, 27, 69 abstineto ... irarum calidaeque rixae (*cf.* Prisc. gramm. II 374, 16). Apvl. apol. 10 abstinens nominum *indicandorum*. Sidon. carm. 23, 225 sollemnis ... abstinens lucelli. *cum* de: Vlp. dig. 5, 1, 10 desistere ... est de negotio abstinere. Oribas. syn. 9, 6 de pingui cibo. *posteriora apud Weinhold p. 526.* *cum* super: Ps. Avg. fratr. in erem. 64 super omnia turpiloquia abstinentes. *cum inf.*: Plavt. Curc. 180 dum mi abstineant invidere. Mil. 1309 si abstinuissem amare (amorem *codd. per iocum subintellegendum* a mare). Lvcan. 7, 151 non ... abstinuit venturos prodere casus. Sil. 12, 44 ire. Svet. Tib. 23 ita praefari non abstinuerit. Arnob. 2, 78 Prosp. carm. provid. 312 Cassiod. hist. 1, 14 Isid. orig. 19, 32, 4. *cum* quin *vel* quominus: Plavt. Bacch. 915 abstinere quin attingas non queas. Liv. 2, 45, 10 aegre abstinent quin castra oppugnent. Svet. Tib. 44 nequisse abstinere quin ... seductum constupraret. 72 nec abstinuit consuetudine quin ... singulos appellaret. Tac. ann. 13, 14 neque principis auribus abstinere, quominus testaretur. Svet. gramm. 3 ne clarissimi quidem viri abstinuerint quominus et ipsi aliquid de ea (*arte grammatica*) scriberent. *usus absolutus*: Plavt. Aul. 344. Men. 166 apstines? *i. non odoraris?* Afran. com. 129. Verg. Aen. 2, 534 Priamus ... non tamen abstinuit nec voci iraeque pepercit. Ov. ars 1, 380 fast. 4, 547. Liv. 40, 21, 4 utrum perseverandum sit in incepto an abstinendum. Fronto p. 206, 9 N. *Hadrianus* apstinendo uni ... Numae regi aequiperandus. Gaivs inst. 2, 160 abstinendi potestas *in hereditate* (2, 163). Vlp. dig. 29, 2, 71, 4 beneficium. Pap. dig. 29, 2, 87 consilium. Gaivs dig. 29, 2, 57 facultatem. Maec. dig. 28, 5, 87, 1 ius. Apvl. Socr. 179 Solis boves vidit sed abstinuit. *scil.* cibo: Gloss. ἀπέχεται, ἐγκρατεύεται. observat. Cels. 1, 3 alios ... cibum adsumpsisse, alios ... abstinuisse (*ter ibid.*). 1, 10 *bis*. 2, 12. 3, 7, 1. 3, 13 magnopere. 3, 15 *ter*. 3, 16 *et passim apud med.* 6, 7, 1 abstinere et continere se debet. Sen. epist. 77, 9 triduo. Avson. 439, 3. Maxim. eleg. 1, 160 esse libet saturum ... praestat ut abstineam. Filastr. 154, 1. Hier. epist. 148, 22 ieiunare aut abstinere. Sidon. epist. 7, 13, 3.

nota: Cato orat. 11 in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adulescentiam meam abstinui *i. abstinendo degi.* Comm. instr. 2, 20, 10 abstinere vides fratrem *i. inopia premi.* Cass. Fel. 1 p. 3 si venter abstinuerit (*cf.* 49 p. 129 si venter non fuerit).

synonyma: *ad I*: amoveo, (contineo), (defendo), retineo. me a.: non intersum, tempero. *in iure*: (cedo), (recedo). *ad II*: timeo uti, parco, vito. me contineo, ieiuno. *opposita*: *ad I*: adhibeo, facio, invito. *in iure*: me a.: agnosco. *ad II*: occupo, persevero. adsumo.

part. pro adi.: **abstinēns,** -tis. *Wölfflin, Archiv 6 (1889) 529.* abstenens Inscr. christ. Gall. 708. *comp.* abstinentior Lact. epit. 10, 3 Avson. 419, 66. *superl.* abstinentissimus Colvm. 11, 1, 13. 12, 4, 3 Plin. epist. 6, 8, 5. 8, 6, 7 Paneg. 10, 34 Hier. epist. 108, 17 Alc. Av. epist. 4 p. 29, 28 Ps. Qvint. decl. 5, 7 Corp. XIII 1680. XIV 1826 abstenentissimae. *innocens, cf.* abstinentia I: Cic. off. 2, 76 laudat Africanum Panaetius quod fuerit abstinens. Verr. 3, 28. Planc. 64 negotiatoribus comis ... sociis abstinens ... eram visus. ad Q. fr. 1, 1, 32 esse abstinentem, continere omnes cupiditates. epist. 13, 64, 2 adulescentis nobilis, ingeniosi, abstinentis. Att. 5, 21, 5. 5, 21, 6 certum hominem sed mirifice etiam abstinentem. Ascon. Scaur. p. 18 B. M. Scaurus ... ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. Qvint. inst. 1, 6, 29 *comparatur cum* frugi. 12, 2, 3 abstinens erit, qui id ipsum quid sit abstinentia ignoret? Plin. epist. 8, 6, 7 abstinentissimi fidelissimique custodis principalium opum. Tert. nat. 1, 5 cur ille ... fraudator, si abstinentes Christiani? Paneg. 10, 34 sub abstinentissimo imperatore. Corp. XIII 1680 integerrim(o) abstinentissimoque procur(atori). V 7375, 15. VIII 1165. Inscr. christ. Gall. 708 (*saec. VI*) quae fuit sibi abstenens, in paupere meseroque profusa. Cic. off. 1, 144 praetorem ... decet non solum manus sed etiam oculos abstinentes habere. Ps. Qvint. decl. 5, 7 abstinentissimae iuventutis. Gloss. II 470, 27 φειδωλός parcus, tenax, abstinens (*cf.* abstinentia *p. 191, 51 sqq.*). *c. gen.*: Hor. carm. 4, 9, 37 pecuniae. Plin. epist. 6, 8, 5 alieni abstinentissimus, sui diligens. Sen. benef. 4, 11, 1. Capitol. Pius 2, 1 largus, alieni abstinens. Cassiod. var. 6, 20, 2 proximus ... habetur donanti, de quo potest dici 'abstinens est iugiter alieni'. *c. abl.*: Tryph. dig. 3, 5, 38 integram et abstinentem omni lucro praestare fidem. Ps. Athan. exhort. monach. Migne 18, 75 D muneribus cunctis. *de venere*: Hor. carm. 3, 7, 18 Hippolyten dum fugit abstinens. Priap. 77, 13 nunc vitam perago ... ut clusus citharoedus abstinentem. Val. Max. 4, 3 ext. 3 abstinentis senectae Xenocraten fuisse. *ibid.* factum. Lact. epit. 10, 3 in una Thetide abstinentior fuit Iuppiter. Corp. XIV 1826 pudicissimae adque abstenentissimae puellae. *c. gen.*: Qvint. apud Lact. inst. 6, 23, 20 neque alieni matrimonii abstinens neque sui custos. *cum abl.* Colvm. 12, 4, 3 abstinentissimo rebus venereis.

de cibo, potui, sim.: Colvm. 11, 1, 13 somni et vini sit abstinentissimus. Petron. 115 cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. Capitol. Alb. 13, 1 saepe adpetens vini, frequenter abstinens (Gallic. Avid. 3, 4). Filastr. 154, 1 abstinendo voluntate contempserat omnem escam Helias. Heges. 5, 1, 3 luxuriosos cum abstinentibus. Avson. 419, 66 in cibis ... cuius sacerdotis abstinentior caerimonia? Amm. 23, 6, 68 *Seres*. *cum abl.*: Ps. Acro Hor. carm. 1, 18, 3 vino. *cum* ab: Greg. Tvr. hist. Franc. 5, 46 a cibis vel a concupiscentiis carnis. 9, 6 a cibis et potu. *passim*. *christiane*: Filastr. 72, 1 qui et Encratitae dicuntur id est abstinentes (Cassiod. hist. 6, 13). 84, 1. Ambrosiast. in epist. Rom. 14, 6 qui semper abstinens est, deo placere se putat. Vvlg. eccl. 37, 34 propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est, adiciet vitam. Hier. epist. 108, 17. Alc. Avit. epist. 4 p. 29, 28 quasi abstinentissimam vitam professus. Isid. in num. 12, 5 abstinentium continentiumque vita. *c. gen.*: Ambr. Iac. 2, 1, 3 peccati. *adv.* **abstinenter**. Gloss. ἐγκρατῶς. Cic. Sest. 37 homine ... in causa populari si non moderate, at certe populariter abstinenterque versato. Ascon. Scaur. p. 18 B. se gessisse *in praetura*. Sen. dial. 10, 18, 3 rationes administras tam abstinenter quam alienas. Ps. Cic. in Sall. 7, 19. *comp.* abstinentius: Avg. mor. Manich. 2, 13, 29 abstinentius vitam ducere.

synonyma: (innocens), integer, frugi, fidelis. pudicus, continens.

opposita: fraudator. profusus. (mollis, libidinosus). avidus, adpetens, luxuriosus.

abstirpat aberruncat Gloss. IV 302, 27.

abstlātāta navis piratica Gloss. IV 472, 37. *v.* stlata.

absto, -āre. Gloss. absto ἀφίσταμαι (*cf.* absisto). abstat distat. abstitit ἀπέστη (*v.* absisto); longe est vel longe stetit. abstans distans. *trans.* (?) Plavt. Trin. 263 mille modis, Amor, ignorandu's, procul abhibendu's atque abstandu's (abstandust *A*, aptinendus *P*). *intr.* Hor. ars 360 ut pictura poesis. erit quae, si propius stes, te capiat magis, et quaedam, si longius abstes. Cypr. Gall. gen. 1440 Iosepumque docet haut longe abstare parentem.

abstollo, -ere. Ps. Ambr. (Max. Tavr.? serm. 27) serm. 18, 3 abstollantur detestanda vitia. *recentiora v. Archiv 2 (1885) 110.* Itala cod. Sang. I Macc. 4, 58 abstulitum (Vvlg. aversum) est opprobium gentium. *v.* abstulo *et* aufero.

abstrāctio, -ōnis *f.* Dict. 1, 4 abstractio coniugis *i. raptus.* Cass. Fel. 36 ne abstractione violenti emeatus emorroidis sequatur. *t. t. philosophicus*: Boet. anal. post. 1, 14 (Migne 64, 730) quae ex abstractione dicuntur, est per inductionem nota facere. *Wölfflin, Archiv 6 (1889) 539.*

abstrāctōrius, -a, -um. Oribas. eup. 2, 1, 21 *s. voce* coprus: stercus bobum desiccativa virtute sunt, habent autem abstraturiam (*sic*) partem (extrahendi maximam partem *cod. Lips.*). *Vollmer.*

abstraho, -trāxī, -trāctum, -trahere. *v.* traho. Palaem. Char. gramm. I 231, 11 abs, abs te, abstraho. Mar. Victor. gramm. VI 21, 10 ea vero quae ψ sonant et non declinantur, ... per 'bs' scribite, ut abscedit ... abstrahit. *cf.* Max. Victor. gramm. VI 204, 7. Caes. Gall. 7, 42, 3 abstraunt (*A Q*). Lex Visig. Recc. 4, 5, 1 abstraere *et similia saepe in codd.* Liv. 26, 7, 7 apstractura *P*. Sen. dial. 9, 2, 11 apstrahendi. Lvcr. 3, 650 abstraxe. Greg. Tvr. vit. patr. 16, 3 abstrahit caeciditque. *neque tamen* abstraxit *ab eo alienum. cf.* hist. Franc. 8, 31. *nota ibidem coni. imperf.* abstraheris. Ov. epist. 15, 154 abstraherere. *ceteris auctoribus hoc verbum saepius usurpaverunt* Cic. Liv. Sen. *Wölfflin, Archiv 6 (1889) 539 sqq.*

I *in universum* ***avello*:** **A** Gloss. ἀποσύρω ἀφέλκω, abstraxit ἀφείλκυσεν, abstractum ἀποσπασθέν. sequestravit separavit. **1** *aliquid, aliquem:* Lvcr. 3, 649 nec tenet *mens* amissam laevam cum tegmine saepe inter equos abstraxe rotas falcesque rapaces. Polio Cic. epist. 10, 32, 3 *Fadius* ad populum confugerat ... *quaestor* Gallos equites immisit in populum — coniecti ... lapides sunt in eum, cum abriperetur Fadius — abstractum defodit in ludo. Amm. 16, 7, 5 abstractis geminis. Vvlg. II Macc. 7, 7 cute capitis ... cum capillis abstracta (τῆς κεφαλῆς δέρμα σὺν ταῖς θριξὶ περισύραντες). *ibid.* 4. Avian. fab. 5, 15 abstracto denudans corpora tergo. Hil. hist. frg. 3, 9 abstractis vestibus horrenda foeditate nudavit *virgines. cf.* Homer. 311 abstrahit auro fulgentem galeam *Paridis* secum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Menelaus. *ubi* aufero *et* avello *coniuncta sunt.* PLIN. nat. 9, 148 *spongeae* ubi avulsorem sensere, multo difficilius abstrahuntur. 37, 61 adamas dissidet cum magnete in tantum ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi (ISID. orig. 16, 13, 3). *cf.* SOL. 52, 57 rapere. GREG. TVR. vit. patr. 15, 3 abstracto ramo. LIV. 37, 35, 7 Asiae ... partem aliquam. SIL. 6, 194 *serpens* spiris ingentibus artae arboris abstraxit molem penitusque revulsam evertit fundo et radicibus eruit imis: *evulsit potius quam avulsit.* CAES. civ. 2, 23, 5 *navem* remulco abstraxit (*scil. a litore*). SERV. Verg. Aen. 6, 617 *Theseum* ita abstraxit *Hercules*, ut illic corporis eius relinqueret partem. PS. AVG. serm. 160, 1 ex eo ... quod mordemus partem abstrahimus partemque relinquimus (*ad* VVLG. Os. 13, 14). OV. epist. 6, 57 abstrahor, Hypsipyle, sed dent modo fata recursus, *ait Iaso in Argon conscendens.* PAVL. NOL. carm. 11, 46 toto licet abstrahar orbe vel aevo, numquam animo divisus agam. *nota de abrepto morte*: HIER. epist. 3, 3 Innocentium ... repentinus febrium ardor abstraxit. CYPR. epist. 55, 11 Trofimo ... fraternitatem quam nuper abstraxerat ... revocante. ARATOR 1, 579 (Migne 68, 142) ne fulcra beata deserat abstractus quisquis deformis ad illam (*mensam*) ... venit. *nota*: SIL. 12, 726 *Iuno Hannibalem* sic affata ... indocilem pacisque modique .... abstrahit (*scil. a bellis*). *cf. I 2 b δ.* *res rem*: VEG. mul. 2, 14, 6 quae res omnem spurcitiem umoris intus stantem abstrahit (obstantem *P*). *cf. I 3.* CHIRON 223. MACR. sat. 7, 13, 20 aquam dulcem ... secum sordium maculas abstrahere. *v.* ARISTOT. problem. 23, 8. 13. 39. 40.

2 ***unde*: a** *alicui*: AMM. 20, 4, 18 abstractum sibi torquem capiti Iuliani inposuit. *cf.* 31, 10, 21 torquem ... collo abstractam. 30, 7, 2 *Miloni* mala ... manu retinenti nulla virium fortitudo abstraxit. 14, 8, 10 provincias ... regnis Armeniorum abstractas. NOVELL. 30, 11 pr. speravit se abstrahere illius manibus (ἐξαρπάζειν). MARC. med. 29, 35 lepori vivo talum abstrahes. *familiae, amicis, sim.*: OV. met. 13, 658 invitas gremio genitoris. SEN. Med. 144 genetricem ... natis. OCTAVIA 853 nostris coniugem ..... toris. TAC. ann. 2, 5 Germanicum suetis legionibus. FRONTO p. 176, 4 N. aegre abstractum contubernio meo. OROS. hist. 7, 41, 9 quid damni est Christiano ... huic saeculo ... abstrahi? *officio*: LVCAN. 6, 80 maior cura duces miscendis abstrahit armis. COD. Theod. 12, 1, 167 (*a. 406*) ne quis ... muneribus se patriae, quibus natus est, abstrahat. COD. Iust. 12, 16, 4 ne ad diversa tracti viri devoti silentiarii iudicia sacris abstrahi videantur obsequiis (*cf.* 12, 17, 3 nulla negotii publici abstrahente sollicitudine *obsequiis*). *nota*: TAC. ann. 2, 26 per invidiam parto iam decori abstrahi. *loco*: SIL. 12, 494 *Hannibal* astu quaerit tot milia portis abstrahere artatis. NOVELL. 123, 27 monastriam ... monasterio abstrahi (ἀφέλκεσθαι). CHIRON 38 ⟨rieni⟩ enim se morbus abstrahit (morbos *codd., em. Lommatzsch*). *nota*: *dativusne accedat an ablativus saepe vix discerni potest.* **b** *cum* **ab:** *α* OV. epist. 14, 83 a patriis pedibus. ITALA cod. Corb. Esth. 8, 2 *anulum* abstraxerat rex ab Aman (VVLG. recipi iusserat, ἀφείλετο). AMM. 15, 5, 16 cultu purpureo a draconum et vexillorum insignibus abstracto. 31, 6, 7 abstractis ab ipso uberum suctu parvulis. HIER. epist. 108, 18[a] ablactati ... a lacte, ... abstracti ab ubere (HIER. in Ezech. 9, 20 *sqq.* Migne 25, 276 B). *cf.* VVLG. Is. 28, 9 avulsos ab uberibus, ἀπεσπασμένοι ἀπὸ μαστοῦ. *cf.* HIER. epist. 108, 29 Eustochium ... quasi ablactata super matrem suam, abstrahi a parente non poterat. AVG. civ. 10, 17 a iuvencis vitulos sugentes. ISID. alleg. 80 favum ab ore ... leonis. CIC. div. 1, 66 a corpore animus abstractus. rep. 6, 29 si *animus* ... quam maxime se a corpore abstrahit. GREG. M. moral. 19, 29, 52 perfectae animae a corporibus abstractae. *cf.* 18, 43, 68. CIC. Tusc. 4, 38 *animus* concitatus et abstractus ab integra certaque ratione. *β a loco*: PROP. 1, 19, 21 vereor ne te contempto, Cynthia, busto abstrahat a nostro pulvere iniquus Amor. LIV. 42, 56, 9 a castris (*cf.* 40, 31, 7 LEO M. epist. 4, 1). ISID. orig. 24, 26, 12 abstractam a penetralibus. 23, 8, 3 a ... latere. SEN. contr. 4 praef. 6 a sepulchris. ISID. orig. 12, 4, 4 draco ... ab speluncis abstractus. GREG. TVR. hist. Franc. 6, 16 ab oraturio puellam.

nota: PAVL. PETR. Mart. 5, 870 si corpore paulum a visu abstraheris praesens virtute videris. *γ ab aliquo*: TER. Hec. 298 em, nova res ortast porro ab hac (*muliere*) quae me abstrahat. SEN. contr. 10, 5, 1 senex ... abstractus a coniuge. contr. exc. 10, 5 a liberis. IREN. 1, 6, 3 mulieres ... a viris suis abstrahentes (γυναῖκας ἀπ' ἀνδρῶν ἀποσπάσαντες). HIL. in psalm. 118 beth 1 a familiaribus. GREG. M. epist. 14, 2 puellas ... abstrahi ab *Pomponiana*. PLANC. Cic. epist. 10, 18, 3 copias a Lepido. VVLG. act. 21, 1 abstracti ab eis, ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν. CASSIOD. hist. 4, 29 licet corpore ad tempus a vobis sit abstractus. IREN. 4, 33, 2 alienos homines ... ab eo qui fecit. VVLG. deut. 13, 10 voluit te abstrahere a domino deo tuo (ἀποστῆσαί σε ἀπὸ κυρίου). AMM. 14, 8, 3 a conmilitio. *nota antithetum*: AVG. c. Iul. op. imp. 4, 109 cur ergo ut dicis 'episcopum ... in consortium meum conor attrahere'; cum me ab eius consortio tu frustra coneris abstrahere? ISID. sent. 3, 17, 3 (Migne 83, 693 B) a consortio mundi. COD. Theod. 14, 3, 10 (*a. 365?*) ab *corporibus pistorum* incunctanter abstracti. *δ ab officio, mandato, consilio*: CIC. de orat. 1, 81 ne abstrahamur ab hac exercitatione et consuetudine dicendi populari et forensi. ac. 1, 2, 114 quae ... ea est disciplina, ad quam me deducas, si ab hac abstraxeris? Cato 15 a rebus gerendis senectus abstrahit. div. 1, 80 ut *Aesopum familiarem tuum* vis quaedam abstraxisse a sensu mentis videretur. Sull. 11 me ambitio et forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. Arch. 12 a nullius umquam me tempore ... otium meum abstraxerit. LIV. 28, 12, 8 a cultu agrorum. SEN. epist. 81, 28 abstrahunt a recto divitiae honores potentia. AMBROSIAST. Rom. 1, 11 ut ab illa *Iudaeos* traditione abstraheret. CASSIOD. in psalm. 17, 31 (Migne 70, 132 B) ut a bona conversatione nos abstrahat *diabolus*. GREG. TVR. vit. patr. 6 a dei cultu abstrahere non potuit ... splendor generis. CIC. Phil. 3, 31 ab ... impetu abstractus consilio et copiis Caesaris. NEP. Dat. 4, 3 a maiore re. LIV. 26, 12, 12 a Capua obsidenda (40, 16, 8 nulla vi ... ab obsidione).

nota: 26, 7, 7 profectionem suam ... abstracturam ad defendendam Romam ab oppugnanda Capua duces. 38, 27, 5 ab direptione. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 12, 387 a bellis. VAL. MAX. 4, 7, 5 ab incepto consilio. SEN. contr. 7, 1 (16), 2 ab omni foedere vitae communis. COD. Theod. 1, 1, 6, 3 ab iniuncto negotio. PANEG. 10, 4 p. 217, 3 B. si quid secus fieret, a spectandi cura prudentes oculos abstrahebas. DIONYS. EXIG. interpr. Greg. Nyss. creat. hom. 14 (Migne 67, 368 A) non enim ab hac .... operatione (*concoctionis*) potentia illa sensualis abstrahitur (οὔτε παντελῶς διασπᾶται ταύτης ἡ κατ' αἴσθησιν δύναμις). AMBROSIAST. Col. 2, 45 ut ratione mundanarum rerum abstrahant eos a spe quae est in Christo. IREN. 3, 16, 1 ubi quorundam fidem everterent et abstraherent eos a vita. **c** *cum* **de:** CIC. Font. 46 num etiam de matris hunc amplexu ... avellet atque abstrahet? OV. epist. 15, 154 de thalamis abstrahere meis. ITALA psalm. 21, 10 tu es qui abstraxisti me de ventre (VVLG. extraxisti, ἐσπάσας με ἐκ γαστρός). VVLG. iudic. 20, 32 ut abstraherent eos de civitate (ἐκκενώσωμεν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως), *quasi* '*elicerent*'. AVG. epist. 250, 2 si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur (GREG. TVR. hist. Franc. 4, 3 GREG. M. epist. 13, 45, Migne 77, 1301). ENNOD. dict. 1, 20 captivitas quae te ... de longae sinu quietis abstraheret. LEX Visig. Recc. 9, 3, 3 si quis de altaribus servum suum ... violenter abstraxerit.

nota: HIER. hom. Orig. in Ier. 12 (Migne 25, 682 B) prophetatum est de his qui a peccatoribus et venatoribus de profundo in montibus sunt abstracti. (Origen. in Ier. 16, 7 τὰ περὶ τῶν ἁλιευομένων καὶ ἁπολῃφομένων.) VEN. FORT. carm. 10, 7, 51 percusso homini abstraxit de carne venenum. GREG. M. dial. 4, 55 qui sibi de pedibus calceamenta abstraheret. **d** *cum* **ex:** CIC. Cael. 59 cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae (ENNOD. op. 10, 4 possessorem ex propriis abstractum sinibus). AMM. 28, 1, 49 apparitores indicatos e latebris abstraxerunt. DICT. 5, 12 Cassandram ... e sacro Minervae captivam abstrahit. LIV. 37, 27, 6 se e portu ratus abstracturum naves. *nota*: CASSIOD. hist. 9, 14 (Migne 69, 1132 C) ecclesiam velut ex ore leonis haereticis suffossam blasphemiis abstraximus. CIC. Sull. 9 nihil est quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me unum abstrahas. *cf.* 3 cur me a ceteris clarissimis viris ... secernas. AMM. 20, 4, 7 abstrahendos e Galliarum defensione pugnaces numeros. **e** *cum ablativo*: ENNOD. epist. 1, 3 piscis aqua abstractus. *cf.* GREG. TVR. glor. mart. 69 missoque unco abstraxerunt eam *mulierem aqua.* CAES. civ. 3, 78, 3 frumento ac commeatu abstractum. COD. Theod. 12, 1, 168 (*a. 409*) abstractus militia: *id est revocatus a militia.* COD. Iust. 1, 51, 14, 1 cum uni iudicio adfuerit altero abstrahi necesse est *quasi prohiberi arceri.* **f** inde, exinde: LIV. 31, 46, 4 inde (*ab urendis sacris profanisque*). IREN. 3, 21, 9 inde. AMM. 20, 4, 2 auxiliares milites exinde abstracturum. 26, 3, 3 confugit ad sacrarium, abstractusque exinde.

3 ***quo*:** LIV. 30, 10, 20 *naves* onerariae puppibus abstractae Carthaginem sunt. AVR. VICT. orig. 7, 2 boves ... in speluncam caudis abstraxisse *nota*: SALL. Iug. 41, 5 omnia in duas partis abstracta sunt, res publica, quae media fuerat, dilacerata. *nota reflexivum*: CHIRON 223 incipiet humor *hydropis fistula subiecta* se foris abstrahere. *cf.* VEG. mul. 2, 14, 6 *et I 1 sub fin.*

B ***tollo, demo*:** ARNOB. nat. 7, 28 quicquid autem caeli sustinetur e pastu si recursus abstuleris, quibus alternatio redditur abstrahiturque vitalis, oblidi eius necesse est animam. ARATOR 1, 911 abstrahe quod sunt (*sc. gentiles*) et tibi fac similes. GREG. TVR. hist. Franc. 9, 34 cumque illa inmisso brachio res de arca abstraheret.

furto: GREG. TVR. hist. Franc. 7, 22 res ... sub specie emptionis abstraxit. ISID. orig. 15, 3, 13 Hircanus princeps Iudaeorum reserato David sepulcro tria milia auri talenta inde abstraxit. *nota*: VAL. MAX. 2, 10, 7 cum *Cato* ... adversus publicanos dicendo in curia diem abstraheret (PARIS traheret, *edd. vett.* extraheret). *cf.* PLVT. Cato 31 ὅλην κατανάλωσε τὴν ἡμέραν. *v.* absumo. COD. Iust. 7, 2, 15, 7 (*a. 531—532*) licet res ab eo (*servo*) abstrahantur. BOET. herm. sec. 4, 10 (333, 2) ab omni potius id est determinatione voluisse nos abstrahere sapientiam (*dicentes*: *non omnis homo sapiens est*). MART. CAP. 2, 141 quae quidem omnia (*mortalia*) eidem (*Philologiae*) mater abstraxit. MAR. VICTOR. gramm. VI 156, 30 secundus trochaeus ab ultimo pari ratione positus capitique versus abstractus. *ibid.* 155, 28 ex tribus trochaeis unus abstractus. GELAS. tract. 3, 12 aliquid de iis quibus integer (*Christus*) constat conantur abstrahere. ENNOD. epist. 9, 32 domni Fausti filii tui abstractam de solacio mee partem maximam tu tenebis. *quasi denego*: ISID. sent. 3, 1, 5 (Migne 83, 653 C) neque iusto neque reprobo deus misericordiam et iustitiam abstrahit.

gravissimum quasi prohibeo aliquid fieri: LVCR. 3, 258 nunc ea quo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pacto inter sese mixta quibusque compta modis vigeant rationem reddere aventem abstrahit invitum patrii sermonis egestas. *huc videtur pertinere*: Cod. Iust. 3, 28, 36, 1 c (1) omnem dilationem, omnem moram ... esse abstrahendam.

C *excipio*: Cassiod. gramm. VII 181, 8 'Virbius' etiam abstractus a regula quoniam 'virum bis' factum esse memorant.

D *deduco*: Manil. 3, 605 *trigonum* ter vicenos geminat, tris abstrahit (abstrahet *al.*) annos. Iren. 1, 16, 2 incipiens ... quis ab *α* et perfiniens in *η* per numeros litterarum, abstrahens autem episemum et insuper coniungens incrementum litterarum inveniet tricenarium numerum (*ἀρξάμενος ... ἀπὸ τοῦ ἄλφα καὶ τελευτῶν εἰς τὸ η τῷ ἀριθμῷ τῶν στοιχείων, ὑπερεξαιρούμενος δὲ τὸ ἐπίσημον κτλ.*).

E *minuo*: Isid. orig. 16, 16, 6 ne ... aurum pro luto haberetur et omnium metallorum pretia abstraherentur.

F *retraho*: Iren. 4, 25, 2 cum ... abstraxisset manum suam, prior exivit frater eius Phares (Vvlg. gen. 38, 29 retrahente manum, *ἐπισυνήγαγε τὴν χεῖρα*). Dionys. Exig. invent. cap. Ioann. (Migne 67, 432 fin.) vix tandem quidem manum potuit abstrahere (*ex hydria*) *τὴν μὲν χεῖρα ἀπέσπασε*. Tac. ann. 12, 48 abscederet a finibus Armeniis filiumque abstraheret. *nota*: Mela 3, 50 *Britannia* obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam altero Germaniam spectans.

G *quasi* attraho: *significationes huius verbi et verbi* abstraho *qua sunt simillimae coeunt. cf. II 1 f ad* Vvlg. Iac. 1, 14. *cf.* abripio. Aetna 283 terra minutis rara foraminibus tenues in se abstrahat auras. Plin. nat. 9, 46 *pisces* elephantos ad potus venientes mordicus comprehensa manu eorum abstrahant. Itala psalm. 10 sec. Hebr. 9 rapere pauperem dum abstrahit illum (Vvlg. attrahit. *ἁρπάσαι πτωχὸν ἐν τῷ ἑλκύσαι αὐτόν*). Iren. 1, 13, 6 magnitudines semper videntes faciem patris ... abstrahunt sursum suas formas (*ἀνασπῶσιν ἄνω τὰς ... μορφάς*). Ambrosiast. Col. 2, 8 *et* 9 *traditio ista* nec ad Christum, sed a Christo abstrahit. Cassiod. hist. 11, 10 etiam Novatianorum abstraxit ecclesias. Greg. M. moral. 20, 14, 27 blandis ... sermonibus et quasi mollitie dulcedinis concupita abstrahere.

II ***vi abduco, abripio***: Gloss. abiectae vel abductae, eiectae. **1** ***aliquem, aliquid absolute***: Acc. trag. 382 vos istum ... ocius abstrahite. Sen. nat. 7, 12, 4 *sidera* idem cursus qui admoverat, abstrahit. **a** *victoriae praedam*: Tac. Agr. 15 eripi domos, abstrahi liberos, iniungi dilectus. ann. 15, 15 captiva ... mancipia aut iumenta adgnoscentes abstrahentesque (Greg. M. epist. 1, 39 a Mon. Germ. Epist. I 53). Capitol. Maximin. 12, 6 greges abduximus, captivos abstraximus. Isid. gen. 26, 3 *filiam* de domo patris abstrahit. *cf.* Vvlg. gen. 31, 26 ut clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio. Cassiod. hist. 4, 25 domos impudenter invadens viros ac mulieres honestissimas abstrahebat. Verg. Aen. 8, 263 boves (Cod. Theod. 8, 5, 1 *a. 315 bis*). Liv. 38, 40, 10 iumenta. Stat. Ach. 1, 154 armenta. Ov. met. 7, 412 nexis adamante catenis Cerberon abstraxit. Sen. Phaedra 844 cum revulsum Tartaro abstraheret canem. Fvlg. myth. 1, 22 Tricerberum canem (Mythogr. 1, 92. 2, 154). Ov. fast. 5, 649 victor abit secumque boves, Erytheida praedam, abstrahit. **b** *mulierem ad seducendum*: Plavt. Merc. 353 illam abstrahat, trans mare hinc venum asportet. Liv. 3, 44, 6 cunctantem *virginem* vi abstracturum. Coripp. Ioh. 2, 483 praedo superbus crinibus abstractam *coniugem* silvis rapiebat ab ipsis. Sidon. epist. 6, 4, 1 *feminam* Vargorum ... superventus abstraxerat. *cf.* Lex Visig. Recc. 4, 5, 1 sive per pedem vel per capillos ... vel quocumque inhonesto casu abstraere *patres* ... presumant *filii*. Dict. 1, 22. 2, 33. 2, 51. Dar. 11 *Cassandram* Priamus abstrahi et includi iussit. Gelas. frg. 40 (Thiel, epist. pontif. p. 504) hominem in sanctuariis constitutum ... reluctantem ... violenter. **c** *ad puniendum*: Cic. Tusc. carm. 2, 8, 10 huc adripe ad me manibus abstractam piis (*matrem*); *cf.* Soph. Trach. 1066 *δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν ἐς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν*. Cvrt. 8, 1, 41 Svet. Iul. 71. Flor. epit. 2, 7 (3, 19, 7) per fugitivarios abstrahi debuissent. Cod. Theod. 9, 45, 4, 3 (*a. 431*) armatis ... intromissis trahendos se abstrahendosque esse cognoscant. 9, 45, 5 (*a. 432*) abstrahendi abripiendique eum domino concedatur. 11, 7, 5 (*a. 345*) *debitorem* avellendum abstrahendumque. Cassiod. hist. 7, 37 Greg. Tvr. vit. patr. 16, 3 servum abstrahit caeciditque. glor. conf. 61 violatorem sepulchri iubet abstrahi et legalis poenae sententia condemnari. Dionys. Exig. can. eccl. 56 (Migne 67, 200 A) ne quis *confugientes ad ecclesiam* audeat abstrahere (Lex Visig. Recc. 6, 5, 16). **d** *ad mortem, interitum*: Ov. met. 3, 696. Rvt. rhet. 1, 13 expugnata vi domo familiam abstraxit. abstractam tormentis omnibus excruciavit. Iren. 1, 13, 2 exterminavit multos et abstraxit post se (*ἐξηπάτησε πολλοὺς καὶ ἀπαγήοχεν ὀπίσω*). Oros. hist. 3, 12, 20 abstractos ... fratres ... neci dedit. Marc. Com. 99, 2 dormientem ... abstractum ... iugulavit. Greg. Tvr. vit. Mart. 1, 2 cum in puteum inpulsu demonis iactarentur abstracti. **e** *passive: affectibus animi abripi*: Sen. epist. 88, 19 adfectibus effrenatissimis abstrahi. Avg. c. Iul. op. imp. 3, 178 *concupiscentia carnis* victus abstrahitur. Val. Max. 5, 9, 1 impetu irae abstractus. *nota*: Sen. dial. 9, 2, 11 grata ... *animo* excitandi se apstrahendique materia est. **f** *perdo, seduco, praecipue part. perf. pass. in perniciem abductus*: Sen. dial. 2, 2, 2 *Cato* cadentem rempublicam ... tenuit, donec abstractus comitem se diu sustentatae ruinae dedit. Tac. ann. 4, 13 claritudine infausti generis et paternis

adversis ... abstractus. Sen. dial. 6, 24, 5 *animae* cum hac gravi carne certamen est, ne abstrahatur et sidat. Iren. 1 praef. 3 ut non iam abstrahantur homines ab illorum suadela (*εἰς τὸ μηκέτι παρασύρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς ἐκείνων πιθανολογίας*). *cf.* 1, 31, 3. 2, 14, 8 *gentiles philosophi* nisi sunt abstrahere quosdam attrahentes per ea quae assueti sunt in eum qui est de omnibus sermonem. Vvlg. Iac. 1, 14 a concupiscentia sua abstractus et electus (*v. l.* illectus) *ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος* (Hier. adv. Iov. 2, 3 Avg. c. Iul. op. imp. 1, 106 *al. nota ibid.* 1, 57 attractus et illectus. *cf. sub IG.* persev. 12 Gelas. tract. 5, 3). Ambr. sacr. 2, 7, 23 ne te diabolus possit abstrahere. Avg. c. Iul. op. imp. 1, 83 ne homo ... a peccato abstrahatur voluntate captiva. c. Iul. 6, 90 abstrahendo et illiciendo mentem (*cf.* Vvlg. Iac. 1, 14). Oros. hist. 7, 33, 3 milites dei. Isid. alleg. 174 animam diaboli laqueis abstractam et perditam.

2 ***unde***: *cum* ab: Caes. Gall. 3, 2, 5 suos ab se liberos abstractos obsidum nomine. Cod. Iust. 7, 24, 1, 1 *servum* abstrahere a tali muliere (11, 48, 22). 9, 20, 7 vel servos vel liberos ab urbe abstrahere atque alienare. *cum* de: Cod. Theod. 2, 30, 1 (*a. 315*) servos aratores aut boves aratorios pignoris causa de possessionibus abstrahunt (Cod. Iust. 8, 16 (17), 7) *cf.* 3, 1, 5. *cum* e, ex: Cic. Tusc. carm. 2, 8, 10 e Tartarea tenebrica abstractum plaga tricipitem ... canem. Liv. 38, 49, 8 ne quod iumentum ex tanto agmine abstraheretur. 39, 49, 12 *Philopoemenem* ex oculis hominum abstraxerunt. *cum abl.*: Val. Max. 5, 8, 5 medio itinere abstractum supplicio mortis adfecit. Cod. Theod. 9, 45, 5 (*a. 432*) armatus ... exinde protinus abstrahatur.

3 ***unde quo***: Ter. Ad. 842 istam psaltriam una illuc mecum hinc abstraham. Cic. de orat. 3, 145 te ... aestus ingenii tui procul a terra abripuit atque in altum a conspectu paene omnium (hominum *Kayser*) abstraxit. Clavdian. Mam. p. 130, 7 a corporeis ad incorporea ... abstrahat (*Varro*) animum et in corpora hoc est in adversa sibi dilapsum sui compotem faciat. Sall. Iug. 29, 2 magnitudine pecuniae a bono honestoque in pravom abstractus est. *cf.* Avr. Vict. Caes. 4, 5 *et II 1 e*.

4 ***quo***: **a** *cum* ad: Cvrt. 3, 2, 17 abstrahi ... ad capitale supplicium. Tert. anim. 56 ad inferos *anima*. 35 abstrahat te ad suum iudicem (Vvlg. Matth. 5, 25 tradat te ... iudici, *παραδῷ*). Sed. op. pasch. 4, 19 Iren. 5, 24, 3 diabolus ... hoc tantum potest ... seducere et abstrahere mentem hominis ad transgredienda praecepta dei. *v. II 1 f. cf.* Iren. 2, 14, 8 *piscatores* captiva ducunt per vim abstrahentes quocumque ipsi voluerint. Lact. de ira. 19, 3 abstrahuntur plurimi ad suavitatem *voluptatum*. Cic. Brut. 239 nisi eum ... gloriae cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. *v. II 1 e*. Ps. Hier. epist. 18, 3 (Migne 30, 185 C) ad speciosas quasque formas oculus ... invitus abstrahitur. Macr. sat. 3, 14, 12 quae res ad hanc artis suae fiduciam Roscium abstraxit. *nota*: Avg. in psalm. 41, 7 abstrahit se ad se. *cf.* Gloss. IV 4, 37 abstraxit se revocavit se. **b** *cum* in: Plavt. Men. 66 abstraxitque hominem in maximam malam crucem. Avr. Vict. Caes. 4, 5 *Claudius* Messalinae ... delinimentis ... in pravum abstractus. *cf.* Sall. Iug. 29, 2. Caes. Gall. 7, 14, 10 in servitutem (7, 42, 3). Liv. 38, 43, 4 in servitium. Ov. met. 1, 665 diversa in pascua natam abstrahit. 5, 93 in partes ... abstrahor ... Phineu. Sen. nat. 4, 1, 1 in diversum cogitationes tuas abstraham. *nota*: Vvlg. prov. 7, 25 ne abstrahatur in viis illius mens tua (*μὴ ἐκκλινάτω εἰς τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἡ καρδία σου*). Liv. 29, 6, 4 Locrenses circumventi Regiumque abstracti fuerant. Avr. Vict. orig. 22, 3 Albam abstractum *scil. esse Remum*.

2 *absolute:* **a** *divitiae, opulentia:* CIC. Catil. 2, 10 eadem tamen illa quae erat in abundantia, libido permanet. nat. deor. 2, 130 magnae . . . opportunitates ad cultum hominum atque abundantiam aliae aliis in locis reperiuntur. VITR. 6 pr. 5 potius tenuitatem cum bona fama quam abundantiam cum infamia sequendam probavi. TAC. hist. 2, 94 tanquam in summa abundantia pecuniae inludere. PLIN. paneg. 31 in suis navibus vel abundantia nostra vel fames esset. APVL. Plat. 2, 4 eandem malitiam de diversis abundantia inopiaque constare. ITALA cod. Cantabr. Luc. 21, 4. CYPR. eleem. 17 nec de abundantia portio sed de modico totum datur. PANEG. 11, 14 usque ad opulentiam abundantiamque urbem refercit. VVLG. deut. 33, 23 Nephthali abundantia perfruetur et plenus erit. prov. 1, 31. psalm. 121, 7 fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. 14, 23. 21, 5 cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger semper in egestate est. Sir. 18, 25 memento paupertatis in tempore abundantiae. HIER. epist. 130, 4 inter . . . exquisitas epulas quas amplae domus praebebat abundantia. 120, 1. 79, 4 aliorum inopiae suam abundantiam communicabat. 100, 15 divitiarum cupidinem . . . nec ulla satiat abundantia. PAVL. NOL. epist. 25 a quibus . . . istic abundantia infructuosa fuerit, his in inferno poenarum dives inopia rependatur. 32, 21 si nostra istic abundantia ad illorum indigentiam commodaverit. AVG. civ. 7, 12. ad fratr. in eremo 40 abundantes et in suis abundantiis deum non cognoscentes. OROS. hist. 1, 5, 8 ex abundantia luxuria. SALV. gub. 1, 2, 6. SIDON. epist. 1, 2, 6 videas ibi elegantiam Graecam, abundantiam Gallicanam, celeritatem Italam. INSCR. christ. Rossi II p. 294 parcus in abundantia locuplex (*sic*) egentibus vixit. **b** *de frugum ubertate:* PLIN. epist. 4, 6, 1 in regione Transpadana summa abundantia, sed par vilitas nuntiatur. 6, 4, 2. ARNOB. nat. 1, 15 fuerunt nonnulla in necessitatibus tempora et relaxata sunt abundantiis rursus. AMBR. off. 3, 6, 39 Ioseph frumenta in abundantia collegit, in caritate vendidit. HIER. hom. Orig. in Ezech. 4 cur fames, cur fertilitas, cur abundantia, cur egestas terrae accidant? hebr. quaest. in gen. 41, 29 septem anni venient abundantiae magnae in omni terra. COD. Iust. 12, 37 (38), 7 propter anni abundantiam. *cf.* EDICT. Diocl. 1, 22 ut qui detrimentum sui existiment caeli ipsius temperamentis abundantiam rebus provenire. COLVM. 3, 2, 31 feracitatem *vitis* potius sequemur quae non eadem portione vincitur pretio qua vincit abundantia. PALLAD. 3, 10, 4 si agro subpetit abundantia his utatur . . . . 3, 25, 16 ut sucus . . . generosis *pomis* abundantiam ministret. **c** *varia:* SVET. Claud. 40 descripsit abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim et ipse petere. GLOSS. ex abundantia *ἐκ περιουσίας, ἐκ περισσοῦ.* TERT. adv. Iud. 14 discite ex abundantia. adv. Prax. 23. GREG. TVR. vit. patr. 3 ne deficiat de hoc vasculo vinum, donec cunctis ministretur in abundantiam. *passim.* AMBR. Isaac 4, 25 qui vidit nullam abundantiam esse sub sole, sed, si quis abundare velit, in Christo abundet. VVLG. Iob 5, 26 ingredieris in abundantia (בְּגִלָּח) sepulcrum (LXX *ἐλεύσῃ δὲ ἐν τάφῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος*). psalm. 29, 7 ego dixi in abundantia mea: non movebor in aeternum. AVG. civ. 20, 3 cum sit abundantia sapientiae super insipientiam sicut abundantia . . . lucis super tenebras. BOET. arithm. 1, 19 numerus perfectus nec crassatur abundantia nec eget inopia. SIDON. epist. 5, 10, 3 tua tam clara, tam spectabilis dictio est ut . . . abundantia Delphidii.

III *de copia nimia* (*cf.* abundo *p. 233, 52*): SEN. contr. 9, 2, 26 illi qui tument, illi qui abundantia laborant, plus habent furoris. SEN. nat. 6, 32, 3 humoris in nobis corrupti. COLVM. 4, 33, 3 aut siccitatibus nux inarescit aut aquarum abundantia putrescit. SVET. Claud. 44 . . . per clystera, ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestionis subveniretur. PLIN. nat. 2, 29 illa *sidera* nimio alimento tracti umoris . . . abundantiam reddunt, cum decidere creduntur. 2, 82 idque (*fulmen ex sideribus*) maxime turbato fit aere, quia collectus umor abundantiam stimulat. FLOR. 1, 47, 10 bella servilia unde nobis nisi ex abundantia familiarum? COD. Theod. 7, 4, 20 (*anno 393*) si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit. PE-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LAGON. 11 causa morbi ex abundantia fellis ... evenit. GREG. TVR. Mart. 4, 2 credo mihi haec ex abundantia sanguinis evenisse. *profusio*: TAC. ann. 4, 62 ut qui non abundantia pecuniae nec municipali ambitione, sed in sordidam mercedem id negotium quaesivisset. Agr. 6 ludos medio rationis atque abundantiae duxit, uti longe a luxuria ita famae proprior. *in sermone technico gramm. et rhet. πλεονασμός de litteris syllabis vocabulis*: DIOM. gramm. I 494, 24 exceptis pauculis versibus qui hypermetri dicuntur, quorum abundantiam excipiunt hi versus qui secuntur .... PRISC. gramm. III 194, 9 nostri quoque ... hac utuntur abundantia praepositionis. 170, 11 discretionis ... causa vel abundantiae solet cum genetivo possessoris addi nominativus possessivi, ut 'suus est Homeri mos'. 374, 9 inveniuntur et nostri abundantia utentes ut 'loquere dicens' et 'stude properans'.

de genere dicendi: CIC. opt. gen. 8 eos quorum vitiosa abundantia est, qualis Asia multos tulit. QVINT. inst. 12, 1, 20 se ipse multa ex illa iuvenili abundantia coercuisse testatur. PRISC. gramm. III 374, 9 FORTVN. rhet. p. 99, 29.

ad II: **Abundantia** *dea ex nummis tantum nota, cf. Aust, PW. I 125.* INSCR. numm. Cohen IV² p. 323, 1 (*Heliogabali*) Abundantia Aug. p. 489, 1 (*Mammaeae*) Abundantia temporum. VI² p. 91, 1 (*Tetrici patris*) Abundantia Aug. et Caes. *loci nomen*: VVLG. gen. 26, 32 servi Isaac annuntiantes ei de puteo quem foderant atque dicentes: invenimus aquam; unde appellavit eum Abundantiam (שִׂבְעָה); et nomen urbi impositum est Bersabee usque in praesentem diem. *cf.* Abundans terra.

synonyma: *ad I*: diluvium (SIDON. epist. 9, 14, 5). *ad II*: copia, fertilitas, satietas, saturitas. *opposita*: *ad I*: correptio. *ad II*: caritas, egestas, exiguitas, indigentia, inopia, modicum, necessitas, paucitas, paupertas, penuria, tenuitas, vilitas.

abundātio, -ōnis *f.* PLIN. nat. 3, 121 ex Philistinae fossae abundatione. FLOR. 2, 13, 26 abundatione verni fluminis. GLOSS. II 409, 26 ⟨ab⟩undatio *πλεονασμός*.

abunde (ē *an* e *non liquet et dissentiunt grammatici*) *adv.* [*a verbo* abundare *ductum esse videtur. Th.*] GLOSS. *ἀποχρώντως, περισσῶς, πολυτελῶς, πεπληρωμένως, δαψιλῶς, ἄφθονον τὸ πολύ, αὐτάρκως, ἱκανῶς*, satis. PRISC. gramm. III 75, 7 affatim *ἀφάτως* id est abunde. PS. SERG. gramm. IV 559, 10 haec sunt adverbia quantitatis 'quantum fecisti?': multum, parum, satis abundeque. DOSITH. gramm. VII 409, 22 adverbia quantitatis ... abunde *δαψιλῶς, πλημμυρόντως*. 412, 28 sunt alia *adverbia* in 'e' vel 'ter' sine prototypo velut ... abunde *πολυτελῶς*. PRISC. gramm. III 71, 5 dicitur etiam 'abunde' ab 'abundo' et 'abundanter' ab 'abundans'. CHAR. (*i.* Romanus) gramm. I 213, 21: 'propere' produci debet ut 'abunde, honeste'. quod an possit esse rationis vix specto, quoniam 'nec abunde' ut 'nec propere' putant quidam dici debere. PRISC. gramm. III 67, 20 in e correptam sunt ... vel *adverbia* derivata ... 'abundo' 'abunde'. ARVS. gramm. VII 449, 8 abunde est huius rei: Verg. Aen. VII 'terrorum et fraudis abunde est'. *rarissime legitur apud poetas.* [*raetor.* avunda *M.-L.*] *cf. Hand, Tursellinus I 171. Stöcklein, Archiv 7 (1892) 244.*

I *cum verbis*: **1** *praeter* esse: SIS. hist. 101 profuse atque abunde semper usi magnum pondus auri argentique. CIC. Cato 48 quibus (*rebus*) senectus etiamsi non abunde potitur, non omnino caret. OV. met. 15, 759 humano generi, superi, favistis abunde. trist. 1, 7, 31 laudatus abunde. LIV. 35, 44, 5 eorum quoque se ... spem abunde expleturum. SEN. contr. 2, 7, 5 abunde te in argumentum pudicitiae profecturam putas, si .... VELL. 2, 103, 4. 2, 116, 3 in hoc quoque genere abunde agnosci vis eius potest. VAL. MAX. 2, 7, 5. 4, 3, 6 sine usu familiae abunde comitatus. 5, 1 ext. 2 his tamen factis abunde se posteritati commendasset. CELS. 2, 12, 1 abunde purgat. 5, 17, 2. 7, 12, 4. 7, 22 membrana ... filo conprehensa illas (*venas*) abunde tenet. 8, 4 abundeque exitus datur intus laedentibus. SEN. nat. 5, 1, 3 ille abunde sibi caverit. epist. 88, 16 satis abundeque provisum est. CVRT. 5, 2, 21 quae tui moris esse cognovi, ... abunde servata sunt. PLIN. nat. 10, 100 ut contra feram abunde vallentur *receptaculo perdices* (AMM. 20, 6, 1). 31, 129 abunde subinde umectandae *spongeae*. 37, 3. VLP. dig. 11, 6, 1, 1 visum est abunde coerceri mensorem. GELL. 1, 10, 2 ut quod vis abunde consequaris. 5, 10, 7 in studio facundiae abunde promovisset. APVL. apol. 92 virgo ... abunde dotata est. PS. QVINT. decl. 1, 15 *vestigia* quibus te satis abundeque pressimus. 5, 16 non possunt humani metus ... satis abundeque concipere quae vidi. ITIN. Alex. 42 carne altis abunde vel lacte. ITIN. Theod. 20 abunde domnus baptizatus est. AMM. 14, 6, 10 se abunde possidere *culta*. 14, 10, 5 cibo abunde perlato. 14, 11, 15 abunde per stationes locati confines. 19, 2, 2 missis abunde qui vastarent. 20, 3, 10 abunde nitens *luna*. 22, 9, 5 abunde praestitis plurimis. 23, 6, 83 gentes quas abunde perdomuit. 24, 1, 14. 25, 7, 2 diffusum abunde militem per provincias. 29, 1, 1. VVLG. I Tim. 6, 17 qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 56. SIDON. epist. 5, 17, 6 lusimus abunde. CARM. epigr. 1186, 1 ille ego Demetrius vero libratus abunde. SYMM. epist. 8, 24 uni alveo abunde influunt duplicata principia. AMM. 17, 13, 15 abunde cruore diffuso. 22, 15, 13 abunde luxurians *Nilus*. VVLG. Tit. 3, 6 *spiritum* quem effudit in nos abunde per Iesum Christum. CIC. div. 2, 3 erit abunde satis factum toti huic quaestioni. epist. 10, 23, 6 omnibus rebus abunde rei p. satis faciam. VITR. 1, 1, 16 satis abunde videtur fecisse, qui.... SALL. Iug. 86, 1 strenuis abunde dictum puto. COLVM. arb. 15 PLIN. nat. 18, 34. 23, 78 *passim*. VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 abunde monitum. SEN. Thy. 101 actum est abunde. epist. 102, 20 cavillatoribus istis abunde responderimus (HIER. de virgin. 9). COLVM. 4, 33, 6 haec ... non inutiliter et abunde disserui. arb. 1, 1 de cultu agrorum abunde primo libro praecepisse videmur. PLIN. nat. 9, 141 abunde tractata est ratio (17, 200). 7, 141 abunde uno casu refutante (*sc. falsam opinionem*). 17, 58 abunde praedicta ratione caeli et terrae. 18, 44 execratio Catonis abunde indicata est. APVL. apol. 65 omnem suspicionem criminis abunde confutatam. 90 hoc uno se abunde defendisse. *ibid.* me ... abunde purgavi. VELL. 1, 16, 1 quis abunde mirari potest, quod .... 2, 17, 1 vir qui neque ad finem victoriae satis laudari neque post victoriam abunde vituperari potest. SEN. benef. 4, 1, 3 per se expetendum esse honestum saepe et abunde probatum est. MACR. sat. 1, 10, 23 abunde iam probasse nos aestimo. INST. 3, 23, 1 satis abundeque hoc dubitatur. PLIN. nat. 17, 112 abunde arbitrantur.... VAL. MAX. 3, 2, 21 abunde tamen duobus factis ... cognoscetur. 3, 4, 4 abunde testatur servili cognomine. 3, 5, 2. 4, 4, 1 abunde patet quid vivus possederit. 8, 1 amb. 1 abunde constabat.... PLIN. nat. 29, 9 aestimari vel uno argumento abunde potest. 35, 126 abunde intelligitur amplitudo. HOR. epist. 1, 4, 10 cui gratia, fama, valetudo contingat abunde. GALLICAN. Avid. 5, 8 adsint legionibus abunde commeatus. CASSIOD. var. 12, 26, 3 quoniam in Histria vinum abunde natum esse comperimus. SALL. Iug. 102, 7 quia parentis abunde habemus, amicorum neque nobis neque cuiquam omnium satis fuit. PLIN. nat. 16, 250. AMM. 14, 6, 10 quae se abunde iactitant possidere. LIV. 4, 22, 3 frumentum non necessitati modo satis sed copiae quoque abunde ... sufficiebat. 29, 31, 9. SEN. dial. 10, 11, 2 quantulacumque *vita* abunde sufficit. CVRT. 3, 6, 19. COLVM. 2, 2, 7. 2, 10, 25 iugerum tribus equis abunde sufficit. QVINT. inst. 10, 3, 27 PLIN. epist. 1, 24, 4. OPT. PORF. epist. 1 cui satis abundeque suffecerat carmen. CHALC. transl. 48. COD. Theod. 10, 1, 13 duos menses satis abundeque sufficere censemus. CASSIOD. var. 12, 6 quamvis abunde sufficiant quae.... in psalm. 43, 11 expositio superior et hic abunde sufficiat. PLIN. epist. 4, 12, 5 quamvis ... abunde sufficiat illi quod est ... probatus. SALV. gub. 3, 3. PLIN. paneg. 88, 2 abunde sufficere his credis, si.... SCAEV. dig. 31, 89, 1 abunde patrimonium reliquit (*Mommsen*: ⟨auctum⟩ abunde).

2 *coniunctum cum* esse: CIC. Att. 16, 1, 5. SALL. Iug. 63, 2 ad quem (*consulatum*) capiundum ... alia omnia abunde erant. orat. Macri 26 abunde libertatem (*sc. esse*) rati, quia .... TAC. hist. 2, 95 ipse abunde ratus, si praesentibus frueretur. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3. 9, 14, 5 abunde sint haec ⟨de⟩ domesticis. SEN. Thy. 279 bene est, abunde est. Phoen. 289 haec una *causa* abunde est, ut.... Herc. O. 859 quidquid ad mortem trahit telum est abunde. COLVM. 5, 5, 2 scrobis ... tripedaneus abunde est. AVR. VICT. Caes. 1, 5 doctorum qui abunde erant, ... percultor. SALL. Cat. 21, 1 homines quibus mala abunde omnia erant. 58, 9 omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde. 85, 26. PHAEDR. app. 30, 6 quasi non abunde sit mihi in prato cibus. COLVM. 2, 10, 20 iugero modii tres abunde sunt. 5, 9, 16 arbori ... urna abunde erit. 8, 17, 3. 12, 46, 1 nobis abunde sunt ea quae. AVR. VICT. Caes. 4, 9 abunde ei pecuniam fore. SEN. epist. 95, 6 ad beatam vitam praecepta abunde sunt. VAL. MAX. 4, 3, 14 abunde erit ex his duo exempla ... retulisse. 5, 3 ext. 3. 6, 8, 7 cumque abunde foret iram remittere. CELS. 1, 3 abunde est ... demittere se inguinibus tenus in aquam calidam. 5, 25, 2. 7, 14 abunde est iubere spiritum continere. 8, 9, 1 SEN. benef. 7, 25, 2. epist. 40, 6 abunde est semel audisse. COLVM. 4, 19, 1 de positione iugi ... hoc dixisse abunde est. 4, 30, 5. 5, 1, 2 ita nobis abunde est, tam diffusae materiae ... maximam partem tradidisse. 5, 12, 5. 6, 24, 3 unum marem quindecim vaccis sufficere abunde est. PLIN. epist. 5, 8, 7. SEN. contr. 10, 5, 15 satis abundeque est, si opifex rerum imperitus ad legem innocens est. PLIN. epist. 4, 30, 11 mihi abunde est, si satis expressi quod efficitur. 7, 2, 3 interim abunde est, si epistulae non sunt molestae. paneg. 44.

II *cum adiectivis*: SALL. Iug. 1, 3 *animus* abunde pollens potensque et clarus est. 14, 18 abunde magna praesidia. OV. Pont. 4, 8, 37 sed qui, quam potuit, dat maxima, gratus abunde est. LIV. 8, 29, 4 erat genus omne abunde bello Samnitibus par. VAL. MAX. 4, 1, 10 ita abunde felix. SEN. dial. 11, 10, 11 nullum tam inops exilium est quod non alendo homini abunde fertile sit. SEN. clem. 1, 13, 4 felix abunde sibi visus. CVRT. 6, 7, 13 abunde constantis animi. PLIN. nat. praef. 15 nobis ... voluisse abunde pulchrum atque magnificum est. QVINT. inst. 10, 1, 25 accidit his ... ut ... se abunde similes putent, si .... 10, 1, 104 elatum abunde spiritum. 11, 1, 35 Pompeius abunde disertus. 12, 11, 13 abunde multos ad discendum annos habent. GELL. 4, 1, 4 abunde multa docuisti. 11, 15, 8 ut 'laetabundus' is dicatur qui abunde laetus sit *cf. p. 227, 41.* SOL. 5, 16 fluminum miracula abunde varia sunt. SYMM. epist. 1, 56 abunde seduli. CASSIOD. in psalm. 101 praef. abunde ditissimus. COD. Iust. 7, 7, 2, 3 sat abundeque imperiale est .... *cum adverbiis*: HOR. sat. 1, 2, 59 an tibi abunde personam satis est ... evitare? QVINT. inst. 12, 11, 19 iam nobis longa aetas et abunde satis ad discendum spatii. PALLAD. 11, 14, 18 QVINT. inst. 12, 9, 7 abunde dixit bene, quisquis rei satis fecit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III *cum genetivo*: VERG. Aen. 7, 552 terrorum et fraudis abunde est. PLIN. nat. 25, 25 satis operae fuerit abundeque praestatum. QVINT. inst. 10, 1, 94 eruditio in eo mira ... atque inde acerbitas et abunde salis. SVET. Iul. 86 se iam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum. FRONTO p. 261, 27 N. satis abundeque honorum est quos mihi ... tribuis. GELL. 7, 8, 4 quibus abunde et ingenii et verborum est.

synonyma: bene, profuse, saepe, satis. *Lehnert.*

abundō, -āvī, -ātum, -āre. [*cps. ex* ab *et* undare. *Th.*] GLOSS. *πλεονάζω, εὐπορῶ, περισσεύω, τρυφῶ; πλημμυρεῖ*, crescit, pollet. *Stöcklein, Archiv 7 (1892) 220.* GRAMM. suppl. 300, 26 abiit, abundat, abundanter sine 'h' *quae scriptura in codicibus non raro invenitur. deest apud poetas potissimum* (CAT., PROP., LVCAN., PERS., VAL. FL., MART.; VERG. *bis*, HOR. *semel* sat., MANIL. *semel*), *devitat* TAC. (*semel* dial.). [*it.* abbondare, *prov.* aondar. *M.-L.*]

I ***superfluere, afluere***: A *proprie*: NON. 41 abundare, supra modum ali, adcrescere ... tractum ab amnibus qui quotiens augentur e crebris imbribus maioribus undis eriguntur. PLAVT. Truc. 569 meretricem ego item esse reor mare ut est: quod des devorat ⟨nec dat⟩is umquam abundat. Stich. 279 ripisque superat mi atque abundat pectus laetitia meum. **1** *de aqua*: VARRO rust. 3, 5, 2 ex eis *canalibus* caduca quae abundat per fistulam exire (FRONTIN. aq. 94 quae ex lacu abundavit, eam nos caducam vocamus). LIV. 5, 15, 11 quando aqua Albana abundasset. VITR. 8, 3, 3 *aqua* ... crescens abundat. 8, 6, 1 uti cum *aqua* abundaverit ab extremis, in medium receptaculum redundet. *de flumine*: LVCR. 6, 267 flumina abundare ut facerent *nubes* camposque natare (5, 261 umore novo mare flumina fontes semper abundare). VERG. georg. 1, 115 si ... amnis abundans exit. Aen. 11, 547 summis Amasenus abundans spumabat ripis. LIV. 30, 38, 10 abundavit Tiberis (VLP. dig. 39, 2, 9). SEN. nat. 3, 28, 2 nubes et amnes abundare. 4, 1, 1 quid ita Nilus aestivis mensibus abundet (TIB. 1, 7, 22 qualis ... fertilis aestiva Nilus abundet aqua). PLIN. nat. 5, 55. SIL. 13, 759 nullo non tempore abundans umbrarum huc agitur torrens. STAT. Ach. 1, 102 lateque deae Sperchius abundat obvius. *de fonte et umore*: SEN. nat. 4, 2, 27 aestate flumina crescerent omnia, putei aestate abundarent. PLIN. nat. 18, 188 in omnem partem fons abundat (AMM. 22, 13, 4 fontes antehac aquarum copiosis pulsibus abundantes. 29, 6, 17). LVCR. 5, 265 fit ut nil umor abundet. VERG. georg. 3, 484 rursus abundabat fluvidus liquor. SEN. nat. 3, 14, 1 si abundat humor ad flumina profundenda. PLIN. nat. 19, 138 si abundavere *umor fimumque*, laetior fertilitas. COLVM. arb. 8, 3 ut ex his potius plagis humor defluat quam ex insitione ipsa abundet. SCRIB. LARG. 47 cum per utrasque nares sanguis abundavit. PLIN. nat. 13, 57 multo lacte abundante. CELS. 2, 7 p. 39 D. si sanguis aut calor abundat. 2, 10 p. 52 D. tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat (FRONTO p. 133, 14 N. sanguinem, ubi abundet, detrahendum). 3, 21 p. 109 D. si per talia auxilia venter non siccatur, sed humor nihilo minus abundat. PLIN. nat. 15, 53 quoniam tanta vis suci abundat. *cf.* AVREL. Fronto p. 67, 25 N. mihi sic ut mustum in dolio in pectore tuum desiderium scatere et abundare et spumas facere. VVLG. Sir. 21, 16 scientia ... tanquam inundatio abundabit. 24, 43 ecce factus est mihi trames abundans (*διῶρυξ εἰς ποταμόν*). **2** *de igni*: LVCR. 6, 669 unde repente queat ignis abundare Aetnaeus. VITR. 2, 6, 2 non minus etiam memorantur antiquitus crevisse ardores et abundavisse sub Vesuvio monte et inde evomuisse circa agros flammam. *cf.* SEN. nat. 2, 30, 1 Aetna ... multo igne abundavit. SCHOL. Pers. 6, 1. **3** *accedit*: *unde?* LVCR. 4, 91 omnis odor fumus vapor atque aliae res consimiles ideo diffusae ⟨e⟩ rebus abundant. 4, 145 semper enim summum quidquid de rebus abundat quod iaculentur. 5, 920 quae de terris nunc quoque abundant herbarum genera ac fruges. VVLG. Sir. 24, 39 a mari enim abundavit cogitatio eius.

B *de copia cuiuslibet rei*: **1** LIV. 2, 41, 9 velut abundarent omnia. 5, 34, 5 quod eius ex populis abundabat. VITR. 2, 8, 2 cum autem superarit et abundarit copia calcis et harenae (PLIN. nat. 15, 82. SVET. Iul. 10. AMM. 14, 4, 6 lactis abundans copia. 20, 11, 4. AVG. civ. 19, 7). 1, 4, 7 quod abundant umidae partes. PHAEDR. 3 epil. 6 quamvis materiae tanta abundet copia. 4 epil. 2 supersunt multa ... et copiosa abundat rerum varietas. COLVM. 7, 1, 1 paleis vero quae paene omnibus regionibus abundant. 9, 8, 14 quibus *locis* abundant apes. SEN. dial. 4, 19, 1 prout alicuius elementi maior vis abundavit. TEST. porcelli p. 241, 10 B. ubi abundant cymae. PLIN. nat. 9, 52 conchylia desunt, cum ostreae abundent. 10, 37 cum abundent etiam quae gula humana populatur. 11, 92 opibus abundantibus. 14, 4 quare abundabant et praemia et opera vitae. 15, 25 at in Aegypto ubi abundat *cici arbor*. 16, 137 cum teporis arbores abundent ibi. 17, 53 abundante geniali copia pecudum. 17, 228 si necessariis temporibus imbres aut tepores vel adflatus defuere aut contra abundavere. 22, 21 mulierum mensibus sive subsidant sive abundent (22, 147). 37, 41 in ea re quae cotidie invehatur atque abundet. QVINT. inst. 5, 7, 23 si deficietur pars diversa, paucitatem, si abundabit, conspirationem ... oportebit incessere. decl. 345 p. 362 cum alioqui abundaret *patrimonium*. FRONTIN. strat. 3 praef. ut abundare videantur quae deerunt. SVET. Aug. 2 avus ... abundante patrimonio tranquillissime senuit. VLP. dig. 7, 8, 12 si abundent *poma* in fundo. CYPR. hab. virg. 11 abundant pecudum greges in agris tuis. AMM. 21, 12, 24 hoc administrante alimentaria res abundavit. 22, 15, 15 crocodilus per eos tractus abundat. 31, 14, 3 cuius rei licet abundent exempla (AVSON. 419, 75 abundant in te ... bonitatis et virtutis exempla). VVLG. III Esdr. 8, 22 amphoras ... et alia quaecunque abundant sine taxatione. Sir. 23, 3 ne ... multiplicentur delicta mea et peccata mea abundent (*πλεονάσωσι*). act. 16, 5 ecclesiae abundabant (*ἐπερίσσευον*) numero quotidie. EXPOS. tot. mundi geogr. p. 114, 8 *in Aegypto* aruspices et adoratores et divini obtimi habundant. p. 111, 4 *in Palaestina invenies* palmulam ... et psittatium et omne genus pomorum habundantem. *passim ibidem.* AVG. civ. 2, 20 p. 78 D. abundent publica scorta. 5, 12 p. 214 D. undique tales iam morum labes superabant atque abundabant. retract. 2, 43, 1 mala ista exoriri atque abundare. SORAN. 95 ut lac abundet nutricis. SVLP. SEV. chron. 1, 2, 7 cum iam humanum genus abundaret. 1, 13, 2. 2, 29, 1 abundante iam Christianorum multitudine. 1, 11, 8 abundantibus frumentis. COD. Theod. 6, 4, 9 (*a. 356*) hoc numero large abundare substantiam virtutis honorandae. PROSP. in psalm. 147, 19 quia abundarent etiam circa iustos causae ultionum. **2** SEN. dial. 12, 18, 6 si id unum ex dolore, quod et superest et abundat, exciderit. 6, 33, 3 *amicitia* quae non aliubi magis deest quam ubi creditur abundare. CAEL. AVR. acut. 2, 166 utrum ... abundent solutiones. *accedit*: *cui?* VAL. MAX. 6, 4 praef. quod magis desiderio satisfaciat quam satietati abundet. LACT. Phoen. 124 tantus avi decor est, tantus abundat honor. VEG. mul. 1 praef. 2 licet ... Pelagonio non defuerit et Columellae abundaverit dicendi facultas. AVG. civ. 17, 20 p. 250 D. vitia ... huic aetati adsolent abundare. AMM. 24, 3, 6. 27, 5, 6 *manus* quam sibi crediderit abundare. 20, 11, 5 cui *militi* ut abundare stipendium possit. SCHOL. Iuv. 10, 30 lacrimae Heraclito. PALLAD. 1, 21 octo pedes ad spatium standi singulis boum paribus abundant. VVLG. Marc. 12, 44 ex eo quod abundabat illis, miserunt. ALC. AVIT. hom. 24 quae mihi gratulor sufficere, vobis arbitror abundare. CASSIOD. var. 2, 14. *in sermone ecclesiastico*: VVLG. Matth. 5, 20 nisi abundaverit iustitia vestra plus (*ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ... πλεῖον τῶν γ.*) quam scribarum (prov. 15, 5 in abundanti [*πλεοναζούσῃ*] iustitia virtus maxima est). *cf.* TERT. idol. 2 quomodo abundabit iustitia nostra super scribas ... nisi abundantiam ... iniustitiae perspexerimus (LVCIF. Athan. 2, 4 AVG. civ. 20, 9. 21, 27. LEO M. serm. 92, 2). FILASTR. 82, 7 in Christo ... eius clementia ... abundat. LVCIF. Athan. 2, 22 per abundantem iniquitatem tuam recessisse ab apostolica fide. VVLG. Matth. 24, 12 quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas (AVG. civ. 14, 9. 19, 8. 20, 8). Rom. 3, 7 si enim veritas dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius (AVG. civ. 14, 4). 5, 15 gratia dei et donum ... in plures abundavit. 5, 20 lex subintravit ut abundaret (*πλεονάσῃ*) delictum, ubi autem abundavit delictum superabundavit gratia (6, 1. II Cor. 4, 15 ut gratia abundans ... abundet [*πλεονάσασα ... περισσεύσῃ*] in gloriam dei. 9, 8). II Cor. 1, 5 sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio. 3, 9 multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria. 8, 2 paupertas ... abundavit in divitias simplicitatis. 9, 12 ministerium huius officii non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones. Phil. 1, 9 ut caritas vestra magis ac magis abundet (I Thess. 3, 12. II Thess. 1, 3). 1, 26.

PAVL. NOL. epist. 32, 21 gloria. AVG. civ. 10, 25 terrenas promissiones cum eas impiis abundare perspiceret. *ibid.* cuncta illa ... quae abundare apud impios cum vidisset .... *de veste*: APVL. met. 7, 8 veste muliebri ... in sinus flaccidos abundante. *de numero excedente*: CENS. 20, 4 ut dies unus abundaret *anni lunaris*. SOL. 1, 39 solis meatum non ante 365um diem abundante insuper quadrantis particula zodiacum conficere cursum. MACR. sat. 1, 13, 12 intercalares octo afluebant dies ... quibus numerum apud Romanos super Graecum abundasse iam diximus. *de litteris*: SVET. Aug. 87 nec ab extrema parte versuum abundantis litteras in alterum transfert. *term. techn. grammaticorum de verbis syllabis litteris superfluis i. q. πλεονάζει, παρέλκει*: PRISC. gramm. III 109, 15 abundat litera ... abundat etiam syllaba ... nec non etiam dictio (APOLLON. 4, 22 *ter πλεονάζει*). PORPH. Hor. epod. 1, 5 bis posuit particulam 'si', sed semel abundat, *et saepius.* PS. ASCON. p. 190 B. abundare enim videtur 'non'. DON. Ad. 887 'atqui' abundat per *παρέλκον*. Andr. 579 *παρέλκεται* 'adeo' ... et abundat. Hec. 83 'me' ... adiectio est et abundat. *passim.* PRISC. gramm. III 155, 11 cui licet et deficere et abundare. 341, 8. 359, 10. *et passim*. MAR. VICTOR. gramm. VI 61, 14 hypercatalecticum contra, cum metrum in postrema parte una syllaba abundat. *ibid.* 62, 2 cum ad integram coniugationem una abundat syllaba. *al.* PRISC. gramm. III 35, 11 abundant syllabice *praepositiones*. VLP. dig. 28, 5, 1, 3 nam et 'mihi' et 'Titius' abundat. *cf.* 50, 17, 94. *in declinatione pro sollemnibus* crescere, accrescere: PRISC. gramm. II 230, 10 genetivum una syllaba abundantem ut 'aer, aeris'. 296, 23. 352, 21. 295, 24. DIOM. gramm. I 364, 17 abundat syllabă, cum maior pars ita cadet, quasi sospito, sospitavi. PRISC. II 459, 4 abundat praeteritum unā syllabā (*at* 12 crescit). 465, 10. 468, 9. *vide* adiectio, supervacuus, vaco. *de usu et ratione abundantiae v.* parelcon, pleonasmus.

II ***aliquid abunde habere***: *ponitur cum ablativo* (ASPER gramm. suppl. 60, 27 abundo bonitate et bonitatibus, non bonitatem et bonitates, *sed cf. p. 235, 32*); *cum genetivo apud* LVCIL. 272 ISID. orig. 19, 17, 7. MANIL. 2, 600. *cf.* abundans.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A *de hominibus*: *in possessione*: TER. Haut. 527 at quasi is non ditiis abundet. ACC. trag. 685 neque tam abundans fortunis (QVINT. inst. 6, 1, 50 fortuna). LVCIL. 272 quarum et abundemus rerum et quarum indigeamus. RHET. Her. 4, 60 si quis ... muneribus et naturae commodis omnibus abundabit. CIC. parad. 6 cum viderem rebus his circumfluentis ea tamen desiderare maxime quibus abundarent. Tusc. 5, 44. rep. 2, 26 posse *cives* colendis agris abundare commodis omnibus. off. 2, 13. 3, 25 vivere ... abundantem omnibus copiis (SEN. clem. 1, 19, 8 copia bonorum omnium. PLIN. nat. 26, 18. FLOR. 2, 13, 39). nat. 2, 95. Font. 43 eorum hominum copia populum Romanum abundare. Sull. 7. Marc. 8 gentes ... omni copiarum genere abundantes (*cf.* CAES. civ. 1, 49, 1. 3, 47, 3 NEP. Eum. 5, 2. AVG. civ. 1, 30 p. 47 D. cupitis habere pacem et omni genere copiarum abundare). Verr. 4, 9 istum rebus omnibus undique ereptis impune eludentem circumfluere atque abundare. 5, 62 ea quibus abundabat, plurima vasa. parad. 13. ad Brut. 1, 2, 1 copiis abundat. epist. 7, 10, 2 qui sagis non abundares. CAES. Gall. 7, 14, 3 equitatu ipsi abundent (7, 64, 2 BELL. Afr. 5. *cf.* LIV. 30, 11, 3 viris equisque. FLOR. 2, 13, 47). civ. 3, 49, 6 commeatus omni genere (*cf.* FRONTIN. strat. 3, 15, 1). 1, 52, 3 ut nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur, illi omnibus abundarent rebus. VERG. georg. 4, 139 apibus. OV. epist. 15, 354 *Asia* viris dives, dives abundat equis. Ib. 180 *Tantalus* semper eget, liquidis semper abundat aquis. LIV. 4, 18, 4 Veiens multitudine abundans (21, 8, 3. 24, 48, 7. CVRT. 4, 16, 2). 35, 3, 5 militum numero. 25, 40, 1 signa tabulasque quibus abundabant Syracusae. 35, 48, 7 abundasse auro semper regna Asiae (SVET. Iul. 54). PAVL. FEST. 3 gloriosum putabant esse, qui farris copia abundaret. VAL. MAX. 2, 2, 5 opum quibus ad invidiam diu abundaveras. 5, 6, 8 pecunia. 7, 2. ext. 12 non erit ille divitiis et honoribus abundans (9, 14, 5 AMM. 29, 5, 28 AVG. civ. 10, 18 p. 431 D.). 9, 14, 3 Scipio cum plurimis et clarissimis familiae suae cognominibus abundaret. SEN. dial. 2, 18, 1 vitia quibus abundabat (SVLP. SEV. chron. 1, 48, 1). benef. 1, 12, 3 quanto acceptius est si id damus quod quis non habet quam cuius copia abundat? epist. 66, 22 pone ex alia parte virum bonum divitiis abundantem, ex altera nihil habentem, sed in se omnia. CVRT. 4, 2, 12 opifices quorum copia urbs abundabat. COLVM. 10, 308 mercibus ut vernis dives Vortumnus abundat. QVINT. inst. 5, 10, 26 in divite ac paupere, propinquis amicis clientibus abundante et his omnibus destituto. 11, 1, 21 abundans opibus. decl. 276 p. 129 omnibus quibuscunque antea abundaverunt destituta. PLIN. epist. 7, 22, 2 facultatibus. FLOR. 1, 41, 5 *urbes* diutina praeda abundantes. TERT. pudic. 9 abundantes pane caelesti. VOPISC. Aur. 13, 2 abundamus per te praeda, abundamus gloria. AMM. 23, 6, 84 margaritis quibus abundant *Persae*. 21, 12, 15 vastantes agros omnibus congruentibus abundabant. VVLG. deut. 28, 11 omnibus bonis (II Esdr. 9, 25 deliciis). iud. 1, 19 falcatis curribus. Luc. 15, 17 abundant panibus. HIER. epist. 5, 2 multis sacrae bibliothecae codicibus abundamus. 58, 2 possessionum reditibus abundare. PAVL. NOL. carm. 1 praef. patri familias maritimis deliciis abundanti. AVG. civ. 10, 16 p. 426 D. quibuslibet aliis bonis praeditum atque abundantem. 10, 25 p. 440 D. ea ... quibus *impios* cum abundare cernerem. 18, 35 p. 309 D. 22, 29 p. 626 D. quanto amplius tunc omnes munere isto abundabunt. *de morbosa abundantia* SCRIB. LARG. 104 qui ... saliva abundant. CAEL. AVR. acut. 1, 100 sanguine (CASS. FEL. 6 p. 13).

***translate*:** CIC. Tusc. 2, 26 abundare otio. parad. 12 domesticis exemplis abundamus (div. 2, 48 non pugno; abundas enim similibus. QVINT. inst. 12, 4, 1 exemplorum copia). off. 1, 1 abundare praeceptis institutisque philosophiae. 1, 78 vir abundans bellicis laudibus. epist. 10, 10, 2 omnibus amplissimis honoribus abundabis. Tusc. 5, 58 abundaret ... et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum. Planc. 87 numquam quo ceteri saepe abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset. de orat. 2, 93 breves sententiisque magis quam verbis abundantes (Brut. 234 nec abundans verbis. Tusc. 2, 35. Att. 12, 52, 3 verba tantum adfero quibus abundo. SEN. epist. 100, 12. AMM. 23, 6, 80 inanibus verbis). 1, 22 Graecos homines non solum ingenio et doctrina sed etiam otio studioque abundantis (3, 59 cum ipsi doctrina et ingeniis abundarent. 3, 122 homines ... abundantes otio nobis occupatis involaverunt. epist. 4, 8, 1 non ita abundo ingenio, ut te consoler cum ipse me non possim). 1, 85 homo promptus atque omni abundans doctrina. 2, 151 orationis ... copia ... ut abundant philosophi (*cf.* STAT. silv. 1, 4, 35 fandique opibus sublimis abundas). Att. 3, 15, 4 me quo tu abundabas egere consilio (epist. 10, 16, 2 quamquam consilio non eges vel abundas potius). fin. 2, 63 voluptate. CVLEX 92 requie ... abundet. SEN. contr. 7, 1, 27 Cestium Latinorum inopia ... laborasse, sensibus abundasse. PLIN. nat. 11, 154 *palpebras* defluere venere abundantibus tradunt. QVINT. inst. 10, 5, 3 rerum copia Graeci auctores abundant (11, 2, 1). 2, 7, 4 copia verborum optimorum et compositione. PLIN. epist. 1, 17, 4 virtutibus (7, 8, 3 CAPITOL. Ver. 1, 4). FRONTO p. 152, 15 N. sententiis autem gravissimis ... abun⟨dare⟩. AMM. 28, 4, 10 abundare omni cultu humanitatis. 28, 2, 11 numero et exquisitis fallaciis. VVLG. Sir. 19, 21 melior est homo ... deficiens sensu quam qui abundat sensu. II Cor. 8, 7 sicut in omnibus abundatis fide et sermone ..., ut et in hac gratia abundetis. PAVL. NOL. epist. 24, 23 ut iustitia qua indigemus abundemus et iniquitate qua abundamus egeamus. carm. 19, 439 *sacrilegus* vivit inops fructu sed vulnere fraudis abundans. AVG. civ. 3, 11 p. 109 D. Numa Pompilius pace abundans. 19, 5 p. 363 D. quot et quantis abundet malis humana societas. *de animo*: TER. Phorm. 163 amore abundas (DON. abundare dicitur qui successu prospero afluit). TVRPIL. 190 mira lenitudine ac suavitate abundat. CIC. Cluent. 184 mulier abundat audacia. VAL. MAX. 8, 3, 2 verba fecit ... quod impudentia abundabat.

B *de terra vel regione i. q. feracem, plenam esse alicuius rei*: SIS. hist. Non. 113 et partim fera vite, partim lauro et arbusto ac multa pinu ac myrtetis abundant. VARRO rust. 2, 4, 7 cum pabulo abundat terra. CIC. Cato 56 villa ... abundat porco ... lacte, caseo, melle. rep. 2, 11 locum ... fontibus abundantem (COLVM. 9, 1, 4 FRONTIN. strat. 3, 7, 2). ad Q. fr. 1, 1, 8 nullum vas, nulla vestis ... quibus rebus abundat ista provincia. LIV. 22, 9, 3 in agrum Picenum ... non copia solum omnis generis frugum abundantem, sed refertum praeda. 23, 49, 12 ex provincia ... tum iuventute abundante (CVRT. 4, 4, 20). SEN. nat. 3, 6, 2 Italiam abundare rivis et fluminibus (3, 8 interiora terrarum abundare aquis dulcibus. 4, 2, 28. 5, 7, 2). CVRT. 5, 1, 4 urbes agrosque omni copia rerum abundantes (6, 4, 21. 5, 2, 1 fertilis terra copia rerum et omni commeatu abundans). 8, 6, 3 regionem ... frumento et pecoribus abundantem. 10, 1, 11 insulam ... auro abundare, inopem equorum esse. COLVM. 6, 27, 2 pascua ... mollibus potius quam proceris herbis abundantia. 9, 1, 5 saltus ... terrenis fetibus et arboribus abundant. 9, 13, 14 et prata et arva floribus. 9, 15, 8 rura pastionibus. MELA 1, 61 Arabia ... ture atque odoribus abundat. 2, 86 *Hispania* ... viris equis ferro ... auroque etiam abundans (3, 47 insulae plumbo). 3, 58 Talge ... sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans. 3, 102. 3, 104 saltus citro terebintho ebore. PLIN. nat. 6, 91 agros ... pomis abundare. 6, 104 *emporium* ... neque est abundans mercibus. 6, 205 cum omnes *insulae* copia pomorum et avium ... abundent, hanc et palmetis ... ac nuce pinea abundare. *al.* FRONTIN. strat. 3, 45. IVV. 2, 8 quis enim non vicus abundat tristibus obscaenis? PLIN. epist. 2, 17, 28 mare ... piscibus. FLOR. 1, 43, 2. SOL. 52, 41 vermibus Gangen. 52, 49 Tylos ... vineis abundat. TREB. trig. tyr. 18, 8 Galatia frumentis. SILVIA 13, 2 vallem ... habundantem vineis et arboribus. 19, 1 civitas habundans multitudine hominum. 18, 1 civitas valde pulchra et opulenta est atque abundans omnibus. AMM. 14, 8, 11 Palaestina cultis abundans terris et civitates habens egregias. 14, 8, 14 fertilitate abundat rerum omnium Cyprus. 22, 10, 1 voluptatis inlecebris ... abundant Syriae omnes. 23, 6, 31 civitatibus Media (23, 6, 47. 23, 6, 69). 18, 3, 9 montem Taurum aquilis abundantem. 18, 7. 5. VVLG. psalm. 64, 14 valles abundabunt frumento. HIER. c. Vigil. 1 Gallia ... viris semper fortibus et eloquentissimis abundavit. ISID. orig. 19, 17, 7 pigmenti Hispania ceteris regionibus plus abundat.
adde: *de saeculo*: TAC. dial. 12 aureum saeculum, et oratorum et criminum inops, poetis et vatibus abundabat. *de arboribus*: VITR. 2, 9, 8 quercus terrenis principiorum satietatibus abundans. PLIN. nat. 23, 134 mora ... largo suco abundant. 17, 252 *ulmi* cum alimento nimio abundare sentiuntur. HIER. epist. 129, 2 arbores ... novis frugibus abundantes. *de fructibus*: PLIN. nat. 13, 45 *patetae* nimio liquore abundant. 15, 109 cum praesertim duracina suco abundent.
alia: OV. met. 2, 764 *domus* igne vacet semper, caligine semper abundet. VAL. MAX. 9, 1, 1 Oratae mensae varietate fericulorum abundarent. SIL. 6, 51 sanguine abundat hiatus. STAT. silv. 1, 4, 102 anguis abundat spumatu. SVET. Cal. 57 cruore scaena abundavit. APVL. met. 2, 11 ut ... et oleo lucerna et vino calix abundet. 4, 3 alvus ... crudis illis oleribus abundans. RVT. rhet. 2, 1 ornatus eius *mulieris* opibus abundabat.

C *de rebus abstractis*: CIC. inv. 2, 143 cum aequitate causa abundabit. orat. 134 lumina quibus sic abundabit *forma*. Balb. 17 oratio omnibus ornamentis. Tusc. 5, 44 ad illam abundantem bonis vitam. Att. 7, 3, 5 causa ceteris rebus abundat. OV. ars 2, 552 barbaria noster abundat amor. epist. 6, 76 ira. MANIL. 2, 600 abundant cuncta furoris. SEN. contr. 1 praef. 23 ingenium eius et hac dote abundaverit. VAL. MAX. 3, 3, 1 patientiam ... minus generoso spiritu abundantem. 4, 4 pr. cum huius horridior aspectus solidis et certis bonis abundet. 9, 1, 17 P. Clodii iudicium quanta luxuria et libidine abundavit. SEN. dial. 7, 10, 2 nequitiam abundare iucundis. 11, 11, 5 *animus* ipse bonis suis abundat et fruitur. QVINT. inst. 9, 3, 50 schema *πολυσύνδετον* coniunctionibus abundat. 5, 7, 23. 10, 1, 129 corrupta pleraque atque eo perniciosissima quod abundant dulcibus vitiis. PLIN. epist. 3, 12, 1 *cena* Socraticis tantum sermonibus abundet. AVREL. Fronto p. 27, 14 N. litterae tanta benignitate scatentes, tanta adfectione abundantes. VVLG. psalm. 49, 19 os tuum abundavit malitia.

D *absolute ponitur*: *de pecunia*: CIC. Att. 15, 15, 3 cum ex reliquis ... abundare debeam, cogor mutuari. 1, 4, 3 Caietam si quando abundare coepero, ornabo. SVET. Claud. 28 abundaturum si a duobus libertis in consortium reciperetur. *cf.* VVLG. Matth. 25, 29 omni enim habenti dabitur et abundabit (*περισσευθήσεται*). 13, 12. Phil. 4, 12 scio et humiliari, scio et abundare ... et abundare et penuriam pati. I Macc. 3, 30 abundaverat super reges qui ante eum fuerant.
CIC. frg. inc. 16 *αὐτάρκεια* est quae parvo contenta omne id respuit quod abundat. Lael. 23 et absentes adsunt et egentes abundant

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parad. 49 uter est divitior? ... qui eget an qui abundat? 43. div. 1, 61 sive deest naturae quippiam sive abundat atque affluit. HOR. sat. 2, 5, 89 neu desis operae neve immoderatus abundes *scil. opera*. VAL. MAX. 5, 10, 2 qui ad donandos usque liberos abundaverat. SEN. nat. 6, 16, 3 necesse est abundet ac plena sit *terra*. QVINT. inst. 10, 5, 12 qui haec tractaverit utique in illis ... magis abundabit eritque in omnes causas paratus. CARM. de fig. 171 cur ita abundas? VVLG. Iob 12, 6 abundant tabernacula praedonum. psalm. 72, 12 abundantes (*εὐθηνοῦντες*) in saeculo obtinuerunt divitias. *cf.* 143, 13 oves ... abundantes (*πληθύνοντα*) in egressibus suis. sap. 11, 5 cum abundarent filii Israel. Sir. 6, 5 lingua eucharis in bono homine abundat. 10, 30 melior est qui operatur et abundat in omnibus. 11, 11 dolens impius et tanto magis non abundabit (*ὑστερεῖται*). 11, 12 plus deficiens virtute et abundans paupertate. Rom. 14, 5 unusquisque in suo sensu abundet (HIER. epist. 71, 6 unaquaeque provincia). 15, 13 in spe. I Cor. 15, 58 in opere domini (deut. 30, 9). 8, 8 nec si manducaverimus, abundabimus (*περισσεύομεν*) neque si non manducaverimus deficiemus (*ὑστερούμεθα*). *cf.* TERT. ieiun. 2. 15. VVLG. II Cor. 8, 15 qui multum *collegerat*, non abundavit (*ἐπλεόνασεν*) et qui modicum, non minoravit (*ἠλαττόνησεν*). Phil. 4, 18 habeo autem omnia et abundo. I Thess. 4, 1 sic et ambuletis ut abundetis magis (4, 10). AVG. pat. 15, 12 error iste eorum est qui abundant. *accedit* ad: AMBR. off. 2, 119 ad omnia abundat animi simplicitas. HEGES. 5, 23 abundat unius vestimentum ad sepulturam duorum. VVLG. I Cor. 14, 12 ad aedificationem ecclesiae quaerite ut abundetis. AVG. epist. 135, 1 nullam ad perdiscendum abundare credit aetatem. in: VVLG. II Cor. 9, 11 ut abundetis in omnem simplicitatem. *enuntiatum*: ALC. AVIT. epist. 40 p. 69, 4 per duos ecclesiae principes abundabit Gallias eruditi. VVLG. psalm. 77, 38 et abundavit ut (*πληθυνεῖ τοῦ*) averteret iram suam. POMP. gramm. V 294, 15 abundabat ... dicere *i. satis erat*.

E *cum accusativo*: *cf. p. 232, 81.* **1** *abunde habere*: ITALA (Clem. ad Cor. 35) psalm. 49, 19 os tuum abundavit malitiam (VVLG. malitia). ALC. AVIT. epist. 83 p. 94, 28 ut mutentur praesentiae vices, quod Vienna abundat, Cabillonus obtineat. COMM. Bern. Lucan. 1, 166 unaquaeque gens habundat, ut una aurum, alia argentum. **2** GLOSS. V 649, 12 abundare abunde dare: ITALA cod. Clarom. Rom. 15, 13 ad abundandam vobis spem nostram (VVLG. ut abundetis in spe). II Cor. 9, 8 potens est deus omnem gratiam abundare (*περισσεῦσαι*, VVLG. abundare facere) in vobis. 4, 15 ut gratia abundans per multos gratiarum actionem abundet (*περισσεύσῃ*, VVLG. in gratiarum actione) in vobis. **3** *excedere*: NERAT. dig. 17, 1, 35 sic et tua pars coartabitur, ut non abundet mandati quantitatem *in loco ut videtur interpolato*.

synonyma: *ad I*: affluo, satisfacio, supero. *ad II*: circumfluo, plenus sum. *opposita*: *ad I*: desum, vaco. *ad II*: careo, egeo, indigeo, deficior, destituor; nihil habeo, inops sum.

part. pro adi. **abundāns**, -tis. *comp.* abundantior *inde a* CIC. (Pis. 69), *item superl.* CIC. rep. 2, 34 de orat. 2, 58. *de constructione non sat accurate* PRISC. gramm. III 216, 22 'abundans illius rei' nomen est, nam participium ablativo quomodo et verbum eius coniungitur. VII 449, 5. **1** *de rebus fluentibus*: ACC. trag. 297 apud abundantem antiquam amnem et rapidas undas Inachi. LVCR. 1, 282 flumine abundanti. VITR. 5, 9, 6 ex umidis et abundantibus. COLVM. 7, 6, 4 lactis abundantissimi. SCRIB. LARG. 24 cum tenuis abundansque fluit lacrima. PLIN. nat. 2, 227 fluvius ... abundantior aestate. 11, 223 hostiae abundantiorem *sanguinem* fundunt, si prius bibere. FRONTIN. aq. 117 praesidium aquarum abundantium (-ius *cod.*). 72 Claudia (-iae *cod.*) abundantior. 91 novus Anio ... cum editissimus veniat et inprimis abundans. SILVIA 4, 7. AMM. 23, 6, 43 Choatres fluviis ceteris abundantior. 24, 3, 10 (31, 2, 13 *?*). HEGES. 4, 17 fons abundans atque uberior ad potum. AVG. civ. 10, 8 p. 414 D. petram ... multitudini abundantia fluenta fudisse. COLVM. 4, 30, 3 riguus ager vel uliginis abundans. 6, 24, 5 *vaccae* lactis abundantes. *in imagine*: CIC. rep. 2, 34 influit ... abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium. Tusc. 1, 64 eloquentiam ... fluere abundantem sonantibus verbis. VAL. MAX. 2, 2, 3 litterarum ... abundantissimum fontem *i. Ciceronem*. OROS. apol. 26, 5 abundantiora de pectore tuo venena suxerunt. **2** *translate de rebus large paratis vel usurpatis*: GLOSS. *ὑπερπλεονάζων*, affluens. abundantior *περισσότερος*, *περιουσιώτερος*. ENN. ann. 454 abundantes hastas. LVCR. 2, 1089 genus omne quod hic generatim⟨st⟩ rebus abundans. CIC. Quinct. 40 non adesa iam sed abundanti etiam pecunia. fin. 2, 111 terra fundit ex sese pastus varios atque abundantes. LIV. 1 praef. 12 voluptates. VITR. 2, 1, 7 abundantem copiam ad aedificationes ab ea (*natura*) comparatam. VELL. 2, 106 abundantissima rerum omnium copia (VAL. MAX. 6, 4 pr. VITR. 7 pr. 10 QVINT. inst. 7 pr. 1 AMM. 14, 4, 6. 20, 11, 4. 30, 1, 9). VAL. MAX. 9, 1 ext. 1 dapibus largis, abundanti vino. 2, 1, 5 auro. 4, 7, 7 opibus (BOET. cons. 3, 3 p. 56, 15 *cf.* LIV. 9, 39, 11). 6, 9, 5 bonis. 6, 9 ext. 4 divitias. QVINT. decl. 345 p. 363, 11 luxuriae. PLIN. nat. 31, 109 *nitrum* multo abundantius, sed deterius. ITALA (Tert. pudic. 13) II Cor. 2, 7 abundantiore (VVLG. -i, *περισσοτέρᾳ*) tristitia (HIER. epist. 122, 3. 125, 3). SOL. 11, 12 proventus. AMM. 15, 4, 8 numerus armatorum. 17, 4, 15 flamma (SORAN. 2, 10 ignis). 22, 4, 5. 28, 6, 5 commeatu. 31, 11, 2 milite. VVLG. Esth. 1, 7 vinum abundans et praecipuum. Matth. 5, 37 quod autem his abundantius (*περισσόν*) est, a malo est. I Cor. 12, 23 honorem. 24. Phil. 4, 17 fructum. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 52 vehemens et in senibus abundans *passio*. CASSIAN. inst. 7, 24 fomitem cupiditatis. SEV. MINOR. Migne 20, 732 eloquio. SALV. gub. 7, 9 beneficiorum ... dote. CASSIOD. var. 7, 13, 1 greges ... equorum. BOET. cons. 4, 2 p. 91, 9 fides. ENNOD. epist. 7, 33 salutem. *superfluus, inutilis*: AVG. ord. 2, 19, 51 optans habere filios non habeat, alius abundantes exponat. SIDON. epist. 9, 11, 10 blateratus. COD. Iust. 6, 23, 17 cautela. *acceptus*: ITALA (Lucif. Athan. 2, 28) Tit. 2, 14 mundet sibi populum abundantem (*περιούσιον*, VVLG. acceptabilem). *ibid.* 1, 3. exod. 19, 5 eritis mihi populus abundans (VVLG. in peculium) prae omnibus gentibus.

3 *de rebus large instructis*: LVCR. 4, 1199 subat ardet abundans natura. VAL. MAX. 4, 4, 91 ut non abundantibus, ita fidis uberibus. PETRON. 29 Fortuna cornu abundanti copiosa. SVET. Cal. 17 epulum. Nero 42 cenam. IVL. VAL. 2, 15 urbs ... opulens et abundans. VVLG. Dan. 11, 24 abundantes et uberes urbes. psalm. 127, 3 vitis. SORAN. 1, 128 dentibus iam abundantibus et firmis. ITALA (Lucif. non parc. 25) Matth. 12, 34 ex abundanti corde (*περισσεύματος τῆς καρδίας*, VVLG. abundantia cordis) unusquisque loquitur de ore suo.

4 *de hominibus* (*synonymum* dives, *oppositum* inops): CIC. Phil. 2, 66 non illa (*supellex*) quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Brut. 238 non erat abundans *verbis*, non inops tamen. QVINT. decl. 301 p. 186, 6 abundans et locuples. PAVL. NOL. epist. 32, 21. *triumphans, superbus*: LVCIL. 104 abundans ... redit. VVLG. psalm. 122, 4 opprobium abundantibus et despectio superbis. CLAVD. 26, 110 fatum.

5 *additur casus*: LVCR. 5, 817 cubile ... multa et molli lanugine abundans. NEP. Eum. 8, 5 *via* copiosa omniumque rerum abundans. LIV. 29, 25, 12 fertilissimus ager eoque abundans omnium copia rerum est regio. MANIL. 1, 858 ignibus usque adeo natura est omnis abundans. VAL. MAX. 7, 1, 2 regno Lydiae armis et divitiis abundantissimo. PLIN. nat. 16, 44 taeda ... abundantior suco quam reliqua *laricis genera*. SOL. 5, 27 *achatae* qui sunt facie cerea abundantes, trivialiter neglegantur. 56, 18 amnes siluris piscibus abundantes. IVL. VAL. 3, 22 oppidum opulens sane et abundans omnibus necessariis. HEGES. 3, 6, 4 regio ... abundans lactis. 4, 27 frugum regio ferax ceterorumque terrae munerum vel negotiorum abundans. 5, 50 regio populis frequens et pecoris abundans. SIDON. epist. 4, 8, 2 ager herbis. *de hominibus*: RHET. Her. 5, 28 hominem laudem egentem virtutis, abundantem felicitatis. CIC. Pis. 69 consilio, ingenio, sapientia. frg. B 8, 16 copiis. de orat. 2, 58 longe eruditissimus et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus. VERG. ecl. 2, 20 quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans. CVRT. 9, 2, 10 abundantes onustosque praeda. TERT. adv. Marc. 2, 24 misericordiae. AMBR. Abr. 1, 67 dives pecoris atque abundans servitiorum. 2, 24. MAR. VICTOR carm. 3, 116 ut mihi non solus *homo* pendat rationis abundans supplicium, sed bruta quoque. CLAVD. 8, 113 mitis precibus, pietatis abundans, poenae parcus. 20, 380 abundans corporis exiguusque animi. LEO M. serm. 10, 2 abundantes temporalium, inopes aeternorum. SIDON. carm. 2, 239 turba ... feritatis abundans. **6** *in eloquentia*: QVINT. inst. 12, 10, 18 neque enim *Rhodii* Attice pressi neque Asiane sunt abundantes. 9, 3, 46 hoc ... pleonasmus videtur, id est abundans super necessitatem oratio. 8, 3, 56 et tumida ... et abundantia sub idem nomen (*κακόζηλον*) cadunt. SEN. epist. 40, 3 vim dicendi rapidam atque abundantem. HIER. epist. 52, 3 abundantissimum et ultra humanam vocem divini sermonis in senibus tonitruum commorari. QVINT. inst. 12, 2, 28 materia ad graviter copioseque dicendum magis abundans. 2, 4, 7 materiam ... vel abundantiorem atque ultra quam oporteat fusam. *impiger, acer*: HIER. epist. 123, 11 quarum tibi abundans imitatio atque doctrina et praecepta vivendi norma virtutum est. SIDON. epist. 4, 17, 3 doctrina.

GLOSS. ex abundanti *ἐκ περισσοῦ*. SEN. dial. 10, 3, 4 velut ex pleno et abundanti perditis *tempus*. benef. 1, 11, 5 cetera ex abundanti veniunt delicatos factura. SYMM. epist. 3, 91 ex abundanti promptam fore ... adfectionem. VVLG. Luc. 21, 4 hi ex abundanti (*ἐκ τοῦ περισσεύοντος*) sibi miserunt. *rhetorice i. ἐκ περιουσίας*: QVINT. inst. 8, 3, 88 *ἐπεξεργασία* ... cumulus ex abundanti. 4, 5, 15 tum addidit ex abundanti (5, 6, 2 adiecit. VLP. dig. 33, 7, 12, 46 AVG. civ. 14, 8 p. 18 D.). PAP. dig. 33, 10, 9 cum species ex abundanti per imperitiam enumerentur. 40, 1, 20 probat. VLP. dig. 3, 5, 5, 3 TERT. apol. 16. adv. Prax. 15 superdicit ex abundanti. *grammatice*: DIOM. gramm. I 341, 16. 437, 27 DON. Ter. Ad. 476 Phorm. 88 *passim*. SERG. gramm. IV 516, 14. NOVELL. 16, 1 si quis est ex abundanti eiusdem ordinis clericus. *sequitur infinitivus*: ITALA II Macc. 12, 44 ex habundanti esset orare (VVLG. superfluum et vanum). VVLG. II Cor. 9, 1 ex abundanti est mihi scribere vobis. CLAVDIAN. MAM. anim. 2, 3 p. 104, 17. *satis superque, accurate*: TERT. anim. 7 quantum ad philosophos satis haec, quia quantum ad nostros ex abundanti. ux. 1, 8 ex abundanti pertractata. spect. 14. adv. Marc. 4, 19 ex abundanti causas expostulo. PACIAN. epist. 2, 8 respondebo ad singula ex abundanti. ARNOB. conflict. 1, 9 ex abundanti de ... maiestate ... dictum sit.

adv. **abundanter**. PRISC. gramm. III 71, 6. ASPER gramm. suppl. 55, 20. abundantius *inde a* CIC., abundantissime *inde a* PLIN. nat. *inter poetas solus* SIL. *usurpat*. GLOSS. abundanter *πλεοναζόν-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***structurae*:** accedere ad homines, ad res, in terras, ad *vel* in loca *semper maxime erat in usu. etiam* homines accedere *per totam latinitatem vulgatum erat, tamen a* CIC. *sedulo vitatum. dativus legitur* RVT. rhet. 2, 6 *et* AVG. loc. hept. 109 p. 599, 10 'et accesserunt ei et dicebant'. non ait quod usitatum est: accesserunt ad eum. *apud* VAL. FL. *reperis praepositionem* in, *apud* GREG. TVR. contra *cum* accedere *coniunctam. v. p. 254,20 et 257,80.* accedere ad terras *non nisi apud* SILVIAM *occurrit, cf. p. 256,5; inde ab* APVL. accedo Thessaliam *sim. in usu sunt, cf. p. 256,3.* loca accedere *quamquam eodem modo atque* homines accedere *a* CIC. *et* CAES. *non usurpatum, tamen tritum est* (*v.* GRAMM. VII 454, 17 *cf. p. 255, 57*). *apud* VARR. (*cf. p. 255, 41*), PETRON. (*cf. p. 256, 36*), OV. (*cf. p. 258, 59*), LVCAN., VAL. FL., SIL., STAT., AVG. *dativus animalium rerum locorum, ad quae* acceditur *reperitur. quod discrimen intercedat inter* ad Romam *et* Romam accedere *vide p. 255, 71 sq. et 258, 10 sq.* prope accedere *apud* PLAVT., propius accedere (*translate etiam* proxime accedere) *apud* CIC. *cum accusativo copulatum est. cf. p. 254, 23 et 263, 75*, propius alicui rei accedere *praebent* LVCAN., VAL. FL., STAT., SVLP. SEV. *cf.* GRAMM. I 410 propius grammatico accessi. *usitatissimum est* prope ad, propius ad. *translate a* PLAVT. *et in* RHET. Her. *dictum est* periculum accedere, *cf. p. 261, 20 et 21, apud* CIC. *nil nisi* ad pericula accedere *sim. reperitur.* *subiunguntur potissimum* ut *et* quod; *hoc apud scriptores posteriores, illud apud vetustiores saepius. apud* AVG. quia *et* quoniam, *semel* PLIN. nat. 8, 146 *acc. cum inf. subnexa vides.* prodius accedere *quasi Varronianum* NON. p. 47, 11 *tradidit.*

***synonyma*:** adire, propiorem fieri, adpropinquare, proximare, intrare, adsistere, pervenire. *ad IV 1*: aspirare. *ad IV 2*: adnuere, se adiungere, credere, consentire, adsentire. *ad VI 1*: (similem fieri, aequare), imitari. *ad VI 2*: adici, (addi).

***opposita*:** recedere, abscedere, discedere, decedere, cedere, remeare, se recipere, abire. *ad IV 2*: dissentire, diversa sentire. *ad VI 2*: detrahi, minui, adimi, demi. *Bickel.*

acceia, -ae *f.* [*inc. orig. Th.*]. ITALA cod. Ashb. Lugd. lev. 11, 17 bubonem et catirecten et acceiam (*ἶβιν*. VVLG. ibin). GLOSS. acceia (accia, accela, accega) *ἀσκαλάφη, ἀσκαλώπη, anglos.* holthana. [*ital.* acceggia, *franeog.* acie, *hisp.* arcea. *M.-L.*] *V.*

? **accelebro** *v. sub* accelero *p. 272, 65.*

accelerātio, -ōnis *f.* RHET. Her. 3, 13, 23 continuatio est orationis enuntiandae acceleratio clamosa. PS. AMBR. mans. 26 (Migne 17, 30) Esmona latine dicitur acceleratio. HIL. in psalm. 119, 18 dominus in evangeliis docuit accelerationem regni caelestis orandam.

accelero, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* celerare. *Wölfflin, Archiv 7 (1892) 569.*

1 ***intransitive*:** GLOSS. appropinquant, celeriter venit, properat, adpropiat vel festinat. TVRP. com. 98 lembi redeuntes domum duae ad nostram adcelerarunt ratem. SIL. 14, 485 accelerant puppes utrimque. TAC. hist. 2, 14 ne vacuo mari classis adceleraret. VERG. Aen. 5, 675 adcelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum. 9, 503 adcelerant acta . . . testudine Volsci. 12, 157 adcelera et fratrem . . . eripe morti. LIV. 27, 47, 8 consulem ad sese opprimendum adcelerasse. SEN. Oed. 289 Tiresia tremulo tardus accelerat genu. VAL. FL. 5, 555 armatos dux . . . omnes adcelerare iubet. SIL. 15, 243 citati a tergo accelerant. 617 per rura tacentia . . . accelerant. STAT. Theb. 1, 376 talis . . . Cadmeius heros adcelerat. FRONTIN. strat. 2, 5, 19 Illyrii velut ad praedam festinantes . . . adcelerare coeperunt. TAC. hist. 2, 100 adcelerare legiones Cremonam . . . iussae. 3, 15 Fabium Valentem . . . adceleraturum . . . coniectabat. AVR. VICT. Caes. 44 a Perside . . . Constantinopolim accelerans. AMM. 26, 7, 14 Procopius Mygdum adceleravit. CLAVD. 24, 275 acceleret divisa manus. 26, 589 citatis acceleravit equis. VVLG. psalm. 15, 4 multiplicatae sunt infirmitates eorum; postea accelerarunt (AVG. epist. 121, 5 quo accelerarunt? forte in crucem domini conclamandam). CYRILL. Aug. epist. app. 19, 6 (Migne 33, 1136) accelerant latrones, ut transeuntes mactent VAL. FL. 1, 542 adcelerat . . . summa dies. CYPR. mort. 18 ut adceleret dies regni. CARM. laud. dom. 5 accelerare diem . . . testatur gloria. PS. HIER. epist 5 (Migne 30, 74) dies pronis lapsibus accelerat in occasum. VEN. FORT. carm. 9, 4, 10 accelerante die sors inimica tulit. AMM. 28, 1, 57 adcelerarunt ultimae dirae caesorum. *c. inf.*: STAT. Theb. 1, 515 dictis parere ministri certatim adcelerant. ITALA cod. Lugd. exod. 2, 18 quid accelerastis venire hodie? SYMM. epist. 9, 114, 2 pecuniae fenus accelero persolvere. AMM. 20, 4, 8 ut venire adceleraret. VVLG. II par. 26, 20 acceleravit egredi. Sirach 43, 14 accelerat coruscationes emittere iudicii. Is. 8, 3 spolia detrahere. I Macc. 13, 10 consummare . . . muros. VICT. VIT. 3, 18 adceleraverunt . . . scripturae eis propalare tenorem. ENNOD. epist. 3, 16 paribus me accelera relevare sermonibus. CORIPP. Ioh. 6, 599 accelerant relevare viros. 7, 46 reparare ruinam. *al.* *properare, festinare, fine non indicato*: GLOSS. *ταχύνω*, properat, festinat. CIC. Cat. 2, 6 si accelerare volent, ad vesperam consequentur *Catilinam*. CAES. Gall. 7, 87, 3 accelerat Caesar *ad Labienum contendens*, ut proelio intersit. VERG. Aen. 6, 629 iam age, carpe viam et susceptum perfice munus. adceleremus. 9, 219. LIV. 3, 27, 8 accelera, signifer. SEN. epist. 32, 3 accelera et evade. SIL. 12, 513 arduus accelera. STAT. Theb. 10, 671 i, precor, accelera, ne proximus occupet Haemon. HERM. sim. 9, 26 si quis acturus est paenitentiam, accelerare debet. CAPITOL. Gord. 14, 6 ad filium scripsit, qui longe post sequebatur, ut adceleraret. AMM. 20, 4, 2 hac specie iussos adcelerare. VEG. mil. 3, 6 qui . . . pigrius incedentes adcelerare compellant. HIER. epist. 140, 10 pro eo, quod nos diximus 'turbati sumus', Symmachus et Aquila transtulerunt 'acceleravimus'. *ibid.* pulchre . . . non ut in septuaginta habetur 'turbati sumus', sed iuxta Hebraicum 'acceleravimus' dicitur (*leg. secundo loco*: acceleravimus — turbati sumus). VVLG. gen. 18, 6 accelera, tria sata similae commisce. psalm. 30, 3 accelera, ut eruas me. PS. AVG. serm. 5, 3 puer accelerat. MART. CAP. 1, 34 faciendum . . . acceleranduque persuadet. SIDON. epist. 1, 2, 4 si quid expedietur, accelerat. GREG. TVR. hist. 2, 5 accelera velociter. 9, 9. VEN. FORT. carm. 5, 2, 15 ne morer accelerans. PLIN. nat. 2, 74 sicut in illis propinquitas centri adcelerat, ita in his extremitas circuli. LIV. 3, 46, 5 quantum adcelerari posset, Verginium acciri. 23, 28, 3 quantum maxime adcelerare poterat. 27, 28, 15. 36, 43, 3. 37, 20, 10 *et* 22, 5. 42, 65, 2. 43, 1, 10.

2 ***transitive*:** *solito celerius movere vel perficere*: GLOSS. *ταχύνω, ἐπιταχύνω*; accelerans hoc est celeriter exequens. SERV. Aen. 1, 137 si maturent fugam, hoc est accelerent. 2, 619 eripe *fugam*: accelera, raptim fac. ACC. trag. 23 celebri gradu gressum adcelerasse (adcelebrasse *Nonius*). LIV. 2, 43, 8 gradum adcelerare. APVL. met. 2, 2 gradientem adcelerato vestigio comprehendo. OREST. 664 gradus. CLAVD. carm. min. 17, 6. PHYSIOGN. 6 p. 11 brevibus passibus et acceleratis. 75 p. 99. CAES. civ. 2, 39, 6 iter accelerat (LIV. 31, 29, 1 OREST. 666 PS. AMBR. mans. 26 (Migne 17, 31) COD. Theod. 7, 8, 10, 2 GREG. TVR. hist. 2, 5 virt. Iul. 7). VAL. FL. 8, 265 adcelerate viam (GREG. virt. Iul. 7). PLIN. nat. 2, 64 non quia adcelerent tardentve naturales motus. STAT. Theb. 5, 278 adcelerate fugam (SERV. Aen. 1, 137. 2, 619). SIL. 9, 388 auxilium . . . dum temere accelerat. 10, 527 munera iussa . . . accelerant. QVINT. inst. 1, 1, 31 non properare ad continuandam eam (*lectionem*) vel accelerandam. TAC. hist. 2, 85 adcelerata Vespasiani coepta. ann. 1, 50 delecta longiore via cetera adcelerantur. SILVIA 43, 2 adceleratur missa. HIL. in psalm. 119, 8 spei communis . . . accelerata properatio. SYMM. epist. 9, 43 ut suspensa diu vota novi hortatoris impulsus acceleret. VVLG. II Macc. 9, 7 accelerari negotium. CLAVD. 36, 229 praecepta. PS. AVG. serm. 59, 1 iussa. MART. CAP. 9, 898 consilium. COD. Theod. 6, 4, 22 accelerandae cognitionis terminus. 13, 5, 38. 16, 5, 8. 11, 28, 3 solutionem . . . debitorum. 11, 1, 15 necessitatibus. FAVST. REI. grat. 1, 17 supplicia. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 28 erit acceleranda alicuius

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cibi transvoratio. 3, 3, 19 praefocationem magis accelerat *humor*. Cassiod. var. 3, 14 remediale bonum est . . . accelerata correctio. Tac. Agr. 43 nullo credente sic adcelerari, quae tristis audiret (*i. morbum*). Plin. paneg. 26 occasum rei publicae adcelerat. Avg. serm. 84 (Migne 38, 519) accelera dies meos. Cassiod. var. 11, 1, 2 acceleratum est, ne traheret diutius, quod gravabat. Stat. Theb. 6, 242 mirum opus adcelerasse manus. Avian. apol. 33 tardum cupiens accelerare thesaurum. Greg. Tvr. hist. 2, 9 adceleratis muris. Greg. Tvr. hist. 4, 13 acceleratus est de mundo *Chramnus*. *solito celerius ut eveniat vel appropinquet efficere*: Serv. auct. Verg. georg. 1, 260 maturare . . . significat . . . adcelerata et ante tempus acta. Porph. Hor. epist. 2, 1, 27 maturos *honores*: adceleratos . . . aliis seri honores dati sunt. Lvcr. 6, 772 mortem quae possint adcelerare. Nep. Att. 22, 2 ne id, quod natura cogeret (*i. mortem*), ipse quoque sibi acceleraret (Plin. nat. 16, 159. 17, 5 Tac. ann. 11, 35 Serv. ecl. 5, 23 Avg. epist. 127, 2 gen. litt. 10, 15 quaest. hept. 6, 9). Tac. ann. 4, 12 perniciem adceleravere. Empor. rhet. p. 574, 10 ultimum malum. Schol. Hor. carm. 1, 3, 33 periculum. Serv. auct. Aen. 4, 696 interitum. Heges. 1, 40, 7 finem. 2, 3, 3 exitium. 5, 22 excidium. Tac. ann. 1, 18 iugulatus paenitentiam adcelerabo. Heges. 1, 45, 6 quamquam vis divina ultionem acceleraret. 2, 5, 3 poena. Paneg. 5, 13 adventum divinitatis tuae accelerare dignatus. Tac. ann. 3, 75 consulatum ⟨ei⟩ adceleraverat Augustus. Porph. Hor. epist. 2, 1, 15. Heges. 1, 37, 3 accelerasse Aristobulo sacerdotii conlationem. Avg. civ. 3, 28 non ut acceleraretur obtinenda victoria. Pavl. Petr. 1, 367 adcelerat clarum nova gloria factum. Cassiod. in psalm. 108, 20 (Migne 70, 788) ut gloriam resurrectionis acceleret. Symm. epist. 7, 79 ut accelerata securitas desiderii vestri inpatientiam mitigaret. 9, 35 acceleratum gratiae recursum voluntatis signa praeferre, serum necessitatis. Heges. 3, 17 accelerare potuit, non poterit auferre, quae . . . desidero (*i. paradisum*). Vvlg. Esth. 2, 9 ut eunuchus acceleraret mundum muliebrem. Sirach 43, 14 acceleravit nivem. Avg. epist. 187, 24 acceleratus usus rationis et voluntatis. Mar. Victor Aleth. 3, 625 pactum. Plin. nat. 24, 171 cribro in limite abiecto herbae intus extantes . . . gravidis partus adcelerant (26, 161. 28, 42. 30, 126). Mar. Victor Aleth. 3, 556 accelerare patrem cupit Abram. Soran. 2, 21 (69) adcelerare . . . debemus et maturitatem et ruptionem collectionis illius. Stat. silv. 1, 2, 268 acceleret partu decimum . . . mensem. Ambr. Ios. 10, 52 acceleravit meridiem fides Pauli.

part. adv. **accelerātē**. Ivl. Rvf. rhet. 12 p. 42 quod schema (*ἀποδίωξις*) mire facit ⟨ad⟩ accelerate fugiendum. *Bannier.*

Accellius, Acellius *v. sub* Acc-.

accendium, -ī *n. cf.* incendium. Sol. 5, 23 sarmenta . . . sponte concipiunt, et nullo inflagrante halitu ab ipso numine fit accendium.

accendo, -dī, -sum, -ere. [*cf. c.* in- suc-cendere *et c.* candēre, candor. *Th.*] Gloss. *ἅπτω, ἐκκαίω, ἐξάπτω*. *Wölfflin, Archiv 7 (1892) 572. deest apud* Ter. (*5es* incendo) *et* Caes. (*saepe* incendo); *devitat* Plavt. (*semel,* incendo *6es*). [*it.* accendere *M.-L.*]

I ***proprie*: A** *inflammare, incendere aliquid ut luceat vel ardeat*: Cic. top. 58 ignis accendit. Sen. nat. 2, 40, 4 *fulmen igneum* tribus modis urit: aut adflat . . . aut comburit aut accendit. Fest. 129 manubiae quae aut adurant . . . aut accendant. Plin. nat. 37, 101 flamma allucens magis quam accendens *de sandarastro gemma*. Liv. 42, 63, 8 tantus . . . imber, ut nec accendi facile pateretur et extingueret accensa. **1** *de rebus lucentibus*: *lampade, lucerna, sim.*: Plavt. Condal. frg. 1 lampades accendite. *cf.* Ov. fast. 4, 493 illic accendit geminas pro lampade pinus. Mart. Cap. 1, 29 laurus . . . in lampadem mundani splendoris accenditur. Vvlg. Is. 62, 1 salvator eius ut lampas accendatur. Lvcr. 6, 881 taeda . . . accensa per undas conlucet (Plin. nat. 36, 174 mirum aliquid, postquam arserit, accendi aquis. Mela 2, 43). Cvlex 246 quibus taedas accendit tristis Erinys (Ciris 439 pronuba nec castos accendet pinus honores *de face nuptiali, cf.* Clavd. carm. min. 30, 189). Prop. 2, 32, 9. Ov. fast. 4, 411 unctas accendite taedas. Stat. silv. 3, 5, 70. Tac. Germ. 45 sucinum in modum taedae accenditur. Cic. Pis. 5 faces accensas. Att. 4, 3, 3 Ov. am. 1, 8, 8 Prop. 3, 16, 16. Octavia 153 dira cui genetrix facem accendit. 822 non cruor civilis accensas faces extinguit in nos. Cvrt. 8, 11, 21 Plin. nat. 2, 228 Avg. civ. 21, 5. 7. *cf.* Amm. 31, 5, 4 faces furiales. Vitr. 8, 1, 5 lucerna . . . plena et accensa. 8, 6, 13 Phaedr. 3, 19, 4. Sen. epist. 95, 47 lucernas sabbatis. 54, 5 lucernae peius esse, cum extincta est, quam antequam accenditur: nos quoque extinguimur et accendimur. Carm. epigr. 48, 1. Mod. dig. 40, 4, 44 ut monumento meo . . . lucernam accendant. Apvl. met. 9, 7 Tert. idol. 15 Vvlg. II par. 13, 11 Matth. 5, 15 Luc. 8, 16. 11, 33. Amm. 22, 13, 3 accensis cereis. Hier. epist. 44. 109, 1. Corp. VIII 9052, 18 ⟨cer⟩eos II accendat. **2** *de rebus flagrantibus vel igne delendis*: Lvcr. 6, 223 accendunt *fulmina* quoque tecta domorum. 6, 317. 6, 901 ad lumina linum . . . ubi extinctum admoveas, accendier ante quam tetigit flammam (Plin. nat. 2, 228). Verg. georg. 3, 414 odoratam stabulis accendere cedrum. Aetna 456 materiam (418). 467 accensae moles. Tib. 2, 5, 89 levis . . . acervos accendet (Sil. 5, 177). Prop. 4, 1, 19 accenso faeno. Ov. met. 15, 311 lignum (Liv. 1, 37, 1 accensa ligna . . . pontem incendunt. Plin. nat. 24, 162). epist. Sapph. 10 fertilis accensis messibus ardet ager. Liv. 1, 37, 3 silvis montibusque. 29, 14, 13 accenso ture. Manil. 5, 745 accenso mundus flagraret Olympo. 1, 860 aeraque accensum flammis lucere coruscis (Lvcr. 5, 607 Sen. nat. 2, 15. 7, 6, 2. Plin. nat. 2, 113 illum quisquis est spiritum accendi). Vitr. 2, 9, 6 *abies* celeriter accenditur. Val. Max. 6, 6 ext. 1 accensis ignis nutrimentis. Sen. nat. 7, 4, 1 videri illos *cometas* accendi turbine quodam aeris. 7, 8, 1 illa vis venti . . . quicquid intra se comprehendit cursu suo accendit. 1, 15, 1 cum late fusus sit ignis, inferiora aliquando, si accendi sunt idonea, corripit. 7, 23, 2 omne, quod causa temporalis accendit cito intercidit. Cvrt. 4, 3, 3 prora eius accensa. 8, 4, 11 acervos struesque accenderunt (Lvcan. 6, 826). Plin. nat. 12, 78 arborem . . . iucundi odoris accensam. 12, 20 *hebenum* accendi negat, uritur tamen odore iucundo. 28, 152 caprarum cornu vel pilis accensis fugari serpentes. 28, 99 adipe. 2, 237. 33, 94 calx aqua accenditur (36, 174 Avg. civ. 21, 4). 34, 134 carbonibus paulatim . . . accensis. 12, 93 austros ibi tam ardentes flare, ut aestatibus silvas accendant. *al.* 2, 145 nullum animal nisi exanimatum fulmine accenditur. 20, 203 *opium* accenditur difficilius et crebro extinguitur. 36, 141. 5, 35 mons adusto similis aut solis repercussu accenso. 18, 300 sunt qui accendant in arvo et stipulas, magno Vergili praeconio (Verg. georg. 1, 85 urere). Val. Fl. 3, 134 spiculo. 8, 115 nubibus accensis similem *pellem*. Sil. 1, 676 accensae tecta Sagunti. 8, 631 accensa Ceraunia. Stat. Theb. 10, 926 hinc renovare faces lassamque accendere quercum. Frontin. strat. 4, 7, 14 onerarias naves accensas. Apvl. apol. 16 cur cava specula . . . appositum fomitem accendant. Hier. epist. 128, 2 cera contempta . . . oleum accenditur in templo dei. Clavd. carm. min. 26, 74 seu decidit amnis accensusque fluit. *saepe de rogo*: Verg. Aen. 11, 188 circum accensos rogos. Ov. Pont. 3, 1, 112 trist. 5, 14, 38 Liv. 26, 13, 18 Manil. 5, 626 Lvcan. 3, 760. 9, 26. Plin. nat. 6, 66 vitam accenso prius rogo finit. 8, 143. 10, 18. Ov. Ib. 36 accensa . . . pyra (Vvlg. act. 28, 2). Lvcan. 3, 11 accenso . . . sepulchro. 6, 526. *nota*: Verg. Aen. 7, 75 Lavinia . . . regalis accensa comas, accensa coronam. *de sensibus*: Lvcr. 3, 336 communibus inter eas conflatur utrimque motibus accensus nobis per viscera sensus. 2, 943. 2, 959. **3** *de ipso igni, lumine, flamma, sim.*: Enn. *v. p. 274, 78.* Corp. III 12013, 3 (*in poculo*) ⟨ven⟩ite, accensust (*i.* accensum est *lumen*); dum lucet, bibamus, sodales. Verg. Aen. 5, 4 quae tantum accenderit ignem, causa latet. Ov. met. 12, 12 accensis incanduit ignibus ara. fast. 4, 824. epist. 12, 138 accenso lampades igne micant. Liv. 36, 10, 12. Sen. contr. 2, 5, 5 accenduntur extincti ignes. Sen. benef. 4, 29, 2. nat. 2, 12, 6 ignis levi impetu accensus. *al.* 2, 15 ipse enim *ignis* se movendo accendit. 2, 58, 1. Cvrt. 4, 2, 13 admotis follibus ignem flatu. Plin. nat. 2, 181. 2, 236 ignem eius *montis* accendi aqua *etc.* Sil. 16, 99 letiferos accendens Sirius ignes. Qvint. decl. 291 p. 161 maiores habet vires ignis, qui legitimis facibus accenditur. Fronto p. 7, 7 N. Cael. Avr. acut. 3, 92. Vvlg. num. 11, 1 accensus in eos ignis. psalm. 77, 21. Bell. Afr. 56, 3 luminibus accensis. 89, 5 (Cens. 24, 6 post *crepusculum* sequitur tempus, quod dicimus 'luminibus accensis', antiqui 'prima face' dicebant). Cvrt. 10, 5, 6 Plin. nat. 2, 29. 11, 65 papilio luminibus accensis advolitans. Fronto p. 51, 10 N. Capitol. Gord. 23, 2 Symm. epist. 1, 13, 2 Hier. epist. 21, 2 Macr. sat. 1, 7, 31. *cf.* Lvcr. 1, 1117 ita res accendunt lumina rebus. Ov. met. 10, 279 flamma ter accensa est. Sen. nat. 5, 14, 4 *spiritus* accendat flammam ipso adfrictu necesse est. Plin. nat. 14, 63 solo vinorum flamma accenditur. 2, 240 Sil. 9, 614. 12, 700 accensis imitari fulmina flammis. *adde*: Lvcr. 6, 279 *fulmen* duplici ratione accenditur. Liv. 38, 7, 12 scintillam . . . accenderunt. **4** *de sideribus*: Cic. Tim. 31 deus ipse solem quasi lumen accendit. rep. 6, 17 in infimo . . . orbe luna radiis solis accensa convertitur. Manil. 2, 941 Phoebus . . . fulvo paulatim accenditur igne (5, 725 nocte accenditur atra) 1, 872 accenso cum ducit *sol* vespere noctem. *cf.* Verg. georg. 1, 251 (Sen. epist. 122, 2) illic sera rubens accendit lumina Vesper. Manil. 1, 833 diversas quoque per facies accensa feruntur lumina. Lvcan. 1, 652 si . . . stella nocens nigros Saturni accenderet ignes. Plin. nat. 18, 270 *Canis ortus* accendit solem et magnam aestus obtinet causam. Val. Fl. 5, 369 saevo cum nox accenditur auro luciferas crinita faces. Manil. 1, 828 nisi . . . tam parva forent accensis tempora flammis *cometarum. cf.* Sil. 11, 515 late fulgentibus armis accendunt ultro lucem surgentis Eoi (Clavd. 17, 78 *philosophus* accendit diem praerupti turbine saxi). Stat. Theb. 12, 408 accenso flebitis igne *i. sole orto.* Avg. civ. 11, 7 lux corporea . . . unde sol postmodum accensus est. Ps. Qvint. decl. 4, 16 ardens nascentis horam sidus accendit. *de aestu*: Verg. georg. 4, 401 medios cum sol accenderit aestus. Plin. nat. 2, 107 caniculae exortu accendi solis vapores. Germ. 336 cum tetigit solis radios *Sirius*, accenditur aestas (*cf.* 151). Gratt. 158 ante . . . quam maturis accenderit annum ignibus. *cf.* Plin. epist. 2, 17, 7 angulus qui purissimum solem continet et accendit. **5** *additur unde*: Enn. trag. 367 homo qui erranti comiter monstrat viam, quasi lumen de suo lumine accendat facit: nilo minus ipsi lucet, cum illi accenderit. Phaedr. 4, 11, 13 hodie nec lucernam de flamma deum nec de lucerna fas est accendi sacrum (*ibid.* 1 lucernam fur accendit ex ara Iovis). Fronto p. 21, 5 N. ignem de rogo et ara accensum. Sol. 1, 35 ut . . . de aris Vestalibus ignes accenderent. Ambr. exam. 2, 14 si de igne accendas facem.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. Oros. hist. 5, 24, 15 de Mariana face rogus Sullanae cladis accensus est. Tib. 4, 1, 5 illius ex oculis ... accendit geminas lampadas acer Amor. Val. Max. 9, 1, 9 protinus ex rogo eius maritalem facem accendit. *cf.* Cic. fin. 5, 43 virtutum scintillas e quibus accendi philosophi ratio debet. Petron. 89 v. 64 ab aris alius accendit faces. Stat. Theb. 12, 270 ab Aetnaeis accensa lampade saxis. Iren. 2, 17, 4 velut a lumine lumina accensa. Ov. met. 7, 260 faces ... geminis accendit in aris. Sil. 12, 714 ut *Diana* accensas quatiat Phlegethontis gurgite taedas. **6** *i. q. ignem imponere*: Ov. fast. 1, 76 accensis focis. med. 84. Liv. 2, 12, 13 accenso ad sacrificium foculo. Plin. nat. 15, 135 ut ne in propitiandis quidem numinibus accendi ex his *lauro et olea* altaria araeve debeant. Sil. 13, 620 virgo accenderet aras. Qvint. inst. 6, 3, 77 quam saepe *aram* accendatis. Tac. ann. 15, 30 structam aram subdita face accendi. *cf.* Stat. Theb. 12, 67 in accensa iacuit Tirynthius Oeta. Liv. 22, 16, 8 ut nocte id armentum accensibus cornibus ad montis ageret. 22, 17, 2 Sil. 12, 504. 7, 333 accensa immittere silvis armenta. *ignem supponere*: Sen. Med. 666 ustus accenso Pelias aeno arsit... inter undas. *inde* Lvcan. 9, 798 spumeus accenso non sic exundat aeno undarum cumulus. Ps. Qvint. decl. 18, 11 laminas accendis, eculeos moves.

B *per ignem delere, conflagrare*: Liv. Andr. trag. 3 nam ut Pergama accensa et praeda ... partita est. Hor. epod. 14, 14 quodsi non pulchrior ignis accendat obsessam Ilion. Plin. nat. 28, 113 caput eius *chamaeleonis* et guttur si roboreis lignis accendantur. 29, 34 alii *lanam sucidam* oleo adspersam accendunt cineremque ... confricant. Val. Fl. 7, 28 captasque deis accendere praedas (*cf.* Liv. 1, 37, 5 spoliis hostium — id votum Vulcano erat — ingenti cumulo accensis) Stat. Theb. 9, 398 non hic solum accensure nepotem *mortuum*. silv. 2, 6, 3 surgentes ... accendere natos.

C *calefacere*: Varro Men. 481 qui se in ganeum accensum coniecit amicae. Aetna 530 lapides ardescere ... interius furere accensos (437). Cvrt. 7, 5, 3 harenas vapor aestivi solis accendit. 4, 7, 6. 3, 5, 1 aestas cuius calor non aliam magis quam Ciliciae oram vapore solis accendit. Colvm. 9, 6, 2 deterrima est condicio fictilium, quae et accenduntur aestatis vaporibus et gelantur hiemis frigoribus. Plin. nat. 34, 149 ferrum accensum igni nisi duretur, ictibus corrumpitur. 33, 60 primum bonitatis *auri* argumentum quam difficillime accendi. 33, 65 aes ... accensum restinguitur sale (*cf.* Ser. Samm. 389 accensum tinguens lapidem stridentibus undis). 2, 234 marinas *aquas* tardius gelare, celerius accendi (Sil. 5, 605 ut multo accensis fervore exuberat undis ... liquor). 14, 58 vino natura est hausto accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. 2, 133 *ventus* ardentior accensusque ... prester vocatur. Sil. 1, 285 accensis sole venenis *serpentis*. 3, 671 *lympha* riget medius cum sol accendit Olympum. 14, 589 *sol* tempora autumni ... foedavit rapidoque accendit fulminis ictu. 3, 641 rapidisque accensus in orbem excoquitur flammis scopulus. Cael. Avr. chron. 2, 92 decoctione ptisanae ut ex eorum vaporatione sive exhalatione accensum spiritum rapiant aegro tantes.

D *candefacere*: Lvcr. 5, 659 sol ... anticipat caelum radiis accendere temptans. Sil. 15, 678 ut ... et gemmis galeam clipeumque accenderet auro. Clavd. rapt. Pros. 1, 254 stellas accendit in auro *Proserpina texens*. 3, 446 accenso resplendent aequore Syrtes.

de vultu: Stat. silv. 3, 4, 51 quae vestis roseos accendere vultus apta.

de capillis tinctis: Mart. 14, 26 Chattica Teutonicos accendit spuma capillos.

II ***translate*** **A** *inflammare, incitare, commovere aliquem vel aliquid*: Gloss. accensi irati vel concitati, incitati, irritati, conciti. *ambiguum* Carm. epigr. 47 accensum qui pedicat urit mentulam.

1 *aliquem*: Acc. carm. 9 placare hostem ferocem inimiciterque accensum. Sall. Cat. 51, 10 quem res tanta et tam atrox non permovit, eum oratio accendet. Iug. 34, 1 multitudo ... vehementer accensa (Liv. 2, 27, 12. Cvrt. 6, 11, 8 contio). Iug. 73, 6 plebes sic accensa. hist. 2, 92. Verg. Aen. 4, 364. 12, 9 accenso gliscit violentia Turno. Ov. met. 3, 426 pariter accendit et ardet *amore*. Liv. 2, 47, 6 accendunt insuper hostes ferocius multo (Avr. Vict. Caes. 4, 7 atrocius) Sen. suas. 7, 1 nihil cupientis magis accendit quam ... conscientia. Sen. epist. 58, 26 omnia ista ... quae nos accendunt et inritant. benef. 37, 1. Cvrt. 6, 1, 10 clamore suos. Lvcan. 1, 293 (*Curio*) ... accendit ducem. Petron. 126 harena alias accendit *feminas*. 108 accenditur audacia mea iratior Lichas. Plin. nat. 10, 173 mares olfactus accendit *ad coitum*. Val. Fl. 7, 637 haud secus accensas ... Medea cohortes implicat (Sil. 4, 58). 4, 747 illuc cunctis accensus in armis tunc aderam. Sil. 5, 211 accensa iuventus. Stat. Theb. 9, 12 accendit rex ipse super. 7, 14 Inachias acies. 10, 220 proceres. 11, 436 non verba ... frangunt accensos. Qvint. inst. 1 prooem. 2 hac *ex causa* accendebantur illi magis. 11, 3, 166 accendendi iudicis gradus. 1, 10, 14 exercitus ... musicis accensos modis. decl. 382 p. 427 illum sororis raptus accendit. Tac. Agr. 33 militem accendendum adhuc ratus. hist. 1, 36 quos singulos exstimulaverat, accendendos in commune ratus. 4, 32. ann. 2, 16. 2, 2 accendebat dedignantes. 12, 40 inde accensi hostes, stimulante ignominia. Agr. 32 nullae Romanos coniuges accendunt. Ps. Qvint. decl. 14, 9 in amore contentio semper accendit. 18, 3. 18, 6. 19, 5. Plin. epist. 6, 5, 5 quasi stimularent et accenderent. Vopisc. Car. 1, 3 accensis fataliter militibus. Avr. Vict. Caes. 6, 2 accensas cohortes armatasque. Amm. 15, 8, 13 pugnantes accendens *al.* 27, 10, 12 tubarum accendente clangore. Heges. 1, 1, 7 iuvenis quotiens patrem cogitabat accendebatur. Hier. epist. 130, 2 paratas ad proelium acies ... sermo imperatoris accendit. Avg. civ. 1, 27 baptizatos adloquendo studemus accendere. Oros. hist. 1, 21, 8.

Phaedr. 3, 16, 8 admota prece accensa magis est *cicada*.

bestias: Liv. 25, 13, 7 quod ne fames quidem, quae mutas accenderet bestias, curam eorum stimulare posset. Stat. silv. 1, 1, 39 ceu stimulis *Minerva* accendit equum. Theb. 9, 218 audisse accensumque *equum* putes. *singulariter* Stat. Theb. 6, 43 integratoque resultant accensae clamore fores. *aliqua re*: Sall. Iug. 20, 1 illorum pollicitationibus accensus. hist. 3, 49 eum ... laudatum accensumque praemiorum spe (Liv. 9, 31, 5. Amm. 15, 5, 31 exspectatione). Verg. Aen. 4, 697 (*Dido*) subito accensa furore (*cf. p. 276, 55*). 4, 203 amens animi et rumore accensus amaro. 8, 501 quos ... merita accendit Mezentius ira (Cvrt. 4, 6, 24. 5, 13, 16 Val. Max. 6, 5, 3 Sil. 4, 272 Vvlg. II Macc. 7, 39 Svlp. Sev. dial. 3, 12, 4). 7, 392 furiis accensas pectore matres (12, 946. Homer. 854 *cf.* Val. Fl. 3, 590 furiis accensa gerens Tirynthius ora). Verg. Aen. 12, 277 phalanx ... accensa luctu. 11, 709 illa furens acrique accensa dolore (Val. Max. 9, 3, 2 Tac. hist. 2, 43 *al.*). 9, 785 talibus *dictis* accensi (Liv. 2, 54, 7. 9, 31, 14. 39, 41, 4 Val. Max. 6, 2 ext. 3 Sil. 16, 698 Qvint. decl. 352 p. 383). Verg. Aen. 1, 29 his accensa (Gloss. his rebus concitata). Prop. 1, 20, 45 accensae Dryades candore puellae. Ov. trist. 4, 10, 67 cum ... minimo accenderer igni *amoris* (Avg. civ. 21, 15 igne divini amoris. 10, 6. 10, 17). met. 11, 527 laudis accensus amore (Stat. Theb. 1, 425 odio nullaque cupidine laudis). Liv. 1, 12, 9 Romana acies audacia regis accensa. 3, 50, 3 indignitate rei. *et saepius*. Val. Max. 3, 2, 12 vi doloris. 5, 1 ext. 2 amore filiae. 5, 4, 6. 7, 3, 10 *filium* inconcessis ac periculosis facibus accensum. 8, 11 ext. 7 indignatione (Plin. nat. 8, 158). 6, 2, 1 *al.* Phaedr. append. 4, 7 studio accensus. Sen. epist. 116, 5 humanitate eius *sapientis* inritamur, ... superbia accendimur. Cvrt. 5, 10, 1 regni cupiditate. 6, 5, 25 cupidine visendi regis (Clavd. 28, 332 visendi principis ardor accendit ... patres). 10, 1, 16. Lvcan. 7, 49 maxima pars volgi ... magno accensa tumultu. Petron. 26 Quartilla iocantium libidine accensa (Plin. nat. 35, 18). 108 Tryphaena contumelia ... accensa. Plin. nat. 17, 3 odio. Val. Fl. 2, 385 Aesonides monitis accensus amaris. 4, 354 Iuno ... cura accensa iugali. Stat. Theb. 6, 428 accensum laudibus. silv. 2, 1, 48 accensum ... bile fera famulisque tumentem. Qvint. inst. 6, 2, 35 sola pronuntiatio ita falsis accendit adfectibus. Tac. hist. 2, 2 desiderio Berenices. 3, 45 propriis in reginam stimulis. ann. 15, 4 ira magis quam metu *al.* Plin. epist. 8, 14, 3 *libertatis* dulcedine accensi. paneg. 13. Vlp. dig. 48, 5, 16, 6 fervore aetatis accensus. Apvl. Plat. 2, 22. Capitol. Alb. 6, 4 quibus rebus accensus (Svlp. Sev. chron. 1, 8, 4). Amm. 15, 5, 16. 26, 6, 17 populus ... accendebatur novitatis repentina iucunditate. 16, 4, 1 oppidi rapiundi spe in maius accensa *multitudo*. *cf.* 28, 1, 51. Ambr. Noe 93 studio virtutis. Cod. Theod. 9, 14, 3, 7 (*p. Chr. 397*) studio verae laudis. Oros. hist. 7, 29, 10 ultione fratris. Vvlg. II Macc. 10, 35 accensi animis (*πυρωθέντες τοῖς θυμοῖς*). 14, 45. Clavd. rapt. Pros. 3, 256 Acheloides ... accensae malo. 357 religione loci. carm. min. 9, 26 stimulis accensa tubarum agmina.

Liv. 4, 25, 13 ingenti certamine accendit. *cf.* Verg. Aen. 7, 482. Sil. 5, 339 furiata cohors ausisque accensa superbis. *active*: Verg. Aen. 4, 232 si nulla accendit tantarum gloria rerum (Liv. 2, 20, 1). 15, 560 *Aeneam* pugnae accendit maioris imago. Sil. 16, 329 hos accendit nobile nomen antiqui stabuli. Cod. Iust. 5, 70, 1, 6 furor stimulis suis ... eum accenderit. *ad aliquid*: *praepositiones*: ad: [Cic. Tusc. 1, 4 omnes accenduntur ad studia, *sic* Avg. civ. 5, 13 *sed* inc- *codices Ciceronis, cf. p. 277, 60.*] Sall. Iug. 31, 16 quam illi ad dominationem accensi sunt. Liv. 4, 6, 5 ad certamen. 6, 39, 5 ad id. 29, 6, 1 ad traiciendum *al.* Vell. 1, 17, 7 ad consequendos. Cvrt. 4, 15, 28 ad pugnam. 8, 13, 13 ad spernendum omne periculum. Val. Max. 7, 3 ext. 10 ad bellum inferendum maxima cupiditate accensus. Qvint. inst. 5, 11, 10 ad fortiter faciendum (Amm. 16, 12, 29). Tac. ann. 15, 66. hist. 2, 68 ad certamen luctandi. 2, 77. 3, 54. 4, 26 ann. 16, 1. Plin. epist. 6, 7, 2 eo magis ad desiderium tui accendor. paneg. 33 ad pulchra vulnera contemptumque mortis. 70 accensa est iuventus ... ad aemulandum. Apvl. met. 9, 29 illa ... ad familiares feminarum artes accenditur. Amm. 14, 7, 4 ad nocendum. 21, 3, 3 ad ducis vindictam. Ambr. Noe 85 ad gloriam. patr. 56 tuba quae bonos milites Christi accendit ad proelium (apol. David. 1, 75 in proelium). Avg. civ. 10, 17 nos ad eum colendum eique cohaerendum igne amoris eius accensi. 18, 54 ad cultum nominis Christi. Sidon. epist. 8, 4, 4 ad cuius exercitia virtutis. *cum* in: Liv. 29, 9, 6 in multo impotentiorem subito rabiem accensi (Cael. Avr. chron. 1, 176 accendat aliquos in furorem *cantilenae sonus*). Vell. 2, 98, 1 nationibus in arma accensis (Flor. 2, 6, 4. Ps. Cypr. laud. mart. 19 nec se in arma miles accendit. Oros. hist. 6, 7, 3). Val. Max. 5, 1 ext. 2 in vindictam sui ... accendere *Pisistratum* (Plin. nat. 35, 109 tyranno in poenam accenso). 7, 2 ext. 17 in perniciem suam. Lvcan. 3, 133 his magnam *Caesar* in iram vocibus accensus (Sil. 5, 558). Stat. Theb. 12, 611 in pugnas ... accensa iuventus (Amm. 19, 6, 8 in proelia). Tac. hist. 4, 36 in exitium dirum (Avg. civ. 15, 7 *invidia* Cain stimulabatur et ac-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cendebatur in fratris exitium). AMM. 22, 9, 1 in laudes eius. 21, 12, 5 partes accensae in clades mutuas (*cf.* SIL. 5, 258 accensis in mutua funera dextris). *sequ. enuntiata*: HOR. sat. 1, 9, 53 accendis quare cupiam. PLIN. epist. 10, 41, 5 hoc ipso incitor et accendor ut cupiam. AVG. civ. 14, 13 ut amaret. *infinitivi*: MART. CAP. 5, 437 ni ... fiducia me perennitatis accendat exequi. VICT. VIT. 2, 13 accenditur adhuc crudelius aliquid perpetrare. GREG. TVR. hist. Franc. 8, 15 ex hoc mihi miraculi lumine animus magis accendit (*pro* accenditur *an* accedit?) ... defigere. *in aliquem*: SALL. Iug. 64, 4 quae res Marium ... contra Metellum vehementer accenderat. LIV. 32, 38, 9 ad plebem in optimates accendendam. 40, 5, 6 in Romanos accendi regem impellique ad consilia belli. ASCON. Mil. p. 43 B. plebem in Milonem. TAC. ann. 1, 53 contumacia et odiis in maritum accendebat. 11, 8 in quos ... ira magis quam ex usu praesenti accensus. hist. 3, 45. SIL. 8, 608 hortando notum accendebat in hostem (OROS. hist. 1, 15, 2).

2 *animum, mentem, studia alicuius*: SALL. Cat. 20, 6 mihi animus accenditur. Iug. 4, 5 vehementissime sibi animum ad virtutem accendi. 8, 1 Iugurthae non mediocrem animum. 81, 1 Bocchi animum oratione. LIV. 33, 20, 6 ea legatio quae accendere regium animum posset. CVRT. 7, 11, 6 regi sic accendere animum. SEN. nat. 4, 13, 6 intemperantia quicquid animi decoxerat efferavit et in desiderium semper novi rigoris accendit. FILASTR. 135, 4 lucis veritas quae corpus et animum hominis accenderet atque amore caelesti sensum hominis excitaret. SALL. Cat. 59, 6 ea commemoranda militum animos accendebat (VERG. Aen. 7, 482 belloque animos accendit agrestis. 7, 550 insani Martis amore. 12, 426 in hostem). LIV. 6, 14, 10 id vero ita accendit animos ut. 21, 44, 4 accendit praeterea et stimulat animos dolor iniuria indignitas. 6, 18, 5 per se accensos incitabat plebis animos *al.* SEN. suas. 5, 6 ut ... animi militum accenderentur, hostium frangerentur. epist. 9, 11 animos in cupiditatem formae. SIL. 5, 305 HOMER. 473 TAC. hist. 1, 54. AMM. 30, 6, 2 ad ferociam animos agrestes. SVLP. SEV. chron. 2, 30, 8. BOET. mus. 1, 1 p. 186, 30 pugnantium animos tubarum carmine. VVLG. II Macc. 4, 38 accensis animis (*πυρωθεὶς τοῖς θυμοῖς*). SALL. Cat. 23, 5 ea res inprimis studia hominum accendit ad consulatum mandandum. Iug. 6, 3 studia Numidarum in Iugurtham accensa (TAC. ann. 3, 4 studia hominum accensa in Agrippinam. LIV. 29, 19, 10 accensis studiis pro Scipione et adversus Scipionem). SIL. 1, 185 studia accendit patriae virtutis imago. SALL. Iug. 82, 3 bonum ingenium contumelia accensum esse. 102, 3 ut ingenium aut avorsum flecterent aut cupidum pacis vehementius accenderent. LIV. 3, 45, 6 placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset. 3, 11, 9 atrox ingenium accenderat eo facto magis quam conterruerat. MANIL. 1, 49 *sacerdotibus* ipsa potentis numinis accendit castam praestantia mentem. SIL. 1, 493 pudor accendit mentem. PETRON. 124 v. 283 sumite nunc, gentes, accensis mentibus arma. SIL. 1, 345 accensae exultant mentes. 4, 169 stimulas cornu atque in proelia mentes accendis. *similia*: SEN. dial. 3, 9, 2 nisi illa *ira* implet animum et spiritum accendit (VVLG. I Macc. 13, 7 accensus est spiritus populi. *ἀνεζωοπύρησε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ*). 9, 1, 7 *mensa* nullius convivae oculos nec voluptate moretur nec accendat invidia. SIL. 16, 458 positis accendit pectora donis. 17, 292 dux ... scitus accendere corda (CORIPP. Iohann. 1, 503 barbara corda tument insano accensa furore). MAR. VICTOR carm. 3, 479 dulcis alumni accendit patrios stimulans infantia sensus. HOMER. 506 virtus clara ducis vires accendit Achivum. *adde* SALL. Iug. 89, 5 natura serpentium ipsa perniciosa siti magis quam alia re accenditur.

3 *affectus*: [TER. Andr. 308 quo magis libido frustra accendatur tua, *sic* AVG. civ. 14, 8 *sed* inc- *codices Terenti, cf. p. 276, 60.*] SALL. Cat. 20, 3 lubido sic accensa, ut ... peteret. COLVM. 6, 27, 10 quae res accendit libidinem. LIV. 2, 42, 1 accensa ea cupiditas est. PLIN. nat. 22, 78. 32, 34. TAC. hist. 1, 66 accensis egestate longa cupidinibus. AVG. civ. 2, 14. VAL. MAX. 7, 5, 3 ipsa nota accensam cupiditatem. LVCR. 5, 173 quid potuit novitatis amorem accendere tali. CVRT. 8, 3, 6 penitus haerens amor fastidio ... accensus est. 10, 1, 29 amorem regis in se. COLVM. 6, 27, 3. PLIN. epist. 5, 19, 5 nihil aeque amorem incitet et accendat. APVL. apol. 30 amoris ardorem. TAC. hist. 1, 83 ut adfectus vestros in amorem mei accenderem. SIDON. epist. 3, 3, 3 illud in te affectum ... universitatis accendit. OV. am. 1, 2, 9. COLVM. 8, 11, 6 accendenda venus est. PLIN. nat. 29, 78. 28, 119 cupiditates veneris. SALL. Iug. 15, 5 ne polluta licentia invidiam accenderet (LIV. 2, 23, 2. SIL. 8, 258 Varro ... accendere sollers invidiam. SVLP. SEV. chron. 1, 34, 6). VERG. Aen. 5, 183 laeta extremis spes est accensa duobus (LIV. 24, 35, 6 spes ad pellendos Romanos. 26, 4, 2 spem Campanis. TAC. ann. 12, 34). 10, 367 dictis virtutem accendit amaris (VAL. MAX. 8, 15, 7. STAT. Theb. 6, 4 quo Martia ... paret sese accendere virtus). OV. rem. 133 quin etiam accendas vitia irritesque vetando (AVG. civ. 5, 13 huic vitio non solum non resistebant, verum etiam id excitandum et accendendum esse censebant). met. 9, 28 accensae non ... imperat irae (LIV. 6, 18, 5 CVRT. 7, 6, 21 SIL. 4, 642. 5, 105. 17, 442. STAT. Theb. 11, 497 accensae stimulis maioribus irae. 12, 93. SED. carm. pasch. 1, 200 *tyranni* Achaemeniam rabies accenderat iram plus fornace

sua. AMM. 26, 9, 3 VVLG. psalm. 77, 38). LIV. 2, 47, 6 ea desperatio Tuscis rabiem magis quam audaciam accendit. 28, 46, 12 curam ingentem patribus (SIL. 7, 526 sagacis in subitum curas). 44, 30, 5 violentiam insitam ingenio. 41, 20, 12 armorum studium plerisque iuvenum. 4, 58, 11 haec sua sponte agitata ... tribuni plebis accendunt. VAL. MAX. 8, 7 praef.: *industriae* alacri spiritu ... forensis gloria accenditur. OCTAVIA 486 equitis accensus favor (TAC. ann. 14, 13 morte *Agrippinae* accensum populi favorem. RVT. NAM. 1, 202 nuntiat accensus plena theatra favor). CVRT. 4, 2, 10 res Tyriorum fiduciam accendit. 4, 2, 20 alacritatem militum. 7, 5, 7 desiderium umoris (PETRON. 126 desiderium aestuantis. PLIN. nat. 19, 58. FRONTO p. 253, 13 N. id desiderio hoc anno tu mihi accendis). LVCAN. 6, 282 accendit pax ipsa loci movitque furorem ... quies (VVLG. Iudith 8, 12 qui iram excitet et furorem accendat). PS. QVINT. decl. 4, 7 ego communem hanc impatientiam senis accendo pietate. PLIN. epist. 4, 5, 2 intentionem eorum ... nullum quasi certamen accenderet. TAC. hist. 1, 60 odium (SVLP. SEV. chron. 2, 13, 2 odia Persae in se). 4, 56 pertinaciam. ann. 15, 1 dolorem (SEN. dial. 11, 1, 2 ne *dolorem* ipsa solacia inritarent et accenderent). ENNOD. epist. 8, 10 p. 235, 9 ut maerores accenderes. AMM. 14, 5, 5 obstinatum eius propositum accendente adulatorum cohorte. VVLG. psalm. 78, 5 accendetur velut ignis zelus tuus. OROS. hist. 1, 5, 11 tantum de rebus ... parvis divinae indignationis accensum est. *adde*: TERT. idol. 6 illis sudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis. *de discordia*: SALL. or. Phil. 14 tribuniciam potestatem, ex qua omnes discordiae accensae. VAL. MAX. 2, 29, 8 accendi magis discordiam quam sedari. PLIN. nat. 2, 104 mundi celeritate discordia accenditur. TAC. hist. 1, 65. VELL. 2, 121, 1 accensas plebis Viennensium dissensiones. VAL. MAX. 2, 2, 9 *seditionem* comitia accenderant. LIV. 22, 14, 1 de integro seditio accensa. MART. CAP. 9, 926 Asclepiades quoque medicus ... seditiones accensas crebriore cantu inhibuit. *cf.* TAC. ann. 2, 57 amici accendendis offensionibus callidi.

4 *bellum, proelium, sim.*: LVCR. 1, 475 nunquam *amor Alexandri* clara accendisset saevi certamina belli. LIV. 1, 57, 7 certamine accenso. 4, 46, 2. 22, 13, 1. 35, 10, 5. *cf.* FLOR. 2, 2, 1 primam certaminum facem ⟨Ti.⟩ Gracchus accendit. SALL. hist. 2, 59 proelium accendere. LIV. 6, 3, 8 proelium ... quod accensum ab desperatione hostium fuisset. 21, 59, 8. 25, 13, 14 luce prima proelium ingens accensum est. 30, 11, 8. CVRT. 4, 15, 19 proelium quod iam elanguerat solus accendere. 4, 15, 23. 5, 2, 5 omissum ... a iunioribus proelium unus maxime accenderat. CLAVD. 3, 300 accendit proelia: vincis. VERG. Aen. 12, 804 infandum accendere bellum. TAC. hist. 4, 1 duces partium accendendo bello acres. HEGES. 5, 8, 2 Iohannes ... bellum accendebat. *cf.* CLAVD. 5, 9 infandis iterum terras accendere bello. LIV. 9, 39, 6 pugna ... ipso certamine accensa est. 27, 32, 5 atrox pugna utrimque accensa est. SIL. 8, 488 pugnas accendere ... aere. AQVILA rhet. 30 hae figurae ... ad accendendam pugnam dicendi valent. CASSIAN. conl. 7, 20, 1 gradatim semper adversus athletam Christi robustiorum pugnas accendi. *cf.* LIV. 23, 46, 2 Nolanis per clamorem ... accendentibus ardorem pugnae. VERG. Aen. 6, 165 Martemque accendere cantu. *cf.* SVET. vita Verg. p. 62 Reiff. SIL. 15, 594 scitusque accendere Martem ... pugnator. *cf.* AMM. 29, 2, 20 caesorum ultimae dirae Bellonae accenderant faces.

B *excitare, movere aliquid, causam esse rei*: LIV. 39, 39, 12 tantum ei favorem accendit. CELS. med. 3, 6 p. 85 D. haec enim sitim accendit (CVRT. 7, 5, 2 aquarum penuria prius desperatione quam desiderio bibendi sitim accendit). SEN. Thy. 165 famem. STAT. Theb. 10, 321 accensusque mero sopor aestuat. LIV. 3, 51, 7 non minore motu animorum quam quem nova fama ... accenderat. CIC. de orat. 1, 114 praeclare enim res se habeat, si haec (*natura et ingenium*) accendi et commoveri arte possint. VELL. 1, 17, 5 alit aemulatio ingenia et nunc invidia nunc admiratio imitationem accendit. PLIN. epist. 2, 19, 2 actiones ... quas soleant commendare simul et accendere iudicum consessus. HIER. epist. 120, 12 gratias *spiritus sancti* donationesque accipimus quae nostra vel virtute vel vitio et accenduntur et extinguuntur. OROS. hist. 7, 25, 3 accendens suspicionem. *augere*: LIV. 21, 58, 6 cum eo magis accensa vis venti esset. SEN. Med. 671 immane quantum augescit et semet dolor accendit ipse. TAC. ann. 1, 69 accendebat haec onerabatque Seianus. Agr. 15 conferre iniurias et interpretando accendere. ann. 12, 54 intempestivis remediis delicta accendebat. APVL. apol. 25 crimen magiae quod ingenti tumultu ad invidiam mei accensum ... deflagravit. IVVENC. 2, 71 famam accendunt. OROS. hist. 7, 26, 7 accensa persecutio. *de pretio*: SEN. benef. 7, 9, 3 crystallina quorum accendit fragilitas pretium. PLIN. nat. 18, 225 negotiatores avari ... augent lacernarum pretia ... et reliquarum vestium accendunt. *adde*: 21, 4 mixtura versicolori florum quae invicem odores coloresque accenderet.

C *term. techn. medicorum*: accendere vulnus: CELS. med. 7, 27 p. 315 D. si parum bibitur, accenditur vulnus. 6, 6, 8 p. 229 D. haec enim (*balneum et vinum*) ... in recentibus malis aliena sunt, quia concitare ea possunt et accendere. *tumores*: CAEL. AVR. acut. 2, 160 amygdalis amaris quae ob amaritudinem tumores vehementius accendunt. 2, 54 cum omni modo tumentia acrioribus virtutibus accensa graventur. *os*: PLIN. nat. 25, 93 dictamnum enim minima potione

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accendit os. 25, 79. 15, 132 folio cuius gustatu accenditur os. 27, 22 alypon . . . acre gustu ac lentum mordensque vehementer et accendens. *cf.* 23, 57 *acetum* mitigatur usto pane . . . vel accenditur pipere ac lasere. *morbis*: CELS. med. 3, 9 p. 91 D. febres accendere. 3, 21 p. 108 D. ne febriculam accendat (inc- *codd.*). GRATT. 389 accensi⟨s⟩ febribus. CAEL. AVR. acut. 1, 20 oportebat magis ac vehementius febrem accendi. *cf.* 1, 18 quae corpori minimum accendere fervorem possint. 1, 19 obstrusio . . . qua totum corpus accendatur. ORIBAS. syn. 1, 8 quando fervens sanguinis plenitudo adcendit acutissimam febrem. OROS. hist. 6, 12, 3 lues quae tanto gravius accenditur. CAEL. AVR. acut. 3, 99 accendens. . . . causa passionis *hydrophobiae* est canis rabidi morsus. 2, 85 siquidem laxamentum passio *lethargia* deposcat quam necessario accendit thapsia. ORIBAS. syn. 5, 47 communia . . . accendentia sunt nauseam.

synonyma ad II: concito, excito, incendo (DIOM. gramm. I 315, 36), incito, irrito, stimulo. ENN. ann. Fest. 201 omnes occisi obcensique. id est accensi.

opposita ad I: extinguo, gelo, refrigero, restinguo. *ad II*: extinguo, mitigo, placo, sedo.

accendo, -ōnis *m. tortor.* TERT. pall. 6 accendones et omnis gladiatorum ignominia togata producitur.

Accenna *v. sub* Acc-.

accēnseo, -sum, -ēre. *ab* ad *et* censeo. *Wölfflin, Archiv 8 (1893) 115. adnumerare, addere*: OV. met. 15, 546 de dis minoribus unus numine sub *Dianae* lateo atque accenseor (assentior, acceptior *v. l.*) illi. LIV. 1, 43, 7 his *centuriis* accensi cornicines tubicinesque. LACT. inst. 2, 9, 5 oriens deo adcensetur. 5, 2, 15 religionis cui fuerat accensus. SYMM. epist. 9, 37 siquidem maior adfectio falsis accenset dubia rumorum. SALVIAN gub. 8, 1, 3 a plurimis nostrae iniquitates dis adcensentur. CARM. anon. poet. min. V 109, 5 nox accensetur soli ceu luna diei. *part.* **accēnsus,** -ī *m. v. Cichorius et Kubitschek, PW. I 135.* CORP. III 7134 accénsó. X 3865 ad. censo. IX 5823. 5833 *al.* adcensus. VARRO antiq. Non. 59 consules ac praetores qui secuntur in castra accensi dicti quod ad necessarias res saepius acciantur (GLOSS. V 649, 24 accensi deputati, ab acciendo dicti. VARRO ling. 6, 89) velut accensiti. PAVL. FEST. 14 adscripticios . . . et accensos dicebant quod ad legionum censum essent adscripti (*cf.* 18). GLOSS. V 436, 16 accensi qui magistratibus praesto sunt aut militibus tributi. **1** *in re militari*: VARRO vit. pop. Rom. Non. 520 accensi ⟨qui⟩ quidem ascribtivi, cum erant adtributi decurionibus et centurionibus, quia eorum augebant numerum, accensi vocabantur (FEST. 198). PAVL. FEST. 18 accensi . . . qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur. 14 qui supplendis legionibus adscribebantur (VEG. mil. 2, 19 quos nunc supernumerarios vocant. 3, 14). NON. 58 accensi genus militiae est administrantibus proximum. PLAVT. Frivol. frg. 4 ubi rorarii estis? :: adsunt. :: ubi sunt accensi? :: ecce ⟨nos⟩ VARRO ling. 5, 82 magister equitum quod summa potestas huius in equites et accensos. CIC. rep. 2, 40 accensis velatis (VLP. Vat. 138. CORP. VI 1969 accensus velatus de via sacra. X 3865, 6. 6094) LIV. 8, 88 accensos minimae fiduciae manum. 8, 10, 2. **2** *ministri magistratuum*: VARRO ling. 7, 58 accensos ministratores Cato esse scribit. 6, 88. 89 in aliquot rebus item ut praeco accensus (ad censum *cod.*) acci[pi]ebat a quo accensus quoque dictus. *cf.* LIV. 45, 29, 2. LEX Vrs. (Corp. II 5439) 1, 3, 23 *apparitores duumvirum* scribas lictores accensos viatorem tibicinem haruspicem praeconem. *al.* FRONTIN. aq. 100 eos qui aquis publicis praeessent . . . lictores binos . . . architectos . . . set scribas [et] librarios, accensos praeconesque . . . habere. PLAVT. Boeot. frg. 2 accensus clamarat meridiem (PLIN. nat. 7, 21, 2 accenso consulum *meridiem* pronuntiante). CIC. leg. 2, 61 accenso atque lictoribus (ad Q. fr. 1, 1, 21). Verr. 3, 74. 4, 157 libertus et accensus eius (3, 69. Att. 4, 18, 4 epist. 3, 7, 4 *cf.* ad Q. fr. 1, 1, 13). Verr. 4, 154 hoc esse commune accensorum lictorum viatorum. 2, 71 accensus C. Neroni (Ps. ASCON. p. 179 B. ut nunc dicitur princeps vel commentariensis aut cornicularius) LIV. 3, 33, 8 collegis novem singuli accensi apparebant (SVET. Iul. 20) 8, 31, 4 se . . . magistrum equitum ac non accensum dictatoris. 38, 55, 5 scribae duo et accensus. CORP. X 531 accensus consuli (1889) 5185 accensi divi . . . . 6657 accensus equit(um) Roman(orum). IX 5823 (*p. Chr. 159*) adcensus patroni. 5833. V 3354 accenso a patron(o) LYD. mag. 1, 13 *ἀττήνσους*.

accēnsibilis, -e *adi.* VVLG. Hebr. 12, 18 non accessistis ad tractabilem montem et accensibilem ignem (*κεκαυμένῳ πυρί*)

accēnsio, -ōnis *f.* GLOSS. lucernarum accensio *λυχναψία*. ITALA Lugd. exod. 39, 17 lucernas accensionis (*λύχνους τῆς καύσεως*). 39, 36. IREN. 2, 17, 4 secundum accensionem *facularum*. HIER. in Ezech. 45, 10 vix eam *drachmam mulier* lucernae accensione reperit. PAVL. NOL. epist. 44, 6 altaribus domini quae non recipiunt nisi illius ignis accensionem. ISID. in levit. 8, 2. *translate*: PS. HIER. in epist. ad Tit. 2, 8 (Migne 30, 898) verbum sanum irreprehensibile: nullius adulationis accensione languens. AVG. c. Iul. op. imp. 5, 11 impuberes stimulat quidem praecoqua voluptas, sed suis annorum legibus sterilis scintillat accensio. CASSIOD. in psalm. 6, 1 furor repentina mentis accensio. 24, 8 furoris. *munus*: LYD. mag. 1, 13 *ἀττηνσίονας, cf. ind. Tέ.*
In GLOSS. *confunditur cum* accessio, *item* accensiuncula *cum* access.

accēnsor, -ōris *m.* AVG. in ev. Ioh. tract. 23, 3 apostolos non dicit lucernam sed accensores lucernae. *translate: auctor consilii*: GLOSS. II 12, 43 *εἰσαγωγεύς, εἰσηγητής, βούλαρχος*. *Lommatzsch.*

accēnsus vel **-tus,** -ūs *m.* GLOSS. II 290, 29 accensus *ἔκκαυσις*. PLIN. nat. 34, 88 lampadum accensu. 37, 103 lychnites appellatur ab lucernarum accensu. SYMM. epist. 3, 48 accensu luminum claritudinem diei adiuvare. *translate*: *cf.* GLOSS. IV 5, 40 accentus sonus, inflammatio vel vociferatio, *ubi* inflammatio *pertinet ad hanc vocis vim. de febri*: FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 133, 1 febrium. GREG. TVR. vit. patr. 2, 4 gravissime incommodi accensu afficiebatur *forma heteroclitica* virt. Iul. 3 tertianorum quartanariorum febrium accensi . . . conquiescunt. *Krusch, index p. 931. saepissime apud Gallos forma* accentus (*cf. Geyer, Archiv 8, 1893, 472*). SVLP. SEV. Mart. 19, 1 epistulam Martini . . . pectori puellae in ipso accentu (accensu *AFV*: accessu *BM*) ardoris (*sc. febris*) inseruit. MARC. med. 36, 5 hoc . . . medicamen et in accentu placat dolores et in declinatione confirmat sanitatem. GREG. TVR. Mart. 4, 10 in accentu febrium . . . positus. vit. patr. 14, 3 ab illo tertianarum accentu febrium occupatur. AVELL. p. 55, 1 quam (*patientiam*) dum despicitis excitatis ut longae tolerantiae desperatos sumat accentus. SIDON. epist. 4, 6, 4 in maximo hiemis accentu. 5, 17, 7 ludi ab accentu sese removit.

accentio, -ōnis *f. Wölfflin, Archiv 8 (1893) 117.* EVLOG. in Cic. somn. Scip. p. 15, 15 Hold. et acuti quidem soni vehementius et citius percusso aere excitantur, graviores autem, quotiens lenius tardiusque pulsantur et ubi nimius incitatiorque pulsus est, accentio vocitatur, succentio vero, cum lenior tardiorque pulsatio est. ex accentionibus ratione musicae cantio temperata symphonia dicitur. *cf.* accentus *2*.

accentiuncula, -ae *f.* GELL. 13, 6, 1 quas Graeci *προσῳδίας* dicunt, eas veteres docti tum 'notas vocum' tum 'moderamenta' tum 'accentiunculas' tum 'voculationes' appellabant.

τονίζω **accento** GLOSS. II 457, 10. *diversum ab* accanto.

accentor, -ōris *m. minister quidam ecclesiasticus.* ISID. orig. 6, 19, 13 tres gradus sunt in cantando: primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris.

accentus, -ūs *m.* [*ab* accinere *ad exemplum vocabuli graeci προσῳδία formatum. Th.*]. *Wölfflin, Archiv 8 (1893) 117.* DIOM. gramm. I 431, 1 accentus est dictus ab accinendo, quod sit quasi quidam cuiusque syllabae cantus. apud Graecos quoque ideo *προσῳδία* dicitur, quia *προσάδεται ταῖς συλλαβαῖς* (SERV. gramm. IV 426, 6 MART. CAP. 3, 268 ISID. orig. 1, 17, 1). CLEDON. gramm. V 32, 5 tria habet cognomenta accentus: aut toni sunt aut tenores aut accentus, toni a sono, accentus ab acuendo (accinendo?), tenores ab intentione. GLOSS. *προσῳδία, ἄρσις, τόνος*, sonus productus, sonus acutus, vox acuta sive producta, sonus vocis correptae vel productae, ratio metrica, inflammatio (*spectat ad* accentus *ab accendendo*) vel vociferatio; impetu.

1 *apud grammaticos de sono cf. FSchoell, acta soc. Lips. VI (1876), 73—215*: PAVL. FEST. 259 'quando' cum gravi voce . . . idem, quod 'quoniam' . . . coniunctio; quando acuto accentu, est temporis adverbium. QVINT. inst. 1, 5, 22 adhuc difficilior observatio est per tenores . . . vel accentus, quas Graeci *προσῳδίας* vocant. 1, 5, 25 *et* 28 ut metri quoque condicio mutet accentum. 12, 10, 33 accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaves habemus *quam Graeci.* GELL. 4, 7 epistula . . . super accentu nominum quorundam Punicorum. 13, 26, 3 quem accentum nos dicimus, voculationem appellat *Nigidius.* 17, 3, 5 voces diversitate accentuum separantur. TER. MAVR. 1433 Italum si quando mutet Graius accentus sonum. DIOM. gramm. I 431, 3 accentus quidam fastigia vocaverunt, quod capitibus litterarum ⟨ap⟩ponerentur; alii tenores vel sonos appellant, nonnulli cacumina retinere maluerunt (*cf.* MART. CAP. 3, 273 ISID. orig. 1, 17, 1). PRISC. gramm. II 44, 2 syllaba est comprehensio literarum consequens sub uno accentu et uno spiritu prolata. 130, 3 qui de accentu scripserunt. 298, 21 accentuum mutationes. PS. PRISC. gramm. III 519, 25 accentus namque est certa lex et regula ad elevandam et deprimendam syllabam uniuscuiusque particulae orationis. *passim apud grammaticos.* AVSON. 322, 47 tu flexu et acumine vocis innumeros numeros doctis accentibus effer. 409, 22 haec . . . iuxta naturam Romanorum accentuum enuntiasti. HIER. epist. 73, 8 cum . . . pro voluntate lectorum ac varietate regionum eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur. AVG. epist. 149, 4 diligentiora exemplaria per accentus notam eiusdem verbi ambiguitatem Graeco scribendi more dissolvunt. MART. CAP. 3, 268 est accentus, ut quidam putaverunt, anima vocis et seminarium musices (cf. DIOM. gramm. I 430, 31 POMP. gramm. V 126, 27). SED. pasch. carm. 1, 186 si sermonis Achivi una per accentum mutetur littera, sol est *Heliae nomen.* CASSIOD. var. 9, 21, 3 dispositis congruenter accentibus metrum novit decantare grammaticus. *de nominibus signisque accentuum cf.* DIOM. gramm. I 431, 6 PS. PRISC. gramm. III 519, 27 DON. gramm. IV 371, 21 SERV. *ibid.* 426, 10 SERG. *ibid.* 528, 28 (*qui Varronis doctrinam exhibere videtur*) POMP. gramm. V 125, 34 GRAMM. VI 274, 21 VII 539, 16 MART. CAP. 3, 273. ISID. orig. 1, 18 *quorum plerique* acutum (*quem* rectum *dicit* PRISC. gramm. II 14, 8), gravem, circumflexum *enumerant, hunc* flexum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vocat CHAR. gramm. I 64, 15, inflexum SERG. gramm. IV 528, 30 MART. CAP. 3, 273. *de quantitate*: CHAR. gramm. I 35, 24 correpta o littera dicamus duŏ milia; in accentu longo duō homines (*cf.* DIOM. *ibid.* 434 PS. PRISC. gramm. III 520, 7 CLEDON. gramm. V 33, 31 ISID. orig. 1, 18). NON. 503 ab eo quod est fervit breviato accentu fervĕre facit. 2 *in re musica*: FRONTO p. 158, 17 N. isti autem tam oratores quam poetae consimile faciunt atque citharoedi solent, unam aliquam vocalem litteram de Henone(?) vel de Aedone multis et variis accentibus ⟨iter⟩are. SOL. 5, 19 *tibias* milvinas quae in accentus exeunt acutissimos. CHALC. comm. 40 per accentum ad acuminis postremi sonum pervenitur. 44 et accentus quidem existunt ex nimio incitatoque pulsu, succentus vero leni et tardiore. ex accentibus et succentibus variata ratione musicae cantilena symphonia dicitur. AMM. 16, 12, 36 dato aeneatorum accentu (ancentu *Nettleship*) sollemniter signo. 24, 4, 22. GREG. TVR. hist. Franc. 10, 19 p. 449 Kr. in armoniis sonorum modulationes suavium accentuum carminibus concrepare. SIDON. epist. 7, 12, 3 cum plausuum maximo accĕntu. *Klotz.*

accentus, ūs *m. ab* accendere *vide sub* accensus.

accepta, -ae *f.* (*sc. sors agri*). *agrimensorum vocabulum. Wölfflin, Archiv 8 (1893) 120. Kubitschek, PW. I 137.* FRONTIN. grom. 51, 16 quo pertica cecidit, eatenus acceptae designantur. 45, 8. HYG. limit. grom. 113, 3 sortes dividi debent ... et in forma secari denum hominum acceptae, ut quot singuli accipere debent in unum coniungantur. 199, 12 agro limitato accepturorum comparationem faciemus ad modum acceptarum. 201, 18 acceptas acceperunt. 204, 5 primum agrum ... centuriabimus, deinde acceptas terminabimus. 204, 8 sortes sic inscribes, ut, si una accepta duas ... pluresve centurias continebit, has centurias et quantum ex accepta habeant, in una sorte inscribemus. 293, 21 *al. v. ind. Lachm.* *forma dubia*: HYG. limit. grom. 132, 1 *veterani* vendentes ex acceptis suis aut ... adicientes ... ad accepta sua (*sic Arcer., Lachm.*; -tas suas *Gudian.*).

acceptābilis, -e. *ab* accepto. *inferioris aevi vox. Wölfflin, Archiv 8 (1893) 120.* GLOSS. acceptus, *εὐπρόσδεκτος. probabilis, credibilis*: TERT. nat. 1, 19 quanto acceptabilior nostra praesumptio est. IREN. 2, 10, 4 attribuere substantiam *rerum* ..., virtuti *dei* ... et credibile et acceptabile et constans. AMBROSIAST. in Rom. 1, 5 doctrinam ... acceptabilem facerent *cf.* I Cor. 1, 17. 2, 4. AVG. civ. 5, 2 p. 192 acceptabilior et de proximo credibilior coniectura. quaest. hept. 5, 39 sensus (*syn.* credibilius est). epist. 228, 4 (*coniunct.* verum). NOVELL. 36, 1 *testium* gravitas iudicibus acceptabilis sit. *gratus*: 1 *de rebus, praecipue eis quae deo offeruntur*: ITALA codd. Boern. Fuld. Rom. 15, 31 oblatio (*εὐπρόσδεκτος*; accepta *Vulg.*). Phil. 4, 18 hostia (*δεκτή*) *cf.* VVLG. lev. 1, 4, *ubi synon.* in expiationem hominis proficiens. *quasi subst. ibid.* 22, 20 *bos* si maculam habuerit, non offeretis neque erit acceptabile (*cf.* 21). 23, 11 *sacerdos* elevabit fasciculum..., ut acceptabile (*δεκτόν*) sit pro vobis. *cum dat.*: VVLG. Agg. 1, 8 *domus* acceptabilis mihi (*deo*) I Petr. 2, 5 spirituales hostias acceptabiles deo per ... Christum (TERT. orat. 28 AMBR. exhort. virg. 14, 94 *al.*). Is. 58, 5 ieiunium et diem acceptabilem domino (*cf.* MAX. TAVR. hom. 43). II Cor. 6, 2 tempus. TERT. Iud. 5 sacrificium (HIER. in Is. 11, 6, 168). LACT. epit. 53 (58), 3 victima *cf.* AVG. civ. 2, 11 p. 65 victimas diis acceptabiles. SIRIC. epist. 1, 9 (Migne 13, 1138) munus. AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 2. 2, 5, 17 CORIPP. Ioh. 8, 368. AMBROSIAST. in II Cor. 2, 15 odor (*synon.* bonus). GREG. TVR. hist. Franc. 10, 29. AVG. civ. 10, 5 p. 408 sacrificia ... ne ipsi deo desiderabilia vel certe in nobis acceptabilia ... crederentur, *v. sub* delectabilis. CASSIAN. conl. 21, 26, 6 placitas et acceptabiles deo primitias. PS. AVG. serm. 78, 6 quidquid bono animo obtuleris, quam sit acceptabile deo. PAVL. NOL. epist. 11, 10 extr.: aut acceptabilis deo aut refutabilis similago (*de interiore homine*). TERT. orat. 7 paenitentia. NOVELL. 37, 7. AVG. serm. 227 extr.: fides. PS. AVG. serm. 16, 2 cogitationes (*synon.* sanctae). CASSIAN. conl. 9, 22, 1 morum disciplina. BENED. reg. 5 oboedientia. AVELL. 113, 3 voluntas. 66, 1 ut imperialis auctoritas iuncta Christianae devotioni acceptabilior deo fieret. AVG. epist. 21, 1 nihil esse hominibus acceptabilius episcopi officio. GREG. TVR. vit. patr. 4, 1 sancto ... hoc opus. glor. mart. 64. CLEM. ad Cor. 7 videamus quod est bonum et suave et acceptabile coram deo. PS. AVG. serm. 107, 4 si castigas et flagellas, acceptabile est. 2 *de hominibus*: VVLG. Esth. 10, 3 Mardochaeus ... acceptabilis (*δεδοξασμένος*) plebi fratrum. Tit. 2, 14 mundaret sibi populum acceptabilem (*περιούσιον*). PS. CYPR. abus. 5 proximis amabilem hominem ... deo acceptabilem. SALV. gub. 6, 29. GREG. TVR. hist. Franc. 5, 7 magnum ... et deo acceptabilem ..., qui ... collocavit. HEGES. 5, 33, 1 lin. 118 Web. ubi est civitas (*Hierusalem*) ... acceptabilis deo. AVG. conf. 10, 8 quid amo, cum te (*deum*) amo? ... non membra acceptabilia carnis amplexibus. *adv.* **acceptābiliter**. AVG. medit. 33 suscipe benigne et acceptabiliter ... sacrificium.

synonyma: amabilis, credibilis, delectabilis, desiderabilis, placitus *cf.* acceptus. *oppositum*: refutabilis.

[**acceptābulum**] *v.* acetabulum.

acceptāculum, -ī *n.* GREG. M. epist. 7, 29 suadeo, ut magnitudo vestra in suo proposito quondam in pauco tempore delectabili acceptaculo (*codd. mel.*, receptaculo *dett.*) peregrinationis vivere studeat.

[**acceptālis**], -e. ITALA cod. Clar. Rom. 15, 31 remuneratio mea, quae in Hierusalem, acceptalis fiat sanctis (acceptabilis *Roensch*, accepta *Vulg.*).

acceptātio, -ōnis *f.* GLOSS. *v.* acceptilatio. TERT. pudic. 5 extr. idololatren ... et homicidam semel damnas, moechum ... excipis? ... personae acceptatio est *cf.* acceptio (LVCIF. Athan. 2, 19 LEO M. epist. 85, 1). adv. Marc. 5, 9 Abrahae gentem ... acceptatione et benedictione dignabitur *Christus*. FVLG. RVSP. epist. 18, 4, 8 *Christum* verae ... mortis acceptatione pro nobis animam suam propria potestate posuisse. *v.* acceptio.

acceptātor, -ōris *m.* GLOSS. auctor (actor? *Goetz*), conscriptor. TERT. iei. 11 votum cum a deo acceptatum est, legem in posterum facit per auctoritatem acceptatoris. LVCIF. Athan. 1, 4 acceptatores personae ... tuae. LIB. gener. (retractator Latinus) 66, 24 munerum acceptatores. *aditus?* CORP. XIV 16, 6 (*II p. Chr. saec.*) Herculi numini sancto cum basi marmorata acceptatoribus et terraris C. Sentius Portesis s(ua) p(ecunia) d(e)d(icavit). *Habel, PW. I 138.*

acceptilātio, -ōnis *f.* [*ex* accepti latio *coaluit. Th.*] *vocabulum ICtorum. M. Voigt, Abhdlg. d. Sächs. Ges. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 10 (1887) 547. Wölfflin, Archiv 8 (1893) 121. Leonhard, PW. I 138.* GLOSS. II 238, 43 *ἀπολοιπογραφία*. 341, 60 *καταλογισμός* inputatio. 13, 2 acceptilatio et acceptatio *ἄποχον γραμμάτιον cf.* 555, 30. *vocabulum usurpatur de solutione tam per scriptum quam per verba facta, cf. Leonhard l. l. vers. 23. 38.* GAIVS inst. 3, 169 per acceptilationem tollitur obligatio. acceptilatio autem est veluti imaginaria solutio; quod enim ex verborum obligatione tibi debeam, id si velis mihi remittere, ut patiaris haec verba me dicere 'quod ego tibi promisi, habesne acceptum?' et tu respondeas 'habeo'. *cf.* 2, 85. 3, 171. DIG. 46, 4 *inscribitur*: de acceptilatione. MODEST. dig. 46, 4, 1 acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. VLP. (IVL.?) dig. 34, 3, 7, 1 acceptilatio solutioni comparatur *cf.* VLP. 46, 4, 5. 46, 4, 19, 1 inter acceptilationem et apocham hoc interest, quod acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, apocha non alias quam si pecunia soluta sit. PAPIN. dig. 50, 17, 77 (*bis*) POMP. 46, 4, 4 IVL. 12, 2, 40 PAVL. 4, 2, 21, 4 *et* 5 VLP. 46, 4, 8, 4. *iuncturae usitatiores*: acceptilatio valet (IVL. 18, 5, 5 pr. *al.*). acceptilatione libero *sc. debitorem* (GAIVS dig. 4, 2, 10 *al.*), per acceptilationem libero (GAIVS inst. 2, 85 *al.*). *plura v. vocab. iurispr. rom. et Archiv. l. l.* *servatur tmesis*: GAIVS dig. 39, 6, 31, 4 per accepti quoque lationem egens debitor liberatus. PAVL. dig. 23, 3, 41, 2 accepti quoque latione dos constituitur.

acceptio, -onis *f. ab* accipio. *Wölfflin, Archiv 8 (1893) 121.* *actus accipiendi.* GLOSS. *λῆμψις.* CIC. top. 37 *Mancinum* deditum non esse, quoniam non sit receptus; nam neque deditionem neque donationem sine acceptione intellegi posse. DON. Ter. Andr. 951 datio ab acceptione confirmatur. SALL. Iug. 29, 4 mittitur ... quaestor in oppidum Iugurthae Vagam. cuius rei species erat acceptio frumenti, quod ... imperaverat. PAVL. sent. 5, 34, 1 *litterarum dimissoriarum* quae vulgo apostoli appellantur ... postulatio et acceptio intra quintum diem ... facienda est. LVCIF. Athan. 1, 21 munerum acceptio (*cf.* VVLG. II par. 19, 7 cupido munerum). HIER. in Mich. 3, 9 (471). AVG. civ. 8, 17 p. 347 donorum. in psalm. 134, 11 mercedis. LEX Visig. Recc. 5, 7, 8 muneris. NOVELL. 8 pr. 1 quicumque civiles administrationes provinciarum habent, puris ... uti manibus et omni abstinere acceptione (*λήμματος*) pro illis. 28, 5 pr. 124, 2 mittatur in exilium qui propter acceptionem (*λῆψιν*) alienum crimen in se transponi festinavit. *ratio assignandi agros*: SIC. FLACC. grom. 156, 18 acceptiones in centuriis ... explicandae sunt *cf.* accepta. CORP. VI 751 tradidit hierocoracica ... filio suo ... anno tricensimo acceptionis suae. ARNOB. nat. 7, 12 intellegant (*di*) suas gratias sacrorum acceptionibus obligatas. 5, 26 *Eleusiniorum* sacrorum in acceptionibus. MERCAT. Cael. 2, 10 in baptismi acceptione. HIER. epist. 36, 16 quod maior filius vocatur *Esau*, acceptio legis est Iudaeorum. LEO M. epist. 124, 7 formae servilis acceptio 165, 8 FVLG. RVSP. serm. Fast. 13 (*bis*). 14 non semper ad communionem acceptionis refertur quidquid in communione operis invenitur. 19 *in legendo* simul est carnis et animae operatio, ubi est animae solius acceptio. *acceptio per os* (*vocabulum medicorum*): THEOD. PRISC. eup. 95 lactis (log. 45). log. 21 butyri. 49 ellebori. gyn. 31 radicum. ORIBAS. syn. 6, 24 superflua ciborum acceptio. *ibid.* per singulas cibi acceptiones. 40. *praemissa in syllogismo*: PS. APVL. Plat. 3 p. 271 dico illationem ... quod ex acceptionibus colligitur et infertur. porro acceptio est propositio quae conceditur a respondente, *vide sequentia.* CHALC. comm. 302 praecedunt quippe acceptiones quae elementa (lemmata? *Koehler*) vocantur conclusionem. BOET. anal. post. 1, 26 acceptio immediatae propositionis et non necessariae. *cf.* sumptum. *personarum acceptio*: GLOSS. *προσωπολημψία*. VVLG. II par. 19, 7 non est ... apud dominum ... personarum acceptio (Rom. 2, 11 Eph. 6, 9 I Petr. 1, 17 *al.*). AMBROSIAST. in Rom. 2, 3. 9, 13 DID. apost. 29, 25 AVG. c. Pelag. 2, 6, 11 in his est acceptio a domino personarum. c. Iul. op. imp. 1, 39 *et passim.* OROS. apol. 31, 6 LEO M. serm. 11, 2 *al.* VVLG. Sirach 20, 24 personae autem acceptione perdet se. TERT. adv. Marc. 4. 35 ex acceptione (acceptatione *Leid.*) personae parcens ei. IREN. 3, 5. 2 CYPR. epist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

69, 14. Avg. c. Iul. op. imp. 1, 131 *al.* Fvlg. Rvsp. ver. praed. 1, 4, 9 nec in illo ... personalis acceptio. Vvlg. I Tim. 1, 15 fidelis sermo et omni acceptione dignus (*ἀποδοχῆς ἄξιος*). 4, 9 Hier. epist. 27, 3 Avg. serm. 174, 1 *al.* Cod. Theod. 1, 9, 2 (*a. 386 ad magistrum officiorum*:) nemo a nobis postulet agentium in rebus militiae sociari, nisi quem tua acceptio (*i. tu accipiendo; vg. interpr.* tua dignatio) probari debere significat. Flor. dig. 46, 4, 18, 1 stipulatio, quam acceptio (acceptilatio *al.*) sequatur. satisacceptio *v. suo loco.*

acceptito, -āre. Non. 134 *sub* latrocinari (*auctor incertus*) apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

accepto, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* accipere acceptus *Th.*] *ab* accipere *significatione plerumque non differt. inde a* Plavto; *usitatum magis christiano aevo.* **1** *de animantibus: datum sibi capere.* Plavt. Pseud. 627 rationes ... eri Ballionis curo, argentum [expenso] accepto et quoi debet dato. Qvint. inst. 12, 7, 9 cum ... Zeno Cleanthes Chrysippus mercedes a discipulis acceptaverint. Apvl. met. 10, 19 *praepositus* stipes acceptans *cf.* 23. Papin. dig. 2, 14, 40, 2 usuras acceptaverunt *cf.* Pavl. dig. 26, 7, 44, 1. Papin. 33, 1, 10, 3 nec sumptum medicamentorum medicus libertus recte petet, quem ut patronam ... curaret acceptabat. 34, 1, 9, 1 libertum ... qui annuos viginti aureos et menstruum frumentum atque vinum acceptavit. Char. dig. 50, 4, 18, 16 qui acceptandis sive suscipiendis censualibus professionibus destinantur. Tert. anim. 17 unguenti ... quod in sepulturam suam acceptavit. Corp. XIV 3593 electo iud(icio) sacro ad ⟨census⟩ accept(andos). Colvm. 8, 8, 2 *columbae* tribus mensibus acceptant conditiva cibaria. Vvlg. psalm. 50, 21 acceptabis, *deus*, sacrificium. Avg. Iob 11 ut acceptet opera tua. bapt. 1, 14, 22 baptismum (Cresc. 4, 66, 83). Avell. 2, 61 acceptandam pacem talium episcoporum. *pati vel non dedignari*: Sil. 7, 41 Veientum populi violata pace negabant acceptare iugum. Itala cod. Wirceb. lev 22, 25 non acceptabuntur (*δεχθήσεται*) ista vobis. Zeno tract. 1, 4, 7 acceptantur preces (*i. exaudiuntur*). Pavl. Nol. epist. 20, 2 extr. *papa* officium sermonis nostri ... acceptans. *adprehendere sensibus vel animo*: Leo M. 62, 4 impiis acceptaverat auribus domini verba. Manil. 3, 439 quod bene cum propriis simul acceptaveris (*i. didiceris*) horis, in nulla fallet regione horoscopus unquam. Arnob. nat. 2, 57 acceptare pro vero id quod forsitan non sit. Avg. c. Fel. 1, 17 et acceptavi, et tu sic mihi accepta, quicquid dixero. Oros. hist. 7, 27, 2 fide non acceptatum, exitu tamen probandum. **2** *de inanimis*: Varro Men. 92, 6 limbus pictus ... altus in obliquo aethere Lunae bigas acceptat. Cvrt. 4, 6, 8 agi cuniculos iussit facili ac levi humo acceptante occultum opus. Mela 1, 7 *mare* alia aliis locis cognomina acceptat. *structum singulariter*: Itala (Avg. civ. 10, 5 p. 409) Mich. 6, 7 si acceptaverit dominus in milibus arietum (*εἰ προσδέξεται κύριος ἐν χιλιάσι κριῶν*). *part. adi.* **acceptātus,** -a, -um. Sen. benef. 2, 7, 3 omni genere, quod des, quo sit acceptatius, adornandum est.

acceptor, -oris *m. qui accipit.* Gloss. *λημπτής, δοχεύς.* [*hisp.* azor *M.-L.*] *Wölfflin, Archiv 8 (1893) 123. Habel, PW. I 138.* Plavt. Trin. 204 qui illorum verbis falsis acceptor fui. Tert. pat. 4 *patientiam* dominus omnium bonorum et demonstrator et acceptor deus in semetipso circumtulit (acceptator *ed. Rigalt. ex cod. Pithoeano?*). Corp. VI 32328 (acta lud. saec. sept.) 3, 74 acceptor sis bo⟨....⟩. *magistratus*: Corp. XIV 2, 6 puteus factus ... sumptu ... N. Treboni Eutychetis q(uin)q(uennalis) ... acceptorum. 150, 1 acceptores (*sequuntur nomina*). 154, 12 corpus me(n)sorum frument(ariorum) adiutorum et acceptorum Ost(iensium). *v. adnot. edit. ad XIV 2.* Corp. VI 5181 Ti. Iuli Donati acceptoris a subscr(iptionibus). Cod. Iust. 8, 55 (56), 10 pr. *et* 1 donationis acceptor. Ps. Hier. quaest. hebr. in I paral. 6, 21. Corp. VI 9212 Septicius ... de sacra via auri aceptor (*sic*). Boet. cons. 4, 4 miserior ... iniuriae inlator quam acceptor. Plac. gloss. V 7, 8 *et* 44, 3 acceptorem salutis qui salutatus est. *προσωπολήπτης*: Itala (codd. Cantabr. Gig.) *et* Vvlg. act. 10, 34 non est personarum acceptor deus. *locus saepe laudatus.* *f.* **acceptrīx,** -īcis. Plavt. Truc. 571 des quantumvis, nusquam apparet, neque datori neque acceptrici. Corp. VI 32323 (act. lud. saec. Aug.) 97 ⟨huius⟩ sacrifici acceptrices sitis *cf.* 32328, 3, 46. *Hey.*

acceptor, -ōris *m. avis. v.* accipiter.

Acceptor, -ōris *nom. equorum.* Corp. VI 10050 (*a. 115*) equis his: Circio, Acceptore, Delicato, Cotyno. 10056, 20 *equis* Hisp(anis): ... Acceptore. *Otto.*

acceptōrārius, -ī *m. accipitrum custos.* Anth. 300 (*tit.*:) in acceptorarium obesum et infelicem.

acceptōrius, -a, -um. Frontin. aq. 34 extr.: alioqui cum in erogatorio modulo minus invenitur, in acceptorio plus (*sc. aquae*), adparet non errorem esse, sed fraudem. *Hey.*

acceptus, ūs *m.* Gloss. II 287, 19 *εἴσοδος ἢ λῆψις* acceptus ob- [**acceris**] *v.* acieris. [ventio. *V.*

Acceptus, -a *nomen servorum humillimorumque.* Corp. VI 20263 C. Iulius Secundus Iuliae Acceptae coniugi. 19797 Tib. Iulio Accepto. 200 III 5 (*a. 70*) L. Atilius Acceptus. 10475 d. m. Accepte Syrillae, T. Flavius Hedonicus coniugi. 27035 Tettia P. l. Accepta. XV 1534 (*a. 123*) ex pra(edis) Vlpiae Accepta(e). IX 5498 (*Falerione*) Praesentia Accepta mate(r) fecit. X 1169 (*Abellini*) C. Rubrius C. l. Acceptus. 1989 (*Venafri*) Q. Sattius Q. l. Acceptus. XI 1057 (*Parmae*) Titius Acceptus veteran(us) ex praet(orio). V 4501 (*Brixiae*) Accepto Chiae servo. 4513 (*ibid.*) Accepto C. Iulí Tapponis. XII 1964 (*Viennae*) L. Iul(i) Accepti ... M. Iul(ius) Euplus et Iulia Accepta parentes. Inscr. Rhen. add. 2037 Acceptiae Accepta⟨e⟩ ... T. Aelius Viperinus ... coniugi. 632 (*a. 238*) Maceri Acce⟨p⟩ti. Corp. III 4871 (*Virunì*) C. Acisonio Accepto. VIII 9350 (*in Maur. Caes.*) Laetus Accepti regis Iubae l(iberti) f(ilius). 3729 (*Lambaesi*) C. Iulí Olympí ... Herennia Accepta coniugí. 18065, 5, 15 (*castr. Lambaes., a. 162*) Iulius Acceptus. *una* c: Corp. V 6645. III 8076, 1 (*in Dacia, in lucerna*) Acptus (*sic*). *in Hispania non inventum est.* Acceptus *nom. gent.* Inscr. Rhen. 155 T. Altius Ianuariu⟨s⟩ et L. Acceptus Retoma⟨r(us)?⟩, *nisi legendum* Accept⟨i⟩us. **Acceptius,** -a *nom. gent. inventum in Gallia, ad Rhenum, in Pannonia.* Corp. XIII 1907 (*Lugudunì*) Acceptia Accepta. 1910 (*ibid.*) Q. Accepti Venusti. † 1058 (*in Aquitania*) Marcus Acceptiu(s) Mascellio. Inscr. Rhen. 845 Acceptia Tasgilla. 857 Acceptius Varusius. add. 2037 Acceptiae Accepta⟨e⟩ ... T. Aelius Viperinus ... coniugi. 1088 (*periit*) Aceptia (*sic*) Aerepta. Corp. III 4433 (*Carnunti*) ⟨P.⟩ Acceptius Victorinus. **Acceptiānus** *cogn.* Corp. III 5071 (*in Norico*) Acceptus Ac⟨cep⟩tiani. 5443 (*ibid.*) Acceptian⟨o⟩. 6493 (*ibid.*) Acceptiano Accepti fil. Corp. III p. 947 (*in tab. cer. Dac., a. 159*) Platorem Acceptianum (*i. q.* Platorem Accepti filium). **Acceptīnus,** -a *cogn.* Corp. III 4795 (*in Norico, periit*) Helvius Accep⟨t⟩inu⟨s⟩ (*?*). Inscr. Rhen. 827 Iulius Victor ... Acceptinae coniugi. **Acceptīnius** *nom. gent.* Inscr. Rhen. 1837 Acceptinius Festinus. **Acceptīlla** *cogn. mul.* Corp. XII 2971 (*inter Ucetiam et Nemausum*) Licinia P. fil. Acceptilla. **Acceptissima** *nom. mul.* Inscr. Murat. † 1819, 5 (*Romae, ex Boldetto*) Acceptissime co⟨g⟩iugi benemerente. *Otto.*

accersibilis, accerso *sim. v. sub* arcessibilis, arcesso.

Acces *indecl.*, אֲקֵס, *nom. vir. hebr.* Vvlg. II reg. 23, 26 (*Ἰσκα*). I par. 27, 9 (*Ἐκκῆς*). *Lommatzsch.*

Acces *nom. vir. Hispanum.* Corp. II 5763 (*Pallantiae, a. u. c. 752*) Acces Licirni (*sc. filius*) tesseram hospitalem fecit cum civitate Palantina. *Otto.*

accessa, -ae *f. v.* accedere. *i. q. accessus maris.* Consvl. Ital. chron. min. I p. 295 ad a. 365: his cons. maris actessa (*sic*) et accessa fuit XII kl. Augustas (*sic Vind. prior.*, maris accessa recessa fecit per omne litus *Vind. post.*) (*cf.* Consvl. Const. chron. min. I p. 240 mare ultra terminos suos egressum est). Itin. Burd. p. 3, 8 fluvius Garonna per quem facit mare Oceanum accessa et recessa per leugas plus minus centum. Anton. 41 culfus exit de pelago, qui accessa recessa habet. Serv. auct. Aen. 1, 246 tanta est in illis locis accessa quae dicitur maris, ut per ora Timavi id est usque ad initium fontis mare accedat. *ibid.* constat ... et in illo loco accessa⟨m⟩ maris usque ad montem pervenire et per omne litus Venetiarum mare certis horis et accedere per infinitum et recedere. Gloss. III 599, 34 accessa deceroma *corrupte.* *Usener, Götternamen p. 374.*

accessibilis, -e *adi. ab* accedere, accessum. Gloss. II 319, 14 *εὐπρόσιτος* accessibilis. *proprie*: Cassiod. hist. 6, 32 sublatis ... ianuis ecclesiae maioris fit cunctis accessibile sanctuarium. *translate*: Tert. Prax. 15 a se novissime visum *Christum* per accessibilem utique lucem (*cf.* Vvlg. I Tim. 6, 16 lucem inhabitat inaccessibilem). Avg. epist. 137, 18 modus ... dicendi *in S. Scriptura* ... omnibus accessibilis, quamvis paucissimis penetrabilis. Cassiod. hist. 2, 23 clementiam accessibilem suis fallaciis. Novell. Iust. 105 praef.: quatenus omnibus ... bonis viris existat accessibilis (*βατή*) *consularis dignitas.* *adv.* **accessibiliter** *i. per accidentiam.* Clavdian. Mam. anim. 27, 13 quod illic (*in deo*) substantialiter, hic (*in homine*) accessibiliter *virtus est. cf.* 35, 2. 28, 12 essentialiter, non accessibiliter.

accessibilitās, -ātis *f.* Tert. Prax. 15 contraria ... filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem (*opp.* immortalitatem, lucem inaccessibilem). V.

accessio, -ōnis *f.* Gloss. accessio *εἰσβολή.* *apud* Macr. accessio *idem valet atque* progressio, *cf.* accedere *p. 253, 58.* *Wölfflin, Archiv 9 (1896) 126.* accessio, *licet antiquius sit verbum, non tam firme lateve servavit proprium sensum quam* accessus: *in capitibus I II saepius invenitur* accessus, *de facultate non dicitur nisi* accessus, *de morbis longe usitatius* accessio, *item de incremento.*

I *de motu hominum, cf.* accessus *I*: Plavt. Truc. 258 quid tibi ad hasce accessio aedis est prope? Trin. 709 quid tibi interpellatio aut in consilium huc accessio est? Avg. c. Secund. p. 933, 24 Vind. nihil noceret cuius libet corruptoris accessio. c. Pelag. 3, 7, 19 sicut possumus dicere perfectum esse viatorem, cuius bene promovetur accessio, quamvis non perficiatur intentio, nisi fuerit facta perventio. Macr. somn. 1, 6, 81 septem motibus omne corpus agitatur: aut enim accessio est aut recessio aut in laevam dextramve deflexio aut sursum quis seu deorsum movetur aut in orbem rotatur.

II *de motu rerum, cf.* accessus *II*: Macr. somn. 1, 12, 1 in utraque (*porta*) obviante solstitio ulterius solis inhibetur accessio, et fit ei regressus ad zonae viam. 1, 17, 10 quo se tendat accessio *caeli.* 1, 18, 4 *stellas erraticas* moveri sua quoque accessione. *ibid.* 8 a Tauro in Arietem recta ... accessione prodirent. 2, 9, 3 ex ipsa aquarum collisione nascitur illa famosa oceani accessio pariter et recessio.

III Gloss. II 310, 47 *ἐπισημασία ἢ ἐπὶ πυρετῷ* accessio. II 12, 56

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accessiones *ἐπίληψις ἐπισημασία*. CASS. FEL. 55 p. 142 accessiones, quas Graeci episemasias vocant. GLOSS. V 268, 55 accessio febris accidit. *cf.* accessus *p. 288, 57*. CELS. 2, 8 accessiones huius morbi (SEN. dial. 5, 33, 3). 2, 10 febris accessio. 2, 4 *febres* per accessiones increscant. 2, 17 recessit accessio. 3, 20 ea (*accessio*) decessit. 3, 3 aliae *febres* diem noctemque accessione et decessione implent. 3, 8 accessiones decessionesque. 3, 12 *opp.* sub decessu febris. 3, 3 accessiones remissionesque. 3, 7, 2 inclinata iam accessione. CELS. 2 *et* 3 *sim. saepe recurrunt*. SEN. dial. 5, 3, 4 in quas (*vires*) aegrum morbus et accessio erexit. nat. 6, 18, 6 cum frigore *spiritus* inhibetur aut sub accessionem cursu suo deicitur. epist. 72, 6 sanitatis loco est levior accessio. 85, 12 minima ... accessio. SCRIB. LARG. 99 ex longo intervallo accessionibus vexabuntur (*opp.* in remissione dolorum). 170 ante accessionem febrium. PLIN. nat. 27, 114 in febribus ante accessiones (32, 114). 23, 50 *opp.* in remissione. *saepe* accessio *hoc sensu apud* PLIN. *in libris* 20—32 *legitur*. SVET. Vesp. 23 prima ... morbi accessione. GARG. MART. 4 tria ... grana tertianas excludere, ante accessionem si fuerint devorata. HEGES. 5, 8, 2 remissior erat exteriorum morborum accessio. AVG. conf. 6, 1, 1 quasi per accessionem, quam criticam medici vocant. SORAN. 2, 30 (83) in accessione si dolor minus fuerit. 2, 23 (74) habet ... haec valitudo accessiones et dialimmata. 2, 1 (11). MARC. med. 20, 128 periodicis febribus qui laborant, id est accessionibus diurnis et nocturnis. PS. APVL. 1, 19 sub accessionem. PLAC. med. 16, 13 caprae lac ... leviores facit accessiones. DIOSC. 4, 4 ante una hora accessionis. CASSIAN. inst. 10, 1 aestus accessionum. CAEL. AVR. acut. 2, 29, 159 declinante accessione. *ibid.* augmenti ... atque accessionis tempore. 2, 10, 63 in statu accessionis. 2, 36, 189 in statu totius passionis atque temporalis accessionis. 3, 17, 147 cum statum sumpserit accessio. 2, 5, 24 in declinatione et accessione vel dimissione. CASS. FEL. 77 p. 187 quae in accessione senserint, dimissionis tempore recordentur. ORIBAS. syn. 6, 3 quanto increscunt et antecedunt accessiones. 8, 8 *opp.* in declinatione. *in imagine*: SEN. benef. 2, 14, 3 accessio illa quae animum inflammabat. AVG. in psalm. 43, 20 (Migne 36, 490) venit accessio temptationis.

IV GLOSS. II 13, 3 accessio *προσθήκη*. *ibid.* 10 accessiones *προσθῆκαι*. *cf.* accessus *IV*. **1** *actus, accedendi*: CIC. fin. 3, 45 recta igitur effectio ... crescendi accessionem nullam habet. 1, 51 quae autem tanta ex improbis factis ad minuendas vitae molestias accessio potest fieri quanta ad augendas? *ibid.* 55 fieri tamen permagna accessio *dolendi* potest. Tusc. 4, 40. *ibid.* 3, 69 paucis annis magna accessio *philosophiae* facta esset. Tim. 18 neque enim ulla decessio fieri poterat neque accessio, nec vero erat unde. fin. 3, 34 ipsum bonum non accessione neque crescendo ... appellamus bonum. epist. 2, 1, 2 tibi accessiones fient et fortunae et dignitatis. 2, 11, 1 non tam accessio *famae* quaerenda. 7, 6, 1 est accessio commendationis. PLANC. Cic. epist. 10, 9, 1 in dies vero meritorum meorum fieri accessiones. *ibid.* 18, 3 magnam ... hostes accessionem sibi fecisse, si quas copias a Lepido abstraxissent. CIC. epist. 13, 18, 2 tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest. *ibid.* 22, 1 mea commendatione aliquid accessionis fore. BELL. Alex. 48, 1 magnas odii sui fecerat accessiones. NEP. Att. 14, 2 tanta pecuniae facta esset accessio. LIV. 39, 28, 2 non quia magna accessio ea regni futura esset (*si civitates ad regnum adicerentur*). 44, 11, 1 virium accessione animus crevit praetori. SEN. contr. 2, 7 (15), 1 in accessionem patrimoni peregrinando. VELL. 2, 130, 5 *feminae* potentiam nemo sensit nisi aut levatione periculi aut accessione dignitatis. VAL. MAX. 5, 10, 3 calamitatis. 9, 8, 3 indignitationis. SEN. dial. 3, 1, 6 novae feritatis accessio. 3, 13, 2 ullius boni. 6, 18, 2 lunae successionem ... accessionibus damnisque mutabilem. benef. 4, 40, 5 ille non erit sensurus ullam accessionem recepto eo, quo reddito mihi multum abscessurum erit. nat. 4, 2, 21 *Nilo* aequalis accessio est. epist. 66, 9 honestum quoque nullam accessionem recipit ... crescere posse inperfectae rei signum est. 66, 47 ulteriorem doloris accessionem. PLIN. nat. 18, 221 horae nunc in omni. accessione (*lucis vel noctis*) aequinoctiales, non cuiuscumque diei significantur. QVINT. decl. 361 p. 393 meae pecuniae accessio ad me pertinet. ... an iacturam debeo sentire, accessionem non debeo? ALF. dig. 39, 3, 24, 3 lacus cum aut crescerent aut decrescerent, numquam neque accessionem neque decessionem in eos vicinis facere licet. VLP. dig. 50, 16, 178, 1 'hereditas' iuris nomen est, quod et accessionem et decessionem in se recipit. 10, 3, 6, 5 et accessionem et decessionem hoc iudicium accipere. POMP. dig. 15, 2, 3 et accessionem et decessionem quasi peculii recipiendam. IAV. dig. 40, 7, 28, 1 cum peculium et accessionem et decessionem habeat. CHALC. transl. 33 caloris accessione vel contra frigoris. SYMM. epist. 1, 20, 3 accessiones frigorum. PALLAD. 4, 11, 3 laborum ... accessio. HIL. in psalm. 2, 25 non ... cum divinitatis decessione fit humilitatis accessio. AMM. 22, 2, 5 accessione opum et virium (AVG. civ. 4, 6). MACR. somn. 1, 13, 15 non est praecipitandus vitae finis cum adhuc proficiendi (*ad perfectionem*) esse possit accessio. CIC. rep. 2, 37 quanta in singulos reges rerum bonarum ... fiat accessio. HIL. in psalm. 118 Koph 7 p. 526 quanta ... fit in sanctos iniuriae accessio, tanta fit ex dei lege decessio. accessiones facere (*progressus facere*) *in formulam abiit*: BELL. Alex. 22, 1 *milites* magnas accessiones fecerint in operibus hostium expugnandis. *cf. p. 285, 47 et 51*.

2 *persona vel res quae accedit. de hominibus*: CIC. Pis. 84 tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris Pleuratus eius comes quem necasti. LIV. 7, 30, 6 Campani ... accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram. 30, 12, 22 utrius regum duorum fortunae accessio Sophonisba esset. 38, 54, 10 nisi ... frater insuper accessio invidiae mactetur. 45, 7, 2 Syphax ... accessio Punici belli fuerat (*ibid.* 39, 3 *et* 7). 45, 26, 7 duorum hominum noxae civitatem accessionem facitis. SEN. suas. 7, 6, 7 Lepidus ... alienae semper dementiae accessio ... est. VAL. MAX. 5, 7, 1 nec accessio gloriosae illius pompae (*triumphator*), sed auctor spectatus est. 9, 1 ext. 5 Ptolomaeus rex accessio vitiorum suorum vixit. SEN. dial. 6, 26, 7 ipsae (*animae*) parva ruinae ingentis accessio in antiqua elementa vertemur. epist. 87, 18 *domini* accessiones illorum (*patrimoniorum*) et appendices sunt. PLIN. nat. 29, 11 nullo idem censente, ne videatur accessio alterius. PS. QVINT. decl. 9, 20 ille quidem (*Terentius*), maioris momenti accessio, publicam senserat felicitatem. TAC. hist. 3, 13 octo nimirum legiones unius classis accessionem fore. FLOR. 1, 25 (2, 9, 4) Aetoli belli accessio fuerunt. 1, 36 (3, 1, 16) Bocchus ... alienae cladis accessio fieri. 1, 41 (3, 6, 7) Cilix ... Mithridaticae provinciae factus accessio. MIN. FEL. 24, 2 fieri malunt alieni erroris accessio. CORP. VI act. Arv. a. 120 v. 47 cum calator accessio sit sacerdotis. HIL. in psalm. 67, 20 per populi credentis accessionem benedictionis multiplicatur augeturque confessio. *de rebus: res, ad quam accessio accedit, adnexa est per praepositionem* ad *vel dativo significata est*: CIC. orat. 124 quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Pis. 91 cum tibi ad pristinas cladis accessio fuisset Aetoliae ... interitus. fin. 4, 67 ad id (*summum bonum*) ecquaenam fieri possit accessio. Tim. 44 ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio (*ὁπότε ... τὸ μὲν προσίοι, τὸ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος*). Att. 12, 23, 2 ad maximas aegritudines 16, 16, 3 ad paternas ... necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas. LIV. 36, 7, 6 quae (*vires Philippi*) non accessio tantum ad Romanum esse bellum ... potuerint. LIV. 31, 7, 9 minima accessio ... Epirus regno ... fuit. QVINT. inst. 11, 2, 41 cotidie adicere singulos versus, quorum accessio labori sensum incrementi non adferat. *genetivus rei, quae additur, aut eius, ad quam accessio accedit, appositus est (hic illic etiam subintellegendus)*: CIC. fin. 4, 30 momentum aliquod habeat ad iucundum accessio *unius mensis*. 3, 45 *interit* in divitiis Croesi teruncii accessio. Lael. 11 paucorum annorum (SEN. dial. 10, 11, 1). fin. 5, 71 accessiones bonorum. off. 1, 138 hanc (*domum*) Scaurus demolitus accessionem adiunxit aedibus. div. 2, 36 haec decessio capitis aut accessio subitone fieri potest? nat. 1, 105 neque deficiat umquam ex infinitis corporibus similium accessio. off. 3, 12 eorum (*utilium rerum*) neque accessione meliorem vitam fieri nec decessione peiorem. fin. 3, 30 mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem. LIV. 30, 40, 3 quae parva bene gestae rei accessio erat. SEN. contr. 7 praef. 2 non omnis quaestio per numeros suos implenda est? ... sed tamquam accessio non tamquam summa (*quaestio pars tantum controversiae habenda est.*). VAL. MAX. 8, 7 ext. 8 quantula Socrati accessio illa futura scientia erat? SEN. dial. 7, 9, 2 voluptas ... virtutis accessio. 8, 7, 2 propositum ... an propositi alterius accessio. benef. 4, 1, 3 inter accessiones numerabis. nat. 3, 4 accessionem fluminum maria non sentiant. 6, 8, 5 sive caput illa (*vis fluminis*) sive accessio est Nili. epist. 87, 18 fiscus tanti est, quantum habet: immo in accessionem eius venit, quod habet. dial. 11, 7, 5 *nominibus* in accessionem validioris *nominis* conversis. epist. 89, 11 eum (*locum*) accessionem esse naturalis partis existimant. 116, 3 *voluptatis* accessio. *etiam stoicorum ἀδιάφορα* SEN. epist. 66, 25 *et* 35. 92, 24 accessiones *vocantur*. PS. QVINT. decl. 9, 15 pars haec causae, quae confessione longi silentii absoluta hodie in accessionem criminis alterius deducitur, potest apud vos impetrare veniam. GELL. 18, 1, 14 virtus ... non accessio neque supplementum. TERT. anim. 25 valetudo *est* animae accessio. *ibid.* 18 ceterum accessioni deputandum, quod aut deus postea aut diabolus adspirarit. ieiun. 7 laetitia accessio saginae. adv. Marc. 1, 22 natura bonus et non accessione. SOL. 2, 25 auctus ... Padus aquarum accessione triginta flumina in Adriaticum defert mare. IVST. 6, 1, 1 accessione Atheniensium opum vires duplicatas. HIL. in psalm. 52, 4 *versus* inferius etiam cum accessione subiectus est. 68, 25 non proprietas interior ..., sed exterior accessio. SYMM. epist. 6, 14, 2 novae frugis accessio. AMBR. Iob 2, 5, 18 *granum* quod cecidit et resurrexit plurimorum fructuum accessione cumulatum. AVG. c. Iul. 1, 5, 16 (Migne 44, 650) si autem accessit *malitia* ... et principium accessionis non substantiam habuit, sed voluntatem. SALV. gub. 4, 31 illos (*divites*) ut decessio etiam minimarum functionum locupletaret, istos (*pauperes*) ut accessio maximarum adfligeret. CLAVDIAN. MAM. 28, 13 adfectio accessio *animi* est (*non ad substantiam animi pertinet*). *proprie in argumentatione philosopha*: CIC. ac. 2, 112 diceret ... neque adderet illam magnam accessionem. fin. 2, 42 qui ad virtutem adiungunt ... vacuitatem doloris ..., accessione utuntur non ita probabili. 2, 35 tres *fines sunt*, in quibus honestas cum aliqua accessione. *in re pecuniaria*: CATO agr. 144 accessiones in M. ∞CC accedent oleae salsae M. V, olei puri P. VIIII. CIC. Cluent. 87 quadraginta istorum accessio milium.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Verr. 4, 118 in vendundis decumis nummorum faciebat accessiones ad singulas decumas. *ibid.* 83 quas (*decumas*) cum addixisset eidem ... tritici mod. V̄ et accessionem ascripsisset HS MD. *cf. ibid.* 76. 116. 117 *et* 3, 133. Rab. Post. 30 utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent in centesima, an decessionem de summa fecerit. *ibid.* 31. COLVM. 1, 7, 2 in ... lignis et ceteris parvis accessionibus exigendis. SEN. epist. 97, 5 non vacat de pretio queri, plus in accessionibus fuit. PLIN. nat. 34, 11 accessio candelabri talis fuit ... iussu praeconis ... fullo gibber ... emente id Gegania. 33, 5 aurum iam accessio est. CORP. IV suppl. 1, XXIII 12 arbitria s⟨estertio⟩s viginti et acc⟨e⟩ss⟨ione⟩s HS XIII (*cf. adn.*). SCHOL. Pers. 2, 50 decepta expectatione et spe accessionis quae erat. *apud iuris consultos proprie* accessio *opponitur principali rei*: GAIVS inst. 3, 126 horum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest, quam in principali re. PAVL. sent. 3, 6, 22 accessio ab alluvione ad fructuarium fundum, quia fructus fundi non est, non pertinet. POMP. dig. 41, 1, 27, 2 si neutra (*pars*) alteri accessioni est. PAVL. dig. 6, 1, 23, 5 quaecumque aliis iuncta sive adiecta accessionis loco cedunt. EDICT. aed. VIp. dig. 21, 1, 25, 9 quanta pecunia pro eo homine soluta accessionisve nomine data erit. *ibid.* 21, 1, 1, 1 si quas accessiones ipse praestiterit. GAIVS dig. 21, 1, 45 si neque pretium neque accessionem solvat. *temporis*: AFR. dig. 44, 3, 6, 1 convenit ut *servus*, nisi certa die pecunia soluta esset, inemptus esset. quod cum evenerit, quaesitum est, quid de accessione tui temporis putares. GAIVS inst. 4, 151 nullam autem propriam possessionem habenti accessio temporis nec datur nec dari potest. *possessionis*: SCAEV. dig. 44, 3, 14 de accessionibus possessionum nihil ... definire possumus. PAVL. dig. 41, 4, 2, 16 accessio possessionis. *negotiationis*: VLP. dig. 3, 2, 4, 2 sive autem principaliter hoc negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur. *cf. PW. I 139.*

synonyma (*cf.* accessus): *ad III*: augmentum. *ad IV 1*: incrementum, crescere. *ad IV 2*: (additamentum), supplementum, appendix. *opposita*: decessio, abscessio. *ad II*: regressus, recessio. *ad III*: remissio, decessus, declinatio, dimissio. *ad IV 1*: levatio, iactura, damnum. *ad IV 2*: summa, principalis res, proprietas interior. *Bickel.*

accessito, -āre. *ab* accedere, accessum. CATO orig. 1 frg. 20 eodem convenae conplures ex agro accessitavere.

accessiuncula, -ae *f. ab* accessio *deminutive.* GLOSS. II 309, 23 ἐπιλημψία ἢ νόσος accensi uncula.

προσθετος **accessīvus** GLOSS. II 421, 39.

accessus, -ūs *m. ab* accedere. *verbum inde a* CIC. *non ita rarum crebrescit apud christianos. plur. primum apud* OV. *legitur, saepe apud* AVG. *dat.* accessu: APVL. mund. 34 AMM. 29, 1, 20. *gen. plur. deest. Hey, Archiv 9 (1896) 453. 459. cf.* accessio.

I *actus accedendi, de singulis hominibus, de exercitu, de navibus sim., cf.* accessio *I*: GLOSS. ἐπίβασις, προσέλευσις, προσαγωγή. CIC. Mil. 52 accessum ad urbem nocturnum. Sest. 131 ad urbem accessus ... hominum multitudine et gratulatione florebat. BELL. Afr. 58, 3 accessum hostium aucupabatur. BELL. Hisp. 29, 2 rivus, qui ad eorum accessum summam efficiebat loci iniquitatem. 30, 6. 38, 5 tardabant ab accessu. OV. epist. 10, 64 accessus terra paterna negat. LIV. 28, 7, 1 haud facilis erat in insulam classi accessus. 28, 43, 17 tamquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit. VITR. 10, 14, 1 testudo ... e qua etiam accessus ad murum potest haberi. FEST. 371 quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeat accessum. PHAEDR. 2, 1, 10 silvas petivit, homini ut accessum daret. SEN. Med. 188 arcete ... tactu et accessu procul *Medeam.* COLVM. 4, 30, 5 ut sit facilis accessus colentibus. 6, 19, 1 tutus accessus ad pecudem medenti (*cf.* AVG. civ. 3, 23 *animalia* dominorum aversabantur accessum). LVCAN. 3, 424 pavet ipse sacerdos accessus *Phoebi.* 3, 43 obtulit hospita tellus puppibus accessus faciles. PLIN. nat. 12, 33 *planta* difficili accessu propter aculeos. 37, 201 Italia ... accessu cunctarum gentium facili. 19, 176 *hortensiae* accessu mulieris menstrualis flavescunt. 19, 60 qua detur accessus homini scatebrisque decursus. VAL. FL. 4, 27 in arces nunc Iovis accessus *est.* STAT. silv. 2, 1, 196 vestigia iungit accessu tacito. Theb. 12, 438 quis enim accessus ferus hospitis umbrae pelleret? 12, 152 procul usque fugati accessus hominum. QVINT. inst. 12, 10, 37 (*in imagine*) illis facilis per quaelibet vada accessus. FRONT. aq. 124 ne accessu ad reficiendos rivos redemptores ... prohiberentur (VEG. mil. 4, 10 ut aquatoribus liber praestetur accessus *ad aquam*). CORP. IX 5894 (*a. 115*) quod accessum Italiae ... addito . . portu tutiorem navigantibus reddiderit APVL. mund. 34 regiones ... desidia maris pedestri accessu (*dat.*) pervias factas (AVG. civ. 4, 2). TERT. adv. Herm. 45 solo visu et solo accessu (*cf. ibid.* appropinquante) substantias protulisse *deum.* SOL. 5, 3. 29, 5. 15, 22 advenis accessus rarus est. 47, 2 accessum negat. IVST. 2, 8, 2 in accessu hostium. 9, 2, 11 pacatum accessum ad religionem dei petens. NON. 64 pedatu positum pro repetitu vel accessu. HIL. in psalm. 60, 6 ad patrem (AVG. c. Fortun. 16, Vind. 25, 6 p. 93, 13). ITIN. Silv. 20, 12 ibi accessus Romanorum non est. AVR. VICT. epit. 12, 4 ne *Nerva* accessu malevolorum terreretur. OPTATVS 6, 10 accessum prohibent. ZENO Migne 11, 425, 19 non illum accessus infecerat urbium. AMM. 29, 1, 20 erat expositus accessu (*dat.*) insidian-

tium. AVSON. 334, 240 accessus faciles qua ripa ministrat. HEGES. 1, 16, 4 propiore Magni accessu. 1, 17, 2 sollemni. 2, 10, 4. 4, 1, 1. 4, 3, 3. 5, 23. 5, 34, 2. VVLG. II Macc. 14, 3 ad altare. Rom. 5, 2 habemus accessum per fidem in gratiam (Eph. 2, 18. 3, 12). RVFIN. Iud. 1, 20. AVG. civ. 4, 4 perditorum hominum accessibus. 8, 21 a suo accessu non arceant. 22, 29 *corporis spiritalis.* SVLP. SEV. dial. 2, 12, 7 ne ad se improbis sit liber accessus. MART. CAP. 6, 602 animantum. 6, 614. CANON. 2, 24 ad huiusmodi feminas. CLAVDIAN. MAM. p. 186, 22 *tit.* de accessu et recessu *hominis ad deum.* ENNOD. op. 1 p. 263, 6 ut negaret accessum *callis tuus.* COD. Theod. 1, 15, 10 ei ... in Thebestina civitate accessus (ascessus *cod. Ambr.*) pateat (*opp.* aditus provinciae). COD. Iust. 1, 11, 1 pr. 10, 32, 51 pr. GREG. TVR. Franc. 5, 20 in monasteriis a se longiori accessu (accensu *alii codd.*) remotis.

nota: DIOM. gramm. I 477, 8 qui iaculentur, ex brevi accessu in extensum passum proferuntur (ἐξ ὀλίγου διαβὰς προφόρῳ ποδί) *i. ex ipso corporis statu, qui fit gressum paranti. supina aequant*: MELA 2, 66 sinus ... asper accessu. PLIN. nat. 7, 39 noxia accessu. PS. QVINT. decl. 19, 3 tristis accessu. HEGES. 4, 27 v. 3 *et* 24 difficilis accessu *alia.*

translate: CIC. epist. 9, 14, 7 tum accessus a te ad causam facti, tum recessus. APVL. met. 8, 2 cruento facinori quaerebat accessum. PS. BOET. grom. 392, 9 intellegentiae. *de amore*: OV. ars 1, 352 accessus molliet illa tuos. 604 ipsa tibi accessus turba locumque dabit. met. 14, 636 accessus prohibet refugitque viriles. GRATT. 163. *de bestiis*: GRATT. 242 accessus abitusque notare ferarum. COLVM. 8, 3, 6 ne ad aves feles habeant ... accessum. 7, 12, 4 tectus tenebris canis tutiorem accessum habet ad insidiantem. AMM. 25, 6, 2 fremitum accessumque *elephantorum.* LEX Vis. Recc. 8, 4, 23 pecodum. VITA Caes. Arel. 1, 48 ne in loco illo ultra apri accessum habeant. PALLAD. 1, 28, 2 ab aquae prohibeantur accessu *phasiani.*

CIC. nat. 2, 34 bestiis *natura* ... dedit ... cum quodam adpetitu accessum ad res salutares, a pestiferis recessum.

II *de rebus, cf.* accessio *II*: *de sideribus*: CIC. de orat. 3, 178 ut luna accessu et recessu ⟨suo⟩ solis lumen accipiat. nat. 2, 50. 2, 49. 2, 19 solis accessus discessusque (AVG. civ. 5, 6 solaribus accessibus et decessibus). div. 2, 89 accessu stellarum et recessu. PLIN. nat. 2, 106 errantium. APVL. mund. 13. LACT. ira 13, 4 sol ... tum abscessu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem hiemis et aestatis vicissitudines facit. inst. 2, 5, 18. *de ventis, solis luce*: VERG. Aen. 3, 570 portus ab accessu ventorum immotus. GARG. MART. pom. 2, 2 ut accessum neque sol neque ventus inveniat. APIC. 1, 17 ubi sol accessum non habet. *de maris motu continuo*: CIC. nat. deor. 3, 24 *aestuum* certis temporibus vel accessu vel recessu. MELA 3, 1 alternis accessibus. 3, 21 oceani exaestuantis accessibus. 3, 55 ob alternos accessus recursusque pelagi. APVL. mund. 19 menstruis cursibus lunae detrimenta et accessus fretorum atque aestuum deprehenduntur (*cf. sub IV*). IREN. 2, 28, 2. ITIN. Euch. 127, 8 alternante aquarum accessu. HIL. in psalm. 144, 15 non mare in accessus ac decessus movisse *deum.* *de motu aquarum inexpectato*: SEN. nat. 6, 7, 6 multa quae procul a mari fuerant, subito eius accessu vapulaverunt. PLIN. nat. 2, 173 oceanus ... vicino accessu interna maria adlatrat. SOLIN. 2, 21 accessum insinuati freti recipit *Italia.* *de variis rebus*: OV. Pont. 2, 2, 41 da ... accessum lacrimis. GRATT. 410 in primo accessu tristis medicina. SEN. dial. 5, 1, 5 alia *vitia* accessus lenes habent et incrementa fallentia. 12, 8, 1 *tristitia* nullum ... ad te invenit accessum. epist. 30, 9 mortis. 70, 27 fati varios esse accessus. 82, 16 ut conspectum eius (*mortis*) accessumque patiatur *animus.* PLIN. nat. 28, 46 accessu febrium (*cf. sub* accessio *III.* SVLP. SEV. Mart. 19, 1 ardoris. ORIBAS. syn. 6, 16). GELL. 4, 2, 13 morbum et vitium distare, quod vitium perpetuum sit, morbus cum accessu decessuque sit. SIRIC. epist. 1, 13 adolescentiae (CANON. 29, 9). AVG. epist. 166, 3 nullius rei. serm. 356, 3 legitimae aetatis. MACR. somn. 1, 12, 13 luminosi corporis. THEOD. PRISC. log. 18 crassioris aeris (*lectio non certa*). *cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 37, 192 miti accessu *aeris.* SALV. gub. 1, 43 accessus et decessus humanorum corporum. ENNOD. op. 3 (p. 365, 1). 7 (p. 413, 19).

III *facultas, occasio accedendi* (*non sic* accessio): *cf.* GLOSS. V 484, 13 sub accessu: qui potest accedi. CIC. ad Q. fr. 1, 1, 25 nullius inopiam ... non modo illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem ... esse exclusam tuo. BELL. Alex. 30, 5 liberum accessum habere. 38, 3 facillimum. BELL. Hisp. 38, 3 erat accessus loci difficilis. BELL. Afr. 5 difficilis ad oppugnandum erat accessus (ascensus *Ashb.*). VITR. 1, 5, 6 FRONT. strat. 3, 15, 5. GRATT. 334 accessus et agendi tempora belli. SEN. clem. 1, 13, 4 sermone adfabilis, aditu (aduti *codd.*) accessuque facilis. STAT. silv. 5, 1, 19 cum ... miseram ... accessus ad aurem coniugis orbati *erat.* Theb. 5, 732 placidas ... accessus (-it *Put.*) ad aures *est* (AVG. epist. 220, 1). GELL. 16, 5, 3 per quem (*locum*) a via aditus accessusque ad aedis est. CORP. VI 11027 quem (*Hermetem*) veto ... aditum ambitum ne ullum accessum habeat in hoc monumento. X 1579 ís accessus iusque esto per ianuas itineraque eius agri. HYG. grom. p. 134, 7 de via et actu et itinere et ambitu et accessu ... moventur contentiones. HEGES. 1, 30, 9 impossibili. VICT. VIT. 1, 50 interdicitur ei prodeundi accessus. 3, 33.

praecipue corporaliter via, qua acceditur, cf. aditus: VARRO rust. 3, 5, 12 accessus semita in tholum. BELL. Alex. 26, 2 tota Aegyp-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accommodātīvus, -a, -um. Prisc. gramm. III 37, 20 'ob' . . . vel loco 'pro' vel κατά graecae, cum accommodativa sunt, intellegitur.

accommodātor, -ōris *m. operarius incertum cuius officinae.* Corp. VI 9105 Herma accommodator vixit annis XLVIII.

accommodo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad commodum *ductum*. Pavl. Fest. 160, 10 a modo fit commoditas . . . accommodo. Caper gramm. VII 99, 6 commoda χρῆσον, id est praesta; accommoda apta ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν, id est coaptare. Ps. Fronto gramm. VII 522, 23 commodat mutuam pecuniam, accommodat aptat. *verbum raro legitur apud poetas, deest apud historicos* Sall. Nep. Vell. Flor., *adamatum* Rhet. Her., Cic. (*saepe in libris rhetoricis*), Qvint. *apud ICtos t. t. de actionibus, quae certis quibusdam casibus adaptantur. scriptum est* acconmodat: Not. Tir. p. 20, 8, accomodo: Carm. epigr. 213, 7. 449, 1, adcommodo: *saepe in codicibus, in quibus hic illic confunditur cum* commodo; *cf. ex. gr.* Pvblil. B 14 Rhet. Her. 4, 12, 17 Liv. 40, 57, 8 *al. de dubia apud* Rhet. Her. *structura* 'res accommodatur rem' *cf. Marxii prolegg. p. 175. ad rem metricam nota*: Carm. epigr. 449, 1 accŏmodata (*at* 213, 7 accōmoda) *cf.* Comm. inst. 2, 22, 9 ádcommodá.

Gloss. ἁρμόζω, ἐφαρμόζω, προσαρμόζω. **1** *proprie*: *convenienter* ***adiungo, applico***: Non. 71 adcommodat: adiungit, adplicat. Gloss. accommodat: adiungit. accom⟨moda⟩tur παρέχεται. *cum dativo*: Acc. trag. 687 frena . . . ori equorum. 256 exuvias . . . lateri. Lvcil. 144 dextrae gladium. Cic. Tim. 26 medio (*animo*) medium (*corporeum*) accommodans copulabat *deus* (24). frg. B 13, 5, 3 calautica capiti accommodaretur. Verg. Aen. 2, 393 lateri . . . ensem (*cf. paulo ante* insignia nobis aptemus. Sil. 5, 146). Ov. met. 8, 209 umeris . . . alas (ars 2, 67. Hyg. fab. 40 p. 69, 19 pennas sibi et filio suo). Sen. Herc. O. 1660 accommoda ignes et facem extremam mihi. Tert. idol. 16 his (*nuptiis*) accommodantur sacrificia. anim. 40 nisi . . . qui sitit calicem sibi accommodarit. Amm. 31, 2, 22 pelles . . . iumentis. Clavd. 10, 285 flammea . . . capillis. *t. t. medicinae*: Cels. 9, 3 p. 332 superimponenda sunt medicamenta non pinguia, quae recentibus vulneribus accommodantur (5, 27, 1 ext.). 5, 19, 11 ea, quae fracto capiti accommodantur (*cf. etiam l. 71*). *in imagine*: Cic. off. 1, 115 quam (*personam*) nobismet . . . accommodamus. *cum* ad: Plavt. Trin. 719 clupeum ad dorsum. Cic. Att. 16, 1, 5 ad HS. LXXX accommodetur *pecunia*. Cels. 7, 4, 2 quae (*medicamenta*) ad vulnera adcommodantur. *nota*: Cic. orat. 2, 250 Africano . . . coronam sibi . . . ad caput adcommodanti. *cum* in: Vitr. 10, 2, 2 quorum (*forficum*) dentes in saxa forata accommodantur. *absolute*: Caes. Gall. 2. 21, 5 ad insignia accommodanda (*scil. corpori*) . . . tempus defuerit. Cels. 8, 10, 1 ferulae . . . super adcommodandae sunt (*scil. membro*). 7, 2 p. 264 cucurbitulam accommodare oportet (*scil. cuti*. 6, 6, 16). Tert. bapt. 8 spiritum in aquam arcessere et concorporationem eorum (aërum *Scalig.*) accommodatis desuper manibus . . . animare (*de hydraulo*). Cael. Avr. acut. 2, 37, 196 fovendum dicimus caput oleo frigido . . . etiam aequali motu aëris accommodato. *reflexive*: Dares 3 multos adiutores futuros, si se accommodassent. **2** *translate*: *aliquid* (*aliquem*) ***conveniens*** (*-tem*) ***facto***. **a** *rem*: *cum dativo*: Rhet. Her. 2, 37 quae (*ratio*) vel alii

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

expositioni potest adcommodari. Cic. orat. 180 an dispares numeri cuique orationis generi accommodentur *quaestio est.* de orat. 2, 159 oratio multitudinis est auribus accommodanda. Liv. 8, 4, 2 rebus verba (Qvint. inst. 8, 2, 6. 9, 1, 15 *al.*). 40, 29, 7 vulgatae opinioni ... adcommodat⟨a⟩ fide. Manil. 3, 222 summam ... accommodet astris. Val. Max. 6, 4 ext. 2 defensionem ... inminenti procellae. Sen. epist. 88, 18 voluptatibus nostris ingenia. Colvm. 11, 2, 1 temporibus ... opera ruris. Sil. 9, 218 aciem ... curvis accommodat ordine ripis. Qvint. inst. 11, 3, 14 cui (*voci*) etiam gestus accommodatur (Tert. pudic. 8). 3, 8, 51 neque ... minus vitiosa est oratio, si ab homine, quam si ab re, cui accommodari debuit, dissidet (*cf.* 2, 12, 10. 9, 3, 28. 9, 4, 139. 11, 1, 39. 11, 3, 174). 6, 1, 27 *Cicero* accommodavit ei (*Miloni*) verba, convenientes etiam forti viro conquestiones. Apvl. met. 6, 4 nutum meum precibus tuis. apol. 35 istis quae commemoravi accommodari possunt similiter ex vocabulo suspiciones. Tert. orat. 6 cui rei parabolam quoque accommodavit illius hominis. Qverol. p. 10, 8 meritis ... sensum. Comm. Bern. Lucan. 3, 154 tunc vicinum Capitolium aerario vocem testimonii accommodat per echo. Avg. civ. 22, 16 ut ... mundus ... apte adcommodetur hominibus. Qvint. inst. 2, 11, 4 corporis motum non enuntiandis, sed quaerendis verbis accommodant. *reflexive*: Qvint. inst. 11, 3, 114 dextrae se frequenter accommodat *manus sinistra.* Fronto p. 72, 11 N. tibi valetudo an pro meo voto se adcommodet, fac sciam. *cum* ad: Varro ling. 9, 37 ad quam (*formam*) in declinando accommodari debeant verba. Rhet. Her. 1, 1, 1 rationem praeceptionis ad exercitationem. 1, 4, 6 exordiorum rationem ad causae genus. 4, 12, 17 soloecismus est, cum in verbis pluribus consequens verbum ⟨ad⟩ (*cf. p. 330, 49*) superius (*M*, superiori P^1B^2E) non accommodatur (commodatur *C*, commodatars *HΠB*). 4, 8, 11 verba ... ad (*ΠC*; *om. rell. cf. p. 330, 49*) unam quamque rem adcommodabuntur (*saepius*). Cic. inv. 1, 29 si res et ad eorum, qui agent, naturam et ad vulgi morem et ad eorum, qui audiunt, opinionem accommodabitur (2, 25 de orat. 2, 213. 3, 35 *saepius*). 2, 122 ad tempus id quod instituit accommodabitur (Cael. 17 Tusc. 3, 79 Att. 11, 24, 5 Oros. hist. 5, 17, 6). 1, 109 ut ad (*om. A*) equum, domum, vestem sermonem alicuius accommodes (1, 13 *et saepius*). Brut. 202 ad virium imbecillitatem dicendi ... genus. Manil. 60 ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes (*cf.* Att. 10, 8, 2). Q. Rosc. 24 ad quas (*formulas*) privata lis accommodatur (*cf.* Att. 6, 1, 15). off. 1, 138 ad quem (*usum*) accommodanda est aedificandi descriptio. nat. deor. 2, 45 ad hanc praesensionem notionemque nostram nihil video quod potius accommodem quam ut .... nat. deor. 1, 41 fabellas ... ad ea quae ... dixerat. off. 2, 60 ratio talium largitionum ... ad facultates (*cf.* Att. 12, 32, 2). Tusc. 5, 108 ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest. epist. 4, 6, 3 quod (*tempus*) est totum ad unius voluntatem accommodandum (*cf.* Q. Cic. pet. 42 Qvint. inst. 7, 3, 21). 4, 15, 2 ad id meas litteras. 9, 7, 2 meum consilium ... ad tuum (*et similiter saepius*). Liv. 3, 20, 5 mores ad ea (*iura*). 41, 24, 5 ad haec, quae palam geruntur, consilia. Qvint. inst. 10, 2, 11 imitatio ... ad alienum propositum accommodatur. 1, 11, 8 gestus ad vocem, vultus ad gestum. Svet. Iul. 40 annum ... ad cursum solis. Apvl. apol. 80 litteras ... ad iudicium istud praeparatas et accommodatas. *ad personam*: Iav. dig. 35, 1, 39 quae condicio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus. *cum gerundivo*: Cic. part. 71 ad animi motus leniter tractandos magis quam ad fidem faciendam aut confirmandam accommodatur *genus hoc dictionis.* de orat. 1, 131 magis ad eos deterrendos ... quam ad vos ... exacuendos accommodavi orationem meam. epist. 3, 8, 3 visum esse quibusdam edictum meum ... ad istas legationes impediendas esse accommodatum. *reflexive*: Cic. div. 2, 36 ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent. *cum* in: Liv. 40, 57, 8 in omnem eventum consilia accommodabantur (commodabantur *Mogunt.*). Qvint. inst. 4, 2, 36 ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, ut iudex ... accipiat. *cum* secundum: Qvint. inst. 3, 8, 64 secundum condicionem ipsius, quae tractabitur, rei accommodandam dicendi credo rationem. 5, 13, 13 propositio ... secundum hanc utilitatem accommodabitur. *sequente enuntiato comparativo*: Tac. ann. 12, 6 morem accommodari, prout conducat. *absolute*: Cato agr. 22, 3 *trapetus* domi melius concinnatur et accommodatur (*scil. ad usum*). 21, 5. 22, 1. 135, 7 (*cf.* Empor. rhet. p. 561, 9 hinc *scil. ex tribus orationis figuris* aptam materiae, sensuum, sententiarum verborumque formam accommodare meditamur *scil. ad usum legentis*). Cic. off. 3, 43 ut orandae litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet (*scil. utilitati amicorum*). Cels. 7, 12, 1 bene adcommodato plumbo (*scil. dentis foramini*) replendum est *foramen.* Plin. nat. 8, 58 *os* evellit praebenti (*leoni*) et qua maxime opus esset accommodanti (*scil. fauces evellenti*). Qvint. inst. 6, 2, 26 si verba vultumque tantum, non etiam animum accommodarimus (*scil. luctui, irae, indignationi*). Gaivs inst. 4, 118 exceptiones ... alias in edicto praetor habet propositas, alias causa cognita accommodat (*scil. causae*). Garg. Mart. 3 *ruta* digestionem adcommodat, alvum mollit. *adnexo ablativo rei, qua quid fiat conveniens*: Tert. pudic. 9 ut habitus requirentis drachmam in domo tam scoparum quam lucernae adminiculo adcommodaretur. **b** *hominem* (*animal*): *cum* ad: Cic. Verr. 1, 55 testis ad crimen accommodem. fin 1, 34 ad eam (*sententiam*) ... Torquatos.

orat. 23 Demosthenem, quem velim accommodare ad eam quam sentiam eloquentiam. *reflexive*: *cum dativo*: Phaedr. 3, 16, 1 humanitati qui se non accommodat. Sen. epist. 17, 9 naturae ... se sapiens accommodat. Val. Fl. 3, 423 se ... horrificis accommodat actis *Mopsus.* Qvint. inst. 6, 1, 37 se dicenti qui excitatur accommodet. Svet. Tib. 48 quod Seiano se non accommodassent *praetoriani.* Callistr. dig. 48, 19, 28, 3 se adclamationibus popularium accommodare. Fronto p. 80, 15 N. se tam obtemperanter nobis accommodat *Faustina.* *cum* ad: Cic. off. 1, 11 haec (*belua*) tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest ... se accommodet. orat. 24 ad eam (*voluntatem audientium*) ... et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant (*cf.* 28). Att. 11, 21, 3 me meaque ad tempus accommodem. *absolute*: Marcell. dig. 24, 3, 57 si se accommodavit dominus proprietatis (*sc. voluntati*), volente eo .... *singulariter usu neutro*: Symm. epist. 1, 17, 1 futurum reor, ut illi (*Ambrosio*) pro labore fructus accommodet (accommodent *ed.*[1] *Iureti*).

inde idem fere quod ***adhibere*****:** Non. 244 accommodare: adhibere. *cum dativo*: Plin. nat. 36, 153 Arabus lapis ... dentifriciis adcommodatur. 36, 53 Thebaica *harena* polituris accommodatur. *cum* in: Rhet. Her. 1, 7, 11 vitiosum exordium est, quod in plures causas potest adcommodari (2, 1, 2. 2, 16, 24 Cic. inv. 1, 26 Qvint. inst. 4, 1, 71). Cic. inv. 2, 155 quae (*argumentationes*) in iudiciale causarum genus adcommodantur. div. 2, 111 ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. *cum* super: Act. syn. Rom. 2, 6, 25 p. 432 super prodigum filium paternam liberalitatem caelestis medicator accommodat. *absolute*: Qvint. inst. 9, 3, 78 quocumque modo accommodari potest *scil.* ὁμοιόπτωτον. Fronto p. 97, 2 N. in qua (*oratione*) cum imagine utriculi ad exemplum adcommodandum usus esset (73, 11). Vlp. dig. 40, 5, 30, 4 accommodabimus mentem senatus consulti. Comm. instr. 2, 22, 9 terrorem adcommoda tantum et noli nocere. Cod. Iust. 4, 50, 5 cum ... uxoris ... nomen accommodasse dicas (*i. q.* 4, 50, 6 uxoris nomen scribi feceris). 8, 37, 3 cum tuam pecuniam crederes accommodato nomine Iuliani. 4, 56, 1 patientiam accommodasse. *sic saepius de animo, studio, opera, cura, sim. alicui rei adhibenda, tribuenda: cum dativo*: Homer. 642 neque ille aut animum praedae aut dictis accommodat aures (Svet. Aug. 98 extr. negotio animum. Hist. Apoll. 16 arti *v. etiam l. 50 et 51*). Qvint. inst. 1, 10, 15 nonnullam operam his studiis (1, 8, 19). 1, 12, 7 pratis et pecoribus et hortis et alvearibus avibusque ... curam. Plin. epist. 2, 5, 2 his tu rogo intentionem scribentis accommodes. Svet. Aug. 32 triginta amplius dies ... actui rerum. Symm. rel. 14 (10, 27. 34), 3 fabriles manus augustis operibus. Vvlg. eccl. 7, 22 cunctis sermonibus ... ne accommodes cor tuum (*εἰς πάντας λόγους ... μὴ θῇς καρδίαν σου*). Oros. hist. 7, 42, 11 animi vires tranquillis studiis. Ennod. dict. 9 p. 450, 21 nudum sollicitudine gubernaculis pectus adcommodat. *cum* ad: Val. Max. 2, 9, 4 ad tantam severitatem referendam ministerium adcommodare coguntur. Cassian. inst. 7, 9, 2 nec ad ullum opus manus suas adcommodare. *absolute*: Vlp. dig. 50, 14, 3 ministerium qualequale accommodaverunt. Fronto p. 84, 17 si, ut facis, animum et studium accommodaveris. Vvlg. Sirach 6, 33 fili, si attenderis mihi, disces: et si accommodaveris animum tuum, sapiens eris (*v. l. 36*). Hier. epist. 88 magis studium adcommodabimus, ut ... revocemus. *nota*: Cael. Avr. acut. 2, 10, 71 odoribus taetris delectationem non accommodant, sed aversa voluntate eorum fugiunt putorem. *inde reflexive de hominibus*: Svet. Dom. 8 ne se perfusoriis assertionibus accommodarent *reciperatores.* Vlp. dig. 48, 19, 9, 4 si ... huic omnino forensibus negotiis accommodare se non permittatur.

porro i. q. aliquid ad alicuius commodum praebere, ***commodare*****:** Gloss. accommodentur: praestantur (reg. Bened.*?* *cf. p. 333, 38*). *cum dativo*: Sen. suas. 7, 2 adcommoda mihi paulisper eloquentiam ⟨tuam⟩. Val. Max. 5, 8, 3 extr. consulere se volentibus vacuas aures accommodavit (Ambr. exam. 1, 8, 31 Hier. epist. 20, 6. 52, 14. 125, 18. *v. etiam l. 36 et 80.* Cod. Iust. 1, 17, 2, 19 ei audientiam accommodabit *iudex*). 8, 3, 3 patrocinium eis accommodare. Sen. dial. 4, 23, 1 effecit ira, ut tyrannus tyrannicidae manus adcommodaret et praesidia sua gladio suo caederet (Apvl. met. 9, 6 *v. etiam l. 78*). epist. 113, 3 si mihi accommodaveris suptilitatem et intentionem tuam. Cvrt. 10, 6, 6 tantum virum (*Alexandrum*) deos accommodasse rebus humanis. Fronto p. 18, 16 N. qua in re et oculos mihi tuos utendos et vocem et gestum et in primis animum accommodasti. Marcell. dig. 17, 1, 38 quam (*domus partem*) obligandam filio suo accommodavit. Vlp. dig. 47, 2, 52 pr. uxori ... opem consiliumve. *absolute*: Ps. Qvint. decl. 2, 21 si numen aliquod paulisper accommodasset oculos (*scil. mihi*). Marcell. dig. 37, 15, 3 operam suam accommodare (*scil. servo in manumissione*). Vlp. dig. 47, 19, 2 praeses provinciae cognitionem suam accommodare debet (*scil. crimen intendenti*). Apvl. met. 6, 19 orabunt anus ... manus paulisper accommodes (*scil. sibi. v. etiam l. 66*). Qverol. p. 15, 8 paululum aurem accommoda (15, 10. Hier. epist. 22, 34 paulisper. Clavd. 15, 426. *v. etiam l. 36 et 63*). *inde reflexive de hominibus*: Svet. Galb. 9 ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Avson. perioch. Iliad. 9 si ... se ... auxiliatorem fessis rebus adcommodet. *significatione angustiore*: *aliquid utendum ad*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tempus dare: GLOSS. accommodo: *προσκιχρῶ*. VAL. MAX. 1, 5, 4 puella rogavit materteram, ut sibi paulisper locum residendi accommodaret. SCAEV. dig. 20, 1, 32 *servi* ut ibi perpetuo essent, non temporis causa accommodarentur (commodarentur? *Mommsen*). AVG. quaest. evang. 2, 21 amicus ad quem venitur media nocte, ut accommodet tres panes (*ubi syn.* tribuit, dat. *at* VVLG. Luc. 11, 5 commodat). PRISC. gramm. III 98, 16 vel tunicam mihi accommoda vel etiam paenulam. *usu neutro*: *commodare, facilem se praebere alicui*: CIC. epist. 13, 2 peto ... ut ei de habitatione accommodes (commodes *S*).

iam idem quod attribuere, **dare**: *cum dativo*: OV. met. 4, 398 purpura fulgorem pictis accommodat uvis. CVRT. 4, 7, 23 quam (*effigiem*) vulgo diis artifices accommodaverunt. QVINT. inst. 9, 4, 86 nunc unum tempus accommodat priori (*syllabae*) *syllaba sequens* et unum accipit a sequente (*cf. ibid.* dat igitur illi aliquid ex suo tempore). 7, 2, 56 in epilogis quidam, quibus volunt, liberos, parentes, nutrices accommodant (commodant *T*). TER. CLEM. dig. 23, 2, 48 filio patroni ... idem iuris, quod ipsi patrono daretur, ex sententia legis accommodatur. GAIVS inst. 4, 144 interdictum accommodatur bonorum possessori. POMP. dig. 39, 3, 22 utilem aquae pluviae arcendae ei actionem accommodare *cf. ibid.* an utilis ei ... actio a. pl. a. dari debeat. (*similia saepius apud* ICT.). VLP. dig. 26, 8, 1 pupillo auctoritatem accommodare (*saepius apud* ICT. TERT. idol. 17 SVLP. SEV. vit. Mart. 11, 3). CELS. dig. 23, 3, 60 mulieri ... consensum accommodare (*sive* adsensum; OPTATVS p. 99, 11. 147, 19 THEOD. PRISC. log. 35 PROSP. chron. 1358[b] QVEROL. p. 20, 10 AVG. civ. 9, 4 *al.*). PAVL. dig. 48, 18, 18, 5 servo ... fides non accommodatur (TERT. apol. 2 OPTATVS p. 25, 10 QVEROL. p. 46, 21 HIER. epist. 61, 1. 82, 4 HEGES. 3, 20, 2 CASSIAN. Nest. 4, 2, 3). TERT. apol. 17 Graeci nomen mundo *κόσμον* accommodaverunt (40 bapt. 7 nat. 1, 3). anim. 1 cui spiritus sanctus accommodatus *scil. est.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 366 varium rudibus silvis accommodat usum (*de navem aedificante*). SIDON. epist. 5, 17, 1 mihi assignas, quae vix Maroni ... competenter accommodarentur. 9, 12, 1 facilitati posset accommodari, si me occupasset levitas versuum. GREG. TVR. virt. Mart. 1, 28 infirmis sanitatem accommodavit. hist. Franc. 3, 25 multa multis beneficia (*cf.* COD. Iust. 5, 13, 1, 2). IVST. inst. praef. 6 plenissimum ... robur eis accommodavimus (3, 19, 14). BENED. reg. 53 solacia accommodentur eis. *adiuncto* ab: PLIN. nat. 37, 119 reddetur et per se cyanos, accommodato paulo ante et iaspidi nomine a colore caeruleo. *absolute*: GAIVS inst. 4, 110 actiones, quae ex lege senatusve consultis proficiscuntur, perpetuo solere praetorem accommodare (*ibid.* eas vero ... intra annum dare). dig. 34, 9, 10 in fraudem iuris fidem accommodat qui.... PAPIN. dig. 34, 9, 11 qui tacitam fidem contra leges accommodavit (*saepe apud* ICT.). VLP. dig. 14, 1, 22 qui (*pater*) voluntatem non accommodavit. TERT. monog. 3 indulgentiam nubendi. LACT. mort. persec. 11, 7 flexus est imperator, ut accommodaret assensum. OPTATVS p. 30, 8 quod Felix ... neque praesens fuerit neque conscientiam adcommodaverit. SVLP. SEV. chron. 2, 1, 7 favore accommodato ... revertitur. ENNOD. op. 3 p. 371, 11 quod ille misericorditer postulat, tu clementer adcommodes. op. 9 p. 418, 15 supernae benedictionis munus adcommodes. CARM. epigr. 213, 7 (*s. p. Chr. II*) ut meretur anima, lacrimam accomoda.

coniunctum legitur cum adverbiis his: apte (AVG.), bene (CELS.), clementer (ENNOD.), competenter (SIDON.), confestim (CIC.), consulto (CIC.), non facile (TERT. THEOD. PRISC.), frequenter (QVINT.), maxime (RHET. Her. 3, 24, 40), obtemperanter (FRONTO), paulisper (VAL. MAX. Ps. QVINT. APVL. HIER.), paululum (QVEROL.), potius (LIV.), potissimum (CIC. epist. 9, 7, 2), recte (CELS. 6, 6, 16), similiter (APVL.), statim (CIC.), vulgo (CVRT.) *synonyma: ad 1*: adiungo, applico, apto. *ad 2*: (apto), adhibeo, commodo, tribuo, (attribuo), assigno, do. concinno, (apto), (commodo). *opponitur* oratio accommodatur *et* oratio dissidet: QVINT. inst. 3, 8, 51.

part. **accommodātus**, -a, -um, *quod in adiectivi usum abiit; comparativus* accommodatior *apud* RHET. Her. CIC. CAES. PLIN. nat. QVINT. TAC. *al.* (*apud* CIC. QVINT. *etiam* magis accommodatus), *superlativus* accommodatissimus *apud* CIC. COLVM. PLIN. nat. PLIN. epist. *al.* per-accommodatus *in tmesi dixit* CIC. epist. 3, 5, 3. *Wölfflin, Archiv 10 (1898) 133.* *ad 1*: ***convenienter adiunctus***: NON. 244 accommodatum dicitur adiunctum. *cum dativo*: CIC. frg. F V 95 corpora viva cum mortuis adversa adversis accommodata quam aptissime colligabantur (VAL. MAX. 9, 2 ext. 10). PAVL. FEST. 19 ad praepositio accusativis accommodata est. PLIN. nat. 14, 22 arbori accommodata *uva.* *ad 2*: ***conveniens factus,*** *conveniens, aptus, appositus, utilis, opportunus.* GLOSS. accommodata: utilis vel oportuna. adcommodatum: idoneum. accommodatissimum: *ἐπιτηδειότατον.* **1** *de rebus*: **a** *cum* **ad**: *res ad rem*: RHET. Her. 4, 7, 10 exempla tam esse adcommodata ad artem (*sic CEP²; artem adcommodata Marx cum H*). 4, 16, 24 exornatio ad sermonem vehementer accommodata est. 4, 22, 23 studia ad delectationem quam ad veritatem videntur adcommodatiora. 4, 43, 54 oratio adcommodata ad dignitatem (4, 52, 65. 4, 53, 66. 3, 12, 22. CIC. part. 90 ad veritatem ... ad opiniones eorum qui audiunt. QVINT. inst. 10, 5, 14). 2, 22, 34. 3, 9, 16. 3, 15, 26 (*et saepius*). CIC. Verr. 4, 175 nihil ad tempus accommodatum. de orat. 1, 239 responsum ... verum magis quam ad suam rem accommodatum (Verr. 1, 63 Q. CIC. pet. 45 QVINT. inst. 11, 3, 89). agr. 3, 13 legem ... ad Sullanae adsignationis rationes esse accommodatissimam. ac. 2, 38 id quod accommodatum ad naturam adpareat (off. 1, 100 fin. 4, 56. 4, 63 accommodatior. *saepius.* QVINT. inst. 9, 4, 135). div. 1, 121 rebus ad tranquillitatem adcommodatis. de orat. 1, 108 ad vulgarem popularemque sensum accommodata omnia genera ... dictionis (*cf.* orat. 128 part. 79 *et saepius similiter*). ad Q. fr. 1, 2, 11 monumentum aliquod decreti aut litterarum tuarum ... quod sit ad Flacci rem et ad causam accommodatum. CAES. Gall. 3, 13, 2 puppes ad magnitudinem fluctuum tempestatumque accommodatae. SEN. epist. 76, 15 ratio ... ad naturae suae voluntatem accommodata. QVINT. inst. 11, 3, 40 *vox* ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate. TAC. ann. 14, 62 sermo ... ad metum atque iram accommodatus. SVET. Caes. 84 quaedam ad miserationem et invidiam caedis eius accommodata. ALF. dig. 33, 10, 6 res ad communem usum patris familias accommodatae (*cf.* MACR. sat. 2, 7, 10). PAVL. dig. 47, 10, 14 ad privatas ... causas accommodata interdicta sunt, non ad publicas. TERT. pudic. 9 ad hoc solum maioris fratris adcommodatus est livor. GARG. MART. 43 *oleum* vehementer adcommodatum ad ea corporis vitia. SOL. 52, 35 cornua ... ad obsequium ... accommodata. AVG. civ. 6, 5 prima ... theologia maxime accommodata est ad theatrum, secunda ad mundum, tertia ad urbem. *cum gerund.*: RHET. Her. 3, 13, 23 oratio ... ad confirmandum et ad confutandum adcommodata. CIC. epist. 9, 24, 3 nihil est aptius vitae, nihil ad beate vivendum accommodatius. fin. 2, 46. 4, 78 ac. 1, 32 de orat. 1, 213. 2, 326 part. 54 FRONTO p. 63, 24 N. AVG. civ. 8, 2. RHET. Her. 4, 29, 40 hoc genus ... ad misericordiam commovendam vehementissime est adcommodatum. CIC. Cluent. 36 arte ... ad libidines adulescentulorum excitandas accommodata. 79 Sull. 17 off. 1, 141. nat. deor. 2, 139 commissuras ... et ad stabilitatem aptas et ad artus finiendos (fingendos *al.*) adcommodatas. de orat. 2, 114 (*et saepius*). QVINT. inst. 1, 11, 13 idem (*loci comoediae*) ... non ad pronuntiandum modo utilissimi, verum ad augendam quoque eloquentiam maxime accommodati erunt. 2, 5, 18. CIC. off. 2, 65 opera grata multis et ad beneficiis obstringendos homines accommodata. Tusc. 3, 60 QVINT. inst. 11, 3, 170. **b** *cum dativo: res rei*: CIC. div. in Caec. 7 quid est quod ... saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit. Cluent. 2 quae (*pars*) contionibus seditiose concitatis accommodatior est quam tranquillis moderatisque iudiciis. fin. 5, 17 id ... aptum et accommodatum naturae esse (4, 56. 5, 23. 5, 24 nat. 1, 104 ac. 2, 25 off. 1, 42 *saepius*). frg. B VI 7 exemplum disturbandorum iudiciorum ... temporibus suis accommodatissimum. Brut. 114 orationis genus ... nec satis populari adsensioni accommodatum (*sic saepius de oratione, dicendi genere, sim.; cf.* part. 98 iudiciis. de orat. 2, 271 urbanis sermonibus. 1, 54 hominum sensibus ac mentibus. orat. 191 hexametrorum magniloquentiae. QVINT. inst. 1, 5, 4. 3, 4, 10. 2, 4, 33. 10, 1, 101 cum rebus tum personis. TAC. dial. 21 auribus iudicum). LIV. 37, 52, 10 quae accommodata regno suo sint. VAL. MAX. 8, 10 ext. 1 adcommodatum singulis verbis sonum vocis. CELS. 1 prooem. venas, quae spiritui accommodatae sunt. PLIN. nat. 22, 30 debent adcommodatae esse et equorum naturae *herbae quaedam.* 15, 92 nuces vocamus et castaneas, quamquam adcommodatiores glandium generi. 15, 8 unguenta hanc palmam dedere (*sc. oleo Liciniano*) accommodato ipsis odore. 13, 26 Aegyptus accommodatissima unguentis. 36, 198 materia ... picturae accommodatior. 32, 96 suilli *fungi* venenis accommodatissimi. 35, 169 caespitum natura castrorum vallis accommodata. TAC. ann. 13, 3 fuit illi viro ingenium ... temporis eius auribus accommodatum. FRONTO p. 107, 21 N. ...> tatem historiae aptam neque illam moderationem orationi accommodatam. CELS. dig. 30, 63 nec verbis nec voluntati defuncti accommodata haec sententia est. APVL. flor. 16 blandimenta ... luxuriae accommodata. SOL. 56, 15 aquas ... potui accommodatas. 30, 33 *hyacinthus* scalpturis recte minime adcommodatus. 2, 3 oras ... commercio orbis accommodatas. AVG. civ. 22, 24 membrum ... alicui operi accommodatum (19, 13. 22, 17). *t. t. medicorum*: CELS. 6, 18, 2 eadem ... compositio tonsillis, uvae madenti, oris nariumque ulceribus accommodata est. 6, 10 p. 248. 5, 17, 1. 5, 18, 1. 5, 19, 23. COLVM. 1, 5, 2 pluvialis aqua salubritati corporis est accommodatissima. PLIN. nat. 24, 117 *rubi* gingivis, tonsillis, genitalibus accommodatissimi (24, 124). 28, 124 stomacho accommodatissimum caprinum *lac* (GARG. MART. 12). PLIN. epist. 5, 19, 7 lac eiusmodi curationibus accommodatissimum. *cum dat. gerund.*: CIC. Cato 70 reliqua ... tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt. CELS. 5, 28, 8 p. 211 COLVM. 3, 11, 7 PLIN. nat. 10, 98 QVINT. inst. 9, 2, 26 SOL. 1, 94. 49, 9 GARG. MART. 46 AVG. civ. 5, 7. 19, 3. 19, 17. *res homini*: RHET. Her. 4, 12, 17 quae (*elocutio*) maxime admodum oratori accommodata est. QVINT. inst. 12, 2, 15. CIC. agr. 2, 14 eam (*legem*) vobis accommodatam atque utilem esse. Arch. 3 veniam accommodatam huic reo, vobis ... non molestam. off. 1, 114 illi (*scaenici*) ... non optumas, sed sibi accommodatissumas fabulas eligunt. epist. 3, 3, 2 te ... esse facturum quae mihi intelleges maxime esse accommodata. CAES. Gall. 3, 13, 7 reliqua pro loci natura, pro vi tempestatum illis essent aptiora et accommodatiora. LIV. 38, 59, 1 leges ipsas pacis ut nimium accommodatas Antiocho. TAC. ann. 16, 30 proconsulatum Asiae Soranus pro claritate sibi po-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tius accommodatum quam ex utilitate communi egisset. TRAIAN. Plin. epist. 10,60 meae naturae accommodatius est credere (*cf.* SYMM. epist. 1, 5, 1 mihi ... esset adcommodatius agitare vobiscum). FORTVN. rhet. 3, 4 aliena verba quae sunt? quae non sunt oratori accommodata, sed historico aut poetae. *adiuncto* ad: CIC. Att. 2, 4, 2 accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud. PLIN. paneg. 83 tibi, Caesar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam quam penitus inspici. **c** *cum* in: CIC. inv. 2, 48 pars autem (*argumentorum*) est ... aut in omnes eiusdem generis aut in plerasque causas accommodata. SOL. 5, 19 hae (*harundines*) accommodatissimae sunt in omnem sonum tibiarum. **d** *varia*: CELS. 5, 19, 20 in. sunt etiam adversus morsus quaedam accommodata. CELS. 6, 6, 30 ex. pyxinum quoque eodem accommodatum est (*cf.* 6, 6, 12 id quoque ... huc aptum est). **e** *absolute*: CIC. off. 1, 142 ordinem sic definiunt *Stoici*: compositionem rerum aptis et accommodatis locis. COLVM. 2, 2, 10 quam (*crassitudinem funis*) solum fossae possit anguste quasi accommodatam coartatamque capere. TRAIAN. Plin. epist. 10,50 quae est accommodatior *loci positio*. SVET. Ner. 8 auspicandi tempus accommodatius. FRONTO p. 212, 12 N. versus congruentes et proverbia accommodata. TERT. adv. Marc. 2, 11 illa (*bonitas dei*) ingenita, haec (*severitas*) accidens; illa propria, haec accommodata; illa edita, haec adhibita. AVG. serm. dom. in monte 2, 5, 17 accommodatissima ista similitudo est. MACR. somn. 1, 19, 25 licet utraque (*stella Iovialis et Veneria*) benefica credatur, Iovis tamen stella cum sole accommodatior est (*scil. hominum fatis*) et Veneria cum luna atque ideo vitae nostrae magis accommodant. **2** *de hominibus*: **a** *cum* ad: *homo ad rem*: NON. 244 accommodatum: proclive, propensum (*ad* CIC. Verr. 1, 63). CIC. Verr. 1, 63 homines ... ad summum [Graecorum] otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati. agr. 3, 16 Verr. 4, 60 Att. 9, 11 a, 3. epist. 13, 67, 1 eum (*Andronem*) ... habui ... vehementer ad meae vitae rationem et consuetudinem accommodatum. Q. CIC. pet. 54. AMM. 31, 2, 6 ad pedestres parum adcommodati sunt pugnas *Huni*. AVG. civ. 6, 6 *deos* fabulosos accommodatos esse ad theatrum, naturales ad mundum, civiles ad urbem. CIC. epist. 5, 16, 1 minime sum ad te consolandum accommodatus. TAC. ann. 2, 66 Flaccum ... accommodatiorem ad fallendum. **b** *cum dativo*: *homo rei*: CVRT. 8, 8, 21 Callisthenes ... haudquaquam aulae et adsentantium accommodato ingenio. QVINT. inst. 1, 9, 10 vir ille civilis et publicarum privatarumque rerum administrationi accommodatus. 6, 3, 110 Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommodato. 4, 2, 80. 10, 1, 69. 10, 1, 79. TAC. dial. 29 *servus* vilissimus nec cuiquam serio ministerio accommodatus. AVR. VICT. Caes. 14, 1 eloquio togaeque studiis accommodatior *Hadrianus*. SIDON. epist. 5, 1, 2 virum ... leviticae dignitati ... accommodatissimum. *homo homini*: QVINT. inst. 4, 1, 5 *auditor* quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, praeparemus.

coniungitur cum adverbiis: admodum (RHET. Her.), anguste (COLVM.), bene (QVINT.), eodem (CELS.), magis (CIC. *al.*), maxime (CIC.), minime (FRONTO), nimium (LIV.), pariter (QVINT. inst. 6, 3, 111), potius (RHET. Her. CIC. *al.*), tam (RHET. Her. CIC.), vehementer (RHET. Her. CIC. *al.*), vehementissime (RHET. Her.). *synonyma*: *ad 1*: (aptus). *ad 2*: aptus, (appositus), (conveniens), (opportunus), utilis, *sim.* *oppositum*: *ad 2*: alienus (FORTVN. rhet. 3, 4). *compositum*: peraccommodatus.

adv. **accommodātē**: *ad 2b*: *convenienter*: *cum* ad: RHET. Her. 2, 12, 17 vocabuli sententia breviter et ad utilitatem causae adcommodate describitur. CIC. de orat. 1, 149 dicatis quam maxime ad veritatem accommodate. orat. 117 neque id faciat (*rem definire*) *eloquens* tam presse et anguste ..., sed ... ad commune iudicium popularemque intellegentiam accommodate. fin. 5, 24 ut optime affici possit ad naturamque accommodatissime. *cum gerund.*: CIC. de orat. 1, 138 dicere ad persuadendum accommodate (1, 260 *cf.* inv. 1, 5 apposite. QVINT. inst. 2, 15, 3 apte). AVG. civ. 18, 41 vivendum esset accommodate ad beatitudinem capessendam. *cum dativo*: AVG. civ. 9, 5 priorum sensibus accommodatius Cicero ... locutus est. serm. 41, 1 praecipit scriptura divina ... accommodatissime moribus hominum. *absolute*: RHET. Her. 3, 8, 15 id ... adcommodatissime posse facere. AQVILA rhet. 4 personis verba accommodate adfingimus. AVG. civ. 8, 9 Platonici accommodatius nuncupentur (14, 7 dicitur). in psalm. 82, 2 quod ego arbitror accommodatius accipi in Christo (in psalm. 77, 11).

accommodus, -a, -um *ab* accommodare *retrograde derivatum*. *comparativus* adcommodiora (*sic PB*. adcommodatiora *Peter*) *legitur apud* VOPISC. Car. 11, 1, *superlativus* accommodissimus *apud* SOL. AVG. *in poesi primum locum habet apud* VERG., *in prosa apud* TERT. *nota*: VOPISC. Car. 11, 1 magis ... adcommodiora *v. p. 336, 4*. *Uhdolph, de ling. lat. vocabul. compos., Breslau 1868 p. 29. Wölfflin, Archiv 10 (1898) 134.*

conveniens: GLOSS. ἐπιτήδειος, χρήσιμος. **a** *de rebus*: *cum dativo rei*: VERG. Aen. 11, 522 valles adcommoda fraudi armorumque dolis (STAT. Theb. 10, 192 nox. 6, 615 tempora). STAT. Theb. 4, 443 Stygiis adcommoda ... terra sacris. 7, 441 tutis ... accommoda castris arva. silv. 4, 4, 65 membra ... bellis. (CLAVD. rapt. Pros. 107 apta fretis abies, bellis accommoda cornus). CYPR. GALL. exod. 926 thalamis quae (*munera*) sunt accommoda (*cf.* 565 deut. 55). SOL. 45, 5 terra illa ... proventui equino accommodissima est (21, 1). LAMPR. Diad. 5, 3 quod multi ominosum putarunt et morti accommodum. VOPISC. Car. 11, 1 declamationi ... magis quam Tulliano adcommodiora stilo *scripta* (*v. p. 335, 73*). PALLAD. 8, 8, 2 acetum digestioni et saluti accommodum. SYMM. epist. 9, 40 quidquid rebus atque rationibus matronae ... adcommodum est (1, 100, 2 remedio). AMBR. exam. 1, 6, 23 motus ... qui levibus adcommodus est, fit incommodus gravioribus elementis (*et saepius*). HEGES. 3, 20, 1 quae (*navigia*) usui praedonum accommoda forent (COD. Theod. 15, 1, 41. ENNOD. epist. 2, 25 utilitati). CLAVD. 3, 112 vestrae res est accommoda turbae. PAVL. NOL. carm. 19, 99 nomina ... variis accommoda monstris. AVG. civ. 19, 16 ut sit paci adcommoda civitatis *domus*. epist. 167, 3, 13 haec similitudo non satis accommoda scripturarum auctoritati. ENNOD. epist. 2, 16 scripta ... praeceptis eius accommoda. CASSIOD. gramm. VII 145, 7 studium et humanis et divinis litteris ... accommodum (*cf.* 146, 22). CORP. III 7000 quibus omnibus publicis mansio ea me⟨di⟩alis adque accommoda esse dicatur (*ubi antecedit syn.* opportunus). *nota*: *i. q. convenienter adiunctus*: AVSON. 347, 10 tergora dic clipeis accommoda quae faciat? glus. *neutrum loco substantivi*: CYPR. GALL. num. 589 meritis accommoda quaeque precetur. AVSON. 446, 3 peregrinationi accommoda parat. SYMM. epist. 4, 70, 1 ut famae atque actibus tuis accommoda non silerem. *cum dativo personae animalisve*: CYPR. GALL. Ios. 552 quae sunt accommoda vobis. ARNOB. nat. 7, 22 ut his (*Mercurio, Libero*) ... adcommoda ... sit *natura capri*. HEGES. 1, 28, 7 quod civibus esset adcommodum. PAVL. NOL. carm. 18, 197 sibi quaeque accommoda votis poscentum. AVG. epist. 10, 1 accommodissimum tibi vehiculum. CASSIOD. var. 8, 30, 3 palus ... nec visu grata nec iumentis accommoda (*passim*). gramm. VII 214, 26 et pueris ... aptus et tironibus probatur accommodus *Donatus* (*scil. eius ars*). IORD. Get. 11, 69 Gothis hoc erat salubre, hoc adcommodum. SVLP. ALEX. ap. Greg. Tur. hist. Franc. 2, 9 cum quibus congressus Romanis adcommodus fuit. *adnexa praepositione* ad: CASSIAN. conl. 23, 3, 3 (= PS. AVG. serm. 102, 3) sunt enim re vera in hoc mundo commorantibus nobis aut ad usum vitae aut ad corporis medicinam aut ad aliquam causam ignotae nobis utilitatis accommoda vel certe in eo etiam valde bona, quod.... *cum* ad: AMBR. Noe 25, 90 reptile adcommodum ad usum epulandi (*praecedit syn.* habilis. off. min. 1, 19, 84 *v. etiam l. 34*). *cum* in: CASSIOD. var. 7, 23 prudentia ... in hac actione videtur accommoda. *absolute*: TERT. scorp. 2 qui negant bonum non suadeantur accom⟨m⟩odum *martyrium*. ARNOB. nat. 5, 35 si adcommodum ducitis. AMBR. exam. 5, 22, 74 usu accommodo (COD. Theod. 16, 10, 19, 2 usus accommodos). 5, 14, 46 usu ministerioque ... accommodo. HEGES. 4, 11 id quod ... accommodum aestimaret. BOET. top. Cic. Migne 64, 1048 D nunc explicandi locus non videtur accommodus. *sequente* ut: SYMM. rel. 25, 2 visum est igitur adcommodum, ut utriusque aedificationem fida aestimaret inspectio. **b** *de animantibus*: *cum dativo rei*: CYPR. GALL. levit. 117 genetrix cubili accommoda non est. SYMM. epist. 5, 76, 2 si ... ipse huic negotio videtur accommodus. VEG. mul. 3, 2, 12 labori potius quam velocitati accommodum *animal*. MACR. somn. 1, 2, 5 quae (*persona*) accommoda enuntiandis haberetur. *cum dativo personae*: SYMM. pater carm. 3 cunctisque accommodus idem hic et carus erat. MART. CAP. 9, 901 Phoebus ... virginem sibi prorsus adcommodam admissurus egreditur.

synonyma: *ad 2a*: (accommodatus), aptus, bonus, (conveniens), (commodus), habilis, (idoneus), (proficiens), opportunus, saluber, (utilis). *ad 2b*: carus. *oppositum ad 2a*: incommodus.

adv. **accommodē**: QVINT. inst. 9, 3, 82 cui (*contraposito*) accommodissime subiungitur et ea species, quam distinctionem diximus. RVF. interpr. Orig. princ. 1, 1, 7 quasi apte accommodeque formatum ad hoc, ut .... RVST. c. Acephal. Migne 67, 1219 accommode ad nostram salutem suam pensans intentionem. *Prinz.*

adcōplōsus ἔνθορος GLOSS. II 8, 3.

accorporo, -ātus, -āre. *proprie*: SOL. 37, 8 *sagda lapis* carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni aegre separetur. PHYSIOGNOM. 60 ungues qui impressi sunt et nimium accorporati (προσφυεῖς τῇ σαρκί). *translate*: CHALC. comm. 117 quarta illa portio *diei* quarto post anno in unum conlecta et adcorporata spatium diei noctisque compleret. 244 extimum lumen adcorporatum lumini quod ex oculis fluit confirmat illud. AMM. 16, 8, 11 ut damnatorum bona suis adcorporarent. COD. Theod. 16, 5, 30 pr. (*a. 396*) locis privatis fisco nostro accorporandis (*cf.* 16, 5, 33 necto, 16, 5, 34 socio, 16, 5, 36, 1 vindico). *christiane*: PAVL. NOL. epist. 4, 1 *fide* accorporamur in Christo. AMBROSIAST. Coloss. 1, 21 ut adcorporarentur creatori suo. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 1 caritas ... cui adcorporata conexaque perdurant officia cuncta virtutum. *V.*

Accōrus *et* **Ācōrus** *m. numen celticum*. CORP. XII 5783 (*Aquis Sextiis*) Accoro. 5798 (*in agro Arelatensi*) ⟨g⟩enio Ácóro. *Otto.*

Accos *indecl.*, חַקּוֹץ, *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 24, 10 (*Κώς*). I Esdr. 2, 61 (*Ἀκκούς*). II Esdr. 7, 63 (*Ἀκώς*). *Lommatzsch.*

accrēdo, -didī, -ere. *forma vetus* accreduas PLAVT. Asin. 854. PLAVT. Asin. 627 quisnam istuc adcredat tibi? 854 mi ... posthac quicquam accreduas. LVCR. 3, 856 facile hoc adcredere possis. HOR. epist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 15, 25 tibi nos adcredere par est. COLVM. 1, 1, 4 idque ... Saserna videtur adcredidisse. APVL. met. 1, 20 accredis (accedis *cod.*) huic fabulae? *absolute*: CIC. Att. 6, 2, 3 admirabar tamen et vix adcredens (adgredens *Med.*^{1}) communicavi cum Dionysio. NEP. Dat. 3, 4 primo non adcredidit itaque ... misit exploratum. *V.*

accrēmentum, ī- *n. quod rei aliunde accrescit.* BOET. elench. Migne 64, 1040A quae ab initio comperiuntur parvum in primis sumere solent incrementum, attamen utilius multo eo (quod postea ab aliis fit) accremento. HILARIAN. pasch. (Migne 13, 1111) 10 ne ultimo mense initium accrementa luna prima mensis primi habere videatur. *ibid.* ut luna prima quae fuerit III Non. Mart. ex die IV Non. earundem initium habeat accrementum.

accrēsco, -ēvī, -ētum, -ēscere. *part.* accretus *v. l. 56. Funck, Archiv 10 (1898) 529.* [*it.* accrescere, *fr.-gall.* accroître, *hisp.* acrecer. *M.-L.*]

1 *augeri, crescere adiecta nova propria materia*: *de rebus incorporalibus*: PLAVT. Curc. 219 valetudo decrescit, adcrescit labor. TER. Andr. 539 quae (*amicitia*) incepta a parvis cum aetate adcrevit simul (DON. Ter. Andr. 539 'ad' praepositione utitur familiariter *non sat accurate*). NEP. Att. 21, 4 postquam in dies dolores accrescere ... sensit. HOR. sat. 1, 6, 26 invidia adcrevit, privato quae minor esset. SEN. contr. 1 praef. 16 ipsa actione *vox* adcrescebat. SEN. Thy. 306 malorum sensus accrescit die. benef. 1, 10, 4 sine quo (*ingrato*) vix ullum magnum facinus adcrevit. PS. QVINT. decl. 4, 8 ipsa cupiditas pereundi hoc ipso, quo vetamur, accrescit. ALEX. ad Arist. p. 208, 5 *Kübl.* frigus ingens accrescebat. TREB. Claud. 6, 3 ut Claudii gloria adcresceret. AMM. 14, 10, 25 *fama* excellenter adcrescens. 31, 13, 1. VEG. mil. 1, 14 robur. 3, 12 virtus. THEOD. PRISC. eup. faen. 96 morbus. MART. CAP. 8, 878 dies adcrescere. CASSIOD. var. 10, 25, 1 regni vestri felicitas semper accrescat. SVET. Nero 45 ex annonae quoque caritate lucranti[a] adcrevit invidia. PS. QVINT. decl. 18, 9 in vires caritatis accrescit miseratio. CHAR. gramm. I 44, 10 'or' litteris ... terminata masculina ... una littera in femininum accrescunt (PS. SERG. IV 538, 38). MAR. VICTOR. gramm. VI 43, 21 quo genere (*adiectione syllabarum*) trisyllabi et tetrasyllabi usque ad hexasyllabos ⟨adcrescunt⟩. *de rebus corporalibus*: *adolescere*: PAVL. FEST. 5 adolescit a Graeco *ἀλδήσκω* id est adcresco venit. CIC. inv. 2, 97 flumen ... subito accrevit. MELA 1, 54 hac re solstitio *Nilum* adcrescere. 2, 84. PLIN. nat. 5, 57. TAC. Agr. 10 nec *mare* litore tenus adcrescere. ann. 2, 8. VITR. 9, 1, 15 canales in rota *figuli* ... adcrescentes ad extremum. SEN. Herc. f. 514 dum cremandis trabibus accrescit rogus. TAC. ann. 1, 19 iam ... pectori usque *caespes* accreverat. PLIN. nat. 16, 238 *arbores*. COLVM. 3, 18, 6 *radices*. PLIN. nat. 7, 76 Euthymenis filium in tria cubita triennio adcrevisse. STAT. Theb. 4, 355 gremio miseros adcrescere natos. QVINT. inst. 1, 2, 1 nobis iam paulatim accrescere puer et exire de gremio ... incipiat. ITALA (evang. Palat.) Luc. 2, 20. HIL. trin. (Migne 10, 66) 2, 25 in corpusculi humani formam sanctae virginis utero insertus accrescit. VVLG. gen. 49, 22 filius accrescens Ioseph (*ηὐξημένος*). AMM. 27, 6, 13 ut adcrescentem imperatorem ... servetis. ENNOD. op. 3 p. 373, 13 in successione regni istius legitimus tibi heres adcrescat. CARM. epigr. 1196, 4 quod non adcrevi, nome⟨n (*Crescens*) inane fuit⟩. SEN. Phaedr. 1234 meum ... poenae semper accrescat iecur. FEST. 278 quibus (*gliribus*) corpus pinguitudine adcrescit. PLIN. nat. 9, 98 *pinotherae* sollertia est ... cum accreverit, migrare in capaciores *testas*. 11, 112 quae (*uruca*) adiectis diebus accrescit ... araneo accreta (*i. aucta*), quam chrysallidem appellant. 11, 117 si accrevere *tineae*, faciunt chrysallidem. 10, 15 in tantum superiore adcrescente rostro *aquilarum*, ut aduncitas aperiri non queat. *numero, multitudine*: AVG. civ. 16, 10 ut intellegamus, unde potuerint populi adcrescere. 20, 17 ex quo ... cives eius (*Christi*) adcrescunt. *proprie crescere aliquo*: CAPITOL. Ant. 3, 5 in viridiario taurus marmoreus cornibus ramis arboris adcrescentibus adpensus est. **2** *accedere, adiungi alii cui rei*: *de rebus*: CATO orig. frg. 93 mons ex sale mero magnus; quantum demas, tantum adcrescit. PS. SALL. in Tull. 4 redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit. FRONT. aq. 87 quicquid aut fraudibus aquariorum intercapiebatur aut inertia pervertebatur, quasi nova inventione fontium adcrevit. TAC. ann. 13, 31 in partem pretii *vectigal* emptoribus adcrescebat. VLP. dig. 19, 1, 13, 14 si ... decem iugera *fundo vendito* adcreverint (*bis*). PAPIN. 7, 1, 33, 1 (*bis*). PAVL. 12, 4, 12 fructus ... et partus et quod adcrevit rei donatae repetere potest. POMP. 41, 1, 30 insula (PROC. 41, 1, 56). VLP. reg. 1, 18 partem suam amittit eaque adcrescit socio. *de collegatariis et coheredibus*: PAVL. dig. 5, 2, 23, 2 pars eius (*non agentis*) alteri adcrescit. GAIVS inst. 2, 199 deficientis portionem collegatario adcrescere. VLP. dig. 28, 5, 13, 3 qui accedit quadrans, pro partibus hereditariis eis adcrescit. CELS. 28, 5, 60, 6 sextans. VLP. 37, 11, 2, 8 bonorum possessio. *similia multa apud ICtos*. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 5 siquidem diurnis incrementis tantum accresceret, quantum cotidie detrahebat. SIDON. epist. 4, 24, 6 medietatem, quae per usurae nomen accrevit. SIDON. epist. 9, 1, 1 hic liber nonus octo superiorum voluminibus accrescat. HOR. ars 252 pes citus (*iambus*); unde etiam trimetris adcrescere iussit nomen iambeis. LIV. 1, 54, 2 cum ... dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana adcresceret fides. PHAEDR. app. 10, 14 ne querela maior accrescat domus. PLIN. epist. 2, 8, 3 veteribus negotiis nova adcrescunt. VLP. dig. 21, 1, 31, 3 si forte usus fructus proprietati adcreverit. PROC. 8, 6, 16 nihil iuris ... ceteris ... adcrevit, *sim.* EVGRAPH. Ter. Andr. 291 quo maior vis ad memoriam possit accrescere. PAVL. NOL. epist. 23, 4. MART. CAP. 1, 34 accrescebat votis, quod multa eam ... conciliatione devinxerat. CASSIAN. conl. 9, 18, 3. 10, 8, 1. CAEL. AVR. acut. 2, 1, 6. SIDON. epist. 3, 5, 1. ENNOD. op. 3 p. 367, 9 novus iste propriis insignibus titulis laudis accrescit, *al.* *de hominibus*: VAL. FL. 1, 178 fraternae ... *me* adcrescere famae. MIN. FEL. 31, 7 adcrescit alienus *numerus fidelium*. IVVENC. 3, 557 alios operi ... adcrescere iussit *iuvenes*. *de personis cum heredibus scriptis coniunctis*: GAIVS inst. 2, 124 istae personae scriptis heredibus in partem adcrescunt. *ibid.* filia adcrescendo pro quarta parte fit heres (*bis*). 126 *iure* adcrescendi, *al.* *in locum decedentis*: COD. Theod. 6, 35, 3, 1 nemo ... ex filiis praedictorum ... numero accrescentium ... subrogetur. 7, 1, 11 qui inter accrescentes matriculis attinentur. 7, 13, 7, 3. 10, 23, 1 (COD. Iust. 11, 13 [12], 1). CORP. XIV 3649. *simpliciter attribui, accidere, sim.*: PLIN. paneg. 62 sibi ... adcrescere putat, quod cuique adstruatur. PANEG. 6, 2 cum ... tibi ... nomen imperatoris accreverit. FILASTR. praef. 2 cum ... eis (*fetibus perdicis*) adcreverit tempus aetatis discernens. PAVL. NOL. epist. 6, 3 mentibus lumen adcresceret. EVOD. Aug. epist. 158, 2 mihi tantum gaudium accrevit, ut arbitrer, quod .... PAVL. PELL. 403 adcrescunt quae cuncta mihi ... ad referendas ... grates. IORD. Rom. 332 regnum sic reparavit, ut exultatio ingens cunctis adcresceret. EVGIPP. Sev. 36, 4 sancto viro reverentiae terror adcrevit.

accrētio, -ōnis *f. actio accrescendi.* CIC. Tusc. 1, 68 cum videmus ... lunam ... accretione et deminutione luminis quasi fastorum notantem et significantem dies. *Bannier.*

?adcrustātē. MARC. med. 31, 6 subinde inponente medico cumulate medicamentum et adcrustate imprimente, donec bene conbibant (*cf.* SCRIB. LARG. 227 adstruente inprimenteque). *an* ad crustatas? *V.*

Accub *indecl.*, עכּוּב, *Ἀκούβ*, *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 3, 24. 9, 17. I Esdr. 2, 42. 45. II Esdr. 7, 46. 8, 7. 11, 19. 12, 25. *Lommatzsch.*

accuba (ancuba *cod.*) succuba GLOSS. V 589, 35.

accubitāle, -is *n.* TREB. Claud. 14, 10 *huic dabis* accubitalium (*sc. stragulorum*) Cypriorum paria duo. *adi.*: EDICT. Diocl. (Corp. III) 19, 23 *τάπης ἀκκουβιτᾶρις μόνος σκεπάζων τὸν ἀκκούβιτον.*

accubitātio, -ōnis *f. torus*: SPART. Ael. 5, 8 quod accubitationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit. AMBR. Abr. 1, 5, 41 Abraham stabat et tu primam accubitationis (accubitionis *dett.*) partem occupas.

accubitio, -ōnis *f.* [*ab* accumbere accubare *Th.*] *actio accubandi*: CIC. nat. deor. 1, 94 ingressus cursus accubitio inclinatio sessio. off. 1, 128. Cato 45 bene ... maiores accubitionem epularem amicorum ... convivium nominaverunt (NON. 193, 25 accubitionem genere feminino M. Tullius de senectute). AMBR. ev. Luc. 7, 105 primatus accubitionis in conviviis appetunt. SCHOL. Stat. Ach. 1, 110 (ed. Mai Spic. Rom. IX) accubitu: id est geniali accubitione. *torus*: LAMPR. Alex. 34, 8 publica convivia ea simplicitate egit, qua privata, nisi quod numerus accubitionum (accumtionum *P, cf.* accumsimus ITIN. Anton. 4. *cod. G*) crescebat et multitudo convivarum.

accubito, -āre. [*ab* accubare *Th.*] SED. carm. pasch. praef. 2 dignatus nostris accubitare toris. op. pasch. praef.: nostris in toris.

accubitor, -ōris *m.* PORPH. Hor. epist. 1, 18, 10 imi lecti accubitor. INSCR. christ. Rossi II p. 258 adn. 3/4 sancte Iohannes accubitorque dei (*cf.* ev. Ioh. 13, 23).

accubitōrium, -ī *n. sepulcrum*: CORP. VIII 9586 in memoria⟨m⟩ eorum quorum corpora in accubitorio hoc sepulta sunt. *aedificium cum sepulcro*: CORP. XIV 1473 cessit ... libertae suae ... adcumbitorium cum conditibum ..., ut liceat ei itum aditum ambitum humandumve sacrificandum caussa habere. GLOSS. II 564, 9 accubitorium lectum regale⟨m⟩. *cf.* accubitum.

accubitum, -ī *n.* [*v. sub voce* accubitio.] *lectus convivalis semicirculatus*. ISID. orig. 20, 1, 2 accubitum a cibo vocatum, quasi 'ad cibatum' epularum. SCHOL. Iuv. 5, 17 apud veteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. HIER. comm. Ezech. 14, 46 (Migne 25, 464) propter accubita, quae Aquila *στιβάδας* interpretatus est. LAMPR. Hel. 19, 9 nec cubuit in accubitis facile nisi is, quae pilum leporinum haberent aut plumas perdicum subalares. 25, 2. ITIN. Theod. 10 ibi sunt quattuor accubita, ubi domnus cum apostolis ipse melius accubuit, quae accubita ternos homines recipiunt. Anton. 17 tria accubita, in quibus ille (*Iesus*) accubuit.

accubitus, -ūs *m.* [*v. sub voce* accubitio.] PROB. app. gramm. IV 193, 2 nomina appellativa generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur ... accubitu (11). *neque vero sunt rarae formae secundae declinationis.* *actio adsidendi, accubandi, iacendi*: STAT. Theb. 1, 712 Megaera ieiunum Phlegyan subter cava saxa iacentem aeterno premit accubitu. STAT. Ach. 1, 109 tori et quem quisque *deorum* sacravit accubitu genioque locum monstrantur (SCHOL. ed. A. Mai Spic. Rom. IX accubitu: id est geniali accubitione). ISID. orig. 20, 11, 9 postea ... viri discumbere coeperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus. AVG. ad fratr. erem. 39 (Migne 40, 1308) quatuor sunt ho-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minum positiones: accubitus sessio statio et ambulatio. ITALA cod. Lugd. num. 5, 13 *si* dormierit aliquis cum ea accubitum (*κοίτην*) seminis. PROB. Verg. ecl. 10,18 *Adonis* ex Iove sine ullius feminae accubitu procreatus. *lectus*: ISID. orig. 15, 3, 8 *κλίνη* lectus vel accubitus dicitur. EDICT. Diocl. (Corp. III) 19, 23 *τάπης ἀκκουβιτᾶρις μόνος σκεπάζων τὸν ἀκκούβιτον*. ITIN. Anton. 4 accumsimus in ipso accubitu (-o *R*). VVLG. Tob. 2, 3 statim ... exiliens de accubitu suo relinquens prandium. cant. 1, 11. PRVD. apoth. 713 centenos simul accubitus iniere sodales. PAVL. NOL. epist. 13, 11 congregatos ita distincte per accubitus. CASSIOD. hist. 6, 33 (Migne 69, 1053) cum staret ... ante imperatoris accubitum. 6, 44 (Migne 69, 1060). GLOSS. IV 302, 56 accubitus tigmina. *locus, pars tori*: ITALA cod. Rehd. Matth. 23, 6 *amant* primos adcubitos (*πρωτοκαθεδρίας*). cod. Cant. Luc. 11, 43 *diligitis* primos adcubitos. codd. Cant. Veron. Rehd. Luc. 14, 7. cod. Cant. Luc. 20, 46. IVVENC. 4, 58 accubito primo cenae. VVLG. Luc. 14, 7 intendens, quomodo primos accubitus eligerent. *scamnum, ut videtur*: CORP. III 4441 porticum cum accubito vetustate conlabsum ... restituit. 7960 picturam porticus et accubitum ... fecerunt. *non semper dispici potest, utrum* accubitum, *an* accubitus *subsit*.

acer, -eris. [*cf. c. gr. ἄκαστος (ἡ σφένδαμνος Hes.), theodisc.* ahorn '*acer*'. *Th.*] *f.* (Gramm. Plin. nat. 16, 67 mascula). *n.* (Ov. Plin.). Gloss. *σφένδαμνος*. Prisc. gramm. II 80, 22 acer . . . de cuius declinatione dubitatur, arbos, huius aceris, quod Solinus (33, 8) protulit in memorabilibus. 151, 2 haec acer . . . huius aceris. 233, 13 haec acer . . . acri (aceri *m. 2*) dicit Servius in commento Vergilii (*gen. apud* Serv. *non extat. acc.* acerum Aen. 2, 16 *cod. Fuld.*, acerem *cett.* 9, 87 *abl.* acere *omnes*). Frg. Bob. gramm. V 559, 13 acer *σφένδαμνος* . . . licet quibusdam haec acerus nominativo dici debere placeat. [*it.* acero, *hisp.* arce, *cf. francog.* érable ('*acer arbor*'). *M.-L.*]

arbor: Ov. met. 10, 95 (*in arborum catalogo*) acerque coloribus impar. Cor. Iust. 4, 44 cecidere securi . . . aesculus, alnus, acer, terebinthus, populus, ornus. *natura*: Plin. nat. 16, 66. 69 (aceris mares, *cf.* 67). 74. 97. 106. 119. 17, 200 Transpadana Italia . . . acere . . . arbustat agros. 16, 68 bruscum *et* molluscum, tuber utrumque arboris (185. 231). 24, 46 aceris radix (*in medicina adhibita, cf.* Ser. Samm. 390). Serv. Aen. 2, 16 acer . . . in tutela Stuporis est. *genera* (*cf. Salmasius, exerc. Plin. p. 359*): Plin. nat. 16, 66. 67. 12, 56 *turifera arbor* ramis aceris maxime Pontici (Sol. 33, 8). *materies*: Ov. am. 1, 11, 28 nuper vile fuistis acer (*tabellae, iam fidae ministrae*), *cf.* Plin. nat. 16, 68. Plin. nat. 16, 66 operum elegantia ac subtilitate citro secundum, *cf.* 183. 231 quae in lamnas secantur, quorumque operimento vestiatur alia materies, praecipua sunt citrum, terebinthus, aceris genera. 233 sic terebinthum vinci iuvat, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi, *sc. testudine fucata.* 33, 146 *triclinia* acere operta aut citro. *genera*: Plin. nat. 16, 66 album (*cf.* 69) . . . vocatur Gallicum, . . . alterum . . . crispo macularum discursu (*cf.* 67. 119. 206. 211), qui cum excellentior fuit, a similitudine caudae pavonum nomen accepit, . . . e viliore genere crassivenium vocatur. 67 candidum . . . crispius . . . zygian rubentem. *Dittmann.*

Acer *mons Hispaniae Tarraconensis.* Avien. or. mar. 504 iuxta superbum mons Acer caput exerit. *Otto.*

ācer, -cris, -cre. [*cf. c. osc.* akrid '*acri*' *aut* '*acriter*', *gr. ἄκρος, lituan.* asztrus '*acutus*' *et c.* acies acus acuere acere. *Th.*] Gloss. *ὀξύ, δριμύ, πικρός, τραχύς*. Prisc. gramm. II 152, 18 acer . . . in utraque . . . terminatione (-er, *cf.* Prob. inst. IV 63, 18 *sqq.* 64, 5. 92, 32 app. 194, 20 Avg. gramm. V 498, 14, *et* -is, *cf.* Char. I 82, 24 Caper VII 94, 6. 107, 6) communis etiam generis, *cf.* 229, 19 (Serv. Aen. 6, 685). *idem adfert* II 153 (*cf.* 230) acer *fem. ex* Naev. *et* Enn. (*v. p. 361, 24. 18*), acris *masc. ex* Enn. (*v. p. 361, 24*), *cf.* Colvm. 12, 17, 2 acris

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sapor. CELS. 8, 4 ORIBAS. GLOSS. acer *omnis generis* PROB. cath. IV 13, 8. acer -cra -crum (*cf.* CAPER VII 94, 6) *improbant* CHAR. I 82, 24. PROB. app. IV 197, 31 acre non acrum, *cf.* SORAN. 2, 4, (29) acrum acetum (PLIN. VAL. 2, 45 Ps. GARG. curae boum 21 FVLG. myth. p. 48, 7 GLOSS. II 13, 54. III 215, 15. 467, 3. CATO agr. 157, 9 vinum acrum *falso pro* atrum *codd., cf.* 156, 6). acrus ORIBAS. (*per omnes casus passim ita declinans*). acra DIOSC. 1, 119 GLOSS. III 603, 43. *acc.* acrum ... pro acrem Cn. Matius Iliados XV CHAR. (*ex Vindice*) I 117, 13 (*cf.* CIC. Att. 1, 10, 4 quam in sacrum amatorem *M*, quamvis acrem *mg.*). DIOSC. ignem acrum *passim. gen.* acri PELAGON. 85 VEG. mul. 4, 28, 16 PLIN. VAL. 2, 45. acrae GLOSS. IV 303, 22. *abl.* (*dat.*) acro SER. SAMM. 46 *B*. CHIRON 263 VEG. mul. 3, 7, 1 PLIN. VAL. 2, 45 CYPR. GALL. gen. 359. 377. acra PALLAD. rust. 9, 5, 3 GILD. Brit. (chron. III) 17. *pl. acc.* acros SORAN. 1, 97 PLIN. VAL. 5, 1. THEOD. PRISC. (*cf. ind. Ros.*). *abl.* acris CARM. epigr. 629, 2 (*in fine hexam.*). CHIRON 57 BENED. reg. 30. acrissimus CHIRON 77. 921 PELAGON. 240. 249 COD. Iust. 5, 5, 4, 1. CHAR. (*ex Romano*) gramm. I 122, 1 *abl.* acre, *cf.* 43, 15. *trad.* LVCIL. 944 (173 acri). [*val.* acru, *it.* agro, *francog.* aigre, *hisp.* agro. *M.-L.*] *devitant* CAES. (*semel, v. p. 362, 7, adv. passim*), ICTI (*bis in Vocab. iurispr.*: POMP. dig. 1, 2, 2, 18 acriora *bella*. PAVL. *v. p. 362, 4. bis adv.*). *non legitur apud* PETRON., *in* VVLG. (*semel* acriter). *amant* TAC. AMM. *apud* VERG. 4^ies^ *claudit hexametrum, apud* SIL. 29^ies^.

I *de rebus acutis* (*cf.* acutus *I*): TRAG. inc. 78 sapere ... id erit telum acerrimum (LIV. 3, 55, 3. 3, 69, 2. *nota*: PLIN. nat. 9, 20 *v. p. 359, 11*). LVCIL. 373 armis. SALL. hist. 4, 69, 20. PLIN. nat. 32, 22 ferramento. TAC. Germ. 6 ferro. IVST. 44, 3, 8. *cf.* PLIN. nat. 36, 165 *cotes* acerrimae effectu (*sed cf. p. 361, 49*). HORMISDA epist. 140, 5 (Thiel epist. pontif. I 970) iaculis. *nota*: VERG. Aen. 7, 164 acris tendunt arcus (9, 666 intendunt). VAL. FL. 3, 161. VARRO rust. 2, 9, 10 malae *canum* acriores fiunt. LVCR. 1, 922 acri | percussit thyrso laudis spes magna meum cor (CYPR. GALL. num. 605 virgaque everberat acri *equum*). VERG. Aen. 9, 715 stimulos (*in imagine, item* HOR. sat. 2, 7, 94 OV. ars 2, 444 LIV. 6, 11, 8 SEN. epist. 90, 41 LVCAN. 2, 323 TAC. hist. 1, 15 PLIN. epist. 5, 17, 4 QVINT. decl. 324 p. 277, 22 FRONTO p. 210, 11 N.). *cf.* TAC. hist. 2, 23 incitamenta (*de hominibus*). CASS. conl. 22, 2 incentivis. VAL. MAX. 9, 10 *pr.* ultionis ... aculei. PANEG. 10, 12 dolorum. AVG. quaest. hept. 6, 27 timoris. IVV. 11, 167 urticae (*in imagine*). APVL. met. 7, 18 spinas acerrimas et punctu venenato viriosas. PLIN. nat. 15, 89 nucleus ... acriore callo. STAT. Theb. 7, 345 acri ... scopulo. MART. 10, 103, 1 monte. ITIN. Silv. 11, 4. QVINT. inst. 1, 11, 4 quasdam *litteras* velut acriores parum efficimus (*opp.* quasi hebetioribus). CAT. 2, 4 acris ... incitare morsus. CIC. Arat. 158 OV. hal. 44 (doloris *al.*: CIC. Tusc. 2, 53. 3, 61 off. 2, 24, *cf. III B.* nasturcii: MORET. 83, *cf. p. 360, 5*). MANIL. 2, 213 acri Scorpios ictu, *cf.* 2, 236 (2, 513 *al.* Scorpion acrem, Scorpius acer. GERM. frg. 4, 61 SEN. Thy. 859 AVIEN. Arat. 1166. *cf.* ZENO 2, 43 *diabolus* vere ... acerrimus Sagittarius). SEN. dial. 3, 17, 6 primi *irae* ictus. FIRM. math. 8, 27, 69 qui acri plaga moriantur. RVRIC. epist. 2, 23 lapsantem acriore verbere coercere. BENED. reg. 30. PS. CYPR. abus. 1 acrioribus et gravioribus flagris vindictae vapulabit. HOR. sat. 1, 10, 14 ridiculum acri fortius ... secat res. ENN. ann. 400 (*v. p. 361, 23*).

II *de animantium vi agendi*: A *de hominibus*: GLOSS. ἄλκιμος, δεινός, σφοδρός, argutus, asperior, crudelis, durus, fortis, intentus, perseverans, vehemens. SERV. auct. Aen. 1, 220 acrem in unamquamque rem vegetum ac nimium. SERV. Aen. 8, 614 proprie apud nos acer est, qui apud Graecos δεινός dicitur; nam fortem et vehementem et asperum et amarum potest significare. PLAVT. Asin. 551 †indoctoresque acerrumos. Bacch. 371 Bacchides non Bacchides, sed bacchae sunt acerrumae. Asin. 134 mare haud est mare, vos (*meretrices*) mare (*v. p. 361, 13*) acerrumum (*cf.* C. GRACCH. Gell. 11, 10, 4 acerrimi sunt: nam ab omnibus pretium accipiunt et omnes fallunt). *item de puellis*: HOR. carm. 1, 33, 15 libertina fretis acrior Hadriae. *aliter* carm. 1, 6, 18 (*v. struct.: abl.*). OV. met. 13, 802 *Galathea* acrior igni. PLAVT. Merc. 796 concivit hostes domi, uxor acerrumast, *sc.* hostis; *item* CIC. Verr. 6, 76 acerrimum atque infestissimum, *et passim in orationibus*. epist. 12, 28, 3. HOR. epod. 6, 14 acer hostis Bupalo. *al.* SEN. dial. 7, 11, 1 *opp.* molli adversario. RHET. Her. 2, 28 inimicum (*cf.* 30). CIC. de orat. 1, 227 gravis atque acer (Verr. 6, 183). *cf.* Verr. 3, 166 acerrimi inimicissimique. AMM. 28, 1, 11. PLAVT. Trin. 723 credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore (*παρὰ προσδοκίαν, sed cf. p. 362, 21 et p. 364, 23*). *item de bellica virtute*: ENN. trag. 325 aciem. VAL. MAX. 9, 1 ext. 1 exercitum. FLOR. 2, 13, 46 numquam acrior neque alacrior exercitus. VARRO Men. 479 miles acer (ac vir *codd.*). CIC. Catil. 2, 21 (*opp.* lentus). HOR. carm. 3, 5, 25 LIV. TAC. FRONT. strat. 2, 1, 9 acrem quidem, sed inexercitatum et in impetu tantum violentum. CIC. dom. 143 propugnator. ad Brut. 1, 11 (9, 20), 1. LIV. 6, 23, 5 bellator. APVL. flor. p. 25 Oud. AMM. CIC. Verr. 1, 30 acerrima ... equestri familia (SCHOL. Gron. fortissima). prov. cons. 33 nationibus. SEN. epist. 83, 22. VERG. (Mezentius acer) *et epici saepe de fortibus*. *coniungitur* fortis *sim.*: CIC. Verr. 6, 8 epist. 1, 9, 16 Brut. 135 SEN. contr. 7, 7 (22), 13 PLIN. epist. 4, 29, 2 PRVD. Symm. 2, 161. CIC. Mur. 32 pugnax et acer ... imperator. rep. 5, 10 (*opp.* consideratus et lentus). POLIO Cic. epist. 10, 31, 5 *legio*. SALL. Iug. 30, 2 acer bellicosus (*opp.* quietus inbellis). FRONTO p. 109, 10 N. LIV. 21, 16, 3 SEN. epist. 83, 22. VAL. MAX. 2, 7, 1 acrem illam et animosam Numantiam. 9, 12, 6 (*v. p. 362, 37*). PLAVT. Men. 595 testes (*cf.* CIC. Caecin. 28). *item de intentis, strenuis in agendo* (*cf. struct.*: in *c. abl. ger.*): TER. Phorm. 262 lenem patrem illum factum me esse acerrimum (DON. nota ἀντίθετον: ... non asperrimum ... sed acerrimum). QVINT. decl. 316 p. 343, 24. *cf.* inst. 11, 3, 178 acres senes *comoediae*. LVCR. 5, 87 = 6, 63 dominos. CIC. Quinct. 37 (*et al. in orat.*) adversarius. Tusc. 5, 76 Att. 10, 8, 8 LIV. 2, 61, 2. ASCON. tog. cand. p. 83 B. refragatores. CIC. Verr. 5, 70 actor accusatorque. Brut. 136 accusatores acres atque acerbi. 168 acer et vehemens. *cf.* HOR. sat. 1, 4, 65 PLIN. epist. 6, 22, 6. CIC. epist. 1, 1, 2 *al.* defensorem. *cf.* Phil. 10, 16 patroni. CIC. S. Rosc. 85 iudice. off. 1, 114 GELL. 14, 2, 18. CIC. Catil. 3, 3 duces. Mur. 33 LIV. *al. cf.* LIV. 2, 56, 6 auctor. TAC. ann. 3, 40 exstimulator. hist. 4, 68 instinctor. 1, 51 instigatrix. 3, 2 concitator. CIC. ad Q. 1, 2, 16 cives. epist. 10, 28, 1. Flacc. 44 civitate. CIC. Brut. 18 flagitatorem. *cf.* SEN. dial. 4, 28, 7 fidei ... exactor. AMM. 22, 16, 23 controversi et reposcones acerrimi. *nota*: CIC. ad Att. 1, 10, 4 amatorem (*cf. p. 364, 36*). VERG. georg. 2, 405 rusticus (Non. 240 providus, diligens). *cf.* COLVM. 7, 6, 6 magister ... pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer atque audax esse debet. VERG. Aen. 5, 116 remige. *cf.* CLAVD. 24, 363. HOR. sat. 2, 8, 36 acris potores (*cf. p. 361, 52*). PROP. 2, 30, 9 custos. VAL. MAX. 2, 6, 7. 8, 1 absol. 2 FLOR. 1, 17, 6. TAC. ann. 1, 5 custodiis. APVL. met. 9, 17 secutorem. LIV. 2, 1, 8 vindex (VAL. MAX. 1, 1, 18 CVRT. 5, 12, 5 SEN. dial. 1, 2, 11). 2, 7, 4 ultor. AMM. 31, 11, 2. 23, 6, 7. 28, 4, 1 calumniarum insectator. VELL. 2, 45, 1 malorum propositorum executor acerrimus. VAL. MAX. 6, 1, 8 poenitor. SVET. Iul. 67 et inquisitor et punitor acerrimus. SVET. Iul. 7, 2, 3 aemulo. SIDON. epist. 9, 9, 15 medicorum. *cum ambiguitate*: MART. 5, 61, 10 *cf. P. I. R. A 1148. coniungitur* vehemens *sim.*: CIC. Caecin. 28 (*opp.* placidum mollemque). leg. agr. 3, 7 Brut. 113. 168 (*v. l. 13*). ad Att. 2, 21, 4 ad Brut. 1, 10 (9, 19), 1 VAL. MAX. 3, 7, 6 SEN. dial. 10, 6, 1 SVET. Galba 9 AMM. 30, 5, 3. HOR. ars 121 impiger, iracundus, inexorabilis, acer. LVCAN. 1, 146 acer et indomitus (IVV. sat. 2, 77). *in dicendo* (*cf. struct.*: in *c. abl. ger.*): CIC. Brut. 105 oratorem. 269 effrenatus et acer nimis. orat. 99 gravis acer ardens (Brut. 317 incensum, *opp.* remissus et lenis. *cf.* SIDON. epist. 1, 7, 6 acres et flammei viri). *cf.* opt. gen. 17 QVINT. inst. 9, 4, 133 GELL. 10, 3, 1 IVL. SEV. rhet. p. 356, 12. SEN. epist. 24, 21. *de poeta epico*: HOR. sat. 1, 10, 43. *in cogitando* (*cf. struct.*: in *c. abl. ger.*): CIC. off. 1, 146 acres ac diligentes animadversores[que] vitiorum. Tim. 1 acer investigator et diligens. Brut. 252 existimator. SEN. epist. 119, 5 quaesitor. QVINT. inst. 1, 4, 25 scrutabitur ... praeceptor acer atque subtilis origines nominum. PANEG. 10, 4 contemplator. DON. Ter. Hec. 135 reddit auditorem acriorem (*cf. p. 364, 56*). *de philosophis*: CIC. orat. 172. APVL. apol. 53 sollertissimi et acerrimi. GELL. 5, 3, 7 Protagoras ... acerrimus sophistarum (AMM. 16, 5, 8). LACT. inst. 1, 5, 26 HEGES. 2, 10, 6. *coniungitur* callidus: SVLP. SEV. chron. 2, 47, 4 STAT. Ach. 1, 866 Vlixes, *item* PRVD. Symm. 2, 544. *sed cf. p. 357, 82. virum ornat epitheton*: HOR. sat. 1, 3, 53 caldior est: acris inter numeretur (*cf.* ORIENT. carm. 2, 20 acris velatur nomine saevitia). sat. 2, 5, 43. epist. 2, 1, 165 sublimis et acer. LIV. 29, 32, 1 acer et impiger. IVV. sat. 7, 190. FRONTO p. 87, 5 N. frugi et sobrius et acer et diligens (GELL. 11, 18, 17). *similia* CARM. epigr. 488, 2 CLAVD. 21, 41 PAVL. PETR. Mart. 3, 416 SIDON. carm. 7, 115 ENNOD. carm. 2, 95, 5. SVLP. SEV. Mart. 25, 6 quam acer (alacer *al.*), quam efficax! *cum ironia*: APVL. met. 9, 7 acer et egregius ille maritus. VARRO Men. 416 Dionysius, homo garrulus et acer. *cf.* CIC. Brut. 128 vir et acer et non indisertus. LIV. 4, 49, 12 VELL. 2, 18, 5 PLIN. epist. 2, 11, 17 SVLP. SEV. chron. 2, 46, 3. *item de salsis acutisve*: NEP. Timoth. 3, 5 populus *Atheniensis*. HOR. sat. 2, 1, 1 sunt quibus in satira videor nimis acer. *cf.* MACR. sat. 3, 16, 17 Lucilius, acer et violentus poeta. PLIN. epist. 3, 21, 1 *Martialis* homo ... ingeniosus, acutus, acer. *cf.* AMM. 22, 16, 23 Aegyptii. *de asperis, ferocibus*: CIC. de orat. 2, 182 proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum. Brut. 221 acer, acerbus (*cf. l. 13*), criminosus. SVET. Cal. 44 acrem ac severum. SVLP. SEV. chron. 2, 50, 7. CIC. Quinct. 30 acerrimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor. leg. agr. 2, 82 acres, ad vim prompti. Catil. 3, 17 tam acrem, tam audacem (*Catilinam*). ad Att. 5, 20, 5 feri homines et acres (SEN. Thy. 546 Atreus). VERG. Aen. 3, 14 acri ... Lycurgo (SERV. auct. 'saevo et cruento'). LIV. 26, 26, 11 acres ... nimis et feroces. HOR. sat. 1, 2, 42 acrem praedonum ... turbam. AMM. 15, 5, 6 insidiatores. 28, 2, 11 grassatores. B *de bestiis*: NON. 241 vehemens, saevum. CATO agr. 124 canes ... acriores et vigilantiores. VARRO rust. 1, 21, 1. 2, 9, 12. 14. 16 CIC. S. Rosc. 56 VERG. georg. 3, 405 (SEN. Phaedra 32) HOR. epod. 12, 6 OV. met. 7, 806 (*v. struct.*: *abl.*). PHAEDR. 3, 7, 18. SEN. dial. 2, 14, 2 canem acrem ... leniet. 6, 22, 5 MART. 14, 200, 1 NEMES. cyn. 120. 229 VEG. mil. 4, 26. NON. 240 celer, velox. GLOSS. velox. VARRO rust. 2, 7, 15 *equi* (*v. struct.*: ad). LVCR. 4, 420 equus acer. VERG. Aen. 1, 144. 4, 156. 8, 3 (*v. etiam struct.*: *abl.*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. met. 3, 704. 7, 542. 14, 344. trist. 5, 9, 29 Pont. 2, 11, 21 Germ. 465 (*sidus, item* Avien. Arat. 1154). Plin. nat. 8, 165 Sil. Mart. Stat. Theb. 5, 3. Rhet. Her. 4, 62 leonis acerrimi (Nep. Eum. 11, 1). Lvcr. 5, 862 genus acre leonum (Ov. fast. 4, 215). Sen. epist. 41, 6 (*v. struct.*: *abl.*). Sol. 27, 13. Verg. ecl. 10, 56 apros. Hor. epod. 2, 31 Ov. met. 10, 550. Verg. georg. 3, 264 genus acre luporum. Hor. epist. 2, 2, 29 (*v. struct.*: *abl.*). epod. 12, 25 Ov. met. 11, 370 Nemes. cyn. 307. (*piscis*:) Ov. hal. 23 inmitis et acer. *alia*: Ov. trist. 4, 9, 29 taurus. Pavl. Fest. 301 solipugna genus bestiolae ... acrius concitatiusque fit fervore solis. Sen. dial. 4, 11, 4 acerrimas feras. Octavia 409. Plin. nat. 16, 183 animalium acerrimis. 9, 20 *delphinus* acrior telo. Drac. satisf. 256 avis

C *de animo*: *cf.* Cic. de orat. 3, 124 acris acies in naturis hominum et ingeniis. Gloss. acrae mentis validae mentis. Plavt. Bacch. 405 cor. Lvcr. 3, 294 acria corda iracundaque mens (Val. Fl. 6, 1). Mart. 6, 64, 16 cor limante Minerva acrius. Avson. 341, 5 vegetum teres acre calens cor. Cic. Sest. 45 acris animi magnique. Mil. 29. de orat. 2, 84 animus acer et praesens (Qvint. inst. 6, 4, 8) et acutus. fin. 1, 57 acri ... et attento. Tusc. 1, 52. Fvr. Bibac. carm. 15 acris ... animos. Verg. Aen. 11, 800. Ov. met. 2, 86 *equorum*. Liv. (*v. struct.*: *abl.*). Sen. contr. 2 praef. 2 magno magis quam acri. Sen. dial. 1, 5, 11. 9, 17, 5 *ex remissione* meliores acrioresque surgent (Qvint. inst. 1, 3, 9). epist. 114, 3 acer et ferox. Vell. 2, 41, 1 vigore animi acerrimus. Tac. ann. 3, 30. Amm. 27, 2, 7 animorum acri robore (*cf. p. 361, 49*). Lvcr. 1, 69 acrem ... animi virtutem. Sen. clem. 1, 12, 5 dial. 6, 12, 6 epist. 24, 5 (*v. struct.*: ad *c. ger.*). *cf. p. 361, 47*. Veg. mil. 1, 20 audaciam. Heges. 5, 12, 8 fortitudo. Cic. fin. 2, 45 mentem acrem et vigentem. nat. deor. 2, 18 div. 1, 61. Lvcr. 2, 1041 iudicio (Cic. de orat. 3, 183 ac. 2, 19. *cf.* epist. 9, 16, 3 peracre iudicium. Qvint. inst. 1, 6, 3. 8, 3, 24. 12, 10, 20 acre tersumque *Atticorum*. 12, 10, 76. Plin. epist. 1, 22, 3 acri magnoque. Gell. 6, 3, 10 acri subtilique. *aliter*: Cic. S. Rosc. 11 acria ac severa). Cic. de orat. 3, 190 norma. Qvint. inst. 8, 6, 58 ratione. Mart. Cap. 5, 441 acri admodum ac subtilissima. Cic. ad Att. 15, 6, 3 acerrimis consiliis. Tac. ann. 11, 29 *opp.* cautis. Cic. de orat. 2, 357 acri memoria (*opp.* hebeti). Flacc. 103 Tac. ann. 15, 68. Flor. 1, 33, 15 calliditatis acerrimae. Val. Fl. 2, 555 acri lubricus astu. Non. 240 austerum, acerbum, asperum. Cic. frg. F 5, 89 ingenium (*v. l. 79*). de orat. 2, 162. 3, 79 (*v. struct.*: ad *c. ger.*). Brut. 204 Theopompi, *opp.* lenissimo Ephori (*cf.* frg. F 5, 25). *al.* Sall. Iug. 7, 4 inpigro atque acri. 28, 5 Liv. Colvm. 7, 2, 4 Stat. Theb. 7, 116 (*i. q. ingenii inventum*). Tac. Plin. epist. 3, 5, 8. 4, 2, 1. Hier. comm. Ephes. 4, 13 acuti et acris. vir. ill. 53 acris et vehementis. 125 acris et ferventis. Macr. sat. 1, 15, 5 acri quidem, sed agresti. *v. etiam struct.*: ad, in *c. abl. ger., abl.* Cic. ad Q. fr. 1, 27 tua ... natura paulo acrior (Serv. Aen. 3, 14). Hor. sat. 2, 7, 47 acris ubi me natura (*i. pruritus*) intendit. Sen. epist. 24, 25 acerrimae indolis.

D *de sensibus*: Cic. Tusc. 5, 45 acerrimis integerrimisque sensibus. nat. deor. 2, 42. Ps. Qvint. decl. 15, 5 acrior erectiorque *sensuum* vigor. **1** *videndi* (*opp.* hebes): Cic. fin. 2, 52 oculorum, inquit Plato (*Phaedr. 250 D*), est in nobis sensus acerrimus. de orat. 3, 160 (Qvint. inst. 11, 2, 34 acrior oculorum quam aurium. Avg. civ. 11, 27). 2, 357 videndi. Cic. Tusc. 4, 38 acrem ... aciem intendit. Cels. 7 praef. acie oculorum acri claraque. Sen. nat. 7, 11, 3 acrior ... aut hebetior. Val. Fl. 3, 571. Cic. Planc. 66 populi Romani ... oculos ... acris atque acutos. Colvm. 3, 8, 1 acrioribus mentis oculis. Qvint. inst. 2, 10, 6 Tac. hist. 2, 20 Plin. epist. 7, 21, 4. 9, 37, 4. Val. Fl. 6, 580 acres ... oculos sensusque. Ov. met. 15, 579 lumen (= *oculum*). Ps. Cato monost. 33. Plin. nat. 8, 94 oculos ... acerrimi visus (*opp.* hebetes). Mart. Cap. 4, 328 femina (*Dialectica*) ... acri admodum visu. Prvd. ham. 901 acrem ... intuitum (*syn.* acutis ... luminibus). *significat oculorum torvitatem*: Rhet. Her. 3, 27 acri aspectu utemur. *ib.* acri et defixo. Lvcr. 3, 289 ex oculis micat acri⟨b⟩us ardor (Verg. Aen. 12, 102 Sen. dial. 4, 3, 2 Fronto p. 44, 14 N. Amm. 15, 7, 4 Physiogn. 34. Val. Max. 8, 10 ext. 1 acerrimum vigorem oculorum, terribile vultus pondus). *cf.* Apvl. met. 10, 32 nunc mite coniventibus, nunc acre comminantibus ... pupulis. Lvcr. 6, 1184 furiosus voltus et acer (Hor. carm. 1, 2, 39 Ov. met. 9, 788 Liv. 9, 6, 2 Sen. dial. 5, 4, 1 Herc. f. 953 Tro. 1092). Sil. 17, 342 obtutu. Apvl. met. 2, 25. *cf.* Cic. Sull. 8 personam vehementem et acrem. **2** *audiendi*: Plin. nat. 8, 114 acerrimi auditus.

III *de rerum vi afficiendi efficiendi.* **A** *respiciuntur sensus*: **1** *de sapore*: Gloss. acetum acrum ὄξος δριμύ. Plin. nat. 15, 106 saporum genera XIII: dulcis suavis pinguis amarus austerus acer acutus acerbus acidus salsus (Colvm. 11, 3, 22 acerrimi saporis Plin. nat. sapor, gustus *passim*. 20, 113 sapore acri et fervido, *cf.* 25, 92 fervens et acre gustu). Cels. 2, 21 acria acida acerba. 4, 17 salsis acribus acidis. 2, 23. Plavt. Bacch. 405 sitne aceto (-tum *codd.*) tibi cor acre in pectore. *cf.* Cic. frg. F 5, 89 alterius ingenium sic ut acetum Aegyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium (*v. p. 360, 11*). Cato agr. 104, 1 aceti acris. 2 acerrimum et pulcherrimum. Varro Men. 484 alteram viam deformasse Carneadem virtutis e cupis acris aceti. Hor. sat. 2, 3, 117 Colvm. Plin. *medici omnes frequenter*. Vict. Vit. 3, 44 asperum nimisque acerrimum. Ivv. sat. 13, 216 acri ... Falerno. Cato agr. 157, 1 *brassica* dulcis et amara et acris. 2 acerrima ... tenui suco vehementissima. Varro Cati frg. 16 acria, ut est sinapi, cepa, alium (Cels. 4, 4 acerrima, id est sinapi, alium, cepam). Lvcil. 173 lippus edenda acri assiduo ceparius cepa. Priap. 51, 22 Plin. nat. 19, 105 Pallad. 3, 24, 4. Moret. 83 nasturcia, *cf. p. 357, 45*. Hor. sat. 2, 8, 5 acria ... rapula, lactucae, radices, qualia lassum pervellunt stomachum. Sen. epist. 63, 6 haec acria ... et habentia austeritatis aliquid stomachum excitare (*syn.* acerbitas, in vino nimis veteri ... amaritudo). *cf. l. 18*. Cels. 2, 22 acria sunt omnia nimis austera, omnia acida, omnia salsa, et mel quidem (6, 6, 34. Plin. nat. 11, 39 *mel* ex dulci acre, *cf. p. 359, 80. 364, 79*) quo melius est eo magis. item alium, cepa, eruca, *similia*. Plin. nat. 19, 186. 13, 113 *malorum Punicorum* quinque species: dulcia acria mixta acida vinosa (Pallad. 4, 10, 17 *citrea* acres medullas mutare dulcibus, si ...). 37, 70 oleum, *cf.* 23, 77. 31, 74 *et* 87 sal. Cels. 3, 16 a lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes transire. 3, 22 *cf.* 2, 19. 4, 7 *et* 10 *opp.* mollis. Plin. nat. *medici passim*. Plin. epist. 7, 3, 5 dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut ... stomachus his excitaretur (*cf. l. 8*). Cels. *et medici*: medicamentum (Scrib. 231 acrium et exulcerantium). *opp.* lenis: Cels. 7, 7, 3. *item* collyrium, unguentum, clyster, clysmus *al. cf. p. 361, 51*. Plin. nat. sucus *passim*. 25, 102 acrem et acutum. Ov. met. 7, 265 *Medea* sucos incoquit acres (atros *opt.*). Vitr. 8, 3, 18 acer et acidus sucus *terrae*, per quam egredientes venae intinguuntur acritudine. *suci corporis*: Lvcr. 3, 503 corrupti corporis umor. Cic. nat. deor. 2, 59 Veg. mul. 2, 32 Marc. med. p. 25, 18 Cass. Fel. 8. Lvcr. 6, 1205 profluvium ... taetri sanguinis. Gratt. 356 sucus (355 virosam eluviem). Cels. 6, 6, 1 pituita tenuior atque acrior. 7, 7, 15. Scrib. 27 tenui et acri lacrima. Marc. med. 8, 123. 127. Plin. nat. 20, 161 urina. Mart. 11, 98, 4 ulcus. Hor. sat. 2, 4, 59 acri | post vinum stomacho. Plin. nat. 21, 174 acria corporis leniri (*cf.* Cels. 6, 6, 8 leniantur intus latentia acria). 19, 85 acria viscerum (Ser. Samm. 599 palumborum ... fimus acre). Pers. 2, 13 acri bile tumet (Apvl. met. 10, 25 Marc. med. p. 8, 31 *al.*). Amm. 19, 12, 5 acri felle concaluit. *cf.* Pers. 4, 34 acre | despuat. **2** *de odore*: Lvcr. 4, 124 odorem ... acrem. 6, 1217. Plin. nat. 12, 81 *et passim*. Apvl. met. 9, 24 acerrimo gravique odore sulpuris (Lvcr. 6, 747 acri sulpure [ecri suiper *codd.*]). Cael. Avr. acut. 1, 137 acerrimi atque gravabilis. Lvcr. 6, 791 nidore. Moret. 105 spiritus. *cf.* Liv. 38, 7, 13. Cic. de orat. 3, 99 unguentis ... summa et acerrima suavitate conditis. **3** *de auditu*: Lvcil. 944 acre | inductum cantu. Plin. nat. 22, 86 cicadas acerrimi cantus (Acc. trag. 238 acri⟨s⟩ crepantes melos: *correctum* aericrepantes). Rhet. Her. 3, 21 clamore (Liv. 2, 55, 6 Sil. 9, 362). 23 vociferatione. Lvcr. 3, 953 voce increpet acri (Qvint. inst. 11, 3, 162. 178 acrior *opp.* iucundior). 1, 275 fremitu. Verg. georg. 4, 409 flammae sonitum. Hor. carm. 1, 12, 1 tibia (Qvint. inst. 8, 2, 9 'proprie dictum'). Sen. Ag. 332 nil acre velim magnumque modis intonet altis. nat. 2, 27, 3 aliud genus (*sc. tonitrus*) est acre acerbum. Val. Fl. 2, 272 stridore. 6, 27 tubae (Sil. 9, 6 Stat. silv. 5, 3, 193). 107 lituos. Sil. 4, 96 hinnitus. 10, 458. **4** *de visu*: Lvcr. 4, 709 acria visu (*cf.* 716). 4, 304 splendor ... acer adurit saepe oculos. Sen. nat. 1, 1, 7 acrior ... Caniculae rubor, Martis remissior. 1, 14, 2. 3, 18, 5 rubor omni acrior minio. Colvm. 7, 12, 4 *canum* oculis acri lumine radiantibus. Gell. 14, 4, 2. Plin. nat. 37, 92 *carbunculi* masculi ... acriores (*opp.* feminae languidius refulgentes). Physiogn. 90 color acrior magis quam pressior (I p. 409, 5 χρῶμα ὀξύτερον).

B *respiciuntur affectus.* Naev. trag. 35 animi acrem .crimoniam (Lavs Pis. 129 mitis et acri asperitate careas. *cf.* Sen. dial. 5, 9, 3 quidquid in nobis mite placidumque est, *opp.* acria). Plavt. Bacch. 538 aegritudo ... acerruma. Cic. Tusc. 3, 52. Acc. trag. 316 mors amici ... est senium multo acerrimum. Sen. epist. 63, 3 luctus. Non. 240 austerum, acerbum, asperum. Varro Men. 394 demitis acris pectore curas. Lvcr. 3, 461. 5, 45 Verg. georg. 3, 538 Val. Fl. 5, 548 Mart. 3, 20, 14. Cic. de orat. 3, 184 curam diligentiamque (*cf.* Gell. 15, 3, 7). Qvint. inst. 1, 1, 3. Gell. 17, 21, 1 acri subtilique. Lvcr. 4, 716. 6, 658 dolor. Cic. ad Att. 4, 6, 2 Tusc. 5, 26. 117 Verg. Aen. 7, 291. 11, 709 Prop. 2, 22, 45 Sen. epist. 63, 3 Apvl. met. 3, 13 Sol. 26, 9. *cf.* Ser. Samm. 223 dentis ... laborem (A^1, dolorem BA^2). Rhet. Her. 2, 29 acerrimam formidinem. Lvcr. 6, 1212 metus. Verg. Aen. 1, 362. 3, 682 Val. Fl. 1, 693 Sil. 2, 231 Avien. Arat. 1191 Amm. 24, 6, 5. Sen. clem. 1, 12, 4 timor (*opp.* temperatus). Leo M. epist. 132, 1 anxietas. Lvcr. 3, 311 ira. 5, 399. 6, 753 Ov. hal. 39 (Val. Max. 7, 3 ext. 6 procursum irae *cf. C 2*). Sen. dial. 4, 19, 4 *opp.* gravis. Octavia 648 Lvcan. 3, 142 Sil. 9, 422 Homer. 754. *cf.* Cat. 83, 5 quae multo acrior est res: iratast. Plin. nat. 7, 5 rabies. Sil. 11, 516 furor. Cic. inv. 2, 108 odium. S. Rosc. 52 Val. Max. 3, 7, 5 Tac. hist. 4, 70 ann. 14, 31. Cic. Arch. 28 amore gloriae. Verg. Aen. 12, 392. Tib. 2, 6, 15 Amor (*item* 4, 2, 6). Ov. her. 4, 70 Pont. 4, 7, 40 Liv. 9, 18, 5 vini. Val. Fl. 3, 367 Tac. ann. 13, 46. *cf. C 1* ignis. Liv. 3, 41, 5 desiderium. Fronto p. 133, 18 N. Cic. Verr. 5, 39 cupiditas ... acrior atque insanior. Phil. 12, 7 acerrimam et fortissimam. Sen. contr. 4 praef. 1 Sen. epist. 85, 11. Lact. inst. 6, 23, 3 cupiditas et adpetentia ... vehementior et acrior. Ov. ars 1, 342 *feminea libido* acrior ... nostra. Avg. c. Iul. op. imp. 4,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

49. CVRT. 6,5,32 cupido (*v. struct.*: ad). TAC. ann. 15,33. SEN. benef. 1, 9, 5 avaritia (*lect. dub.*). GELL. 4, 8, 2. CIC. Mur. 46 studium. de orat. 1, 79. 95. 2, 11 Brut. 305. 327 VAL. MAX. SEN. epist. 15, 3 QVINT. inst. 10, 6, 4 TAC. dial. 33 ann. 2, 5. TAC. ann. 11, 11 favor. TAC. hist. 3, 51 tanto acrior apud maiores sicut virtutibus gloria, ita flagitii paenitentia fuit. TAC. Germ. 37 libertas. ann. 13, 50.

C *respiciuntur* ***agentia*****:** 1 *de rebus gravibus, vehementibus*: GLOSS. acrior molestior. PLAVT. Bacch. 628 mala ... acria atque acerba. LVCR. 3, 252 IVV. 6, 109. PLAVT. Men. 872 morbum acrem ac durum. AVG. civ. 4, 26. GRATT. 464 pestis. CYPR. epist. 74, 2 CASSIAN. conl. 24, 5, 2. CVRT. 9, 10, 14 pestilentia. SEN. nat. 4, 13, 11 febris. AVR. VICT. epit. 42, 17 CARM. epigr. 629, 2. PLAVT. Asin. 134 mare (*v. p. 357, 61. cf.* HOR. carm. 1, 33, 15 *ibid.*). AVIEN. Arat. 1076 *Oceanus*. PLAVT. Rud. 70 Arcturus signum sum omnium acerrimum: vehemens sum exoriens, cum occido vehementior. GERM. frg. 4, 26 acre Leonis sidus. VAL. FL. 6, 608 Canis. STAT. silv. 3, 1, 54 Sirius. *cf. l. 61* sol *et II B*. VAL. FL. 3, 209 Vesvius. PLAVT. Trin. 398 suae senectuti is acriorem hiemem parat. ENN. ann. 471 acer hiems (HOR. carm. 1, 4, 1 acris). LVCR. 6, 373. CLAVD. 10, 54 pars acrior anni. HIER. comm. Zach. 1, 1, 7 in acerrimo tempore hiemis. *cf.* CIC. Sull. 52 nox omnium temporum coniurationis acerrima ... atque acerbissima. LVCR. 3, 20 pruina. 4, 261 frigus. LIV. 21, 54, 8. ENN. ann. 400 mortalis ... somnus ... mollissimus perculit acris (*i. q.* acer). NAEV. ep. 54 fames acer. TIB. 1, 3, 77 sitim. LVCR. 3, 65 egestas. TAC. ann. 4, 6 annona. *cf.* CIC. ad Q. 2, 5, 1 acriorem causam (TAC. ann. 1, 33) inopia pecuniae faciebat et annonae caritas. LVCR. 6, 72 poenas. SVET. Otho 3 SVLP. SEV. epist. 2, 7. CIC. S. Rosc. 37 supplicium (Catil. 1, 3 AMM. 28, 1, 10 PRVD. perist. 6, 158). Cluent. 177 tormentorum (HIER. in Is. 10, 30). Vatin. 29 lex. GALLICAN. Avid. Cass. 12, 5 *vindicta*. COD. Iust. 9, 39, 2, 1ª acerrima condemnatione ... ferientur. CIC. Balb. 14 bellum. 40 Brut. 76 SALL. or. Phil. 17 OV. Ib. 644 LIV. VELL. *al.* AMM. 20, 11, 12 obsidio. *cf. C 2* proelium, pugna *etc.* CIC. Verr. 1, 30 disciplina. TAC. hist. 2, 77. HOR. carm. 1, 29, 2 militiam. 3, 2, 2. PERS. sat. 3, 23 udum et molle lutum es, nunc ... acri fingendus sine fine rota. 5, 127 servitium. TAC. ann. 6, 48. 2, 43 ministerio. 3, 48. SIL. 3, 92 labor. QVINT. inst. 10, 3, 26. IVL. VICT. rhet. p. 443, 29 usu acri et exercitatione intentissima. CYPR. GALL. gen. 377 venatu. LVCR. 6, 392 documen. IVV. sat. 14, 322 exemplis. LACT. inst. 2, 8, 12 argumentis (*cf. p. 362, 59*). COD. Iust. 5, 5, 4, 1 errore acrissimo ... decepti. CIC. Verr. 2, 77 testimonium. PVBLIL. M 23 maledictum interpretando facias acrius. *cf.* I 23 crimen. LVCR. 1, 246 vis. 3, 476. 5, 625 CIC. de orat. 2, 212 SALL. Iug. 89, 5. HOR. sat. 1, 4, 46 acer spiritus (SEN. dial. 4, 35, 4 AMM. 27, 10, 13. *cf. l. 68*) ac vis. epod. 7, 13 LIV. 21, 54, 8. 38, 7, 13 SEN. benef. 2, 27, 3 PLIN. nat. 34, 130. 154. 178 TAC. hist. 3, 60. 71 ann. 14, 61 GELL. 17, 2, 21 VEG. mil. 1, 24. *cf.* virtus *apud medicos passim, ex. gr.* CAEL. AVR. acut. 2, 11, 81. LVCR. 3, 741 violentia. PLIN. nat. 36, 33 vehementia. 34, 171 effectus (*cf. p. 357, 28*). GRATT. 464 robore (*cf. p. 359, 25*). LVCR. 4, 637. 640. 5, 900. 6, 974 venenum. SEN. nat. 3, 20, 5 virus. CIC. Cluent. 67 remediis. PLIN. nat. 22, 143 APVL. met. 5, 30 CAPITOL. Maximin. 14, 2. *cf. p. 360, 19*. HOR. sat. 2, 6, 69 acria ... pocula, *opp.* modicis. *cf. p. 358, 25*. VARRO Men. 205 ignem (*translate de amore, item* CAT. 45, 16. APVL. met. 10, 3 incendium. *cf. III B* amor. *proprie* OV. met. 13, 802 SEN. Herc. f. 105 COLVM. 12, 19, 5). LVCR. 5, 906 flammam. AETNA 391 TIB. 1, 6, 45 SEN. Tro. 560. CHALC. comm. 184 amoris. QVINT. inst. 1, 2, 25 faces (*in imagine, item* TAC. hist. 2, 86. *cf. p. 357, 33. 36*). OV. met. 8, 667 favilla. SCRIB. 220 *et* 268 pruna. MARC. med. 8, 101 carbones. LVCR. 1, 650 ardor. 3, 477 CIC. nat. deor. 2, 31. SOL. 2, 54 calor. ENNOD. epist. 8, 24. AMM. 23, 4, 15 aestus incendiorum. 23, 6, 37. LVCR. 6, 850 sole. VERG. georg. 1, 93 potentia solis. HOR. sat. 1, 6, 125 COLVM. 11, 2, 54 PLIN. nat. 14, 77. 17, 229. 18, 275 FRONT. aq. 123 FLOR. 1, 22, 16 TERT. adv. Marc. 2, 2. RVT. NAM. 1, 483 Phoebum. HIRT. 8, 5, 2 tempestates. AVIAN. fab. prol. 4. LIV. 26, 45, 8 septentrio. 28, 17, 15 vento. GERM. frg. 3, 3. SEN. nat. 5, 12, 2 vehemens et acer. CVRT. 4, 3, 17 IVST. 4, 1, 6 AVIEN. Arat. 660. 956 PRISC. perieg. 116 CLAVD. 3, 90. VITR. 10, 3, 6 flatu. CVRT. 4, 2, 8. SEN. nat. 2, 18 spiritus. 6, 18, 2. 6, 21, 1 (6, 30, 3). AMM. 23, 5, 14. *cf. l. 44*. PLIN. epist. 5, 6, 14 auras ... non ... acres et immodicas, sed spatio ipso lassas et infractas. *de fluviis*: HOR. sat. 1, 1, 58 Aufidus. FLOR. 2, 24, 8 duobus acribus fluviis, Dravo Savoque. CLAVD. 17, 234 acrior ac rapidus ... Danuvius. OV. rem. 651 flumine perpetuo torrens solet acrior (altior, acrius *codd.*) ire. GILD. Brit. (chron. III) 17 *torrens* fronte ... acra mirabiliter spumans. 36 undis ac si acerrimis.

de rhythmo: QVINT. inst. 9, 4, 69 particulae (*sc. orationis, κομμάτια*) ... graves, acres, lentae, celeres. 92 *pedes* acres, quae ex brevibus (*syllabis*) ad longas insurgunt, leviores, quae a longis in breves descendunt. 135. 139. TER. MAVR. 1383 iambus, pes virilis acer et raptim citus. AVSON. 151, 24 acer iambe. *rara, singularia, notabilia*: VELL. 2, 6, 2 longe maiora et acriora (*cf.* CIC. nat. deor. 2, 30) [re]petens. VAL. FL. 6, 470 acre decus fecundaque monstris cingula (*Veneris*). SIL. 3, 463 acris ... moles (*sc. elephantos*). 4, 448 *Scipio* acri mole (*i. scuto*) retorquebat ... hastas. MART. 12, 65, 5 Baeticarum pondus acre lanarum. SIL. 9, 628 monstri (*elephanti*) manus abstulit acri implicitum nexu diroque ligamine torsit. TAC. ann. 3, 28 acriora ... vincla. TAC. hist. 2, 72 acribus initiis. ann. 6, 17. TAC. ann. 15, 3 acriore in discrimine. *cf.* PORPH. Hor. carm. 4, 14, 24 periculis. PAVL. dig. 8, 2, 20, 5 *stillicidium* lenius facere poterimus, acrius non. 2 *de actionibus*: PLAVT. Bacch. 449 acris postulatio haec est. TER. Phorm. 346 prima coitio est acerrima. CAES. civ. 3, 72, 3 concursu. NEP. Eum. 4, 1. LIV. 21, 59, 8 acrior concursus fuit quam caedes (OV. met. 11, 401 acri caede). 42, 53, 9. CIC. fin. 3, 2 contentio. orat. 109 VELL. 1, 11, 6. *cf.* CIC. Mur. 34 pugna (LIV. 22, 6, 2 acrior infestiorque. 23, 29, 5. *v. etiam struct.*: *abl.* VAL. MAX. SIL. TAC.). Balb. 5 acerrimis ... proeliis et maximis (BELL. Alex. 76, 1 CVRT. 5, 3, 10 LAVS Pis. 205 TAC. FRONTIN. AMM.). HIRT. 8, 28, 4 certamine. TAC. *similia*: GELL. 14, 5, 1 AMM. 18, 5, 7 *al.* 19, 1, 9 Marte. TAC. hist. 4, 6 iurgium. ann. 14, 28 ambitu. ACC. trag. 320 incursio. LVCR. 6, 128 impetus. CIC. Verr. 3, 159 Phil. 14, 26 Att. 8, 3, 5 AETNA 381 LIV. SEN. epist. 89, 15 CVRT. 3, 13, 8. PLIN. nat. 23, 58 morbi. IVV. sat. 15, 62 TAC. ann. 12, 12. PLIN. epist. 2, 11, 6 acres et vehementes. FLOR. 2, 13, 66 AMM. 27, 1, 4. 31, 7, 10. SIL. 7, 566 procursus (VAL. MAX. 7, 3 ext. 6 *v. p. 360, 73*). 5, 234 nisu. AMM. 20, 11, 19. 25, 1, 17. 19, 2, 6 occursatione acri intentaque. 22, 8, 14 adsultu. VERG. georg. 3, 141 acri ... fuga. STAT. silv. 4, 3, 103 velocior acriorque cursus. PLIN. nat. 8, 50 (CELS. 6, 6, 1. 14. 15 pituitae *cf. p. 360, 27*). AMM. 14, 7, 16 discursu. *cf.* CLAVD. 3, 330 mobilitas. MAR. VICTOR. gramm. VI 95 (*vers.*) choreas. CIC. inv. 2, 84 criminatio. de orat. 3, 106 incusationem. Brut. 273 accusationes. CIC. de orat. 2, 182 acri et vehementi incitatione. VAL. MAX. 3, 2, 19 adhortatione (GELL. 13, 25, 21 hortamentum). *cf.* QVINT. TAC. *p. 357, 36. 361, 57*. PS. SEN. monita 133 imperio. SIL. 11, 253 PRVD. ham. 712. VAL. FL. 1, 475 monitus. BENED. reg. 28 correptio. *cf.* QVINT. inst. 11, 3, 92 *gestus* in exprobrando et coarguendo acer atque instans. 146. CIC. de orat. 3, 17 in acerrima atque attentissima cogitatione. QVINT. inst. 8, 2, 23 intentionem. PLIN. nat. 18, 238 PLIN. epist. 9, 26, 6. *cf.* 2, 10, 7 silentium acre et intentum. CIC. Balb. 48 quaestio. AMM. 22, 13, 2. 16, 5, 8 inquisitione. COD. Iust. 9, 22, 22 *pr.* indago.

singularia: LIV. 2, 28, 5 dilectum quam acerrimum (*cf. p. 364, 31*). APVL. met. 10, 14 acriorem custodelam (*cf. p. 358, 27*) et dinumerationem adhibebant partium. VAL. MAX. 9, 12, 6 acer ... et animosus vitae exitus. SIL. 7, 337 acris | incepti. GELL. 12, 5, 9 acres (*v. l.* aegros) anhelitus et robustos gemitus. *cf.* SERV. auct. Aen. 9, 811. AMM. 19, 5, 8 acri repulsa disiecti. *in sermone technico medicorum*: CELS. 6, 6, 1 curationem. SCRIB. 183. CELS. 2, 15 *gestatio* lenissima ... vehementior ... etiamnum acrior. 3, 27, 3 ambulatione. 4, 5. CELS. 8, 4 vomitus. GARG. MART. p. 163, 23 acres ructus. *cf.* GLOSS. III 603, 43 *ὀξυεγμία* acra ructatio (agrarupt- *cod.*).

nota: RHET. Her. 3, 23 oratio (*opp.* remissa). 4, 52 gravior aut acrior aut criminosior. CIC. orat. 66 contorta et acris, *opp.* tracta et fluens (off. 1, 136 in *obiurgationibus* utendum est fortasse ... verborum gravitate acriore). QVINT. inst. 5, 13, 25 acri et vehementi, *opp.* verbis mitioribus. FRONTO p. 53, 8 N. acri violentaque. AMM. 21, 10, 7 acrem et invectivam. 22, 11, 11. SEN. contr. 2 praef. 1 *in oratione* nihil acre, nihil solidum, nihil horridum. HOR. sat. 1, 10, 14 (*v. p. 357, 52*). SEN. epist. 100, 10 sit aliquid oratorie acre, tragice grande, comice exile. PLIN. epist. 6, 33, 9 acribus illis et erectis (*syn.* elata, pugnacia). 4, 20, 2 (*laudans librum*:) opus pulchrum, validum, acre, sublime (SIDON. epist. 9, 9, 10). QVINT. inst. 9, 4, 133 sublimia ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. 9, 2, 6 *figuris* quibus acrior ac vehementior fit probatio. 54 *acervatio* acriora facit et instantiora quae dicimus. 11, 3, 164 argumentatio plerumque agilior et acrior et instantior. *cf.* 9, 4, 135 argumenta acria et citata (*cf. p. 361, 40*). 9, 3, 76 sententias. 74 sensus. 72 vehemens et acer. 4, 1, 64. 9, 3, 28 illud (*genus figurarum*) acrius (*cf.* 27 haec schemata ... habent quandam ex illa (2) vitii similitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipse iucundus est). 6, 3, 57 acriora ... et elegantiora (*risus petendi genera*). 99. 8, 3, 89. 8, 5, 6. 9, 3, 71. 9, 2, 11 *interrogatio* interim acrius imperandi genus. PERS. sat. 5, 14 verba togae sequeris iunctura callidus acri. GELL. 6, 3, 12 principio nimis insolenti nimisque acri. DON. Ter. Andr. arg.: prologus ... acer inducitur. *i. q.* ***ἐναργής*****:** RHET. Her. 3, 35 imagines partim firmae et acres (hae res *codd.*) ... partim imbecillae et infirmae. CIC. de orat. 2, 358 imaginibus ... agentibus, acribus, insignitis, *cf.* 3, 161. GELL. 2, 23, 19 motus affectionesque animi in Graeca ... comoedia mirabiliter acres et illustres (*opp.* pigra). *genus dicendi*: CIC. de orat. 3, 32 forte vehemens ... acre acutum. Brut. 271. QVINT. inst. 2, 8, 4 acri, gravi, dulci, aspero. TAC. ann. 16, 22 Eprium acri eloquentia.

structurae**:** *cum* **ad:** VARRO rust. 2, 7, 15 *equos* ad rem militarem acres. CIC. fr. A 15, 2 tam acres (adres *cod. m*¹, *corr. m*²) ad pecuniam, tam attenti, tam avari. SEN. dial. 3, 11, 3 quid ad incursum acrius? CVRT. 6, 5, 32 acrior ad Venerem feminae cupido quam regis. PLIN. nat. 20, 131 ruta ... silvestris ... ad omnia acrior. TAC. hist. 3, 59 ad ... belli munia acres. AVR. VICT. Caes. 2, 1 ingenio ad repentina longe acriore. HEGES. 5, 20, 48 iuventa ... ad proelium acrior. ad *c. gerund*: CIC. Cluent. 67 homine ad efficiendum acerrimo. frg. B 17 ad vexandos civis. de orat. 3, 79 ingeniis ... ad id ... eliciendum acutis atque acribus. 90 homini ad perdiscendum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acerrimo. ad Att. 15, 13, 3 (*?*). Sen. epist. 24, 5 acrior ... ad occupanda pericula virtus quam crudelitas ad inroganda. Avr. Vict. epit. 14, 7 Amm. 14, 11, 2 Ambr. apol. Dav. 6 Heges. 1, 25, 59. 1, 36, 57. 4, 4, 11. *cum* **contra:** Cic. Verr. 3, 12 *quaestores* non minus acres contra me fuerunt. Mur. 90 consulem ... acerrimum contra seditionem ... futurum. *cum* **pro:** Flor. 1, 18, 26 p. R. multo acrior intentiorque pro ultione reguli quam pro victoria fuit. *cum* **in** *c. acc.*: Liv. 6, 22, 3 litterae ... acriores in Praenestinum quam in Veliternum hostem. Sen. dial. 6, 12, 6 *Sullae* acerrimam virtutem in hostes civesque. Tac. ann. 2, 5 acriora in eum studia militum. 11, 11. 14, 31 Clavd. 20, 380 *v. gen.* in *c. abl. gerund.*: Cic. epist. 8, 15, 1 acriorem (Non. 240 fortem) in rebus gerendis (orat. 2, 201 Fest. Pavl. 273 Avr. Vict. epit. 1, 27). de orat. 1, 45 hominem ... in dicendo ... acerrimum (Brut. 86. 107). 2, 131 acrem et acutum in cogitando (201 orat. 172). Apvl. Plat. 1, 2 acre in percipiendo ingenium. in *c. abl.*: Cic. ad Att. 2, 21, 4 *ext.* tam vehemens vir tamque acer in ferro. Verg. georg. 3, 346 patriis acer Romanus in armis. Aen. 12, 938. Dares 13 (*ibid.* in bello, *cf.* Treb. trig. tyr. 15, 7). *cum* ***abl.*:** Verg. georg. 3, 8 equis (Aen. 5, 669). 119 cursibus. Aen. 9, 174 armis (12, 226). 10, 410 bellis (Homer. 167). *?*Aetna 381 acrior ictu | impetus exoritur (*cf. Sudhaus*). Hor. carm. 1, 6, 18 virginum ... unguibus acrium. epist. 2, 2, 29 dentibus *lupus*. Ov. met. 7, 806 naribus *canes*. Liv. 28, 22, 13 acrior impetu atque animis quam compositior ordine ... pugna. Octavia 886 *Gracchi* pectore fortes, legibus acres. Homer. 196 viribus. Avr. Vict. epit. 20, 5 ingenio. *cf.* Ov. met. 11, 370. Sen. epist. 41, 6 impetu. *cum* **ab:** Symm. pater carm. 3, 3 acer ab ingenio. *cum genet.*: Vell. 1, 3, 1 belli. Tac. hist. 2, 5 militiae. Avr. Vict. epit. 42, 7 sermonis. Clavd. 20, 380 acer in absentes linguae iactator (linguae iactator *an* acer linguae*?*). *cum inf.*: Sil. 3, 338 Cydnus ... iuga Pyrenes venatibus acer metiri iaculove extendere proelia. Clavd. 8, 541 quis tendere contum acrior? *cf.* Lvcan. 1, 146.

adverbialiter acre: Sall. hist. frg. 4, 76 invadunt (acres *Mercier*). Pers. 4, 127 despuat (*p. 360, 34*). Calp. ecl. 6, 53 *equo* micat acre caput (*cf.* Verg. georg. 3, 84 *et* Stat. silv. 1, 1, 47). Apvl. met. 10, 32 (*p. 359, 66*).

adv. **ācriter**. *deest apud* Tib. Lvcan., *gradu positivo deest apud* Verg. Prop. Val. Fl. Sil. Stat. Mart. Script. hist. Aug. Cassian., *semel* Hor. epist. 1, 18, 18 Ov. epist. 18, 15. **1** *de vi rei acutae* (*v. I*): Lvcr. 2, 954 minus oblato (-ta *codd.*) acriter ictu. Cic. Verr. 6, 142 caedunt acerrime virgis. Tac. ann. 15, 57 acrius torquentium (*cf. p. 364, 49*). Liv. 30, 44, 9 nec ... quicquam acrius quam pecuniae damnum stimulat (*cf. p. 364, 51*). Plin. nat. 28, 148 ut ferramentorum subtilitas non aliter acrius induretur. Ps. Greg. M. in I reg. 5, 4, 19 pungat. 6, 3, 19 acumen quo acrius feriantur. **2** *de actione*: Plavt. Cas. 340 uxor acriter tua instat ne mihi detur. Merc. 177 Ter. Hec. 120 Cic. ac. frg. 20 Caes. Sen. contr. 9, 6, 20 Sen. nat. 6, 11 Vvlg. iud. 11, 5. Sall. Iug. 85, 6 acrius adnitendum. 60, 1 niti (*cf.* Verg. Aen. 12, 783 nititur acer et instat. georg. 3, 154 acrior instat, *id repetunt poetae*). Hor. sat. 1, 2, 15 acrius urget. Ov. am. 1, 2, 17 (Cic. Att. 16, 1, 6 Sall. Iug. 24, 3 Liv.). Plavt. Amph. 1113 tantoque angues acrius persequi. Cic. de orat. 2, 182. 330 Liv. *cf.* Cic. de orat. 3, 32 insequens. Caes. Cic. part. 90 sequitur. Caes. *item de motu* (*cf. 3*): Vitr. 6, 1, 9 *serpentes aestate* acerrime moventur. Priap. 19, 3 clunem ... † extis (coxis *vel* sistris *prop. Bücheler*) acrius altiusque movit. Liv. 27, 14, 10 acrius pavor consternatam (*beluam, sc. elephantum*) agit. Sen. nat. 6, 14, 3 *spiritus* hoc acrius fertur quo angustius. Cvrt. 5, 1, 30 *amnis* retentus acrius, quam si libero cursu mearet, inliditur. Cic. inv. 1, 103 acriter excitata indignatio. Plin. nat. 37, 95 *carbunculos* igni vel sole et inclinatione acrius ... excitari. Sen. dial. 7, 25, 7 animum ... exhortamur incitamusque (*cf. p. 364, 51*) acerrime (-mus *cod. m*$^{-}$, -mis *m*^{2}). Tac. hist. 1, 83 *tumultum* acrius excitavit *pietas*. Amm. 25, 10, 7 turbo militaris acerrime concitus. *cf.* Tac. ann. 4, 67 turbabat. Plavt. Cist. 108 nolito acriter eum inclamare ... sed ... tranquille. Cvrt. 4, 13, 8 increpitum. Tac. Cvrt. 6, 9, 30 invectus. Cic. ad Att. 2, 24, 1 sic te ... evocabam, ut nihil acrius neque incitatius fieri posset *cf.* 5. de orat. 2, 35 a vitiis acrius revocare (*ibid.* cohortari ardentius, vituperare asperius, cupiditatem vehementius frangere). Att. 7, 5, 4 vituperarent (Plin. epist. 9, 21, 4 acrius severiusque corripui). Lael. 44 ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter (*aliter* Att. 5, 10, 1 acrius vestigiis tuis monitus. Plin. epist. 6, 1, 1). Svet. Dom. 9 *cf.* Vell. 2, 63, 2 cum acerrime suasisset ... ne. Cic. Verr. 2, 70 acrius imperavi (*ibid.* nimis atrociter). Cvrt. 8, 14, 20. Cic. Verr. 5, 66 minari. Amm. 20, 7, 5. Afran. com. 309 coniecere verba inter se⟨se⟩ acrius. Cato orig. frg. 95^{d} dicit (Cic. Flacc. 21 acriter et vehementer. *item* Tusc. 4, 55. Sen. contr. 1 praef. 15 acrius violentiusque. Qvint. inst. 9, 4, 126 acriter ... et instanter [9, 3, 30 Plin. epist. 6, 20, 10] ⟨et⟩ pugnaciter. 12, 10, 71. Tac. dial. 11 acrius et intento ore, *opp.* remissus. Plin. epist. 5, 20, 6). Rhet. Her. 3, 24 *pronuntiare* modo acriter, tum clementer (Plin. epist. 5, 19, 3). 2, 49 exponemus (-putamus *al.*) acriter et criminose et diligenter. Hor. epist. 1, 18, 18 elatrem. Cic. Sest. 61 dixit vehementer, egit acriter. *ibid.* 4 epist. 10, 28, 2 Cael. Cic. epist. 8, 14, 4. Plin. epist. 1, 16, 2 acriter et ardenter (Gell. 10, 3, 13 acriter atque inflammanter). *cf.* Cic. inv. 2, 126 acriter ad iudicem ... revertendo. ac. 2, 69 non acrius accusavit (Plin. epist. 4, 9, 2) ... quam antea defensitaverat (epist. 3, 12, 3 *al.* defendissem. Caes. Plin. nat. 20, 121) *cf.* ad Att. 3, 8, 2 ut acrius postularetur, *sc. de repetundis* (*opp.* mitiora). 2, 24, 3 quem in senatu acerrime nominarat. Com. inc. 46 (*non* Sall., *ut* Char.) aedes ignis cepit acriter. Vitr. 2, 3, 2 corium sol acriter ... praecoquit. *similia translate* (*cf. 3*): Cic. Sull. 53 arderet (Tac. ann. 4, 40). div. 1, 66 exarsit. Ov. ars 2, 354 Tac. ann. 12, 38. Ov. met. 13, 867 exaestuat acrius (-ior *al.*) ignis. Qvint. decl. 286 p. 153, 9 incalescunt. Flor. 2, 13, 53. Ov. am. 2, 19, 3 urit. epist. 18, 15. Liv. 6, 39, 5 accenderent. 42, 54, 2. Sil. 5, 105 Tac. ann. 13, 13. 6, 45 fovebat. Amm. 15, 39 inflammavit. 21, 5, 12. Gloss. fortiter. Qvadrig. hist. 96 pugna acriter commissa. *sic frequenter accedit ad verba pugnandi* (Cic. Verr. 6, 135 Galba Cic. epist. 10, 30, 3. Caes. Gall. 5, 43, 4 acerrime fortissimeque. civ. 1, 57, 3. Gall. 1, 26, 1 diu atque acriter. 3, 21, 1 Liv. 24, 15, 3 *cf. l. 22 et 48* Liv. 22, 47, 3 acrius quam diutius. 41, 10, 3 quam perseverantius. *sim.*: Cvrt. 4, 6, 13. 8, 11, 15. Cic. epist. 11, 16, 2 propugnaret. Tusc. 2, 65 ferro decertare, *opp.* aegrotare viriliter. Att. 1, 16, 1 acriter et vehementer proeliatus sum. 13, 37, 2 litigasse), *aggrediendi* (Caes. Gall. 1, 52, 3 impetum fecerunt. Liv. 4, 29, 3 quo milites acrius subirent. *cf.* Prop. 1, 9, 26), *resistendi* (Cic. leg. agr. 1, 22 vehementer atque acriter. epist. 15, 4, 8 acriter et diu repugnantibus), *alia, actiones bellicas significantia. nota*: Liv. 10, 2, 13 fugientes ... acrius quam repugnantes. Cvrt. 8, 14, 37. Cic. Phil. 6, 2 acrius graviusque incumberent (Verg. georg. 4, 248 Aen. 9, 788 Tac.) ad ulciscendas iniurias. *cf.* Lvcr. 5, 1148 ulcisci. Tac. ann. 3, 51. Cic. S. Rosc. 12 maleficium vindicetis. Verr. 2, 11 Pavl. sent. 5, 4, 16. Cic. ad Brut. 1, 2 (9, 9), 5 acrius prohibenda bella civilia esse, quam in superatos iracundiam exercendam (victoriam Sall. Iug. 16, 2; quaestiones Liv. 39, 43, 2 *cf.* 27, 3, 5). *incumbere negotio, studio*: Cic. Catil. 1, 8 vigilare. Att. 7, 18, 2 dilectum habere (Liv. 27, 38, 1 acrius intentiusque *cf.* 35, 8). Brut. 249 se ... acerrime exercuit. Qvint. inst. 2, 7, 3. Plin. epist. 7, 17, 7 emendo *orationem*. Cic. rep. 1, 35 in *nulla* cogitatione acrius aut diligentius ... versari (Att. 11, 4, 2 in causa). Svet. vita Pers. p. 74, 2 *Reiff.* philosophantium *cf.* Tac. Agr. 4. *al.* **3** *de affectu* (*v. III BC*): Plavd. Pseud. 273 amatur (Mart. 8, 81, 7. Cic. epist. 15, 9, 1 acrius vehementiusque diligo. Ov. rem. 771) atque egetur acriter. Stich. 180 esurio acrius. Trin. 169 adesurivit magis et inhiavit acrius lupus. 540 sues moriuntur angina acerrime (Prop. 2, 4, 2 acrius ut moriar). Cic. Pis. 50 acerrime fureret. Cvrt. 4, 2, 16. 8, 14, 16. Sen. dial. 3, 3, 8 acerrime saevierunt. epist. 78, 8. 90, 7. 29, 7 eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere et acerrime rabere. Ov. trist. 1, 3, 17 flens acrius. Tac. ann. 2, 82 doluit. Itin. Alex. 41. Amm. 25, 3, 21 ingemuit. Cic. fin. 5, 70 quae acerrime concupivisset. Cvrt. 7, 8, 20 cuperes. 3, 10, 3 suspensi acrius. Tac. hist. 1, 13 spem ... rapiebat. Amm. 24, 5, 7 acriter ad resistendum intentis. *cf.* Cic. epist. 15, 4, 10 exspectarent. Cael. Cic. epist. 8, 2, 2. Cael. Cic. epist. 8, 11, 1 non diu, sed acriter nos tuae supplicationes torserunt (*cf. p. 363, 40*). Plin. nat. 17, 28 solum ... bonis suis acrius ... quam vitiis ... adfligit agricolam. Min. Fel. 4, 3 acriter angit et remordet oratio. Hirt. 8, 35, 5 acrius incitati (*cf. p. 363, 60*). Amm. 29, 5, 49. Apvl. met. 3, 16 commoveri. apol. 1 motum. Tac. Germ. 29 acrius animantur. Amm. 14, 1, 10 acrius efferatus. 31, 5, 5. **4** *de animo* (*v. II C*): Lvcr. 3, 54 acrius advertunt animos. *cf.* Liv. 1 praef. 9. Cic. Pis. 68 adulescenti non acriter intellegenti. Scaur. 18 attendam acriter. Plin. epist. 7, 27, 5. *cf.* Qvint. inst. 1, 1, 5 se ... intendat. 4, 4, 9. Cic. fin. 5, 4 acrius ... et attentius ... cogitemus. Qvint. inst. 5, 13, 44 excogitavit. Cic. part. 14 concludit acriter. Apvl. flor. p. 89 Oud. *cf.* Qvint. inst. 10, 1, 35 argumentantur. 11, 3, 95. 12, 2, 25 probare acrius aut concludere subtilius. Cic. Tusc. 1, 77 acerrime ... disseruit. Val. Max. 8, 7 ext. 5 ad ... refellendum acrius. Hor. sat. 2, 3, 92 cavit nihil acrius. Apvl. flor. p. 29 Oud. examinatis. Amm. 26, 4, 4 causas investigandas. Plavt. Pseud. 364 valide, *deinde* acerrime, *laudans maledicentium acritatem*. **5** *de sensu* (*v. II D*): Cic. Flacc. 26 causam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, acerrime contemplemini (Apvl. Socr. 121 acie mentis acrius contemplantes). de orat. 1, 116 acutius atque acrius vitia ... quam recta videat. ac. 2, 81. Tusc. 1, 73 cum acriter oculis ... solem intuerentur (*aliter* Physiogn. 36). Plin. nat. 25, 51 ad pervidenda acrius. Tac. hist. 3, 38 speculantur. Svet. Aug. 79 contuenti. Apvl. Socr. 168 cernere. (*v. III A*): Cic. de orat. 3, 98 quae ... sensus nostros ... specie prima acerrime commovent. ac. 2, 66 visa ista cum acriter mentem sensumve pepulerunt. **6** *auget adiectivum*: Plavt. Bacch. 471 meretricem acerrume aestuosam (-se *codd.*). Lvcr. 6, 782 acriter infesto sensu *cf.* Cic. Sest. 15 hominis ... mihi irati, sed multo acrius otii ... inimici. Plin. nat. 37, 69 acriter viridis. Avg. de beata vita 14 (Migne 32, 966) contortum hoc et aculeatum, quod posuisti, ut ait ille de melle Hymettio (*cf. p. 359, 80*), acriter dulce est.

synonyma, coniuncta, opposita suis locis enotata: *adiectivo synonyma, coniuncta*: *ad I*: (acutus), gravis. *ad II A*: gravis, alacer, violentus, fortis, pugnax, bellicosus, animosus, acerbus, vehemens, strenuus, audax, indomitus, impiger, ardens, incensus, flammeus, diligens, subtilis, sollers, callidus, efficax, disertus, ingeniosus, acutus,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pertinax, litigiosus, criminosus, severus, ferus, ferox. *ad II B*: vigilans, inmitis, concitatus. *ad II C*: iracundus, magnus, praesens, acutus, attentus, ferox, vigens, subtilis, severus, impiger, vehemens, fervens. *ad II D*: integer, erectus, clarus, acutus, defixus, furiosus, vehemens. *ad III A*: fervidus, fervens, acidus, acerbus, asper, acutus, exulcerans, tenuis, gravis, gravabilis. *ad III B*: insanus, fortis, vehemens. *ad III C*: acerbus, durus, vehemens, fortis, immodicus, rapidus, animosus, robustus, violentus, erectus, acutus, gravis, asper, insignitus, illustris. *opposita ad II A*: mollis, lentus, quietus, lenis. *adde*: mansuetus CIC. de orat. 2, 201; quietus CIC. ad Att. 7, 17, 2; acres esse, non tristes volebamus PLIN. epist. 1, 2, 4. *ad II B*: lenio. *ad II C*: hebes, lenis. *ad II D*: hebes. *ad III A*: lenis, mollis, dulcis, lenio, iucundus, remissus, languidus. *ad III B*: mitis, placidus, temperatus, gravis. *ad III C*: mollis, lenis, remissus, mitis, lēvis. *adverbio synonyma, coniuncta*: *ad 2*: incitate, ardenter, inflammanter, aspere, vehementer, severe, atrociter, violenter, instanter, fortiter intente. *adde*: CIC. Tusc. 4, 51 nisi forte quae vehementer, acriter, animose fiunt, iracunde fieri suspicamur. *ad 3*: vehementer. *ad 4*: attente. *ad 5*: acute. *opposita ad 3*: tranquille, clementer, mitis. *adde*: CIC. de orat. 2, 317 omnia quae fiunt quaeque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipsa praetexuit.

derivata: acredo, acrimonia, acritas, acritudo, acror, acriculus. *comp.* peracer *v. p. 359, 30.* *Dittmann.*

Ācer, -cris *cogn. vir.* CORP. IV 2087 Acer. V 1994 (*Opitergii*) T. Crutonius T. f. Acer Aper. Corp. V suppl. Pais 1079, 49 (*in lucerna, genetivo*) Acris. VII (*in vasculis*) 1136, 11 Acris o(fficina). 1336, 8 A·C·E·R·O (Acer o(fficinator)*?*) **Ācrius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 7794 Acria L. l. Prima. IX 2698 (*Aeserniae*) L. Acriu⟨s⟩ Rufus. 3011 (*Ortonae*) Acrium (*sic*) Maximínus. 3241 (*Corfinii*) Acriae T. l. Laudiceni. 3319 (*Superaequi*) L. Acrio L. f. Rustico, ... L. Acrius filio. **Ācrilīnus** *cogn.* CORP. XIV (*Ostiae*) 354 Hortensius Acrilinus. 357 Aurelius Acrilinus. **Ācricēdius,** -a *nom. gent.* CORP. X 6166 (*Formiis*) L. Acricedio L. f. A⟨...⟩, ... Acricediae L. f. M⟨...⟩. **Ācrāsius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 7947 Acrasia Lupercilla. *potest hinc deminutive fictum esse* Acellius, *quod tamen cum* Accellius *sub* Acc- *exhibui.* *Otto.*

acerabulus mapuldur (*anglosax. i. acer*) GLOSS. V 340, 1. [*francog.* érable. *M.-L.*] *Dittmann.*

acer[r]āle *λαβῆς δακτύλου* GLOSS. II 529, 3 *'ab acere, quantum digito prendas' Bücheler.* *V.*

Aceraeus, -ī, *cogn. vir., ἀκέραιος.* CORP. VI 22095 Marciae Tyche Q. Marcius Aceraeus coniugi. 10484 Acereo P. Aelius Eumelus fratri. 21700 L. Luscius Acereus. *equi nomen*: CORP. VI 10056, 23 *equis* Hispanis ...: ... Acereo b(adio). *sed vide etiam* Acerius. *Otto.*

acerātus, -a, -um. *ab* acus, -eris *videtur ipse* LVCIL. *finxisse.* LVCIL. 291 laterem qui ducit, habet nihil amplius †nam quam commune lutum a paleis caenumque aceratum (aceroso *codd., corr. Dousa.* e *et* caenoque *Marx*). *cf.* PAVL. FEST. 20, 10 aceratum lutum cum paleis mixtum, *item* p. 187 *sub voce* obacerare. NON. 445 utrumque (acerosum *et* aceratum) nove positum ... aceratum ... est lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est (*sequitur frg.* LVCILI). GLOSS. Plac. V 7, 39 (= 44, 4) acerata offula: furfuraceo pane. *V.*

Aceratus *v.* Acerius.

Aceraunus, -ī, *ἀκέραννος.* MELA 3, 84 (*in Aegypto*) promunturium quo id mare cluditur Aceraunis saltibus invium est. *Diehl.*

Acerbās *v.* Acherbas.

acerbātio, -ōnis *f. ab* acerbare. CYPR. epist. 45, 2 ea, quae ex diverso in librum missum congesta fuerant, acerbationibus criminosis respuimus. *v. etiam* acerbitatio.

acerbātrīx, -īcis *f.* SALV. gub. 3, 44 ecclesia ... acerbatrix (exac. *man. rec. cod.*) dei (*opp.* placatrix).

acerbitās, -ātis *f. non legitur ante* CIC., *saepe apud* VAL. MAX. GELL. 13, 3, 2 nihil quicquam interest 'suavitudo' dicas an 'suavitas' .... 'acerbitudo' an 'acerbitas'. **1** *sapor acerbus*: CIC. Planc. 92 fructus ... ex sese non ... laetos et uberes, sed magna acerbitate permixtos. PLIN. nat. 15, 52 peculiare inprobae iis (*malis*) acerbitatis convicium. *in imagine*: ASCON. Mil. p. 45 B. cum pusillum edissent dulcedinis, largiter acerbitatis devorarent. *inde de ipsis fructibus acerbis, immaturis*: PALLAD. 3, 9, 12 nec parvo constabit, si legatur maturitas cum acerbitate. *in imagine*: AVELL. p. 200, 11 factus es ... eorum (*fidelium*) perditio et non vita, amaritudo et non suavitas, acerbitas et non matura esca (*ὄμφαξ καὶ οὐ πέπειρος βότρυς*). **2** *odor acerbus*: AMM. 23, 6, 17 *halitus* terras circumsitas inhabitabiles acerbitate fecisset. **3** *sonus acerbus*: SEN. epist. 24, 14 iube conticiscere gemitus et exclamationes et vocum inter lacerationem elisarum acerbitatem. **4** *generaliter iniucunditas*: *adiuncto genetivo substantivi*: CIC. epist. 5, 16, 1 luctus acerbitate (VAL. MAX. 4, 6, 2). dom. 64 casus (VAL. MAX. 6, 9, 13. 7, 6, 2). Att. 3, 9, 1 non videndi fratris. NEP. Alc. 6, 3 pristini temporis (COD. Theod. 6, 29, 12). SEN. suas. 6, 8 servitutis. VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 denuntiatae cladis. 9, 11, 6 fati. 5, 3, 2 b exili. 5, 4, 7 fortunae. TAC. Agr. 45 parentis erepti. RVT. rhet. 2, 16 acerbitate laboris iucundos voluptatis fructus sibi parabat. HIL. in psalm. 68, 16 aliquid ex mortis acerbitate maereret. AMM. 20, 8, 17 rerum acerbitates (HEGES. 5, 16, l. 183 W.). 14, 6, 23 morborum acerbitates. HEGES. 5, 41, l. 68 W. malorum ... acerbitatibus (OROS. hist. 5, 1, 14 malorum acerbitate). INSCR. christ. Rossi I 816 (*inter a. 379—463*) ⟨fu⟩neris acervitate perculsi. *absolute*: *numero singulari*: CIC. Scaur. 2, 4 acerbitatis accepisset aliquid (Brut. 5 acciderit). Rab. Post. 2 ne quid ... addendum acerbitatis putet. Planc. 39 editio ... summam habeat acerbitatem. ad Q. fr. 1, 1, 33 illa causa ... quantam acerbitatem adferat sociis. Verr. 5, 68 nomen vestrum ... odio atque acerbitati scitote nationibus ... futurum (Flacc. 19. FRONTO p. 138, 10 N. quantae mihi acerbitati[s] sit tua ... tristitia). Sest. 47 an erat mihi in ... tanta acerbitate ... vita retinenda? Att. 9, 7, 1 nec ullam acerbitatem recuso (*cf.* epist. 2, 16, 4). epist. 6, 1, 1 est ei (*civi Romano*) ... acerbitas ex interitu rerum. SEN. dial. 6, 1, 7 acerbitate pascuntur et fit infelicis (finit felicis A^1 *ut vid.*) animi prava voluptas dolor. epist. 63, 6 eorum (*amicorum*) ... retractatio non sine acerbitate quadam iuvat (99, 23). SVET. Tib. 67 quanta se quandoque acerbitas et infamia maneret. RVT. rhet. 1, 14 praesens tempus acerbitatis erat plenum. CORP. XIV 3977 soror et mater acerbitate accepta fecerunt *monumentum.* VI 33636 quae reliquti (*sic*) acerbitatem suis. *numero plurali*: CIC. Cat. 4, 1 omnis acerbitates, omnis dolores cruciatusque perferrem (CAES. Gall. 7, 17, 7). Planc. 101 lacrimas ... in meis acerbitatibus ... effudisti. TAC. ann. 2, 71 acerbitatibus dilaceratus. 6, 4 ne curas imperatoris conquisitis insuper acerbitatibus augerent. LACT. inst. 4, 26, 18 acerbitates et amaritudines. 7, 27, 2 acerbitates ac miseriae. OROS. hist. 3, 12, 1 quibus hos omnes acerbitatum acervos cunctasque malorum moles struxit. AVELL. p. 220, 10 tantas acerbitates incommoditatesque mundanas.

5 GLOSS. *σφοδρότης, δριμύτης, ἀποτομία,* crudelitas. **a** *de rebus*: *adiuncto genet. subst.*: CIC. S. Rosc. 81 temporis illius acerbitatem iniquitatemque (dom. 43 epist. 13, 4, 1. COD. Theod. 6, 29, 12 acerbitate temporis cogente). Verr. 1, 81 nisi tanta acerbitas iniuriae, tanta vis sceleris fuisset (VAL. MAX. 1, 1, 15. 4, 2 praef. offensarum). epist. 15, 1, 5 propter acerbitatem atque iniurias imperii nostri (NEP. Cim. 2, 4). Planc. 64 legis acerbitatem mitigandam putavit. Cluent. 151 omnem illam acerbitatem proscriptionis suae ... in hanc unam quaestionem contulisset (LIV. 21, 11, 13 dilectus. TAC. ann. 13, 43 accusationis. PANEG. 8, 5 novi census. COD. Theod. 11, 1, 35 exactionis). Cat. 4, 7 suppliciorum omnis acerbitates amplectitur (Rab. perd. 10. 15. Sest. 83 *et* AMBR. Iacob 1, 6, 25 mortis. LIV. 34, 27, 3 *et* SALVIAN. gub. 4, 36 poenarum. SALVIAN. eccl. 2, 24 per ultimam poenarum acerbitatem). VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 condicionis. 8, 11 ext. 6 maeroris (GELL. 12, 5, 4 doloris. SCHOL. Cic. Bob. p. 294, 4 O. oratio cum acerbitate stomachi concepta; *cf.* 271, 21. 295, 8). 1, 8 ext. 2 dirum malignumque vulnus ... acerbitate nocendi erupit (GELL. 20, 1, 53 acerbitas plerumque ulciscendi maleficii bene atque caute vivendi disciplina est. *cf. etiam p. 367, 15*). AMM. 28, 6, 16 vexatus acerbitate morborum (COD. Iust. 6, 23, 29, 1). VEG. mil. 4, 38 pelagi (4, 39 ventorum. OROS. hist. 4, 14, 8 frigoris). AMBR. Abrah. 2, 6, 36 mitem deum gravi peccatorum moveri acerbitate ad ulciscendum (Noe 4, 9 *et saepius*). *de verbis, versibus, sim.*: CIC. part. 137 aequitatis sententiis contra acerbitatem verborum deprecandum (SVET. Cal. 2). ad Q. fr. 1, 2, 7 orationis acerbitatem et iracundiam. fin. 4, 79 nec acerbitatem sententiarum nec disserendi spinas probavit. LIV. 42, 40, 3 orationis acerbitatem adversus hospitem ... subibo. QVINT. inst. 10, 1, 96 cuius (*iambi*) acerbitas in Catullo ... non reperietur. COD. Theod. 8, 14, 1 acerbitate convicii vel cuiuscunque atrocis iniuriae dolore. *sequente praepositione* in *cum abl.*: LIV. 7, 4, 2 acerbitas in dilectu. *absolute*: CIC. off. 1, 137 illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio. Lael. 89 monitio acerbitate ... careat. off. 1, 87 fuit ... sine acerbitate dissensio. TAC. ann. 4, 34 Bruti contiones falsa quidem in Augustum probra sed multa cum acerbitate habent. SVET. Iul. 73 cuius asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat. HEGES. 5, 53, l. 71 W. acerbitatem minanti (*opp.* pacem offerenti). *de scriptorum libris*: QVINT. inst. 10, 1, 94 eruditio in eo (*Lucilio*) mira et libertas atque inde acerbitas et abunde salis (10, 1, 117). **b** *de hominibus*: *de animo*: CIC. Tusc. 3, 63 Hecubam ... propter animi acerbitatem quandam et rabiem ... in canem esse conversam. 4, 43 imperia severiora nulla esse ... sine aliqua acerbitate iracundiae. *de natura, moribus*: CIC. Phil. 12, 26 cuius acerbitas morum immanitasque naturae. ad Q. fr. 1, 1, 37 acerbitatem naturae (*de iracundo*). VAL. MAX. 6, 2 ext. 2 Dionysii ... nimiam morum acerbitatem. SVET. Tib. 51 acerbitate et intolerantia morum eius. AMM. 29, 2, 12 acerbitatem naturae (*de crudeli*). *de ipsis hominibus*: CIC. Verr. 4, 129 tantam acerbitatem istius, tantum scelus in aratores fuisse. epist. 4, 4, 3 Marcelli (*opp.* aequitas tua). CAES. civ. 1, 32, 5 inimicorum (CVRT. 6, 8, 22). BELL. Afr. 26, 2 adversariorum eius crudelitate acerbitateque. LIV. 39, 25, 15 domini. 45, 10, 9 senatoris. QVINT. inst. 12, 10, 11 Cassi. SVET. Iul. 13 iudicis. TERT. scorp. 6 dei. *al.* CIC. Arch. 31 humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus. LIV. 4, 24, 8 acerbitatis censoriae. 7, 5, 7 patria. FEST. 339 senilis. *adiuncta praepositione* in *c. abl.*: CIC. Phil. 11, 1 neque ullius horum in ulciscendo acerbitas progressa ultra mortem est. *absolute*: CIC. Cato 65 severitatem in senectute probo, sed eam ... modicam, acer-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bitatem nullo modo. Sull. 92 ab accusatoribus delecti ad spem acerbitatis *iudices*. Verr. 4,48 tu in tanta inprobitate, in tanta acerbitate aliquid te populare putabis habere? 1, 68 in tanta vi atque acerbitate versari. Lael. 87 evomat virus acerbitatis (*et saepius*). Nep. Dion 6, 5 non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere *invidiam*. Liv. 2, 58, 9 omni nequiquam acerbitate prompta. 27, 11, 14. 39, 44, 9. Svet. Ner. 44 exegit ... ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum. Cal. 48 deflexa omni acerbitate in senatum. Gell. 20, 1, 30 quaenam tibi igitur acerbitas esse visa est, quod ... censuerunt? 10, 3, 7 invidiae atque acerbitatis fretum. Lact. inst. 5, 1, 28 qui neque vim persuadendi neque ullam prorsus acerbitatem ad revincendum habere potuerunt. Evtr. 10, 3 vir ad omnem acerbitatem saevitiamque proclivis (*cf.* Amm. 28,6,22. 30, 8, 2). Amm. 29, 3, 2 adulescente acerbitate. *al.* *nota*: Amm. 26, 10, 2 homo nocendi acerbitate conflagrans (*cf. etiam p. 366,45*). *synonyma*: *ad 4*: amaritudo, cruciatus, dolor, incommoditas, (iniucunditas), miseriae. *ad 5*: crudelitas, immanitas, saevitia. *opposita*: *ad 1*: dulcedo. *ad 5*: lenitas (Cic. Rab. perd. 10), humanitas (Cic. Arch. 31). *quatenus differat a verbo* 'severitas' *v. p. 366,84.*

acerbitātio, -ōnis *f.* Gloss. σφοδρότης (*an* acerbatio?).

acerbitūdo, -inis *f. v. sub* acerbitas *p. 365, 64.*

acerbo, -āvī, -ātum, -āre. Gloss. acerbo δεινοποιῶ, παροξύνω, παροτρύνω, χαλεπαίνω. *in codd. conflictatur cum* acervare. *corruptum legitur apud* Acc. 154 (Non. 72). Verg. Aen. 11, 407 vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit, artificis scelus et formidine crimen acerbat (Serv. auct.: 'acerbat' nomen sine verbi origine: non enim facit 'acerbo'. Clavd rapt. Pros. 2, 208. Ennod. dict. 18 (p. 478,3 Vind.) 9 argumentis acerbare commissum; *cf. etiam l. 44*). Val. Fl. 6, 655 mortem ... cadentis acerbat *Iason*. Stat. Theb. 9, 302 acerbat vulnera dictis (Clavd. 3, 182. Pavl. Nol. epist. 13, 6 *in.* vulnus animae). 12, 75 gaudia et ingratum regni mihi munus acerbas. Tert. apol. 50 Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata. Amb. Cain et Abel 2, 8, 26 auget insolentiam, acerbat flagitium. 2, 9, 38 ne quis ... poenam acerbaret (Heges. 1, 43, l. 67 W. acerbanda supplicia). epist. 82, 4 malui iurgium compositione caedere quod (*lege* quam) pronuntiatione acerbare. obit. Valent. 3 acerbant dolorem. in Is. 5, 26 'montes conturbati sunt' ... vel 'acerbati', ut LXX transtulerunt (παρωξύνθη τὰ ὄρη). Heges. 1, 40, l. 15 W. acerbabat arte invidiam. 2, 9, l. 39 W. temperari, non exasperari iudicem decet, hostem caveri, ne alterum acerbes, alterum accersas, cum et ille delinimento mitior fiat, et iste .... 4, 13, 2 latrocinii saevitia bellum acerb⟨ab⟩ant. Mart. Cap. 5, 524 ἐρώτημα est interrogatio, qua figura utimur, cum interrogando aliquid acerbamus et exaggeramus eius invidiam. *nota*: Ven. Fort. carm. 2, 16, 59 *tintinnabulum subreptum furem sonando* indicat accusat convincit damnat acerbat (*damnationem conviciis acerbiorem facit; cf. l. 28*). *composita*: exacerbo, obacerbo.

acerbus, -a, -um. [*cf.* c. acēre, ācer. *Th.*] *comp.* acerbior *inde a* Plavto, *superl.* acerbissimus *inde a* Catone. *deest apud* Lvcil. Gratt. Manil. Vitr. Fest. Germ. Vell. Lvcan. Pers. Petron. Frontin. acerbis (*pro* acerba) Corp. XI 6078 *v. p. 370, 27. in inscriptionibus et libris saepe scriptum est* aceruus. Prob. app. gramm. IV 200 inter acerbum et acervum hoc interest, quod acerbum immaturum significat, acervum vero acerum esse demonstrat. Agroec. gramm. VII 114 acervus moles est, acerbus immaturus et asper. [*raet.* ušierv, *sard.* kervu, *it. sept.* serb. *M.-L.*]

I Gloss. acerbum: **πικρόν**. *de sapore*: Gloss. acerbum: acrius acetum. Plavt. Truc. 179 aceto. Lvcr. 4, 661 quibus est eadem res intus acerba, aspera nimirum penetrant hamataque fauces *corpora* (*opp.* suave). 2, 472 Neptuni corpus (*opp.* umor dulcis). Ov. medic. 5 sucos (Ser. Samm. 226). Cels. 2, 20 ex pomis quodcumque neque acerbum neque acidum est (2, 21 ex.). 2, 33 p. 73 D. oleum (3, 10. 3, 19. 5, 18, 35. 5, 19, 7. Colvm. 11, 2, 83 acerbum nisi ex alba olea fieri non debet *oleum*. Scrib. Larg. 222). Sen. epist. 50, 9 medicina. Plin. nat. 27, 74 elatine ... acerba gustu. 15, 106 *sunt sapores* dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Ser. Samm. 778 Baccho. *saepissime sic de fructibus immaturis*: Non. 247 acerbum: incoctum, praecocum, ut de pomis frequenter dicitur. Gloss. aceruus: ὄμφαξ. Cato agr. 65, 1 olea. 101 ea quae demissurus eris sumito paulo acerbiora (*de bacis; cf.* Plin. nat. 16, 105 bacas acerbas et ingustabiles). 126 mala (Plin. nat. 23, 100). Varro rust. 1, 44, 4 pirum. 1, 68 sorbum (*opp.* maturum mite). Ov. am. 2, 14, 24 poma (Plin. nat. 17, 242 Cypr. epist. 17, 3). Phaedr. 4, 3, 4 *uva* nondum matura est; nolo acerbam sumere (Colvm. 4, 20, 4 Scrib. Larg. 64. Clem. ad Cor. 23 *ubi opp.* matura. Vvlg. Ier. 31, 29. 31, 30 Ezech. 18, 2, *ubi in LXX* ὄμφαξ *respondet*). Plin. nat. 15, 97 *mora* (*opp.* matura). Vvlg. sap. 4, 5 *fructus* acerbi ad manducandum (ἄωρος). *neutrum loco substantivi positum*: Tert. adv. Herm. 34 fici arbor ... acerba sua amittit. *de odore*: Val. Fl. 4, 493 fragrat acerbus odor. Sil. 13, 425 eructat acerbam Cocyti laxo suspirans ore paludem. *de auditu*: Rhet. Her. 4, 47, 60 *citharoedus* si ... vocem mittat acerbissimam (Sen. epist. 56, 5 Qvint. inst. 11, 3, 169. 11, 3, 32). Lvcr. 2, 410 serrae stridentis acerbum horrorem. Sen. epist. 56, 1 sibilos et acerbissimas respirationes. Mela 2, 20 planctibus. Calp. ecl. 3, 60 acerbae stridor avenae. Plin. nat. 29, 90 est enim hic (*colotes*) ... stridoris acerbi. Ivv. 14, 19 plagarum strepitu. 14, 55 clamore. *adverbialiter*: Verg. georg. 3, 149 acerba sonans *oestrus*. Mart. 2, 26, 1 acerbum Naevia tussit.

II Gloss. acerbus: **immaturus**. acerbum: ἄωρον, ἀπέπειρον, στρυφνόν. *subtilius quam verius* Isid. diff. 45 acerbum est longe a maturitate positum, immaturum vero proximum maturitati. *proprie de fructibus v. s. I. translate: de rebus quae nondum ad suam perfectionem pervenerunt*: Cic. prov. cons. 34 impolitae ... res et acerbae (asperae *Nipperdey*) si erunt relictae, quamquam sunt accisae, tamen efferent se aliquando et ... revirescent. Pvblil. N 20 nihil non acerbum prius quam maturum fuit. Qvint. inst. 12, 6, 2 immatura frons et quidquid est illud adhuc acerbum proferatur (*de oratore praematuro*). Cypr. epist. 36, 1 tam immaturo atque acerbo tempore. Comm. apol. 174 mentes. Cassiod. var. 7, 41 professio maturitatis acerbae (*de aetatis venia*). Corp. VIII 5001 Hymetiano iuveni pio acerbissimo flore iuventutis er⟨ep⟩to. *sic saepe de immatura morte, funere, sim.*: Gloss. Verg. p. 454, 38 acerba mors, quae infantibus venit. Plavt. Asin. 595 acerbum funus filiae faciet. Verg. Aen. 6, 429 quos (*infantes*) ... abstulit atra dies et funere mersit acerbo (Serv. acerbo: inmaturo; translatio a pomis. *cf.* 11, 28 Carm. epigr. 682, 7 Corp. X 4728 *ubi est* aceruo). Carm. epigr. 93, 5 (*saec. I in.*) me mors acerba ... ⟨aetate⟩ immatura abstulit. Sen. dial. 6, 17, 7 nullum non acerbum funus est, quod parens sequitur (6, 9, 2 epist. 122, 10). Cvrt. 9, 6, 19 unicum bonum diuturnam vitam existimantes saepe acerba mors occupat. Tac. ann. 13, 17 acerba funera (*de Britannico; cf. ibid.* ut iam non praematura neque saeva mors videri queat). Plin. epist. 5, 5, 4 videtur acerba semper et inmatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Ivv. 11, 44 praematuri cineres nec funus acerbum. Carm. epigr. 588, 3 vite finis ... acerua fuit. 1337, 7 nil brevis ergo dies, nil mors detraxit acerua (1401, 5 Corp. VIII 2952). Corp. V 2013, 6 aceruo funere lapsus. Carm. epigr. 362, 1 ut acerbo es deditus fato. non aevo exsacto vitai es traditus morti (Corp. IX 5557). 404, 6 vivere qui debent, fato moriuntur acerbo (*in altera parte eiusdem monumenti*: frater inmatura eius morte deceptus) *et saepius. v. etiam l. 77 sqq. et p. 370, 27. de animantibus*: Varro Men. 11 maiores nostri virginis acerbae auris veneriis vocabulis imbui noluerunt. Rhet. Her. 4, 10, 14 ita petulans est atque acerba (*de pathico*). Ov. fast. 4, 647 pecus ante diem partus edebat acerbos. Tert. virg. vel. 11 *virgo* ante hunc iudicem acerba res est; si tam diu virgo, quamdiu acerba est, desinit virginem, cum matura cognoscitur. Avson. parent. 14, 12 indole maturus, funere acerbus obis. Carm. epigr. 80, 1 aceruam Ditis rapuit infantem domus. 103 C 6 acerbos *natos* ... re⟨l⟩inqueres. *nota*: Corp. VI 20462 Felicitati spirito dulcissimo defuncto aceruo quae vixit anno uno mensibus XI dieb. tribus fecerunt ... parentes similiter acerui et infelicissimi.

III *iniucundus, tristis.* Gloss. acerbum: dolore plenum; acerbus: amarus. *de vulneribus, morbis* (*sed cf. etiam p. 370, 49 sqq.*): Verg. Aen. 11, 823 vulnus (Ov. met. 5, 62. 12, 388). Ov. Pont. 1, 3, 7 acerbo saucius ictu (Plin. nat. 29, 84). Apvl. met. 7, 19 incursus *spinarum*. apol. 85 morsus. Ser. Samm. 731 papulis ... acerbis (*de carbone*). 493 hydrops. Amm. 19, 4, 4 acerbo genere morbi. Theod. Prisc. eup. 81 quae (*loci natura, scil. anus*) ad omnes acerbos quam maxime contactus ... commoveatur. *de sensu*: Cic. Cluent. 10 cum ... nihil possit offensionis accipere sine acerbissimo animi sensu ac molestia. Cypr. Gall. num. 608. *de voce*: Cic. har. 39 non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, quamquam sunt acerbi. Verr. 6, 163 acerba imploratio et vox miserabilis. Val. Max. 8, 7 ext. 1 acerbam auditu vocem (*opp.* maturus et gratus auribus sonus). Sen. Oed. 56 fletu ... acerbo funera et questu carent. Val. Fl. 2, 458 gemitu. 5, 623 questu. *de vultu*: Ov. trist. 5, 8, 17 *Fortuna* modo laeta venit, vultus modo sumit acerbos. *de memoria, cogitatione, sim.*: Cic. Planc. 99 o acerbam mihi ... memoriam temporis illius et loci! (Liv. 25, 38, 5). Brut. 266 praeteritorum recordatio est acerba (de orat. 3, 1. Sen. contr. 1, 4, 1 *syn.* tristis. Amm. 25, 4, 25). Tusc. 3, 33 *ratio* abstrahit ab acerbis cogitationibus. *de actionibus*: Plavt. Poen. 1096 acerba amatiost. Cic. Verr. 5, 134 acerbiorem ... esse civitatibus ... emptionem. 2, 50 expugnatio fani ... quam acerba toti Asiae! agr. 2, 48 huic ipsi luctuosam et acerbam praedicationem futuram. *de casu, fortuna, sorte, fato, morte, funere, sim.*: Cic. Flacc. 1 in ... gravissimo atque acerbissimo rei publicae casu. Cat. 68, 1 casu ... oppressus acerbo. Verg. Aen. 5, 700 Val. Max. 7, 6, 1 Sen. dial. 12, 5, 3 Sil. 6, 207. Plin. epist. 4, 21, 1 tristem et acerbum casum. Cic. Verr. 6, 119 o gravem acerbamque fortunam! Sen. Phaedr. 991 o sors acerba et dura. Herc. O. 838 Val. Fl. 3, 285. Cvlex 210 acerbas cogor adire vices. Verg. Aen. 11, 587 fatis urgetur acerbis. Hor. epod. 7, 17. Qvint. inst. 6 prooem. 4 acerbissimis rapta fatis *mater*. Cic. Rab. perd. 14 tibi acerbior eius patrui mors est? epist. 11, 28, 4. 4, 12, 2 carm. 41. Pvblil. M 52 mors infanti felix, iuveni acerba, nimis sera ⟨est⟩ seni. Nep. Cim. 4, 4. Liv. 7, 1, 9 mors quamvis matura, tamen acerba M. Furi. Sen. dial. 6, 16, 4 Qvint. inst. 6 prooem. 4 Fronto p. 232, 21 N. Apvl. met. 7, 27 *saepius*. Sil. 17, 457 leto stimulatus acerbo (Ser. Samm. 996). Cic. Tusc. 4, 18

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aegritudo ex eius ... interitu acerbo. LIV. frg. 61 filiae [morte] exitu tam tristi atque acerbo (VAL. MAX. 6, 6 ext. 1). PLAVT. Amph. 190 multa Thebano poplo acerba obiecit funera *oppidum*. CIC. dom. 42 id funus etsi miserum atque acerbum fuisset. Quinct. 50 rep. 2, 68. SEN. dial. 6, 4, 2 illo acerbo et defleto gentibus funere. 12, 17, 4 (*saepius*). SIL. 13, 387 tristis lacrimas et funera acerba suorum. STAT. Theb. 2, 690. 9, 8. PLIN. epist. 5, 16, 6 o triste plane acerbumque funus! VAL. MAX. 6, 1, 4 acerbas exequias duxit. CAT. 68, 90 Troia virum et virtutum omnium acerba cinis. STAT. silv. 5, 5, 40 solator acerbis auditus tumulis. CYPR. GALL. exod. 773 hinc semper acerbus *dies*. CARM. epigr. 1005, 8 fatalis venit acerba dies. 1076, 2 (*s. I*) mortis acerba dies (1355, 2). *cf. etiam l. 37 sqq.*

de variis rebus tristibus: ENN. ann. 418 me fortuna ... bello confecit acerbo (CIC. Phil. 11, 34 acerbissimum et calamitosissimum civile bellum. VAL. FL. 6, 678. CIC. rep. 1, 6 *et* SIL. 6, 589 clades. SIL. 5, 460 stragis. STAT. Theb. 6, 146 caedis). *cf. etiam p. 370, 84 sqq.* PLAVT. Mil. 1210 istuc mi acerbumst. CIC. Quinct. 49 quid viro miserius aut acerbius usu venire *potest*? (*cf.* S. Rosc. 78 Milo 90 Mur. 90). de orat. 3, 8 fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriae, grave bonis omnibus (*cf.* CAES. Gall. 7, 14, 10 LIV. 21, 13, 8 QVINT. inst. 6, 2, 23). Att. 9, 19, 1 quae ... ipsa per se molesta sunt, quam censes acerba nunc esse. epist. 1, 9, 5 non tamen tam acerba mihi haec accidebant, quam erant illa grata, quae fecerant. 7, 30, 1 haec auditu acerba sunt (SEN. Ag. 416. APVL. Plat. 2, 21 acerba toleratu. *cf. etiam l. 54*). SEN. epist. 78, 14 quod acerbum fuit ⟨fer⟩re, tulisse iucundum est. TAC. hist. 2, 27 contumeliosum id militibus, acerbum duci (*cf.* ann. 2, 69). PLIN. epist. 8, 1, 2 quam triste hoc ipsi, quam acerbum mihi ...! SIDON. epist. 9, 3, 1 quod ... asperrimum ... atque acerbissimum est. ENNOD. dict. 20 (p. 481, 18 Vind.) fecisti religione tua acerbius quod delinquis. CIC. S. Rosc. 141 o rem miseram atque acerbam! (Phil. 13, 10 Att. 7, 23, 1. 10, 4, 5 *saepius*. LVCR. 3, 53). Q. Rosc. 23 illa (*pecunia*) iucunda, haec acerba fuit. Verr. 2, 76 spectaculum acerbum et miserum et grave toti Asiae (Tusc. 3, 66 ad Q. fr. 2, 8, 3. LIV. 28, 29, 8 *ubi opp.* laetum. QVINT. inst. 11, 3, 162). Verr. 2, 58 ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri (de orat. 2, 200 ad dolorem). Balb. 64 nuntium (VEN. FORT. carm. 1, 16, 7; *cf.* CIC. Rab. Post. 46 miserum acerbumque praeconium). Verr. 6, 92 o tempus miserum atque acerbum provinciae (SEN. dial. 6, 22, 4). Vat. 6 dies (frg. A 9, 25 *M.* epist. 2, 16, 5 VERG. Aen. 5, 49. SEN. Herc. O. 1419 lux *cf. etiam l. 11*). Planc. 101 o excubias tuas ... miseras! o flebiles vigilias! o noctes acerbas! (Att. 10, 8, 7 CALP. ecl. 3, 46 VAL. FL. 2, 291 APVL. met. 1, 18). fin. 3, 35 vitam ... miseram acerbamque (epist. 1, 1, 1. SEN. epist. 48, 9 *ubi opp.* iucunda). Att. 11, 5, 1 causae ... quam acerbae, quam graves. 3, 17 ex. ne aut diligentia tua mihi molesta aut veritas acerba sit. SALL. Iug. 41, 4 otium ... asperius acerbiusque fuit. 102, 5 necessitudinem. TIB. 3, 20, 4 rumor. PROP. 2, 8, 3 inimicitiae (LIV. 27, 35, 7). LIV. 3, 1, 4 consilio neutri parti acerbo. 5, 51, 1 mihi acerbae sunt ... contentiones. SEN. dial. 6, 18, 8 carissimorum acerba desideria. clem. 1, 10, 3 contumelias ... acerbiores principibus. Phaedr. 1275 patefacite acerbam caede funesta domum. VAL. FL. 8, 369 visu maeret defixus acerbo. QVINT. decl. 269 p. 100, 19 paupertatem. LACT. inst. 4, 26, 19 passio *Christi* acerba et amara. **acerbum est** (*sequitur infinitivus*): CIC. Quinct. 95 acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo. Phil. 7, 8 erit ... acerbum auditu ... esse dictum. 13, 24 acerbissimum vero est te ... relictum (*ubi antecedit* ingemiscendum est). LVCR. 3, 889 torrescere flammis. SEN. contr. 1, 1, 12 supplicare exteros. benef. 2, 7, 1. 5, 6, 7. epist. 24, 5 uri. 24, 26 vivere. 78, 12 carere. PLIN. epist. 9, 15, 2 *retractare actiunculas* ... frigidum et acerbum est. *enuntiatum*: PLAVT. Epid. 718 acerbum est, pro bene factis cum mali messim metas. CIC. Mur. 56 illud acerbissimum est, quod habet eos accusatores. SEN. epist. 114, 25 nec illi tam gratum est abundare iucundis quam acerbum, quod non ... transmittit. benef. 2, 4, 1 nihil ... est acerbius quam ubi ⟨id⟩ quoque, quod inpetrasti, rogandum est.

neutr. **acerbum**, -ī. *loco substantivi*: PLAVT. Cist. 240 ei me ⟨tot tam⟩ acerba facere in corde. Rud. 186 eis datur acerbum. TER. Hec. 281 nemini plura acerba ... esse ... homini ... oblata. RHET. Her. 4, 36, 48 aliquid cotidie acerbi atque incommodi nuntiatur. CIC. Sest. 58 multa acerba ... habuit ille annus. VERG. Aen. 12, 500 tot acerba. 12, 678 quidquid acerbi est. OV. trist. 5, 2, 21 multum restabit acerbi. SEN. dial. 11, 6, 1 quid acerbi. epist. 66, 44 inter tristia et acerba (PRVD. Symm. 2, 149 *ubi opp.* suavia). VAL. FL. 3, 301 mens conscia vatum ... tot acerba canens. SIL. 14, 559 fessus acerbis. STAT. Theb. 4, 744 mersus acerbis. MART. 12, 34, 8 acerba quaedam (*cf.* 3 dulcia mixta sunt amaris). IVV. 7, 57 *animus* omnis acerbi inpatiens. FRONTO p. 219, 2 N. nihil ... duri aut acerbi., 232, 6 ut alia mea acerba omittam. TERT. scorp. 5 per ignes et gladios et acerba quaeque curare. AVIEN. Ar. 199 acerba laborum (AMBR. Iob 1, 1, 2). *adverbialiter*: VERG. Aen. 12, 398 stabat acerba fremens (CVLEX 325 VAL. FL. 3, 229 ARATOR 1, 708). OV. epist. 8, 107 ululantem et acerba gementem.

IV GLOSS. *δεινός, δριμύς, ἀπότομος, βλοσυρός, σφοδρός, τραχύς*; asper, iram movens. NON. 247 acerbum: horrendum, infandum, inmite. **1** *de hominibus deisve*: GLOSS. *ὠμὸς ἐπὶ ἀνθρώπου*; atrox; malus. CIC. Verr. 3, 192 quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam fuit? 1, 36 odiosum, adsiduum, acerbum adversarium. Lael. 90 acerbos inimicos (*opp.* amici dulces). Cat. 1, 3 acerbissimum hostem (*saepius*). Cluent. 94 homo. Att. 6, 1, 6 faeneratoribus (SEN. benef. 6, 40, 2. 7, 14, 5 creditor. 7, 24, 2 exactor. VLP. dig. 22, 1, 33 non acerbum se exactorem nec contumeliosum praebeat, sed moderatum et cum efficacia benignum et cum instantia humanum). CIC. Lig. 30 legatus ... in eo ipso (*bello*) non acerbus. Brut. 221 Cn. Pomponius ... acer, acerbus, criminosus. 136 accusatores acres atque acerbi. epist. 1, 4, 1 eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem, paene etiam amicum. rep. 2, 44 iniusto domino atque acerbo. nat. deor. 3, 77 posse ... asotos ex Aristippi, acerbos e Zenonis schola exire. PVBLIL. Q 68 acerbus, qui monet. HOR. epist. 1, 18, 95 taciturnus acerbi *speciem occupat*. sat. 1, 3, 85 acerbus odisti et fugis *amicum*. ars 474 recitator. LIV. 42, 23, 10 carnificis. SEN. dial. 3, 4, 2 amarum nos acerbumque dicimus, nec minus stomachosum, rabiosum, clamosum, difficilem, asperum, quae omnia irarum differentiae sunt. clem. 1, 13, 1 illum (*regem*) acerbum et sanguinarium. SIL. 17, 441 Amano. MART. 12, 47, 1 iucundus acerbus es idem. QVINT. inst. 6, 3, 53 Placidum nomine, quod is acerbus natura esset, 'Acidum' *dictum esse*. SVET. Claud. 35 scrutatores. Galb. 14 modo acerbior, ... modo remissior. GELL. 1, 17, 2 mulierem (*de Xanthippa*). TERT. anim. 32 non ideo ... fient ... pantherae ex acerbis (*hominibus*). RVT. rhet. 2, 3 acerbus atque iniquus es. EVTR. 8, 8 nulli acerbus, cunctis benignus. AMM. 14, 9, 2 Constantium ... acerbum et inplacabilem. HEGES. 4, 20 l. 18 W. parricida. CLAVD. 11, 25 quis ... acerbis horridior Scythis. *nota*: CORP. XI 6078 (*Vrvino Mataurensi*) nonleba(m) esse acerbis (*pro* acerba) at inferos (*scil. morte mea praematura*), quae at superos dulcis fui. VERG. Aen. 1, 668 odiis Iunonis acerbae (*FP*, iniquae *MR*). HOR. sat. 2, 6, 19 Libitinae quaestus acerbae. Tib. 1, 2, 98 quid messes uris acerba tuas, *Venus*? OV. epist. 20, 46 Persephone. STAT. Theb. 8, 344 Tisiphone. *cum dativo*: COM. inc. Cic. epist. 3, 8, 8 me⟨d⟩ esse acerbum sibi, ut⟨i⟩ sim dulcis mihi. TIB. 1, 6, 84 infidis quam sit acerba *Venus*. OV. epist. 6, 160 tam sit acerba viro *femina*. SEN. clem. 1, 13, 4 amabilis, ... iniquis ⟨non⟩ acerbus. *cum* in *et acc. personae*: CIC. Phil. 8, 18 in Massiliensis tam es acerbus. OV. fast. 2, 624 in partus mater acerba suos. *cum* in *et abl. actus*: CIC. Brut. 65 quis illo (*Catone*) gravior in laudando? acerbior in vituperando? off. 2, 64 in dando munificum esse, ... in exigendo non acerbum. QVINT. inst. 2, 2, 7 in emendando ... non acerbus minimeque contumeliosus *praeceptor*. TAC. Agr. 22 acerbior in conviciis *Agricola* (*cf. ibid.* comis bonis, adversus malos iniucundus). ann. 1, 75 in iis etiam, quae rite faceret, acerbus *Caesar*. *de hominis natura* (*cf. l. 20*): CIC. Cluent. 44 erat ipse inmani acerbaque natura Oppianicus. SVET. gramm. 9 fuit autem naturae acerbae ... in antisophistas. *de animo, corde*: ACC. trag. 201 illius acerbum cor contundam et comprimam. CIC. S. Rosc. 150 sin ... vestros quoque animos ... duriores acerbioresque reddidit. APVL. apol. 53 furor infelix animi acerbi. **2** *de affectibus et corporis et animi*: ACC. trag. 154 anxitudo (*ubi codd.* acerbat). MATIVS frg. 11 curas. CIC. Tusc. 4, 34 aegritudines anxias atque acerbas. Verr. 5, 47 magnum et acerbum dolorem (3, 163 epist. 14, 1, 1 Tusc. 5, 121 *saepius*. CVLEX 244. CELS. 2, 7 p. 40 capitis dolores. APVL. flor. p. 68 Oud. dolor intestinorum. SER. SAMM. 351 *al.*). Ligar. 15 acerbissimo luctu (Verr. 5, 110 *saepius*. TIB. 2, 6, 41 VAL. FL. 3, 585. HOMER. 45 luctibus. VVLG. sap. 14, 15 CARM. epigr. 708, 1). Lael. 77 offensione animi. Phil. 12, 21 odium (Mil. 52 de orat. 2, 208 Att. 10, 8, 6 *saepius*. VERG. Aen. 10, 903 odia. CYPR. GALL. exod. 281). LVCR. 5, 1195 iras. VERG. Aen. 5, 462 saevire animis ... acerbis. SIL. 11, 544 studio. APVL. Plat. 2, 17 morborum. SER. SAMM. 86 libido (*pruritus*). **3** *de actionibus*: CIC. Pis. 87 damnationes. agr. 1, 8 concursatio X viralis. Verr. 6, 31 bonorum acerba et indigna direptio. Planc. 41 editio. Cluent. 123 proscriptio. Cat. 4, 2 vexatione. epist. 3, 8, 5 exactionem ... capitum atque ostiorum. LIV. 4, 12, 10 inquisitione. 4, 50, 4 acerbis quaestionibus, crudelibus suppliciis (SVLP. VICT. rhet. 330, 28). 7, 3, 9 dilectu. PANEG. 10, 12 venerandarum imaginum acerba deiectio. SVLP. SEV. chron. 2, 32, 4 persecutio. **4** *de rebus*: PLAVT. Bacch. 628 mala ... acria atque acerba (SEN. contr. 7, 6, 10 GALLIC. Avid. Cass. 8, 5). Epid. 179 aerumna. CIC. epist. 5, 17, 1 incommoda. VERG. georg. 3, 419 *coluber* pestis acerba boum. VAL. MAX. 9, 11, 4 labes. SIL. 12, 184 lues. OROS. hist. 7, 27, 1 decem acerbissimis plagis. CIC. Att. 9, 14, 2 ecquid acerbius? ecquid crudelius? (*cf.* ad Q. fr. 1, 1, 25 *et saepius*). SALL. Cat. 51, 23 quid autem acerbum aut nimis grave est in homines tanti facinoris convictos? LIV. 3, 72, 7 id ... patribus Romanis foedius atque acerbius visum. COM. inc. 7 nulla poena acerbior excogitari potuit (CIC. agr. 2, 92 off. 3, 36 SALL. epist. Mithr. 12 STAT. Ach. 1, 666). CIC. Verr. 6, 123 cruciatus. 6, 152 mortem acerbam crudelemque (6, 147 Rab. 15). 3, 111 quod (*exemplum*) ... acerbum omnibus atque intolerandum videretur. 6, 114 supplicium (6, 150 Cat. 4, 12 BELL. Afr. 87, 2). epist. 15, 4, 2 acerbissimis tributis et gravissimis usuris. NOV. Theod. 2, 15, 2, 1 in quem oportuerat acerbioribus legum aculeis vindicari. CIC. Verr. 5, 68 iniuria (epist. 5, 2, 9. 6, 5, 3 Att. 10, 12 a, 1 *saepius*). Sest. 82 scelus (S. Rosc. 98). S. Rosc. 68 tantum facinus, tam immane, tam acerbum. CIC. dom. 61 acerbum ... internicivumque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(innocivomque, intestinumque *al.*) bellum (Font. 12 Phil. 5, 40 Scaur. 45 Val. Max. 6, 9, 8 Oros. hist. 3, 23, 23 *al.*). Qvint. decl. 315 p. 241 proelio (Oros. hist. 3, 1, 9). Amm. 27, 8, 5 praedae. 31, 5, 15 strages. 15, 5, 2 caedes. Oros. hist. 5, 12, 4 seditiones. *cf. etiam p. 369, 14 sqq.* Cato orat. Gell. 6, 3, 37 lex (Cic. Verr. 4, 48 Balb. 54). Cic. Rab. perd. 35 iudicium (Planc. 42). Nep. Eum. 6, 2 imperio. Homer. 38 crimine. Cic. epist. 16, 11, 2 minaces ... et acerbas litteras (Att. 14, 17, 3 Apvl. apol. 101). Svet. Claud. 3 scripto. gramm. 15 satura. Cic. p. red. 1, 26 vocem acerbam atque inimicam (Phil. 2, 64). Rab. Post. 13 sententiae. Phil. 12, 19 contiones (Liv. 27, 13, 1 saevam atque acerbam). Verr. 4, 102 contumelias. Liv. 39, 40, 10 asperi ... animi et linguae acerbae et immodice liberae fuit. 39, 42, 6 orationes. Val. Max. 7, 2 ext. 18 execratione. Phaedr. 3, 16, 3 convicium. Val. Fl. 5, 593 dictis. Tac. ann. 5, 2 facetiis. Svet. Tib. 57 cavillatione. Dom. 23 contumeliosissimo atque acerbissimo adclamationum genere. Cic. Balb. 11 acerbissima diligentia perpendere. ad Q. fr. 1, 1, 21 severitas acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Pvblil. A 11 servitus. Epist. Sapph. 59 fortuna. Sen. benef. 2, 5, 3 crudelitas. Tac. hist. 3, 83 captivitate. Tert. scorp. 1 acerba mediocritas et istis *est* (*de haereticis*; *cf.* 1, 1 de modico ... scorpio). Lact. inst. 6, 3, 4 amaritudines miseriasque. *nota*: Rhet. Her. 4, 8, 12 urbs acerbissimo ... incendio conflagrata (Cic. leg. 2, 61). Cic. Sull. 52 quae nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atque acerbissima. Hor. epist. 1, 17, 53 queritur ... acerbum frigus et imbris (Veg. mil. 4, 39 tempestas). Sen. dial. 5, 30, 2 in quibus (*modicis beneficiis*) frequentissima, certe acerbissima iracundiae materia est. Stat. Theb. 11, 526 ignescentia cernunt per galeas odia et vultus rimantur acerbo lumine. *adiectivum ab homine translatum ad rem*: Sil. 6, 60 agit asper acerba nunc Mago attonitos, nunc ... Hannibal hasta. 6, 433 sedes Poenorum intravit acerbas. 17, 286 Carthago.

neutr. **acerbum**, -ī. *loco substantivi*: Liv. 32, 19, 13 tam acerba passi erant. Tert. nat. 1, 7 felicius in acerbis atrocibusque mentitur. Amm. 31, 9, 4 minantes acerba. 28, 1, 45 acerba meditabatur in multos. Pavl. Nol. carm. 10, 11 mihi mite patris plus quam censoris acerbum sedit. Svlp. Sev. dial. 3, 15, 5 acerbiora evomuisset. *adverbialiter*: Lvcr. 5, 33 asper, acerba tuens, immani corpore serpens (Verg. Aen. 9, 791 Chalc. comm. 266).

structurae: *aliquid* acerbum *est* ad sensum: Cic. Verr. 2, 58. ad dolorem: Cic. de orat. 2, 200. ad manducandum: Vvlg. sap. 4, 5. *coniunctum cum supino*: *v. p. 367, 65. 368, 59. 369, 23. 54.* acerbus sum *alicui*: *v. p. 370, 33.* in aliquem: *v. p. 370, 36. 46. 73.* *in aliqua re*: *v. p. 370, 38.* *adverbialiter*: *v. p. 368, 3. 369, 79. 371, 35.*

synonyma: *ad II*: incoctus, praecocus, immaturus, praematurus. *ad III*: amarus, asper, defletus, durus, flebilis, gravis, incommodus, luctuosus, lugubris, maestus, miser, miserabilis, molestus, tristis. *ad IV 1*: acer, amarus, durus, iniquus, iniucundus, insuavis, immanis. *ad IV 2. 3. 4*: acer, atrox, crudelis, iniquus, immanis, saevus. *coniuncta*: *ad III*: calamitosus (Cic.), formidulosus (Cic.), frigidus (Plin. epist.), indignus (Cic. Liv.), iniquus (Cic.); Cic. *saepe coniungit* acerbus, miser, luctuosus; acerbus, miser; acerbus, luctuosus. *ad IV 1*: criminosus (Cic.), iniustus (Cic.), inplacabilis (Amm.), sanguinarius (Sen.). *ad IV 2. 3. 4*: contumeliosus (Qvint. Svet.; *cf. etiam* Tac. hist. 2, 27 ann. 2, 69), foedus (Liv.), inimicus (Cic.), intolerandus (Cic.), magnus (Cic.). *opposita*: *ad I*: dulcis, suavis. *ad II*: maturus. *ad III*: dulcis, gratus, iucundus, laetus, suavis. *ad IV 1*: benignus, comis, dulcis, iucundus, remissus. *ad IV 2. 3. 4*: mitis; *verbis* acerbum et crudele *opponitur*: omnia plena clementiae, mansuetudinis, humanitatis (Cic. ad Q. fr. 1, 1, 25). *composita*: peracerbus, semiacerbus.

adv. **acerbē**. *adiunctum verbis*: *ad I 3*: Cic. Planc. 86 furialis illa vox ... secum et illos et consules facere acerbissime personabat. *ad III*: *i. q. cum dolore*: Cic. Cluent. 59 stomachari atque acerbe ferre. Planc. 1 dolebam ... et acerbe ferebam. div. in Caec. 4 tuli graviter et acerbe (Verr. 2, 152 *saepius*. Caes. Gall. 7, 17, 4. Sen. dial. 12, 17, 2 acerbe et aspere, *quibus opp.* molliter et effeminate. Apvl. apol. 100 *al.*). Cluent. 42 ut aut iuste pieque accusaret aut acerbe indigneque moreretur. Pis. 86 Thessalonica sensit (Avg. civ. 4, 5). Att. 11, 1, 1 adflictor. Bell. Hisp. 30, 4 moleste et acerbe accipiebant, se impediri (Avg. serm. 166, 1). *ad IV*: *i. q. dure, aspere*: Cic. Verr. 6, 19 non agam tam acerbe (Liv. 39, 25, 2 acerbius leniusve. per. 7 censum acerbe actum. Svet. Dom. 12 fiscus acerbissime actus est. Cal. 43 dilectibus). Cat. 4, 10 de pernicie ... tam acerbe, tam crudeliter cogitarit. Phil. 1, 11 in senatum ... cogerer (Macr. sat. 1, 11, 22). Verr. 3, 46 bona direpta sunt. Phil. 12, 27 dissidentibus civibus. Cluent. 171 acerbe et penitus oderat (Phil. 10, 4). nat. deor. 3, 82 praedones necatos. off. 1, 38 bella ... minus acerbe gerenda sunt. Lael. 57 acerbius in aliquem invehi insectarique vehementius (de orat. 2, 304 acerbius et contumeliosius. Tac. ann. 2, 87 increpuit. Gell. 19, 3 *tit.* vituperari, *opp.* frigide laudari). rep. 3, 40 *mercedem* exigit (Tusc. 1, 93 Liv. 45, 36, 3 Sen. benef. 2, 17, 7). Att. 11, 15, 2 scripsit (11, 16, 5). epist. 13, 29, 4 nihil aspere, nihil acerbe dixit (Att. 11, 12, 1. Caes. civ. 1, 2, 8 acerbissime crudelissimeque. Schol. Iuv. 4, 107 Svlp. Sev. dial. 3, 18, 2. Svet. Iul. 75 loquentibus). epist. 1, 5 b, 1 aspere et acerbe ... accusatus est. 5, 2, 10 si acerbe, si crudeliter ... sum ... oppugnatus. Cat. 73, 5 quem nemo gravius nec acerbius urget. Caes. civ. 1, 5, 4 gravissime acerbissimeque decernitur. 3, 32, 3 quid acerbissime crudelissimeque fecerat (Gell. 19, 3, 2). 3, 32, 1 imperatae pecuniae (Liv. 23, 32, 9 Avg. civ. 2, 8). Sall. Iug. 42, 4 ulcisci. Liv. 3, 69, 4 tuendo iura ordinis. 7, 19, 2 saevitum (39, 54, 9). 39, 25, 14 haec acerbe postremi, cum priores leniter permulsissent. 45, 37, 9 vigiliae acerbius et diligentius circumitae sunt. Qvint. inst. 1, 1, 20 instandum. Tac. hist. 3, 76 pecuniis ... conquirendis (*cf.* ann. 4, 45 pecunias acrius cogere). Plin. epist. 9, 12, 2 filium tuum acerbius duriusque tractares (Aqvila rhet. p. 26). Svet. Aug. 27 *proscriptionem* exercuit (Vlp. dig. 30, 1, 5 patriam potestatem. Schol. Iuv. 4, 53 partes delationis). Vit. 7 cuidam ... debitum reposcenti. Evtr. 9, 23 victoria ... usus est. Amm. 19, 6, 4 bestiae acerbius efferatae. 27, 7, 4 ira acerbius effervescens. 30, 8, 13 noxas leves acerbius vindicarent. Macr. sat. 2, 6, 4 inrisit. *adiunctum adiectivo*: Cic. off. 3, 112 *vir* perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium. *synonyma*: *ad III*: aspere, graviter, moleste. *ad IV*: acriter, aspere, crudeliter, dure, graviter. *opposita*: frigide, leniter, molliter.

adv. **acerbiter**. Ps. Avg. cogn. verae vitae 1 virus diu sub livido corde concretum in me acerbiter evomit. *Prinz.*

Acerd(o*?***)**, *Ἀχέρδων?* Corp. II 5927 (*extat, lib. rei publ. aetatis*) Acerd(o*?*) Sapo(nii) M(arci) s(ervus).

Acerdos, *ἄχερδος? oppidum prope sinum Thermaicum in via ab Olympo Beroeam et Thessalonicen versus.* Tab. Peut. 8, 2 Ravenn. p. 194, 17. 374, 3.

Acerentia *vel* **Aceruntia**, -ae. *Lucaniae opp. ad montem Vulturem prope Bantiam. nomen sic fere restituas ex hodierna* Acerenza *et ex adiectivis.* Hor. carm. 3, 4, 14 celsae nidum Acheruntiae saltusque Bantinos (Acheronthiae *ABCL*). *cf.* Porph. *ad l.* Acheruntia oppidum est Lucaniae. *nota* Ravenn. Guido p. 487, 11 nidum corvi quae est Acerrentia. *Procopio Ἀχερουτία et Ἀχερουτίς. adi.* **Acerentīnus** *vel* **Aceruntīnus**, -a, -um. Corp. IX 947 numini Herculis Acheruntini. XV 7036 (IX p. 660, *in vasculo vitreo*) Orfitus et Constantia in nomine Herculis Acerentino (*scil. vinum*) felices bibatis. Acta syn. Rom. a. 499 (Mon. Germ. ant. XII 400, 45) Iusto Acerontino. *ibid.* 407, 30 Iustus episcopus ecclesiae Acerontinae. *plur. subst.*: *illius oppidi incolae*: Corp. X 482 (*in titulo Paestano*) ⟨cur. r. p.⟩ Volceianor. ... Acerentino⟨rum Ve⟩liensium. IX 417 (*imp. Iuliani aetatis*) ordo Acerunt⟨inorum⟩. *minus recte* Plin. nat. 3, 73 in paeninsula *Bruttia* fluvius Acheron (*vide* Acheron *F*), a quo oppidani Acheruntini. *v. Mommsen, Corp. IX p. 43. Hülsen, PW. I 155. Diehl.*

[**Accrilius**] *v.* Aegrilius.

Acerius *nom. gent. fortasse declinatum ab* acus, aceris. Corp. X 539 (*Salerni, periit*) Acerio Firmio Leontio primario viro. *potest huc* Acereus *pertinere, vide* Aceraeus. **Acerātus** *cogn. vir.* Corp. V 8116, 17 a (*in signaculo*) P. Corneli Acerati. Inscr. Eph. epigr. VII p. 377 n. 1253 (*in agro Albano*) Tertullae Fl(aviae) Optatae ver(nae) fec(it) M. Ulp(ius) Aceratus contuber(nali). *an Ἀχήρατος? Otto.*

acerneus, -a, -um *adi. ab* acernus *subst.* Ven. Fort. carm. praef. 5 acernea pocula. Corp. XIV 2794 ...⟩tile una cancellos acerneos pod⟨....

acernia *v.* acharne.

acernus, -a, -um *adi. ab* acer, aceris. Gloss. *σφενδάμνινος.* Prisc. gramm. II 80, 22 acer ... acernus facit. *quod aceris est*: Verg. Aen. 9, 86 lucus ... trabibus ... obscurus acernis (*cf.* Serv.). Ov. fast. 1, 423 sub acernis ... ramis. met. 8, 346 trunco. Sidon. epist. 1, 5, 4 quernis acernisque nemoribus. *de materia*: Verg. Aen. 2, 112 trabibus contextus acernis *equus Troianus.* Prop. 4, 4, 7 vallo. 4, 2, 59 stipes acernus eram *Vertumnus.* Verg. Aen. 8, 178 solio. Ov. fast. 3, 359. Hor. sat. 2, 8, 11 mensam. Ov. met. 12, 254 Mart. 14, 90 tit. Ov. Pont. 3, 3, 14 fulcra. met. 4, 487 fores (*loc. tempt.*). ars 1, 325 vacca *Daedali.* Ib. 569 in equo (*Troiano*) ... acerno (agenor, acerbo *codd.*). acernus *subst. acer arbor.* [*raet.* ašér, *ven.* acerno '*acer*'. *M.-L.*] Ven. Fort. 3, 9, 23 myrta salix abies corylus siler ulmus acernus. *Dittmann.*

? **Acero** *nom. propr.* Corp. VII 1336, 8 (*Londinii in vasculo*) A · C · E · R · O. *an* Acer o(fficinator)*?* *Otto.*

acerōsus, -a, -um *ab* acus, -eris Lvcilivs *duxisse videtur, cf.* aceratus. Lvcil. 420 quae gallam bibere ac rugas conducere ventris farre aceroso, olei⟨s⟩, decumano pane coegit. Pavl. Fest. 187 *s. voce* obacerare: frumentum et panis non sine paleis acerosus dicitur. Non. 445 acerosum et aceratum. utrumque nove positum sed distanti proprietate signatum. acerosum namque panem farre minus purgato nec sordibus a candido separatis dicendum veteres putaverunt (*sequitur frg.* Lvcili). hunc Graeci *αὐτόπυρον* vocant. *cf. Marx, stud. Lucil. p. 18 sqq.*

acerra, -ae *f.* [*inc. orig. Th.*] Pavl. Fest. 18, 7 acerra ara, quae ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. alii dicunt arculam esse turariam, scilicet ubi tus reponebant. Gloss. *λιβανωτρίς, θυμιατήριον.* arca (arcula) turaria, arca (arcula) turis, mensa vel turibulum; vas quod ⟨ad⟩ sacrificium adhibetur. *vocabulum religiosum stilo elato reservatum.* Cic. leg. 2, 60 secun-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dum XII tabulas: ne sumptuosa respersio, ne longae coronae nec acerrae, *ad quem locum spectare videtur prior pars glossae Paulinae. in litteris non valet nisi altera, scilicet de cultu deorum.* VERG. Aen. 5, 744 Pergameumque larem et canae penetralia Vestae farre pio et plena supplex veneratur acerra. HOR. carm. 3, 8, 2 quid velint flores et acerra turis plena *in honorem Liberi.* OV. met. 8, 266 acerris (acervis *codd. optimi*) turis. 13, 703 custodem turis acerram. fast. 4, 934 cumque meri patera turis acerra fuit. PERS. 2, 5 at bona pars procerum tacita libabit acerra. ACTA Arv. (Corp. VI 2104) a. 218 flam(en) et promag(ister) scyfos arg(enteos) cum sumpuis (*i.* simpuviis) vino repletis ante osteum ⟨et⟩ acerras ⟨ferentes⟩ ture et vino fecer(unt). PLIN. nat. 35, 70 *Parrhasius pinxit* sacerdotem adstante puero cum acerra et corona. SVET. Tib. 44 ministri acerram praeferentis. Galba 8. MART. 4, 45, 1 haec tibi pro nato plena dat laetus acerra, Phoebe, ... munera Parthenius. 10, 24, 4 *in die natali.* TERT. apol. 9 *sanguinem humanum* proinde examinatorem Christianorum adhiberi oportebat ut foculum, ut acerram. Marc. 1, 27 quid non et in persecutionibus statim oblata acerra animam negatione lucraris? PRVD. apoth. 197 nemo Cloacinae aut Eponae super astra deabus dat solium, quamvis olidam persolvat acerram. ARNOB. nat. 2, 76 acerras omnes turis plenas coniciatis (conf. *cod.*) altaribus. MART. CAP. 2, 115 acerra ... multo aromate gravidata. 2, 142. 168. 2, 215 olacem aromatis. *opponitur oblatum maius*: OV. Pont. 4, 8, 39 nec quae de parva pauper dis libat acerra tura minus grandi quam data lance valent. STAT. silv. 1, 4, 127 qua nunc tibi pauper acerra digna litem? *V.*

Acerra, -ae *cogn.* MART. 1, 28 hesterno fetere mero qui credit Acerram fallitur: in lucem semper Acerra bibit. *nominis gent. locum habet* CORP. XIV (*Ficuleae*) †4054 Sexto Acerrae Lupo *et* 4055 Sexto Acerre Vrso sancto; *sunt fratres.*

Acerrae, -ārum *f.* **1** *opp. Campaniae, Ἀχέρραι, nunc* Acerra. *cf. Mommsen, Corp. X p. 362; Hülsen, PW. I 154.* SERV. auct. georg. 2, 225 Acerrae est civitas Campaniae, ex parte a Campanis, ex parte a Sidicinis condi[c]ta. LIV. 23, 17, 1 Hannibal ... cum Acerras recessisset. 23, 17, 4 Poenus Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, postquam opstinatos [inde] videt, opsidere atque oppugnare parat. 23, 17, 7. 27, 3, 6 FEST. 233. VERG. georg. 2, 225 vacuis Clanius non aequos Acerris, *cf.* SERV. *et* PROB. *ad h. l.* VIB. SEQ. geogr. p. 152. SIL. 8, 535 Clanio contemptae semper Acerrae. 12, 422 miseras non aequi Martis Acerras. *accusativo profert* LIB. col. grom. p. 229 Acerras, muro ducta colonia. Acerra, -ae: BREV. EXP. Verg. georg. 2, 225 Acerrae civitas Campaniae ... pauci enim Acerram incolunt, quia in paludes magna ex parte versa est. **Acerrānī,** -ōrum *incolae, Ἀχερρανοί.* LIV. 8, 17, 12 Romani facti Acerrani lege ab L. Papirio praetore lata, qua civitas sine suffragio data. 23, 17, 5. 23, 19, 4. 27, 3, 6. 7 FEST. 142 FEST. PAVL. 131. 160 VELL. 1, 14, 4 VAL. MAX. 9, 6 ext. 2 PLIN. nat. 3, 63 SERV. auct. georg. 2, 225. **2** *opp. Vmbriae.* PLIN. nat. 3, 114 (*in Vmbria*) interiere ... Sarranates cum oppidis Acerris, quae Vafriae cognominabantur, Turocaelo, quod Vettiolum. **3** *opp. Galliae transpadanae, situm inter Laudem Pompeiam et Cremonam, Polybio Ἀχέρραι, Plutarcho Ἀκέρραι, unde hodie* Gera, *ἐθνικὸν Ἀχερραῖος. cf. Mommsen, Corp. V p. 696; Hülsen, PW. I 154. accusativo* TAB. Peut. 4, 2 Acerras. RAVENN. p. 252 Acerculas (GVIDO p. 458 Acerula). **Acerrōnia** *opp. Lucaniae, nunc* Acerna. TAB. Peut. 6, 5 Acerronia. RAVENN. p. 278 Aceronia. **Acerrātius,** -a *nom. gent., potest ab Acerris Campaniae ductum esse.* CORP. X 3822 (*Capuae*) L. Tampius IIvir, L. Acerratius aed(ilis). IX 64 (*Brundisii*) Q. Acerratius Artemidorus, Acerratia Trophime. **Acerrētīna** *nom. gent.* CORP. IX 65 (*Brundisii*) Acerretina Salvia. **Acerrōnius,** -a *nom. gent., potest ad Acerroniam oppidum pertinere.* Cn. Acerronius CIC. Tull. 16. 17. Cn. Acerronius Proculus *cos. a. p. Chr. 37*: CORP. II 172 SVET. Tib. 73 TAC. ann. 6, 45. INSCR. Papers of the Amer. school I p. 50 (*Assi*) *Γναίου Ἀκερρωνίου Πρόκλου.* Acerronia *familiaris Agrippinae* TAC. ann. 14, 5. 6. CORP. X 19 (*Locris*) Acerronia Selenium. 142 (*Potentiae*) N. Acerro⟨n⟩io Puteo⟨l⟩ano. 145 (*ibid.*) Acerronio Acerronius Celer filio. 5786 (*Cereatis Marianis*) Acerroniae (mulieris) l. Salviae. 5866 (*Ferentini*) Cn. Acerronius C⟨n. ...⟩. VI 7093 H⟨i⟩rtiae Ciratae ... Olus Aceronius. *loco cognominis* CORP. XII 3250 (*Nemausi*) IIIIIIviri Aug. Q. Magi Zosimi et Pompeiae Acerroniae uxoris. *Otto.*

acerrāle *v.* acerale.

acersecomēs, *ἀκερσεκόμης.* IVV. 8, 127 si nemo tribunal vendit acersecomes. *v.* SCHOL. *ad l.* ephebus intonsus. si non est puer pro quo sententia distrahatur. *ut Graeci* MACR. sat. 1, 17, 47 *Apollo Ἀκερσεκόμης,* quod numquam radii possunt a fonte lucis avelli. *Diehl.*

? **ācertas,** -ātis *f. v.* ācer *et* acritas. CORP. II 6278 *de gladiatoribus*: exque his, qui gregari appellantur, qui meliori. acertatis erit. meliori⟨s⟩ acertatis *defendit Bücheler* (*cf.* CIC. Mil. 92 *gladiatores* fortes atque animosos et se acriter ipsos morti offerentes. SEN. epist. 13, 3). melior (melius) lacertatus *vel* melior lacertis *Mommsen cf. adn.* *Dittmann.*

acervālis *adi. ab* acervus. MAR. VICTOR. gramm. VI 51, 10 *metrum* accipietur ... per qualitatem acervalem, ut in modio. *pro substantivo*: CIC. div. 2, 11 quemadmodum soriti resistas (quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare). *cf. P. Menge, Archiv 10 (1898) 279.*

acervātim *adv. cf.* acervare. GLOSS. *σωρηδόν* cumulatim. *cf. P. Menge, Archiv 10 (1898) 279.*

proprie: *de rebus*: VARRO rust. 1, 38, 1 *stercus* ... acervatim poni. 1, 55, 5 *olea* ... congeri ... acervatim. PLIN. nat. 17, 61 *bacae* vicenae fere acervatim seruntur (148. 19, 120). 19, 150 acervatim (acervatis *codd.*) ... scrobibus serunt. 12, 83 *tura* acervatim ... congesta. APVL. met. 6, 10 *frumentis* commixtis ... acervatim. 4, 8 pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis. apol. 35 pleraque in litoribus ... congestim et acervatim iacent. SIC. FLACC. grom. p. 142, 25 congeries lapidum acervatim congestae. *de corporibus*: LVCR. 6, 1263 confertos ... acervatim mors accumulabat. HIER. in Ier. 4, 19 (v. 13) acervatim populus sepeliatur. VVLG. sap. 18, 23 acervatim cecidissent ... mortui. AVG. conf. 7, 7, 11 ipsa occurrebant undique acervatim et conglobatim. BELL. Alex. 31, 4 fugientes acervatim se de vallo praecipitarunt. GILD. (chron. III) 25 nonnulli miserarum reliquiarum in montibus deprehensi acervatim iugulabantur. COLVM. 9, 13, 4 *apes* ... sub favis acervatim enectae. CAEL. AVR. chron. 5, 4, 65 acervatim ... sanguis excluditur. acut. 3, 17, 164 acervatim exclusa. *translate*: *cumulatim* (*multitudinem ostendit*): APVL. met. 9, 11 plagas ingerentes acervatim. AVG. praed. gr. 6, 7 miraculis ... acervatim ... peractis. OROS. hist. 7, 7, 11 acervatim ... civitatem ... oppressere clades. BOET. arithm. 1, 1 *essentia* quasi acervatim in unum redacta concilium, ut grex, populus, ... acervus. *summatim* (*opp.* singillatim, ordine; *praecipue de oratione*): CIC. Cluent. 30 acervatim ... reliqua ... dicam (DON. Ter. Eun. 352). orat. 85 acervatim multa frequentans. PLIN. nat. 4, 69 acervatim ... ponentur reliquae *insulae.* TAC. ann. 6, 9 acervatim ... maiestatis postulantur. LACT. inst. 2, 5, 11 minutos deos acervatim colere. ZENO Migne 11, 488, 4 *claves* acervatim absolvunt. AVG. civ. 22, 24 velimus non acervatim cuncta congerere, sed in singulis inmorari (pecc. mer. 1, 28, 56. 1, 26, 39). VITR. 2, 8, 4 non acervatim, sed ordine structum opus. FLOR. 1, 12, 1 hactenus (*populus Romanus*) cum singulis gentibus, mox acervatim (*sc. belligerabat*).

synonyma: aggeratim, agminatim, catervatim, coacervatim, congestim, cumulatim, globatim, glomeratim, conglomeratim. *oppositа*: singillatim, ordine.

acervātio, -ōnis *f. ab* acervare. SEN. nat. 2, 2, 3 *corpora* constant aut nexu aut acervatione (*sic codd. mel.,* cognatione *codd. det.*). PLIN. nat. 11, 282 acervatio saporum. Ps. AMBR. vit. virt. 16 divitiarum accumulatio acervatioque. ISID. orig. 15, 9, 3 agger est cuiuslibet rei acervatio. QVINT. inst. 9, 3, 53 acervatio ... iuncta aut dissoluta (*sc. πολυσύνδετον et ἀσύνδετον*).

acervo, -āvī, -ātum, -āre *ab* acervus. MARTYR. gramm. VII 196, 11 acervo *ἐπὶ τοῦ σωρεύω.* GLOSS. *σωρεύω,* cumulo, congregat, condensat, constipat, coadunat. *cf. P. Menge, Archiv 10 (1898) 297.*

congerendo cumulare: *proprie*: LIV. 5, 48, 3 promiscue acervatos cumulos hominum. SEN. Herc. f. 1216 acervans nemore congesto aggerem. PLIN. nat. 18, 193 fimum in agro acervet (inarguet *codd.*). *mediali sensu*: 18, 53 panicum ... praedensis acervatur granis. 21, 109 LXXX simul acervatis ... bulbis. 32, 95 *myaces* acervantur muricum modo. SEN. benef. 2, 29, 5 rerum aliarum super alias acervatarum. TERT. fug. pers. 13 carbones acervabo super caput (VVLG. Rom. 12, 20 congeres). PALLAD. 2, 20 *grana* supra se acervata. HEGES. 5, 18, 2 sibi aliorum opes acervaverant. CAEL. AVR. chron. 5, 4, 65 acervatus sanguis excluditur. *translate*: LIV. 3, 34, 6 aliarum super alias acervatarum legum cumulo. *de oratione*: PLIN. nat. 1, 98 acervata terrarum miracula. 26, 21 plura undique acervabimus. 36, 101 *miraculorum* universitate acervata et in ... unum cumulum coniecta. SIL. 6, 117 cetera acervantem (acerbantem *vulgo*). STAT. Theb. 3, 214 haec ... multumque nefas Eteoclis acervat. QVINT. inst. 9, 3, 47 nec verba modo, sed sensus ... acervantur. FRONTO p. 139, 10 N. verborum strues acerventur. ENNOD. carm. 2, 88, 4 monstrat acervatis quem labor in studiis. *i. q. augere*: AMBR. Noe 26, 94 acervavit iniquitatem hominis ultra bestiarum feritatem. Abrah. 1, 6, 49 acervaretur crimen eorum. Iac. 1, 4, 13 peccati ... acervavit invidiam. *v.* acerbo *p. 367, 39.* Ios. 3, 18 acervavit errores, delicta cumulavit *haedus.* off. 3, 1, 5 belli molem ... consiliorum acervabat fraudibus. HEGES. 1, 45, 5 *aegritudinem* ... senectus suis incommoditatibus acervabat. MART. CAP. 5, 524 *ἐρώτημα* est interrogatio, qua figura utimur, cum interrogando aliquid acervamus (acerbamus *Halm*). *v.* acerbo *p. 367, 43.* PROSP. epigr. 88, 1 lingua ... vitium peccantis acervat.

synonyma: (aggero), (exaggero), (coacervo), congero, cumulo, (accumulo), (glqbo), (glomero). *composita*: coacervo, superacervo. *Kempf.*

Acervo, -ōnis *opp. in via Emona-Adpretorium*: TAB. Peut. 5, 1 Acervone. RAVENN. p. 220, 18 Acerbo. *cf. Corp. III p. 496.* *Diehl.*

Acerusa, -ae *locus in vicinia Capuae.* CORP. X 3792 (*Capuae, a. 387*) idus oct(obres) vendemia Acerusae. *Otto.*

acervus, -ī, *m.* [*fortasse derivatum ab* acus, -eris *Th.*] acervos *legitur* PLAVT. Cas. 126 VARRO rust. 1, 55, 5 VERG. georg. 1, 158. 185 Aen. 6, 504 LIV. 23, 12, 1 CORP. XI 1420, 29 (*in inscriptione Pisana a. u. 756*). COLVM. 2, 10, 14. PROB. app. gramm. IV 200, 22 *v. sub*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acerbus *p. 367, 53.* AGROEC. gramm. VII 114, 16 acervus moles. ALBIN. gramm. VII 296, 3 acervus per v, cuiuslibet rei congeries est, forte lapidum vel frugum. GLOSS. *σωρός θημών θίν. βουνός.* cumulus vel tumulus vel coadunatio (condonatio *cod.*) frumenti vel terrae, id est tumultum turba. congregatio lapidum vel cuiuscumque rei, sed et congregatio manipulorum sic dicitur. *apud poetas dactylicos in fine hexametri, excepto* HOR. epist. 1, 2, 47. *glossema videtur* acervi PLAVT. Pseud. 189. *cf. P. Menge, Archiv 10 (1898) 280.*

I ***proprie*** *de rebus aliis super alias cumulatis*: **a** *inter se similibus*: CIC. Tusc. 5, 45 ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. *frumenti, palearum, sim.*: PLAVT. Cas. 126 ervi (ruri *codd.*) ... acervom. MORET. 16 frumenti pauper acervus. HOR. sat. 2, 3, 111 ingentem frumenti ... acervum (LIV. 2, 5, 4 CVRT. 4, 10, 12 PLIN. nat. 13, 99 GAIVS dig. 47, 9, 9 VLP. dig. 47, 2, 21). VERG. georg. 1, 185 ingentem farris acervom. Aen. 4, 402. RHET. Her. 4, 9 acervos ... tritici (CIC. ac. 2, 92). MART. 7, 27, 7 ingentem piperis ... acervum. IVV. 13, 57 maiores glandis acervos. TIB. 1, 1, 9 frugum ... acervos (PAVL. FEST. 124, 1 VVLG. exod. 22, 6 Ezech. 3, 15. Sirach 20, 30 inaltabit). 2, 5, 89 stipulae ... acervos. OV. fast. 4, 781. PROP. 4, 4, 77 faeni. COLVM. 2, 5, 1 *et* 2 acervi stercoris (VLP. dig. 43, 24, 7, 6). arb. 13 palearum (PLIN. nat. 18, 293 AMM. 23, 2, 8). LIV. 42, 64, 3 ingentis acervos ... stramentorum fecisse. PLIN. nat. 18, 308 leguminum acervos. STAT. Ach. 2, 70 viles messis acervos (SIDON. carm. 22, 173). VVLG. Ruth 3, 7 acervum manipulorum. Agg. 2, 17 modiorum. *absolute*: VARRO rust. 1, 56 faenisiciae conduntur melius sub tecto quam in acervis. 55, 6 olea ... diu fuit in acervis (1, 55, 5). 2, 4, 20 *hordeum* in acervo positum. CIC. Verr. 4, 173 *frumentum sit* ex eo acervo (VERG. georg. 1, 158. 263 HOR. sat. 1, 1, 34 TIB. 1, 1, 77 COLVM. 1, 6, 17 VLP. dig. 6, 1, 5. 47, 2, 21 PRVD. cath. 6, 68. *cf.* VENVL. dig. 43, 24, 10. VLP. dig. 43, 24, 9, 3: *an stercoris?*). LVCR. 3, 197 altus acervus (*sc. papaveris*). *cf.* PLIN. nat. 13, 108. 17, 60. APVL. met. 6, 10. *de stramentis*: VARRO rust. 1, 33, 1 desecari et acervos constitui. 50, 2 tollantur in acervum. COLVM. 6, 3, 1 extrui. 11, 2, 54 congeruntur. *cf* 2, 10, 13. COLVM. 2, 10, 14 acervos paleis granisque mixtus. arb. 13 acervos incendito (*sc. palearum*). *cf.* PLIN. nat. 19, 28 APVL. met. 6, 1 VVLG. II Esdr. 13, 15. *comparative*: VVLG. Iob 5, 26 ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur acervus tritici in tempore suo. cant. 7, 2 venter ... sicut acervus tritici. *v. l. 69. 73.* *proverbialiter*: HOR. sat. 2, 2, 105 cur ... non aliquid patriae tanto emetiris acervo? OV. am. 1, 8, 90 multos si pauca rogabunt, postmodo de stipula grandis acervus erit (rem. 424). *v. l. 79.* *lignorum, sim.*: CATO agr. 50, 2 acervum lignorum virgarumque facito. CORP. XI 1420, 29 lignorum ... acervos ... ibi constituatur (IAV. dig. 41, 2, 51. *cf.* COLVM. 11, 2, 7 GELL. 5, 3, 5 SOL. 30, 31). *absolute*: CATO agr. 37, 5 codicillos ... in acervum compone (55). *cf.* CALP. PISO 5, 113 CVRT. 8, 4, 11 acervos struesque. FRONTIN. strat. 3, 10, 5. *de rogo*: STAT. Theb. 4, 469 tristes ... acervos. VAL. FL. 5, 31 feralis acervus. *de strue carbonarii*: PLIN. nat. 16, 23 acervi consertis taleis recentibus luto caminantur. *sacrorum*: TIB. 3, 12, 1 cape turis acervos. OV. met. 5, 131 tollebat (STAT. Theb. 11, 222 silv. 2, 1, 21 MART. 7, 54, 5). *absolute*: VERG. Aen. 11, 786 *Apollini* pineus ardor acervo pascitur. PANEG. Mess. 134 eluxit structos super ignis acervos. SIL. 5, 177 *Apollo* accensis gaudet acervis. VVLG. II par. 31, 6 fecerunt acervos plurimos (*primitiarum, sim.*). *armorum, sarcinarum, sim.*: CAES. Gall. 2, 32, 4 acervi armorum (SIL. 10, 526). *cf.* VERG. Aen. 8, 562 SIL. 2, 370. *absolute*: LIV. 8, 30, 8 congesta in ingentem acervum ... arma. 10, 29, 18 spolia ... coniecta in acervum (41, 12, 6). 45, 33, 1 arma cumulata ⟨in⟩ ingentem acervum. SEN. benef. 7, 9, 2 in ... acervum dare. SIL. 10, 547 constructus acervo ingenti mons armorum. STAT. Theb. 12, 64 hostiles ... acervos. BELL. Afr. 69, 2 sarcinas ... in acervum ... comportare. LIV. 5, 49, 3 conicere (8, 11, 11. 29, 7, 5). AMM. 28, 6, 10 praedarum acervis. 16, 11, 12 residuum congestum in acervum. *lapidum, sim.*: HIER. epist. 106, 51 *λιθόριον*, id est acervum et cumulum lapidum (78, 38). VVLG. Ios. 7, 26 congregaverunt super eum acervum magnum lapidum (II reg. 18, 17). Ier. 26, 18 Ierusalem in acervum lapidum erit (Is. 17, 1 Mich. 1, 6). 9, 11 dabo Ierusalem in acervos arenae. II Esdr. 4, 2 acervis pulveris. Iob 8, 17 acervum petrarum. *absolute*: AETNA 105 qualis acervus exilit inparibus iactis ... saxis. *cf.* VVLG. Ier. 50, 26 SIDON. epist. 3, 12, 1. VVLG. gen. 31, 47 *tumulum lapidum* vocavit ... Iacob Acervum testimonii. prov. 26, 8 sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, *v.* Mercurius. Os. 12, 11 altaria ... quasi acervi super sulcos agri. *pecuniae*: CIC. agr. 2, 59 tantos acervos pecuniae (VLP. dig. 45, 1, 29). Phil. 2, 97 tanti acervi nummorum ... construuntur. HOR. epist. 1, 2, 47 aeris acervus et auri (sat. 2, 5, 22 LIV. 26, 11, 9 MANIL. 4, 925 numerosos. SEN. dial. 3, 21, 2). SVET. Aug. 57 summarum acervos. Cal. 42 aureorum. *absolute*: HOR. carm. 2, 2, 24 ingentis ... spectat acervos. *cf.* epist. 1, 6, 35 sat. 1, 1, 44 IVV. 8, 100. *proverbialiter*: HOR. sat. 1, 1, 51 ex magno tollere acervo (epist. 2, 2, 190). IVV. 6, 364 e pleno tollatur ... acervo. *aliarum rerum*: CINNA carm. 3 donorum ingentis ... acervos. PLIN. nat. 7, 105 coronarum acervos constructurus. 31, 81 construit acervos salis (VVLG. Soph. 2, 9). 10, 43 acervum ... pinnarum. CIC. Att. 2, 2, 2 magnum acervum Dicaearchi (AMM. 29, 1, 41). SEN. nat. 2, 20, 2 acervo nubium. AMM. 29, 5, 18 favillarum acervos (CARM. epigr. 1144, 3 cineris). HIER. epist. 128, 12 acervum praeputiorum. *absolute*: LIV. 23, 12, 1 tantus acervos (*sc. anulorum*) fuit (SIL. 11, 535). PLIN. nat. 31, 109 *nitrum* ... conditum in acervis. *cf.* 111, 113. *corporum mortuorum*: CIC. Sest. 77 tantos acervos corporum exstructos (Cat. 3, 24 LIV. 37, 43, 7. 22, 48, 4. 22, 59, 8. 23, 15, 8). VERG. Aen. 10, 508 ingentis Rutulorum ... acervos (OV. met. 12, 113). OV. met. 5, 88 exstructos morientum calcat acervos. *v. l. 19. 22.* (HOMER. 402 *cf.* LIV. 22, 2, 9 SIL. 14, 609 AMM. 16, 12, 53. 19, 1, 9. 31, 13, 6. 19, 11, 4). CLAVD. 20, 114 Cappadocum tepidis Argaeus acervis aestuat. VVLG. Iob 24, 11 inter acervos eorum meridiati sunt. FIRM. err. 20, 7 acervos caesarum victimarum. VERG. Aen. 11, 207 ingentem caedis acervum (10, 245 VAL. FL. 3, 274 SIL. 6, 15. 5, 665 STAT. Theb. 5, 249 QVINT. inst. 9, 2, 49). VERG. Aen. 6, 504 stragis acervom (LVCAN. 10, 540 SIL. 8, 659). *poetice*: CIC. Cat. 4, 11 miseros atque insepultos acervos civium. CAT. 64, 359 iter caesis angustans corporum acervis. VAL. FL. 6, 523 gemitus ... premit spirantis acervi. SIL. 2, 688 laceros ... acervos. STAT. Theb. 10, 655 exanimes ... cumulantur acervi. CLAVD. 8, 472 exanguis ... proculcet acervos. *v. l. 8.* *absolute*: ACC. trag. 323 acervos ... in amni corpore explevi hostico. VARR. Men. 332 acies ... immanis acervos facit. OV. Pont. 4, 7, 47 ense tuo factos calcabas ... acervos. *cf.* LVC. 7, 791 VAL. FL. 6, 596 STAT. Theb. 9, 430. VVLG. IV reg. 10, 8 ponite *capita* ad duos acervos. **b** *dissimilibus*: LVCR. 1, 775 suam quicque in coetu variantis acervi naturam ostendet. OV. fast. 1, 106 ignis, aquae, tellus unus acervus erat. met. 1, 24 caeco ... acervo. *v. l. 44.* AETNA 248 *miracula mundi* non congesta pati nec acervo condita rerum.

II ***translate***: *multitudo, moles generaliter*: *de hominibus*: SEN. benef. 3, 38, 1 e plebe acervoque ignobili. HIER. transl. hom. Orig. in Luc. 28 (Maur. 329) confuso credentium acervo. TERT. fug. 1 pala ... confusum acervum fidelium eventilans. *de rebus*: *corporalibus*: STAT. Theb. 1, 40 ingenti venientem Ismenon acervo (*sc. sanguinis*). *in comparatione*: VAL. MAX. 8, 7 ext. 9 quasi in unum acervum exempla redigamus. COLVM. 3, 21, 2 *disciplinae praecepta* passim abiecta et quodam acervo confusa. QVINT. inst. 8, 4, 26 *verba ac sententiae* velut acervo quodam adlevantur. FRONTIN. strat. 1 praef. ipso velut acervo rerum confuderunt legentem. MACR. sat. praef. 1, 3 tamquam in acervum congessimus digna memoratu. *incorporalibus*: CIC. Scaur. 1, 4 acervo quodam criminum. Sull. 76 quantos acervos scelerum. VAL. MAX. 1, 8 *miraculorum* e magno acervo. 7, 2 ext. 2 ex communi miseriarum acervo. PLIN. nat. 36, 27 officiorum negotiorumque acervi. IVV. 13, 10 e medio fortunae ... acervo. DON. Ter. Eun. 1079 acervo vitiorum. ZENO Migne 11, 390, 4 chaos ... congeriem acervo quodam magnitudinis suae ... manentem. AMM. 14, 1, 5 in ... malorum acervis. 26, 2, 8 curarum acervos. 28, 1, 24 acervi aerumnarum. AVG. in psalm. 129, 1 acervis quibusdam et molibus ... iniquitatum. OROS. hist. 3, 12, 1 acerbitatum acervos cunctasque malorum moles. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 47 acervo numeri. BOET. arithm. 1, 3 numerus est ... quantitatis acervus ex unitatibus profusus. *terminus logicorum, σωρείτης*: CIC. ac. 2, 49 soritas hoc vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano. HOR. epist. 2, 1, 47 elusus ratione ruentis acervi. PERS. 6, 80 Chrysippe tui finitor acervi. MART. CAP. 4, 327 Chrysippus cumulet proprium ⟨et⟩ consummet acervum. SIDON. carm. 23, 119 non hunc ... morari Chrysippus potuisset ex acervo. *cf.* sorites. [*Kempf.*

synonyma: *ad I*: congeries, cumulus, (grumulus), strages, strues. *ad II*: (globus, grex, turba, vulgus. copia, moles, multitudo, vis).

acēsco, acuī, acēscere [*cf. c.* acēre acor acidus. *Th.*]. GRAMM. II 398, 18 *et* V 606, 36 aceo, unde inchoativum acesco. GLOSS. amaresco, acescit *ὀξίζει*. *forma vulgaris* acisco GARG. MART. de pom. 5 *v. l. 84.* DIOSCOR. 5, 25 *et* 53 *v. l. 74.* ORIBAS. syn. 4, 19 *v. l. 81. legitur in codd. saepe* accessit *pro* acescit, *et* accesco *similia.* *proprie*: *de liquidis*: HOR. epist. 1, 2, 54 sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit. *de vino*: COLVM. 12, 26, 1 in quo agro vinum acescere solet. 12, 20, 1 quin etiam diligenter factum defrutum, sicut vinum, solet acescere. CALP. ecl. 3, 52 acescunt vina bibenti. PLIN. nat. 14, 128 ceram accipientibus vasis compertum *est* vina acescere. 7, 64 acescunt superventu *mulierum profluvii* musta (*cf.* SOL. 1, 55 *et* ISID. orig. 11, 1, 141). VLP. dig. 18, 1, 9, 2 si vinum acuit (18, 6, 1 acuerit). PALLAD. 3, 25 *vinum de piris* prima acescit aestate. AVG. epist. 247, 3 (Migne 33, 1063) acescere coeperat. in psalm. 8, 2 (Migne 36, 110) si *vinum* neglegentia non acuerit ... acuit namque in Iudaeis. DIOSCOR. 5, 9 dulce vero vinum citius acescet (accessit *P*). 5, 22. *ibid.* 25 *vinum* citius acescet (aciscit *P, item* 5, 53). ORIBAS. syn. 4, 19 vinus ... niger et austerus facile in stomaco acescit. *de aliis liquidis*: PLIN. nat. 20, 147 ipsa (*sc. menta*) acescere aut coire densarique lac non patitur. 28, 133 additur *lacti* paulum aquae, ut acescat. 28, 135 oxygala fit ..., acido lacte addito in recens, quod velint acescere. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 120 lac ... in eiusmodi passionibus facilius acescit (*cf.* chron. 1, 4, 128). ORIBAS. syn. 4, 19 aciscit. 4, 40. PLIN. nat. 22, 94 *boletorum* origo prima causaque e limo et acescente suco madentis terrae aut radicis fere glandiferae. GARG. MART. virt. herb. 69 quod sucus eorum (*sc. persicorum*) acescat (med. ex ol. et pom. 44 inacescat, de pomis 5 aci-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scat). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 156 poma ... suci maligni ac facile acescentis esse noscuntur. 2, 19, 123 quod ex initio acescere facile ptisanae sucus perspiciatur. PLIN. nat. 9, 160 sicut acescente umore culices proveniunt. *de cibis digerendis*: CELS. 2, 19 aliae *res* facile in stomacho acescunt. AMBR. in psalm. 118, 2, 25 manens in corpore, quod vomendum est, plus acescit. MACR. sat. 7, 4, 27 quod prius versum, dum alia tardius vertuntur, acescit. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 109 in accessione omne, quod datum fuerit, corrumpi atque acescere necesse est, olera praecipue. CELS. 1, 8 cui ... cibus acescit. PLIN. nat. 23, 59 acescentibus cibis (*cf.* HIER. in Amos 2 praef. Migne 25, 1022). epist. 54, 4 acescentes et morbidos cibos. MACR. sat. 7, 5, 22 quod ... acescere vel non numquam fumare in stomacho cibum vis adsignare varietati. THEOD. PRISC. log. 92 quibus ... flegmate supernatante frequenter acescunt cibi (inacescunt *Gel.*). *de variis*: COLVM. 12, 44, 6 *uva* cum est exempta, nisi eo die consumitur, acescit. 45, 3 conspissata vinacea, si semel mota sunt, celeriter acescunt. HIER. in Is. 18, 65 uva, quae ad maturitatem pervenire non potuit et acescentes attulit fructus. PLIN. nat. 11, 45 mella vel minimo contactu acescentia. PLIN. nat. 18, 77 *triticum* emollitum priusquam acescat. PLIN. nat. 18, 104 donec acescat *farina*. AVG. in psalm. 39, 13 (Migne 36, 443) ostendit, quid sit vetus *fermentum*, vetus farina est, acuit. PLIN. nat. 18, 103 *offae* operiuntur in vasis, donec acescant. APIC. 3, 100 holus molle ne acescat (arescat *codd. recte, ut videtur*). *v. l. 9.* *de aëre*: TERT. apol. 39 tot tribubus et curiis et decuriis ructantibus acescit aër. SIDON. carm. 5, 340 ganeaque perenni pressus acescentem stomachus non explicat auram. *de stomacho aut vasis, quae acescentia continent*: MARC. med. 20, 45 ad stomachum nauseantem et acescentem. HERM. mand. vulg. 12, 5 cito ... semiplenae amphorae acescunt (*ὀξίζουσιν, at* 12, 5, 3 *Palat.* acetant). AVG. in psalm. 37, 13 (Migne 36, 404) quia cupa acuit (*cf.* 129, 8 *et* 136, 5 Migne 37, 1701 *et* 1764). *nota*: PLIN. nat. 11, 118 alia genera culicum acescens natura gignit. SIDON. epist. 3, 13, 8 alarum specubus hircosis atque acescentibus. *translate*: AVG. epist. 38, 2 inveterascens ira fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eam in vase detinet, donec totum acescat vasque corrumpat. CLAVDIAN. MAM. p. 22, 6 accedit ad hoc etiam acescentis semper livoris intentio, invidentis animi crimen et poena. *synonyma*: aceto, acetasco, amaresco. *composita*: coacesco, exacesco, inacesco, peracesco. *Oertel.*

Acesīnēs, -is *m.*, *Ἀκεσίνης, amnis Indicus*, Hydaspi confunditur CVRT. 9, 4, 8. AVIEN. orb. terr. 1343 delapsum summa saxorum mole Acesinen (*sim.* PRISC. perieg. 1045 *eodem fonte usus Dionys. Perieg. descr. orb. 1138 λοξὸν ἀπὸ σκοπέλων Ἀκεσίνην*). *nomin.*: CVRT. 8, 9, 8. 9, 4, 8. RAVENN. p. 48, 12 Accessinis. *dat.*: CVRT. 9, 4, 1 Acesini. *acc.*: CVRT. 9, 3, 20 flumen Acesinem (IVST. 12, 9, 1 amnem. PRISC. *l. c.* praecipitem). PLIN. nat. 12, 23 Acesinen amnem (16, 162. AVIEN. *l. c.*). OROS. hist. 3, 19, 6 amnem Agesinem.

Acesīnus, -ī, *Ἀκεσῖνος.* **1** *idem amnis.* MELA 3, 69 Agasinum. PLIN. nat. 6, 71 Acesinum. 37, 201 gemmiferi amnes sunt Acesinus et Ganges. **2** *Scythiae amnis.* PLIN. nat. 4, 83. *hinc adi. poeticum*

Acesīnus, -a, um VAL. FL. 6, 69 Acesina ... agmina.

acesis, (-is), *ἄκεσις, planta*. PLIN. nat. 33, 92 chrysocollam medici acesim appellant, quae non est orobitis.

Acesius, -ī, *Ἀκέσιος.* CASSIOD. hist. 2, 13 Acesium ... episcopum. *ibid.* Acesius.

Acestēs, -ae. **1** *Ἐγέστης.* GLOSS. rex Siciliae. GLOSS. magn. lib. p. 454, 43 Acestes Siculorum rex. Acestes pro Acestis, nomen (VERG. Aen. 1, 195). SERV. auct. Aen. 1, 550 *Egesta* (*Troiana*) ad Siciliam ventis delata ... edidit Egestum, quem Vergilius Acestem vocat. CHAR. gramm. I 123, 5 (*agitur de nominibus graecis latinis regulis non alligatis*) ut in Aceste et in Anchise Maroni diximus placitum. *contra* CHAR. exc. gramm. I 544, 21 nominativum ... Latinum ... Pelida Atrida Acesta Achata. PROB. app. gramm. IV 194, 13 ablativo casu numeri singularis 'a' littera terminantur ... Anchises Acestes Achates. **a** *declinatio*: *nom.* Acestes: VERG. Aen. 1, 195. lib. 5 *passim.* SIL. 14, 45. IVV. sat. 7, 235 quot Acestes vixerit annis. *nota*: *hic tantum hoc nomen legitur in medio versu, saepissime ad finem.* LACT. inst. 1, 22, 25 HYG. fab. 273 p. 149, 1. *gen.* Acestae: VERG. Aen. 5, 106 *al.* 9, 284 LACT. inst. 1, 22, 25. *dat.* Acestae: VERG. Aen. 5, 771 SIL. 14, 205. *acc.* Acesten: VERG. Aen. 5, 30. 5, 531 *al.* SERV. Aen. 1, 550 OV. met. 14, 83 HYG. fab. 273 p. 148, 12. Acestem: VERG. Aen. 1, 558 (SERV. auct. *ad l.*) MYTHOGR. 1, 137. 2, 193. *abl.* Aceste: SERV. auct. Aen. 1, 550 CHAR. gramm. I 123, 5. Acesta PROB. *l. c.* **b** *epitheta*: VERG. Aen. 5, 105 clari (1, 550). 5, 711 Dardanius divinae stirpis (30). OV. met. 14, 83 fidum. VERG. Aen. 5, 387 gravis. SIL. 14, 205 Hectoreo. VERG. Aen. 1, 195 heros. 9, 216 magni. 1, 570 regem (9, 284. 1, 558). 5, 301 senioris (5, 573. 5, 73 aevi maturus. *cf.* IVV. 7, 235). 5, 757 Troianus (SIL. 14, 45 *cf.* VERG. Aen. 1, 550. 5, 61). **2** *Ἀκέστης, nom. graec. cogn. vir. (lib.)*: CORP. VI 29464 Acestes contubernali ... fecit. VI 11941 L. Calpurnius L. l. Acestes. XIV 361 (*extat Ostiae*) dis manib(u)s A. Gráni Attici l. Acestis. V 7210 T. Iulius Prisci l. Acestes. VI 17978 Q. Flavio Acestae.

Acesta, -ae *f.*, *Ἔγεστα.* **1** *opp. Siciliae ab* Aceste *appellatum.* VERG. Aen. 5, 718 *Aeneae socii relicti* urbem appellabunt permisso nomine Acestam (SERV. *ad l.* dicta autem Acesta Segesta *cf.* MYTHOGR. 1, 137. 1, 202. 2, 193). *cf.* 9, 284 moenia regis Acestae. 9, 216 OV. met. 14, 83. LACT. inst. 1, 22, 25 in Sicilia ... Aeneas ... conditae urbi Acestae hospitis nomen inposuit. *contra* SERV. auct. Aen. 1, 550 *Acestes* matris nomine (*Egestae*) civitatem Troianis condidit, quae ante Egesta, post Segesta nominata est. SIL. 14, 220 Troiana ... Acesta. *adi.*

Acestaeus, -a, -um, *Ἐγεσταῖος, ab opp.* Acesta *derivatum.* PLIN. nat. 3, 91 stipendiarii ... Acestaei. *adi.*

Acestēnsis, -e *pl. eiusdem oppidi incolae.* CIC. Verr. 4, 83 Acestensium *et* Acestensis *acc. pl.*

2 *Acestae mater.* MYTHOGR. 1, 137, *eadem quae aliis ut* SERV. auct. Aen. 1, 550 Egesta.

Aceste *nom. mul. v.* Acastus. *Diehl.*

Acestius *v. sub* Acc-.

acētābulum, -ī *n. ab* acetum. GLOSS. *ὀξυβάφιον, ὀξύβαφον* (*cf. l. 53* oxifalum, *l. 57* oxifalon, *l. 54. 68* oxybaphon, oxybapha *pl. l. 55* oxifabum) acetabela (*pl.*) CORP. IV 2029 (*ibid.* acetabula). acitabulum MARC. med. (*v. l. 31. 72*), METROL. (*v. l. 52. 59*), PLIN. med. (*v. l. 51*), APIC. 7, 270 CASSIOD. (*v. p. 379, 3, at l. 5* acetabulorum), GLOSS. (*v. l. 33*). aceptabulum DIOSCOR. (*v. l. 48*), GLOSS. III 553, 15. acceptabulum DIOSCOR. (*v. l. 48*), GLOSS. III 612, 22. 586, 22. acettubula (*pl.*) SEN. (*v. l. 43*). ascitabulum GROM. 374, 25 *et* 375, 3. acetabula *f.* ITALA (*v. l. 38*). acetabulus APIC. 6, 241 acetabulum minorem (*at* 8, 387 minus). acitabulus METROL. (*v. l. 59*). *Hey, Archiv 10 (1898) 283. Hultsch et Graf, PW. I 1207.*

I *vas. cf.* ISID. orig. 20, 4, 12 acetabulum, quasi acetaferum, quod acetum ferat. QVINT. inst. 8, 6, 35 (*de catachresi*) 'acetabula' (*sc. dicuntur*) quidquid habent. VARRO Non. 546, 7 (*de catino*) dicuntur enim patellae, salini, acetabula, catini, patinae. VLP. dig. 34, 2, 19, 9 vasa argentea ... veluti parapsida, acetabula, trullas, pelves et his similia. MARC. med. 11, 4 cum *cera* in caccabo vel acitabulo conferbuerit. APIC. 8, 382 in acetabulum *porcellum* temperas et inferes. GLOSS. III 658, 18 adfer mel in acetabulo (*ὀξόβαφον*) *cf.* 288, 15 in acitabulo. 653, 11 mitte impensam ad acetabulum (*ὀξυβάφιον*) *cf.* 288, 29. PETRON. 56 'argentum sceleratum': allata est perna, super quam acetabula erant posita *cf. Funck, Philol. 53 (1894) 127.* GLOSS. acetabulum id est scrafia (*vel* scarfia) de ovo (*vel* ovi). *vas in sacrificio adhibitum*: VVLG. exod. 25, 29 parabis et acetabula (acetabulam ITALA cod. Tolet, *τὰ τρυβλία*), ... in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo *cf.* 37, 16 vasa ad diversos usus mensae. num. 7, 19 obtulit Nathanael ... acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos (*cf.* 7, 13. 25 *et saepius*). *instrumentum praestigiatorum*: SEN. epist. 45, 8 praestigiatorum acetabula (acettubula *cod.*) et cal⟨i⟩culi, in quibus me fallacia ipsa delectat. *forma apta comparationi*: PLIN. nat. 9, 85 *polypi* per bracchia velut acetabulis dispersis haustu quodam adhaerescunt (*cf. p. 379, 10*). *ibid.* 18, 245 cum folia *fici* pauca in cacumine acetabuli modo germinent (*cf. p. 379, 15*). DIOSCOR. 4, 84 cotilidona ... folia habet sicut aceptabulum (acceptabulum *al.*; *in margine*: cimbalum).

II *mensura*: PLIN. nat. 21, 185 cum acetabuli mensura dicitur, significat heminae quartam, id est drachmas XV. *cf.* PLIN. med. p. 9 acetabulum (acitabulum *codd. duo optimi*) drachmae XV. GROM. p. 374, 28 *cyatho* additis duabus dragmis acitabulum *completur*, additis adhuc tribus dragmis, quod sunt XV, oxifalum. MARC. med. p. 3, 3 cotyla [hemina] facit acetabula sive oxybapha IIII. DIOSCOR. 4, 59 oxifabum dicitur acitabulum. ISID. orig. 16, 26, 18 *Ξ Graecum* si o Latinum adiunctum habuerit (Ξ°), indicat acetabulum (accitabulum *metrol. p. 134, 23*), quod Graeci oxifalon vocant. CALVVS 12 (metrol. p. 145, 2) acetabula oxybaphave. MARC. med. 3, 17 METROL. Hultsch p. 116, 16 (*ex* ISID. orig. 16, 26, 5) acetabulum (acitabulus *aut* acitabulum *al.*). *de aridis*: CATO agr. 108, 1 polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum novum indito. 102 melanthi acetabulum. CELS. med. 4, 24 piperis. 5, 18, 1 singulorum plenum acetabulum. 5, 18, 5. 5, 18, 15. 5, 18, 27. 5, 18, 28. 5, 28, 19. PLIN. nat. 18, 73 salis. 20, 10 semen *cucumerum sativorum* ... acetabuli mensurā (*sic saepe apud* PLIN. *v. l. 49*). 20, 80 sumptam acetabulis duobus. 20, 188 cum acetabulo anesi. 20, 193. 20, 205 *papaver* alvum purgat dimidio acetabulo in mulso (26, 69). 26, 67 ut sit totum acetabuli modus. 27, 43 *actaea* datur acetabulo pleno. 27, 139 modus sumendi *seminis thlaspi herbae* acetabuli mensura (30, 77 MARC. med. 27, 93). PLIN. med. praef. p. 8. VEG. mul. 1, 17, 7 semen cucurbitae ..., quantum acetabulum capiat. *et saepius.* *de liquidis*: CELS. 5, 24, 2 quam optimi mellis (*cf.* MARC. med. 30, 75 mellis acitabulum). PLIN. nat. 20, 46 sucus vel cibus ex porro cum tisanae suco acetabuli mensura (20, 133. 27, 119). *cf.* 20, 179 ut bibatur mensura acetabuli (24, 52). 26, 56 acetabuli parte dimidia. SOR. gyn. 2, 1 (11) oleum ... ad plenum acetabulum. APIC. 2, 48 ad unum liquaminis acetabulum aquae septem mittis (*cf.* 8, 333). 4, 162. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 99 electarium damus ... acetabulis singulis. PELAG. 13 porri suci acetabulum plenum faucibus infundito. *et saepius.*

III *res similes*: **1** *instrumentum musicum. cf. Crusius, Philol. 52 (1893) 515 et 53 (1894) 131.* BOET. mus. 1, 11 p. 198, 18 *Pythagoras* ... etiam pro mensurarum modo cyathos aequorum ponderum acetabulis immittens, saepe ipsa quoque acetabula diversis formata ponderibus virga vel aerea ferreave percutiens nihil sese diversum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

invenisse laetatus est. CASSIOD. art. 5 (Migne 70, 1209) instrumentorum musicorum genera sunt tria: ... percussionalia, ut sunt acitabula aenea et argentea, vel alia, quae metallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum (*cf.* ISID. orig. 3, 22, 1). var. 4, 51, 11 quid acetabulorum tinnitus? quid dulcissimi soni referam percussione modulamen? ISID. orig. 3, 22, 11 cymbala acetabula quaedam sunt, quae percussa invicem se tangunt et sonum faciunt. DIOSCOR. 4, 84 *v. p. 378, 47.* 2 *res naturales forma cava: in homine*: PLIN. nat. 28, 179 ossa ex acetabulis pernarum, circa quae coxendices vertuntur. *in bestiis*: PLIN. nat. 9, 85 (*v. p. 378, 44*). 9, 91 luctatur ... *polypus* complexu et sorbet acetabulis ac numeroso suctu trahit. 9, 93 ut ipsius Trebi verbis utar ... acetabulis sive caliculis urnalibus pelvium modo. 29, 53 vidi ... ovum *urinum* crusta cartilagineis velut acetabulis bracchiorum polypi crebris insigne. *in herbis*: PLIN. nat. 18, 245 (*v. p. 378, 47*). DIOSCOR. 4, 84 (*v. p. 378, 47*). PLIN. nat. 21, 92 urtica maxime noscitur acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus. 26, 58 polypodi ... radix ... acetabulis cavernosa ceu polyporum cirri.

[**acētaferum**] *vox ficta v. sub* acetabulum *p. 378, 25.*

acētārium, -i *n. ab* acetum. GLOSS. II 384, 48 *ὀξύγαρον* acetarium bammum tinctorium. PLIN. nat. 19, 58 horti (*gen.*) maxime placebant quae (quia *codd.*) non egerent igni parcerentque ligno, expetita res et parata semper, unde et acetaria appellantur, facilia concoqui nec oneratura sensus cibo et quae minime accenderent desiderium panis (*?*). 20, 213 *porcillaca* stomachum in acetariis sumpta corroborat. GLOSS. II 563, 23 aceta⟨ria⟩ olera lac⟨h⟩ana (*cf. Bücheler, Jahrb. Phil. 111, 1875, 3115*). II 13, 41 acetaria *τρώξιμα* (III 430, 35 acitaria). *mensura*: GLOSS. II 13, 36 acertarium (*sic*) *ὀξύβαφον*. APIC. 6, 241 olei acetarium maiorem, satis modice (modico *sc.* tempore post *Schuchius*) liquaminis acetabulum minorem (*nisi altero quoque loco legendum* acetabulum, *quod vide*).

acēto, -āvī, -ātum, -āre *ab* acetum. *intrans.*: *i. q.* acesco. GLOSS. ace⟨t⟩o *ὀξίζω*, acetat *ὀξίζει*. *Hey, Archiv 10 (1898) 284.* HERM. mand. 12, 5, 3 cito enim sema vasa acetant (*ὀξίζουσι*; *ed. Hilgenfeld*: acescunt semiplenae amphorae). PS. APVL. herb. 4, 8 herbae verbenacae ramulos ex aceto decoquito et conterito: deinde quod acetaverit (quoad cecaverit *cod.*) plagae imponito. ANTHIM. 78 oxygala ... quod latine vocant melca ⟨quod est lac⟩, quod acetavit. *trans.*: DIOSCOR. 5, 9 venenis quam maxime causticis cum oleo dandus est *vinus niger,* uti acetetur *venenum*. GLOSS. III 652, 10 *ὀξυκράμια* fabas acetatas (*cf. ibid.* 185, 16. 217, 44. *cf.* 256, 19 *v. l. 45*).

? **aceto** *v.* agito.

(**acētonicus**) *v.* acidonicus.

acētōsus, -a, -um. GLOSS. III 256, 19 *τὰ ὀξυκράμα* fabae acetosae. SCHOL. Pers. 6, 17 vapida dicit acetosa.

acētum, -ī *n.* [*ab* acere, acescere. *Th.*] *falso* ISID. orig. 20, 3, 9 acetum, vel quia acutum vel quia aquatum, *dictum est.* vinum enim aqua mixtum cito in hunc saporem redigitur. GLOSS. *et* LXX *ὄξος*. GLOSS. III 87, 51 *et* 314, 58 acitum. *de* a *brevi v.* LVCIL. 313 aridum acetum. *numerus pluralis deest, cf.* VARRO ling. 9, 66 *et* 67. GRAMM. I 34, 30. 550, 31. II 176, 1 suppl. 85, 3. acetus *masc.*: ORIBAS. eup. 2 O 1 (*bis*). *cf.* GREG. TVR. glor. conf. 64 ferventem acetum. *Hey, Archiv 10 (1898) 284.* [*it.* aceto, *fr.-gall. vet.* aisil. *M.-L.*]

I ***proprie***: *de fabricatione et generibus*: CATO agr. 104 siquid superfuerit post solstitium, acetum acerrimum et pulcherrimum erit. COLVM. 12, 5, 1 quemadmodum ex vino vapido acetum fiat. MACR. sat. 7, 6, 12 *acetum* culpatum vinum est. VLP. dig. 9, 2, 27, 15 qui vinum spurcavit vel effudit vel acetum fecit vel alio modo vitiavit. *cf.* 18, 1, 9, 2. VVLG. num. 6, 3 acetum ex vino et ex qualibet alia potione (*ὄξος ἐξ οἴνου καὶ ὄξος ἐκ σίκερα*). PLIN. nat. 14, 103 e Cypria fico et acetum fit praecellens atque Alexandrino quoque melius *cf.* 23, 117. 21, 82 hac (*sc. aqua*) decocta fieri saluberrimum acetum. 25, 84 fit vinum ex ea (*sc. Vettonica herba*) et acetum stomacho et claritati oculorum, tantumque gloriae habet, ut .... PALLAD. 3, 25, 11 acetum sic fit de piris. 2, 15, 5 ex sorbis maturis sicut ex piris vinum fieri traditur et acetum. 3, 25, 19 vinum et acetum fit ex melis sicut ex piris ante praecepi. COLVM. 12, 17, 1 quicquid est aceti, diligenter colatur et in vasa picata bene olida diffunditur. *ibid.* hoc primae notae acerrimi aceti usum praebet. *ibid.* 12, 17, 2 donec satis acris aceti sapor fiat. CIC. fr. F 5, 89 M. acetum Aegyptium (*v. p. 381, 47*). PLIN. nat. 24, 102 Alexandrinum *v. l. 62.* MART. 13, 122 amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti, esset cum vinum, vilior illa fuit. IVV. 13, 85 Pharium *v. p. 380, 18.* HOR. sat. 2, 8, 49 *ius* non sine aceto, quod Methymnaeam vitio mutaverit uvam. SCHOL. Iuv. 13, 216 Falernum. PLIN. nat. 34, 114 haec omnia trita aceto Thasio colliguntur in pilulas. CATO agr. 116 laserpicium aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpiciato. 157, 6 aceto mulso spargito *brassicam*. PLIN. 14, 114 quin et acetum melle temperabatur *cf.* 29, 60 *et* 61. 14, 21. CELS. 5, 19 p. 179 aceti scillitici heminam (*cf.* PLIN. nat. 19, 93 scilla quamquam medicamini nata exacuendoque aceto). SCRIB. LARG. 76 ad suspirium facit bene inter simplicia quidem acetum scillites quod vocant. PLIN. nat. 23, 59 acetum scillinum inveteratum magis probatur *cf.* 20, 98. 23, 59. COLVM. 12, 59, 1 aceti piperati exiguum permisceto. PLIN. nat. 24, 10 *gallae* crematae et aceto salso extinctae *cf.* 23, 61. 35, 177 *sulpur* aceto sandaracato admixtum. GLOSS. III 571, 7 oxigagaron (*i. ὀξύγαρον*) acetum garo mixtum. SEN. nat. 3, 21, 2 vini vis existit in aceto. PLIN. nat. 14, 131 proprium ... *est* inter liquores vino mucescere aut in acetum verti *cf.* HIER. vit. Hilar. 27 (Migne 23, 42). SYMPHOS. 83 *tit.* vinum in acetum conversum. SEN. contr. 7 praef. 3 idem (*sc. Albucius*) res dicebat omnium sordidissimas: acetum et puleium et .... VLP. dig. 33, 6, 19 vino legato acetum quoque continetur. PLIN. nat. 14, 64 Tiberius Caesar dicebat ... *vinum Surrentinum* esse generosum acetum.

de usu: PLIN. 14, 125 aceti ... nequitiae inest virtus magnos ad usus, et sine quis mitior vita degi non possit. *ad cibos*: PLAVT. Rud. 937 hic rex cum aceto pransurust et sale, sine bono pulmento. CATO agr. 58 ubi oleae comesae erunt, hallecem et acetum dato. MORET. 112 exiguique super vires infundit aceti. HOR. sat. 2, 2, 62 veteris non parcus aceti. 2, 8, 49 *v. p. 379, 74.* MART. 7, 25. 5 nec cibus ipse iuvat morsu fraudatus aceti. IVV. 13, 84 comedam ... flebile nati sinciput elixi Pharioque madentis aceto. CATO agr. 117 *oleas albas* exprimat et in aceto coiciat. 119 addito oleum, acetum. 156, 1 *brassicam* crudam si edes, in acetum intinguito ... ante cenam esto crudam ex aceto *cf.* VARRO rust. 1, 2, 28. VVLG. Ruth 2, 14 intinge buccellam tuam in aceto. CATO agr. 157, 5 voles eam ... aceto sparsam esse, salubrius nihil est *et* 6 quo libentius edis, aceto mulso spargito. 167 pernas ... perunguito oleo et aceto conmixto. PLIN. nat. 14, 119 vitis ipsa manditur decoctis caulibus summis, qui et condiuntur in aceto ac muria. *cf.* 19. 153 condiuntur *cardui* ... accto melle diluto. *nota*: *i. q. sapor aceti* (*?*): PLIN. nat. 19, 188 apio eximunt coqui obsoniis acetum *cf. p. 398, 83.* *de potione*: HOR. sat. 2, 3, 116 acre potet acetum. PERS. 4, 32 *Vettidius* pannosam faecem morientis sorbet aceti. MART. 10, 45, 5 Vaticana *vina* bibas, si delectaris aceto. 11, 7 qui faece rubentis aceti ... carere potes. 12, 13 imputet ipse deus nectar mihi, fiet acetum. IVV. 3, 292 cuius aceto (*i. q. vinum acidum*), cuius conche tumes? SPART. Pesc. 10, 3 iussit vinum in expeditione neminem bibere, sed aceto (*i. q.* posca) universos contentos esse. GALLICAN. Avid. Cass. 5, 3 praeter laridum ac buccellatum atque acetum militem in expeditione portare prohibuit. CAPITOL. Gord. 28, 2 quae (*sc. civitas limitanea*) totius anni in aceto, frumento ... condita non haberet. VEG. mil. 70, 15 aceti ... omni tempore necessitas declinanda. 133, 4 aceti ... congerendae sunt copiae. TERT. spect. 30 hic est ille ... felle et aceto potatus. VVLG. psalm. 68, 22 dederunt in escam meam fel: et in siti mea potaverunt me aceto (*ἐπότισάν με ὄξος*). *cf.* AVG. in psalm. 8, 2 (Migne 36, 110) civ. 18, 23 p. 287/COMM. apol. 418. HILAR. in psalm. 61, 5 cum felle acetum. 68, 1 qui (*Ioannes apostolus*) in potatione aceti consistere consummationem scripturarum testatus est. VVLG. Ioan. 19, 29 *et* 30 *cf.* SIDON. carm. 16, 49 qui (*Christus*) etiam poenas suscepta in carne tulisti sustentans alapas ... fel, missile, acetum. FAVST. REI. serm. 2 p. 231, 29 iuvenis accipiat aceti potationem. CYPR. GALL. num. 78 laticem mordacis vitet aceti. VICT. VIT. 3, 44 *Arrianus* praecepit, ut acetum asperum nimisque acerrimum quaereretur.

in re domestica: CATO agr. 117 feniculum et lentiscum condat in acetum. VARRO rust. 2, 11, 4 alii pro coagulo addunt de fici ramo lac et acetum. PLIN. nat. 23, 117 fici sucus lacteus aceti naturam habet, itaque coaguli modo lac contrahit. COLVM. 12, 4, 5 ad hoc (*sc. ad condiendum*) necessarium esse aceti et durae muriae usum. PLIN. nat. 14, 120 nonnusquam prioris vini faece acetove condiunt *mustum*. 14, 128. 17, 261 cinerem aceto conspergi ipsasque (*sc. vites*) inlini. 262 plagam fibrasque *vitium* aceto acri et urina madefacere 19, 112 ulpicum ... tritum in oleo et aceto mirum quantum increscit spuma. PLIN. nat. 20, 43 Varro *cepam*, quae sale et aceto pista est ..., vermiculis non infestari auctor est *cf.* 18, 308. 20, 218 Varro coriandro subtrito et cumino acetoque carnem omnem incorruptam aestati servari putat. PLIN. nat. 33, 94 ignis ... aceto maxime restinguitur. VARRO rust. 1, 2, 25 fel bubulum cum aceto mixtum, unguito lectum *adversus cimices.* *in medicina*: PLIN. nat. 23, 54 vini etiam vitium transit in remedia aceto. CATO agr. 157 edes ... brassicam ex aceto oxymeli et sale sparsam. PETRON. 47 profuit mihi tamen malicorium et taeda ex aceto. 136 vulnus cruris ... aceto diluo. PLIN. nat. 1 indices lib. 23, 27 *medicinae ex* aceto ... *et* 28 aceto scillino ... 32 faece aceti *cf.* 29, 30. 20, 65 addito dulci (*abl. abs.*) ad intinctum aceti. 24, 9 *gallae* inlinuntur adversus ... panos cum aceto. 24, 10 inmaturae ex iis aceto potae lienem consumunt, eaedem crematae et aceto salso extinctae menses sistunt. SER. SAMM. 241 cinerem dentis cervini extinguere aceto convenit. 84 pruritus ... salsos levat umor aceti. 135 bulbos et sulphura iungit aceto. 159 iungentur aceto mascula tura simul. 165 saepe chelidoniae rapidum sociatur acetum. 186 mixto totum fervescat acetum. 347 *mammae* faece igitur valida saevi (duri *al.*) reprimentur aceti. *de vario usu aceti in medicina cf.* CELS. COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat. CAEL. AVR. PELAGON. *et ceteros medicinam tractantes passim.* *superstitiose*: PLIN. nat. 23, 56 nuper ab aspide calcata percussus utrem aceti ferens quotiens deposuisset, sentiebat ictum. 28, 49 cardinibus ostiorum aceto adfusis.

de vario usu et variis proprietatibus: PLIN. nat. 33, 64 contra salis et aceti sucos, domitores rerum, constantia superat omnia aurum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sis. hist. 107 puppis aceto madefactis centonibus integuntur. Vitr. 10, 20 (14), 3 coriis ... fartis ... paleis in aceto maceratis circa tegatur machina. Liv. 21, 37, 2 ardentia ... saxa infuso aceto putrefaciunt. Plin. nat. 33, 71 hos (*sc. silices*) igni et aceto rumpunt. *cf.* Ivv. 10, 153 *Hannibal* diducit scopulos et montem rumpit aceto. Amm. 15, 10, 11 quam (*sc. rupem*) cremando ... acetoque infuso dissolvit *Hannibal*. Serv. Aen. 10, 13 (*cf.* Vitr. 8, 3, 19 Varro Men. 484 *v. l. 55*). Hor. sat. 2, 3, 240 filius Aesopi ... detractam ex aure Metellae, scilicet ut deciens solidum absorberet, aceto diluit insignem bacam. *cf.* Val. Max. 9, 2 *filium Aesopi constat* ... aceto ... liquatos magnae summae uniones potionibus aspergere solitum. Plin. nat. 9, 120 unum tantum vas ante eam (*sc. Cleopatram*) posuere aceti, cuius asperitas visque in tabem margaritas resolvit. 35, 37 omnis *cerussa* ex plumbo et aceto fit *cf.* 38 fit et ... sile ... restincto aceto. Vitr. 7, 12, 1. 8, 3, 18. Colvm. arb. 2, 1 rubrica cum aceto (acoeto *al. v.* acoetum), ne pluviis abluatur, permixta denotat. Plin. nat. 35, 43 *atramentum* quod aceto liquefactum est, aegre eluitur. 24, 110. 111. 116. 8, 192 lanae ... si addatur acetum, etiam ferro resistunt. 24, 3 cummis aceto facilius eluitur. 11, 242 *caseos* redire in musteum saporem aceto et thymo maceratos certum est. 16, 53 haec (*sc. pix*) ... aceto spissatur ut coagulo. 18, 82 glutinum ... temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu. 37, 98 aiunt hebetiores *carbunculos* in aceto maceratos XIIII diebus nitescere. 37, 134 fieri ... hebetes ceraunias *gemmas*, quas in nitro et aceto maceratas ... concipere stellam. Vitr. 7, 11, 2 *glaeba silis* aceto extinguitur et efficitur purpureo colore. Plin. nat. 33, 65 aes ... accensum ... restinguitur sale, aceto, alumine. 34, 129 haec (*sc. pompholyx*) aceto accepto odorem aeris praestat. 33, 123 fit *hydrargyrum* aereis mortariis pistillisque trito minio ex aceto. 34, 149 *ferrum* aceto aut alumine inlitum fit aeri simile. 33, 108 spuma *argenti* abluitur aceto aut vino simulque restinguitur. 33, 88 pulvis *chrysocollae* ... ex aceto maceratur. Vitr. 8, 3, 18 ovum in aceto si diutius positum fuerit ... *cf.* Plin. nat. 10, 167 ova macerata aceto. 29, 49 *ovorum* maceratorum in aceto molliri diximus putamen. 2, 132 tenui remedio aceti in advenientem *typhonem* effusi, cui frigidissima est natura. Gell. 17, 8, 14 acetum ... omnium maxime frigorificum est atque id numquam tamen concrescit. Macr. sat. 7, 6, 12 quid aceto frigidius, quod culpatum vinum est? solum enim hoc ex omnibus humoribus crescentem flammam violenter extinguit, dum per frigus suum calorem vincit elementi. Plin. nat. 9, 77 ferunt aceti gustu praecipue eas (*sc. murenas*) in rabiem agi. 10, 181 rabies ea *suis feminae* mitigatur naturae (*i. q. genitali*) adsperso. *nota*: *de quovis acido liquore*: Tac. hist. 5, 6 ater suapte natura liquor et sparso aceto concretus innatat (*de lacu asphaltico*). *proverbialiter*: Vvlg. prov. 10, 26 sicut acetum (ὄμφαξ) dentibus et fumum oculis, sic piger his, qui miserunt eum. 25, 20 acetum (ὄξος) in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. *per comparationem*: Cic. fr. F 5, 89 quod alterius ingenium sic (*dulce, acidum*) ut acetum Aegyptium, alterius sic acre ut mel Hymettium dicimus. *vide etiam* acoetum.

II ***translate, cf. l. 46.*** Plavd. Pseud. 739 ecquid is homo habet aceti in pectore? :: atque acidissumi. Bacch. 405 nunc experiar, sitne aceto tibi cor acre in pectore. Truc. 178 in melle sunt linguae sitae vostrae atque orationes, facta atque corda in felle sunt sita atque acerbo aceto: eo dicta lingua dulcia datis, corde amara facitis. Avg. in ep. Ioann. ad Parth. 4, 6 puta, quia melle te vult implere deus: si aceto plenus es, ubi mel pones? Varro Men. 484 alteram viam deformasse Carneadem virtutis e cupis acris aceti (*cf.* Liv. 21, 37, 2 *v. l. 3*). Hor. sat. 1, 7, 32 Graecus, postquam est Italo perfusus aceto, ... exclamat .... Pers. 5, 86 stoicus ... aurem mordaci lotus aceto. Pavl. Nol. carm. 10, 262 male dulces fermentare iocos satirae mordacis aceto saepe poetarum, numquam decet esse parentum.

adduntur adiectiva: Plavt. Pseud. 739 acidissumum. Cato agr. 104 acre. *ibid.* acerrimum et pulcherrimum (*cf.* Cels. 4, 9. 6, 13 Colvm. 12, 49, 6). Plavt. Truc. 179 acerbum (*cf.* Macr. sat. 7, 12, 30). Vict. Vit. 3, 44 asperum nimisque acerrimum. Pelagon. 252 austerum. Hor. sat. 2, 2, 62 vetus. Plin. nat. 23, 61 recens. Macr. sat. 7, 12, 30 liquidissimum inter ceteros umores ... acore tristificum. Plin. nat. 14, 64 generosum. 14, 102 praecellens atque Alexandrino quoque melius. 21, 82 saluberrimum. Pelagon. 456 optimum. Colvm. 6, 12, 4 calidum (*cf.* Plin. nat. 32, 91 caldum). Gell. 17, 18, 14 frigorificum (*v. l. 35*). Colvm. 12, 57, 1 album acre (*cf.* Plin. nat. 34, 116 album quam acerrimum). Pers. 5, 86 mordax (*cf.* Cypr. Gall. num. 78). Ser. Samm. 165 rapidum. 347 saevum (*al.* durum). 37 durum. 322 triste. 850 vehemens (*cf.* Greg. Tvr. glor. conf. 64). Pallad. 8, 8, 2 digestioni et saluti accommodum. Scrib. Larg. 2 residuum. *Oertel.*

aceua (*an* acena?) *inter nomina volucrum* Pol. Silv. p. 543, 22.

Ach *indecl.* Chalc. comm. 126 Aegyptiorum prophetae stellam quandam aliquot annis non visam verentur, quam vocant Ach. porro sidus hoc exoriens morbos populorum ... denuntiat.

Achāb *indecl.*, אַחְאָב, *nom. vir. hebr.* **1** *rex Ἀχαάβ* Vvlg. III reg. 16—22. IV reg. 1, 1. 3, 1. 3, 5. 8—10. 21, 3. 21, 13. II par. 18. 21—22 Mich. 6, 16. Hier. nom. hebr. p. 41, 3 Ahab frater patris (Isid. orig. 7, 6, 77). *proper Nabuthae necem infamis* Tert. pudic. 6 ieiun. 7 adv. Marc. 4, 10 Cypr. ad Fort. 11 p. 337, 5 Filastr. 16, 1. 26, 3 Fvlg. aet. mund. p. 159, 14 (Acab). Ambr. Nab. 9, 41—43 epist. 38, 8 poen. 14 Hier. epist. 77, 4 Avg. epist. 185, 41 in psalm. 77, 28 Svlp. Sev. chron. 1, 43, 1. 1, 44 Cassian. conl. 1, 19, 4. 2, 3, 2. 24, 17, 3 Greg. M. hom. in Ezech. 1, 10, 44 moral. 2, 38 Avell. 26, 1. 4. 40, 12 Itin. Ant. 586 Itin. Silv. 4, 2. 16, 3. Hier. chron. a. Abr. 1082 Iord. Rom. 46 Chron. Alex. 274 Lib. geneal. 144. 392 *al.* Lib. gener. 277 (Achaz). 342. 343 (Achap). Lib. gener. a. 334, 155 (Agab). **2** *pseudopropheta Ἀχιάβ* Vvlg. Ier. 29, 21—22.

[**Achabās**] *acc. plur.* Serv. Verg. Aen. 4, 146 *Agathyrsos Scythas* Melissus ab Homero Achabas appellari ait. *contulit Thilo Homeri Il. 13, 5 cum schol. ἀγανῶν Ἱππημολγῶν.*

Achad *indecl.*, אַכַּד, *Ἀρχάδ, opp. Babyloniae.* Vvlg. gen. 10, 10. Itala Aug. civ. 16, 3 Archad. Lib. geneal. 131 Archad (*codd. Florentini* Arcath, *Sangall.* Arcad). Hier. nom. hebr. p. 10, 21 Archath insidiae. sit. et nom. p. 83, 25 Archath urbs regni Nemroth in Babylone. porro Hebraei hanc esse dicunt Mesopotamiae civitatem, quae hodieque vocatur Nisibi. Cypr. Gall. gen. 382 hic Babylona locat Orichamque Archata et Acallam. *Lommatzsch.*

Achaea, Achaeī *v.* Achaia.

Achaemenēs, -is, *Ἀχαιμένης, nom. vir. Persicum, Graecae linguae accommodatum.* **1** *primus Persarum rex.* Hor. carm. 2, 12, 21 *exit in* dives Achaemenes. Tac. ann. 12, 18 Mithridates ... *proles* magni Achaemenis. Schol. Stat. Theb. 1, 719 ab Achaemene, Persei et Andromedae filio. **2** *Aegyptius v.* Achamenes. **Achaemeneus.** Avell. p. 755, 10 pater Cyri regis Achaemeneus vocabatur. **Achaemenis,** -idis, *Ἀχαιμενίς.* **1** Avell. p. 755, 6 sqq. chrysolithus lapis ... fit ... in puteali petra: sic appellatur locus ad litus Achaemenidis Babylonis. nominant autem et Babylona et puteum illum petrae Achaemenida. *nota*: *huc videtur pertinere* Not. Tir. 99, 95—97 achades achimenatis berillus. **2** *herba f.* Plin. nat. 24, 161 achaemenida colore electri sine folio ... *tradit Democritus*, qua pota in vino noxii per cruciatus confiteantur omnia ...; eandem hippophobada appellat, quoniam equae praecipue caveant eam. ind. 24, 102 achaemenide. nat. 26, 18 achaemenide coniecta in aciem hostium trepidare agmina ac terga verti. Ps. Apvl. herb. 58 Graeci polion, alii pheuxaspidion, alii achemenin ... vocant. **Achaemenē,** -ēs. Schol. Stat. Theb. 8, 286 Achaemene Parthorum seu Medorum civitas est. **Achaemenidae,** -ārum, *Ptolemaeo Ἀχαιμενίδαι, gens Persidis prope Carmaniam flumen.* Plin. nat. 6, 98 Achaemenidas. *unde* Scl. 54, 6 Achaemenidis *dat. adi.* **Achaemenius,** -a, -um, *Ἀχαιμένιος, Persicus.* Gratt. 315 Achaemenio ... Cyro: *Achaemenis filio.* Stat. silv. 5, 3, 187 Persen. Sidon. carm. 2, 51 Persa. Stat. Theb. 8, 286 puer. Clavd. rapt. Pros. 3, 265 regi. Lvcan. 2, 49 Susis. Clavd. epith. nupt. Honor. 224 de Tigride. Ov. met. 4, 212 urbes. Sil. 15, 570 arcu. Lvcan. 8, 224 campis. Hor. carm. 3, 1, 44 costum. Sed. op. pasch. 1, 17 furoris. Stat. Theb. 1, 718 gentis. Sed. carm. pasch. 1, 200 iram. Avien. orb. terr. 474 lucis. Symm. epist. 4, 34 more. Hor. epod. 13, 8 nardo. Sil. 15, 23 odorem. Avien. or. mar. 665 ortui. Sil. 7, 647 ritu. Prop. 2, 13, 1 sagittis (Merob. carm. 3, 7). Ven. Fort. 7, 18, 17 signis. Avson. epigr. 37, 1 telas. *subst. Persa*: Mar. Victor carm. 1, 238 quod Medus redolet vel crine soluto fragrat Achaemenius. Schol. Stat. Theb. 1, 719 Persae ab Achaemene ... nunc Achaemenii dicuntur. *al.* **Achaemenida,** -ae. Mythogr. 1, 72 Chimaera monstrum Chironis et Achemenidae filia. **Achaemenidēs,** -is, *Vlixis socius, ab Aenea servatus, quem Graeci non commemorant.* Verg. Aen. 3, 614. 691 Ov. Ib. 415 met. 14, 167. Macr. sat. 4, 3, 16. Ov. met. 14, 161 Achaemeniden (Pont. 2, 2, 25). *voc.* Ov. met. 14, 163 Achaemenide. *abl.* Fvlg. Virg. cont. p. 93, 22 Achemenide. Serv. auct. Verg. Aen. 3, 691 de Achaemenide.

Achaetus, -ī *Siciliae fluviolus prope Helorum.* Sil. 14, 267 *in partes Poenorum* venit ... Netum et Mutyce pubesque liquentis Achaeti (*v. l.* Archaeti, Areti).

Achāia, -ae, *Ἀχαία.* Corp. IX 4966 (*teste Sabino*) ...> cos Achaea capta: *vix genuina.* Pol. Silv. p. 539, 17 *codd. vett. exhibent* Acaia. *idem* Chron. Gall. p. 640, 327. Not. Tir. 86, 31 Achaia (-ia *post add.*). Corp. III 7271 (*Corintho, descr.*) *gen.* Achaiai. *in hexametris* Achāĭa *ante ultimum trochaeum*: Prop. 2, 28, 53 Ov. met. 4, 606. 8, 268. 13, 325 epist. 8, 13. 15, 185. 16, 209 Gratt. 531 Avson. 386, 1. *contra in pentametris* ⏑–⏑: Ven. Fort. carm. 5, 2, 14 Andreae monitis extat Achaia seges. *item* 8, 3, 142 laud. Mar. 294. Vitr. 2, 6, 5 fossicia harenaria ... Achaiā Asiā omnino trans mare nec nominantur quidem. Vvlg. act. 18, 27 cum ... vellet ire Achaiam (*εἰς τὴν Ἀχαΐαν*). *contra* II Cor. 1, 1 in universa Achaia (I Thess. 1, 8). Hier. chron. a. Abr. 619 Achaia ab Achaeo condita. *unde* Isid. orig. 14, 4, 14. 15, 1, 48. *nota*: Hier. nom. hebr. p. 67, 4 Achaia soror laborans. p. 73, 24 Achaia frater quis aut frater eius vel frater domini vel frater meus dominus. *cf.* p. 75, 11. 77, 21. *v. Brandis, PW. I 156 sqq.*

A *provincia inter Pthiotidem et Thessaliam ad Pagasaeum sinum sita (Peloponnesiacae patria? cf.* Serv. Aen. 1, 242). Liv. 41, 22, 6 per Pthiotidem Achaiam. 42, 67, 9 in Achaiam Pthiotim. *cf.* Herodot. 7, 173.

B *una ex Peloponnesi regionibus, quas enumerant primi* Mela 2, 39 in Peloponneso Argolis Laconice Messenia Achaia Elis Arcadia

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(2, 42). PLIN. nat. 4, 1 Achaia Messenia Laconica Argolis. VITR. 4, 1, 3 Achaia Peloponnesoque tota (PLIN. nat. 18, 215). TAB. Peut. 7, 4/5 *in Peloponneso* Achaia Arcadia. PLIN. nat. 4, 12 Achaiae nomen provinciae ab Isthmo incipit. antea Aegialos vocabatur propter urbes in litore per ordinem dispositas (MART. CAP. 6, 652). *cf.* SVET. Cal. 21 Nero 19. *oppida sunt*: LIV. 36, 21, 5 *Patrae.* 27, 32, 11 *Dymae.* PLIN. nat. 4, 13 Panhormus ... Rhium ... *Phera al. cf.* 4, 22. 14, 116 *al.* SEN. epist. 91, 10. GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 506, 3 apud provintiam Achaiam in civitate Patras (mir. Andr. 1. 21 *al.*). *nota*: PLIN. nat. 2, 205 mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio. *provinciae limites incertos fuisse Romanis scriptoribus atque a Graecorum vetusta diversos docet* PLIN. nat. 4, 12 *aliique inter Achaiae — sive provinciae sive concilii Achaici — oppida, flumina enumerantes*: LIV. 32, 37, 3 Corinthum *cf.* FLOR. epit. 1, 32, 1. CARM. epigr. 3 *L. Mummius* Achaia capt(a) Corinto deleto Romam redieit triumphans (PLIN. nat. 34, 12. 34, 36). *cf.* VELL. 2, 38, 5 VAL. MAX. 7, 5, 4. PLIN. nat. 19, 20 circa Elim in Achaia. FLOR. epist. 1, 23, 15 (PLIN. nat. 19, 158). SEN. quaest. 6, 8, 2 Alpheon ... in Achaia mergi et in Sicilia ... effundere amoenissimum fontem Arethusam (3, 26, 5). SOL. 7, 10 Inachus Achaiae amnis Argolicum secat tractum. OROS. 4, 2, 7 Argos Achaiae florentissimam urbem (*Pyrrhi aetate*). SVLP. SEV. dial. 2 (3), 17, 6 Achaiae sinum *puta Saronicum. totam intellexerunt Peloponnesum*: AMPEL. 7, 4 (*vetera compilans*) Achaiam id est Peloponnesum. OROS. 1, 2, 58 IORD. Rom. 151. 218 Get. 27, 140 RAVENN. p. 398, 18. *nota*: ISID. orig. 14, 4, 14 Achaia ... urbs et provincia ... undique septa est mari. *cf.* HIER. chron. a. Abr. 619. *provinciae Graecae mentio fit inde a* CIC. epist. 13, 26, 2 CAES. civ. 3, 56, 1. 3, 56, 2. 3, 4, 2 *al.* BELL. Alex. 44, 2 LIV. *saepe.* VITR. 4, 1, 5 VELL. 2, 38, 5 PLIN. nat. 4, 32. 6, 215 *al.* IVST. prol. 26, 6. 31, 4 SOL. 2, 54 LIB. gener. p. 98, 88, 27 CHRON. Alex. p. 98, 62, 27 EVTR. 4, 3 p. 66, 2. LIV. 25, 15, 7 movit *Thurinos* non Tarentinorum magis defectio Metapontinorumque, quibus indidem ex Achaia oriundi ... cognatione iuncti erant. SEN. dial. 11, 7, 1 Scythia et totus ille ferarum indomitarumque gentium tractus civitates Achaiae Ponticis inpositas litoribus ostentat. LIV. 33, 15, 16 Achaia omnis magno liberata metu. 34, 41, 4 commune Achaiae concilium. VEN. FORT. carm. 8, 3, 142 nobilis Andream mittit Achaia suum. laud. Mar. 294.

C *haec provincia (an Peloponnesi?) universae Graeciae epicorum aetate nomen dedit*: GLOSS. III 487, 7. 506, 11 Graecia. PROP. 2, 28, 53 et quot Troia tulit vetus et quot Achaia formas. OV. met. 13, 325 auxilium promittet Achaia Troiae: *hic, ut fit,* Achaia *dicitur pro* Achaeis. epist. 15, 185 quam pauper Achaia nostrast. 16, 209 quid de me poterit Sparte, quid Achaia tota, quid gentes Asiae, quid tua Troia loqui *dicit Helene.* 8, 13 Achaia victrix. met. 4, 606. 8, 268 dives Achaia. GRATT. 531 *equos* meritā ... signat Achaia palma. AVSON. 386, 1 quattuor antiquos celebravit Achaia ludos (*Anthol. gr. 9, 357 ἀν' Ἑλλάδα*). MYTHOGR. 1, 202, 3 DARES 5 p. 7, 14 DICT. prol. OROS. 1, 7, 3. *ut poetae et mythographi ita alii scriptores*: VITR. 2, 6, 5 *v. p. 382, 70.* CVRT. 4, 5, 14 insulas inter Achaiam atque Asiam. PLIN. nat. 13, 116 (*oppos.* Italia). *cf.* 13, 115. ITALA Filastr. 138, 6 in Achaiam verbum meum mittam (VVLG. Graeciam. *εἰς τὴν Ἑλλάδα*). CENS. 19, 5 in Achaia Arcades. FILASTR. 142, 8. *nota*: CORP. VIII 12331 (*prov. proc., Antonini aetate*) Saturno Achaiae Aug(usto) sacr. *contulit Schmidt* 10564 Cereri Graecae. *v. adi.* Achaeus *p. 385, 42 et* Achaicus *p. 384, 30.*

D *provincia Romana inde ab a. u. c. 609, Corintho a Mummio deleta*: PLIN. epist. 8, 24, 2 cogita te missum in provinciam Achaiam, illam veram et meram Graeciam, in qua primum humanitas, litterae etiam fruges inventae esse creduntur. *provinciae limites per tempora, in primis rei publicae liberae aetate et Augusti et imperatorum incertos fuisse constat (v. Brandis l. c. p. 193).* TAC. ann. 2, 53 apud urbem Achaiae Nicopolim (*in Acarnania*). APVL. met. 6, 18 Lacedaemo Achaiae nobilis civitas. 10, 18 patria Corintho, quod caput est totius Achaiae provinciae. EVTR. 5, 6, 1 Athenae civitas Achaiae. *inde a* CIC. (*in primis in epistulis*) *apud scriptores, historicos et geographos,* LIV. *excepto. coniuncta praecipue cum Asia*: CIC. epist. 15, 15, 2 SEN. suas. 6, 11 VELL. 2, 23, 3. 2, 101, 3 TAC. orat. 30 (ann. 5, 10. 15, 45) ann. 4, 13 *et Macedonia*: VAL. MAX. 7, 5, 4 SEN. nat. 6, 1, 13 SVET. Claud. 25 IVL. VAL. 1, 45 VVLG. act. 19, 21 Rom. 15, 26 I Thess. 1, 7 *al.* MON. Ancyr. 5, 35 *sq.* colonias in Africa Sicilia Macedoniá utráque Hispániá Achaia Asia Syria ... militum dedúxi. CORP. VIII 7059 (*a. 138*) P. Pactumeio ... Clementi ... procos. in Achaia (7060. VI 1779 *ca. a. 384.* XIV 3900 procos. prov. Achaiae. IX 4965 X 4750. 3723. 5061 *ca. a. 323.* EPHEM. epigr. 8, 104 ad CORP. II. III 11208. VVLG. act. 18, 12). X 4864 (*Venafri*) quaest(ori) pro pr(aetore) prov. Achaiae (1122. *cf.* XIV 3595 *Tusculi*). VIII 18269. XIV 2609 quaestori provinciae Achaiae. *paulo ante* leg(ato) provinciae Achaiae (X 1254 *Nolae*). *multa contulit Ruggiero, Dizionario di Antichità Romane s. v. adamaverunt scriptores* tota (provincia) Achaia *sim., Peloponnesi provincia ne errore intellegeretur*: CIC. Flacc. 63 ex Achaia cuncta. VELL. 1, 12, 1 universa Achaia (PLIN. nat. 4, 22. VVLG. II Cor. 1, 1 *ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαίᾳ*). APVL. met. 10, 18 totius Achaiae provinciae. *contra* OV. epist. 16, 209 *v. p. 383, 42.* *dicitur* provincia Achaia *tam Peloponnesiaca quam Romana inde a* VAL. MAX. 7, 5, 4

PLIN. nat. 4, 12 (*Graec.*) PLIN. epist. 8, 24, 2 SVET. Claud. 25. 42 APVL. met. 10, 18 ITIN. Anton. 487. 488 (*Graec.*) MART. CAP. 6, 652 (*Graec.*) GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 506, 3 (*Graec.*) *al. semper fere in titulis v. s.* CIC. epist. 13, 28, 2 omnes Achaiae civitates. VITR. 4, 1, 3. SEN. dial. 11, 7, 2 *provinciae Graecae.* LIV. 32, 38, 1 de Achaiae urbibus (*Graec.*). *cf.* SEN. epist. 91, 9. PLIN. nat. 34, 12 Achaiae oppidis (*Graec.*). CAES. civ. 3, 3, 2 liberis Achaiae populis. COLVM. 9, 14, 19 Achaiae regionibus (VVLG. II Cor. 11, 10). *adi.* **Achāius,** -a, um, *Ἀχαιός. in codicibus pro* Achaicus *nonnumquam traditur v.* Achaicus *et* Achaeus. VERG. Aen. 2, 462 Achaica castra (Achaia *F*). catal. 5, 2 (*v. p. 384, 35*). HOMER. 790 assurgunt Troes ad Achaia bella (Achaica *codd. recc.*). **Achaius,** -ī *nom. graec.* CORP. VI 8324 (*in olla deperdita*) a. d. IIX K. Sep. Otacila Acai (Mai(or) *proposuit Mommsen,* Ac⟨h⟩ai *Garrucci*). *adi.* **Achāicus,** -a, -um, *Ἀχαϊκός. v. adi.* Achaius, *quod haud raro eodem loco atque* Achaicus *traditur.* LIV. 48, 17, 4 Acaico *V. saepe in versibus, semper* Achāicus *sim.*: VERG. Aen. 5, 623. 2, 462. HOR. carm. 1, 15, 35. 4, 3, 5 OV. met. 12, 70 MANIL. 4, 614 SEN. Thy. 122 COLVM. 10, 173 SIL. 15, 306 SIDON. carm. 2, 475.

A *ad* Achaia *B*: CIC. Att. 11, 14, 1 Achaici deprecatores. 1, 13, 1 hominibus. MANIL. 4, 614 arva. CIC. Phil. 11, 17 bello. *cf.* LIV. 27, 32, 10. 35, 35, 5 VAL. MAX. 7, 5, 4 SEN. nat. 7, 15, 1 FLOR. epit. 1, 32, 1 *et* 3. HYG. ap. Gell. 10, 16, 17 Argivum ... bellum id est Achaicum. IVST. prol. 34, 2 IVST. 34, 2, 1. IVST. prol. 33, 3 civitates. LIV. 36, 31, 2 concilium. 36, 34, 1. *saepe per libros* 36 *ad* 43. HOR. carm. 4, 3, 5 curru. PANEG. p. 255, 26 litus. PLIN. nat. 33, 149 victoriae. *ad* Achaiae *situm*: AMM. 19, 12, 10 Patras, Achaicum oppidum. SEN. Thy. 122 Argos ... Achaicum. SIL. 15, 306 Pelopis sedes et Achaica adire moenia (*Elidis*). ISID. orig. 13, 16, 7 *sinus Ionici* partes esse Adriaticum (*mare*), Achaicum et Epiroticum *cf.* GLOSS. III 246, 5 Achaicum mare *ἡ Ἀχαικὴ θάλασσα. nota*: TERT. monog. 16 p. 787 Iunonis Achaicae et Dianae Scythicae et Apollinis Pythici. *v.* Achaia *p. 383, 54 et* Achaeus *p. 385, 42.*

B *ad* Achaia *C*: VERG. Aen. 5, 623 manus. 2, 462 et Danaum solitae naves et Achaica castra (*v. l.* Achaia). HOR. carm. 1, 15, 35 uret Achaicus ignis Iliacas domos. OV. met. 12, 70 dextera. *unde Graecus in universum*: VERG. catal. 5, 1 ite hinc, inanes, ite rhetorum ampullae, inflata rhoso non Achaico verba. COLVM. 10, 173 murra. SIL. 14, 5 rura (SIDON. carm. 2, 475). SIDON. epist. 6, 12, 7 Achaicis Eleusinae superstitionis exemplis.

C *ad* Achaia *D*: CAES. civ. 3, 5, 3 classi. CIC. ad Brut. 1, 15, 5 cursu. VERR. 1, 6 ille Achaicus inquisitor *Verres.* epist. 4, 4, 2 negotium. SVET. Nero 51 peregrinatione (19 Vesp. 4). AMM. 15, 8, 1 tractu. TREB. Gall. 5, 5 urbibus. NOT. Tir. 86, 32. **Achāicus,** -ī, *Ἀχαικός. cogn. vir.* VELL. 1, 13, 2 uterque imperator devictae a se gentis nomine honoratus, alter (*Scipio*) Africanus, alter (*Mummius*) appellatus est Achaicus (PLIN. nat. 35, 24 PLIN. epist. 8, 6, 2 AVR. VICT. vir. ill. 60). 2, 128, 2 Mummiumque Achaicum. *in titulis*: CORP. VI 21223 P. Licinius P. et (mulieris) ⟨l.⟩ Achaicus. IX 5482. IX 44 (*Brundisii*) M. Antonius M. f. Maec. Achaicus (quattuor)vir aed. pot. X 2539 (*Puteolis*) Ti. Iulius Achaicus sibi et Iulio Corinto. XI 239 (*Ravennae*) Q. Venerius Q. f. Quir. Manlius Achaicus. III 11699 (*in Norico*) Aur. Achaicus. *nom. graec.*: VVLG. I Cor. 16, 15 Fortunati et Achaici ... *primitiarum* Achaiae. CORP. VI 19649 (*e columbariis*) Ach⟨aicus C. Iuli⟩ Proculi ser(vus). *ibid.* Achaicus et Ianuaria. **Achāica,** -ae, *Ἀχαικῆ, cogn. mul.* SVET. Galb. 3 *Galba uxorem* habuit Mummiam Achaicam ... proneptem ... L. Mummi. *cf. paulo post.* CORP. XIV 1305 (*Ostiae*) Manlia Achaica. VIII 8071 (*prov. Numidiae*) Horatia C. f. Achaica. **Achāis,** -idis *et* -idos *f.*, *Ἀχαΐς.* **1** *adi. ad Achaiam, Graeciam pertinens*: OV. met. 15, 293 Helicen et Burin, Achaidas urbes. 5, 306 perque tot Haemonias et per tot Achaides urbes (3, 511 Achaidas). **2** *subst. Graecia*: OV. met. 7, 504 imperiumque peti totius Achaidos. 5, 577 in Achaide. *opp. Margianae regionis*: PLIN. nat. 6, 48 oppidum Heraclea ab Alexandro conditum, quod deinde subversum ac restitutum Antiochus Achaida appellavit (SOL. 48, 4). *cogn. mul.* CORP. VI 15347 Claudia Achais. 20, 851 Iuniae Achaidi Domitius Echio uxori carissimae. *adi.* **Achāias,** -adis, *Ἀχαιάς, f.* OV. epist. 3, 71 inter Achaiadas longe pulcherrima matres (Acheiadas *P*, Achaiades P^2G). **Achaeus,** -ī, *Ἀχαιός. Graeci varii. praeclarissimus Achaeorum eponymus*: SERV. Verg. Aen. 1, 242 'Achivis' ab Achaeo Iovis et Pithiae (Pthiae. *cf.* Achaeos Pthiotas) filio dicti (ISID. orig. 9, 2, 73. *cf.* Achaia *p. 382, 74*). *v. Töpffer, PW. I, 205.* OV. Ib. 541 vati ... Achaeo. *Syriae rex*: OV. Ib. 299 *Achaeus* miser aurifera teste pependit aqua. IVST. prol. 30. *v. Wilcken, PW. I, 206.* COD. Iust. 4, 13, 4 (*a. 294*) AA. et CC. Achaeo. *cogn. vir.*: CORP. VIII 4719 (*Madaurae*) Fl. Emerita Flavi Achaei fil. *adi.* **Achaeus,** -a, um, *Ἀχαιός.* CIC. Att. 11, 16, 2 Achai M^1. LIB. gener. p. 107, 197, 46 Achai *cf.* NOT. Tir. 86, 31. CIC. Att. 11, 15, 1 Achei *M.* CHRON. Alex. p. 107, 167, 46. p. 119, 256 *et* p. 120, 262 ab Acheis: *hanc scripturam frequentant libri.* MELA 1, 93 Achaeon limen (*Ἀχαιῶν λιμήν*). *nota ad* Achaeos Ponticos: TAB. Peut. 10, 1 Achei. 10, 2 Acheon (*Ἀχαιῶν*). RAVENN. p. 77, 2 *et* p. 368, 6 Acbeon *libri* (Guido p. 532, 23), *editi* Acheon. p. 169, 15 *et* 170, 6 iuxta mare Ponticum ... Agaeon. Achaeus (Achaei) *usque ad* TAC. *239ies* (LIV. *192ies*) *legitur, 21ies apud poetas, qui pro adiectivo usurpant praeter* PACVV. trag. 136 Achaeos (*emend. in* Achi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vos). Stat. silv. 5, 3, 222 *v. l. 34. restat* Ivv. 3, 61 (Achaeae *P superscr.*, Achivi Achaei ω). Ov. Pont. 4, 10, 27 *sunt* Achaei Pontici.

Achivus (Achivi) *usque ad* Apvl. *62ieus, in oratione pedestri 8ieus. omnibus locis agitur de Troianis et Achivis.* Isid. orig. 9, 2, 73 Achaei, qui et Achivi ab Achaeo Iovis filio dicti. *v.* Achaia *p. 383, 25.* **A** *ad* Achaia *A*: Liv. 33, 34, 7 Achaei Pthiotae (33, 32, 5. 36, 15, 7). **B 1** *plur. subst.*: *ad* Achaia *B*: Cic. Att. 11, 15, 1 Achaei *sunt* Achaici deprecatores *v. p. 384, 19* (11, 16, 2). Liv. *saepissime inde a. lib.* 27 *ad* 45. Vell. 1, 3, 1. 1, 11, 2 Cvrt. 4, 13, 29. 6, 1, 20. 6, 3, 2. Ivst. *et* Ivst. prol. *saepe.* Oros. 5, 3, 2 *et* 3. Ter. Mavr. 658 quamque *ἴτυν* dicunt Achaei, hanc vitym gens Aeoli. Liv. 27, 30, 6. 27, 30, 12. 28, 7, 17 *saepius* concilium Achaeorum (31, 25, 2 contioni). *totam fere amplectebatur Peloponnesum*: 32, 33, 8 Corinthum et Argos. 32, 5, 7 Orchomenon et Triphylian et Heraean. 38, 34, 9 *civitatem* Lacedaemoniorum. 35, 12, 7 Achaeos ... dominantes in Peloponneso. 35, 37, 2 societati Achaeorum. 32, 19, 1 *et* 4. 39, 35, 7 *saepius* Achaeorum gentem. Val. Fl. 3, 542 Nymphis ... Achaeis. Plin. epist. 10, 65, 3 Tac. ann. 6, 18. Avg. civ. 3, 11. *nota*: Avr. Vict. Caes. 33, 3 ut Thraciam Gothi libere pergressi Macedonas Achaeosque et Asiae finitima occuparent. **2** *adiective de* Achaeis *ut* Achivis, *qui Thebas obsident*: Stat. Theb. 4, 721 ducibus ... Achaeis. 6, 651 gentis Achaeae. 3, 619 manus. 6, 549 famula. 10, 128 Achaeum | pervigil adversat vallum (*vix* Achaeûm *Ἀχαιῶν ad finem hexametri*). 5, 505 nemoris (*Nemeae*). 1, 116 omnis Achaei ora maris. Lvcr. 6, 1116 Atthide temptantur gressus oculique in Achaeis finibus. Liv. 33, 18, 2 peditibus (33, 18, 5). 33, 18, 10 milites. 35, 22, 2 legati. Liv. 42, 51, 9 Lyco Achaeus. Sol. 2, 10 a Myscello Achaeo. **C 1** *plur. et substantive*: *ad* Achaia C: **a** Pacvv. trag. 136 *v. p. 384, 84.* Cato orig. 3, 71 Achaei Troia domum redeuntes. Plin. nat. 4, 28 *Hellenas* Homerus tribus nominibus appellavit: Myrmidonas et Hellenas et Achaeos. Lib. gener. p. 107, 197, 46. Chron. Alex. p. 107, 167, 46 Grecique et Achei. p. 119, 256. p. 120, 262. **b** *ut mythographi ita alii per* Achaeos *omnes Graecos complexi sunt*: Colvm. 1, 3, 6 Sen. benef. 5, 16, 6 Plin. nat. ind. 6, 5. Stat. silv. 5, 3, 222 (achates *codd.*). Ivv. 3, 61 *v. p. 385, 1.* Treb. Gall. 6, 1. Sol. 27, 8 Achaei Tripolim lingua sua signant de urbium trium numero. *cf. sing. collective*: Ter. Mavr. 458 sic et *Αἰνείαν* Achaeus, noster Aenean vocat. **2** *adiective ad 1a*: Val. Fl. 3, 697 terris (8, 147 Stat. Ach. 2, 62). 6, 46 urbes. Stat. Theb. 2, 164 oppida. Ven. Fort. carm. 7, 12, 11 Aiax in clipeo murus Achaeus (*πύργος Ἀχαιῶν*). *ad 1b*: Lvcan. 7, 635 sanguis ibi fluxit Achaeus Ponticus Assyrius. Stat. silv. 5, 3, 141 praemia (*v. Vollmer ad l.*). Svlpicia sat. 25 stadio. Avson. 294, 5 nomen. *nota*: Tert. ux. 1, 6 Achaeae Iunoni (*ibid.* Africanae Cereri). *v.* Achaia *p. 383, 53* et Achaicus *p. 384, 32.* **D** *ad* Achaia *D*: Cic. div. in Caec. 64 Sest. 94 Pis. 90 prov. 5. *cum nomine*: Cic. ap. Non. 225 pro negotiatoribus Achaeis. **E** *ad Caucasum*: Sall. frg. 3, 74 (Schol. Iuv. 15, 115) omnium ferocissimi ... Achaei atque Tauri sunt, quod ... locorum egestate rapto vivere coacti *cf.* Ov. Pont. 4, 10, 27 nec potes infestis conferre Charybdin Achaeis. Vell. 2, 40, 1 Colchos Heniochosque et Achaeos. Mela 1, 13. 1, 110. Plin. nat. 6, 16. 6, 30 ad Pontum usque Heniochorum plura genera, mox Achaeorum. Avien. orb. terr. 867 (*Dionys. Perieg. 682 cf.* Amm. 22, 8, 25 *et* Prisc. perieg. 665). Tab. Peut. *et* Ravenn. *et* Guido *v. p. 384, 80. v. Tomaschek, PW. I 204.*

portus Achaeōrum, *Ἀχαιῶν λιμήν, in Troade*: Plin. nat. 5, 124 portus Achaeorum, in quem influit Xanthus Simoenti iunctus. Mela 1, 93 Achaeon limen non longe ab Ilio litora incurvat ... hic Achivorum fuit bellantium statio (*ad ultima cf.* Plin. nat. 4, 49). *ab hoc diversus* Plin. nat. 4, 82 sq. *prope Olbiopolin et Miletopolin* portus Achaeorum. insula Achillis, tumulo eius viri clara (*cf.* 4, 49 Cynos sema ... Hecubae tumulus statio Achaeorum). *v. Hirschfeld et Tomaschek, PW. I 205.* *adi.* **Achīvus,** -a, -um. [*tractum a gr. Ἀχαιϝοί Th.*] Prisc. gramm. II 74, 17 'ai' dipthongus conversa in 'i' longam interposita ... 'v' pro consonante ut 'Achīvus' pro *Ἀχαιός*. Frag. inc. com. 140 Verg. Aen. 2, 318. 11, 266: Achivom *gen. plur.* Sen. Tro. 1119 Val. Fl. 3, 86 Homer. 657 Stat. Theb. 1, 448. 11, 157: Achivûm (*item* 4, 118 *adiective*). Apvl. met. 10, 33 Avson. 429 Oros. 4, 20, 29: Achivorum. Serv. Aen. 1, 242 (*v. p. 384, 68*). Isid. orig. 9, 2, 73 Achaei, qui et Achivi ab Achaeo Iovis filio dicti. *ad usum cf. adi.* Achaeus. *adhibent substantive et adiective auctores Troicorum, Argonauticorum, Thebaicorum. raro poetae optimae aetatis usurpant pro universa Graecia vel parte, quod adamant* Lavd. Sedvl. *alii.*

A *de bello Troiano*: **1** *plur. subst.*: Gloss. Achivis Graecis. Pacvv. trag. 136 (*e corr.*). 217 (*e coni.*). Enn. trag. 142 ut hoc consilium Achivis auxili fuat. 165. Acc. trag. 358 Plavt. Bacch. 936 Cic. carm. div. 2, 64 (*bis*). Verg. Aen. *saepe.* Hor. sat. 2, 3, 194. *nota*: Hor. epist. 2, 2, 14 *unde venit in proverbium*: quidquid delirant reges plectuntur Achivi. Ov. met. *saepe.* rem. 479 Liv. 1, 1, 1 Fest. 269. 343 Sen. Tro. 853 epist. 27, 5 Mela 2, 33 Homer. 100. 151. 387. 506. 661 Stat. Ach. 1, 774. 924 Sol. 1, 2. Avson. 421, 4 quae mille dedit discrimina Achivis (*ἦ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν*). 429. Frag. inc. com. 140 classem Achivom. Cic. div. 1, 24 exercitus. Verg. Aen. 11, 266 ductor (*Agamemnon*) *cf.* Apvl. met. 10, 33 duces. Sen. Tro. 1119 turba. Homer. 657 casusque expendit Achivum *Iuppiter.* Mela 1, 93 Achivorum ... bellantium. Avson. 243 discordes. Cat. 64, 366 fessis. Prop. 2, 8, 31 fractos in litore.

3, 18, 29 ignaros. Homer. 638 invictis. Hor. carm. 3, 3, 27 pugnaces. Stat. silv. 1, 1, 14 saevos. Hor. epist. 2, 1, 33 unctis. **2** *adi.*: Gloss. V 260, 28 Achivus Graecus *adi.?* Ov. epist. 1, 21 castris. Acc. trag. 522 classibus. Hor. carm. 4, 6, 18 flammis. Ov. met. 14, 191 gentem. 13, 113 populi (*gen.*). Gloss. V 137, 3 principibus (*cf.* Verg. Aen. 1, 488). Avson. 424 rebus. Clavd. carm. min. 46, 7 reges. Ov. fast. 5, 645 turba.

B *in Argonauticis*: **1** *plur. subst.*: Ov. met. 7, 142 Val. Fl. 4, 737. 5, 434 *saepius.* 3, 86 sequitur vis omnis Achivûm. **2** *adi.*: Val. Fl. 6, 450 duci (*Iasoni*). Sen. Med. 227 gentis. Val. Fl. 6, 607 Virgo, iubae laetabile sidus Achivae. Ov. met. 7, 56 servatae pubis Achivae. Val. Fl. 8, 347 semiviri (*Iasonis*). **C** *in Thebaicis*: **1** *plur. subst.*: Stat. Theb. 11, 21 pallentes. 10, 779 saevos. 10, 187 trepidos. 1, 448 rex o mitissime Achivum (*Adrastus*). 11, 157 sanguis Achivum. 3, 608 Inachidae vosque o socii de sanguine, Achivi (*clamat Amphiaraus*). **2** *adi.*: Stat. Theb. 7, 647 Abas cornu deprensus Achiva. 7, 488 duces. 4, 118 *Lyrcie* fluviorum ductor Achivum. 10, 235 turmae. **D** *ad Achaiae incolas vel Graecos in universum*: **1** *plur. subst.*: Verg. Aen. 6, 837 *Mummius* caesis insignis Achivis. Oros. 4, 20, 29 Philopoemenes dux Achivorum. Iord. Rom. 214. Hil. hist. fragm. 12, 1 Aegyptii omnes et Achivi. Clavd. 5, 425. 10, 179. **2** *adi.*: Ov. Pont. 1, 4, 33 telluris. Act. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 91 Achivo ritu. Act. lud. saec. sept. 4 (Corp. VI 32329) 6 Graeco Achivo rit⟨u⟩. Clavd. 26, 564 campis. 20, 214 vastator Achivae gentis (28, 440 plagae). Sedvl. carm. pasch. 1, 186 sermonis. Marc. Com. chron. 88, 2 Iacobus natione Achivus. 75, 2 Eudociam Achivam. **Achīvia,** -ae *f. nom. gent. ab* Achivus? Corp. VI 10487 (*descr. Schmidt*) Achívia P. f. Rufa.

Achalachala, -ae, *Persarum* achhache, *graecae linguae adaptatum.* Amm. 24, 2, 2 ad munimentum ... Achaiachalam *ad Euphratem.* *Diehl.*

?**Achal** *tanquam nom. hebr. affert* Hier. nom. hebr. p. 56, 28 Achal omnia. *Lommatzsch.*

Achalē *insula Lusitaniae orae adiacens.* Avien. or. mar. 183 *sq.* insula | Achale vocata ab incolis. *Diehl.*

Achalgai *civitas.* Hier. sit. et nom. p. 86, 1 Ahie, quae et Achalgai. pro hac Symmachus interpretatur 'in collibus'. est autem e regione quondam Moab, nunc Areopoleos, ad orientalem plagam. *respicit ad* Vvlg. num. 21, 11 Ieabarim עִיֵּי הָעֲבָרִים, LXX *Ἀχαλγαὶ ἐκ τοῦ πέραν. adiectivum* Achīnus: Cypr. Gall. num. 547 Achina ... arva. *Lommatzsch.*

Achamenēs, -is. *Aegyptius* Ivst. prol. 3, 3 *ab Artaxerxe* dux ... Achamenes victus est. *sic Ruehl cum codd. recc. ad inscr. Behistan. codd. vett.* Acthamenes Acth(a)emens. *Diehl.*

Achamōth *indecl. f., Ἀχαμώθ. aeon Valentinianorum*: Tert. adv. Val. 14 Euthymesis sive iam Achamoth quod abhinc scribitur hoc solo ininterpretabili nomine. *ibid.* Euthymesis de actu fuit, Achamoth unde, adhuc quaeritur. 15—32. 19 feminam Achamoth. Ps. Tert. catal. haer. 4 Iren. 1, 4, 1 *et passim. derivatum*: Achamōthiānus: Tert. adv. Val. 27 spiritali *substantia* Achamothiana.

Āchān *indecl.*, עָכָן, *Ἀχαρ, nom. vir. hebr.* Vvlg. Ios. 7. 22, 20. *propter furtum infamis* Ps. Cypr. dupl. mart. 20 p. 233, 18 Lib. geneal. 337 Hier. sit. et nom. p. 89, 33. *idem* Achar, עָכָר, Vvlg. I par. 2, 7 Avg. quaest. Ios. 7 Salv. gub. 6, 2. 7, 81. Cassian. conl. 1, 20, 3 Achor. Prvd. psych. 537 cum victor concidit Āchar (*v. l.* Acham, Achan) *in fine hexametri.* Acharus: Cypr. Gall. Ios. 173 Ăchărus. 208 Ăchārus. 502 Ăchāri. *cf.* Hier. sit. et nom. p. 118, 19 cum ille Achan dictus sit et non Achor sive Achar. *Lommatzsch.*

achanum *vel* **-us,** -ī. Veg. mul. 4, 2, 1 *malleum morbum* plerumque achanum vulgus appellat (*cf. ἀχανής*). *Diehl.*

Achar *indecl.*, עָכָר, *Ἀχόρ, nom. vir. hebr.* Vvlg. I par. 2, 27. *aliud v.* Achan.

Acharan *indecl., opp. Palaestinae.* Hier. nom. hebr. p. 24, 24 Acharan turbans eos *respicit ad* Vvlg. Ios. 19, 28, *ubi* Vvlg. Abran, LXX *Ελβών, sed cod. Alex. et* Euseb. p. 224, 73 Lag. *Ἀχράν. Lommatzsch.*

Achareus *pancratiastes ab Hercule Olympiae devictus*: Hyg. fab. 273 p. 147, 5. *v. Tümpel, PW. I 209.*

acharis, *ἄχαρις. adi.* Vvlg. Sir. 20, 21 homo acharis quasi fabula vana. *adv.* **achariter.** Vvlg. Sir. 18, 18 stultus acriter improperabit (*μωρὸς ἀχαρίστως ὀνειδιεῖ*). acariter, achariter *em. Thielmann, Archiv 4 (1887) 600 ex* Avg. spec. p. 133, 16 stultus achariter inproperabit (*codd. opt.*). *cf.* acarizo.

Acharistio, -ōnis, *Ἀχαριστίων. deperditae fabulae Plautinae titulus*: Plin. nat. 14, 92 *Plautus* in Acharistione. Non. 157 in Acaristione *sic libri.*

acharistion, *ἀχαρίστιον.* Gloss. II p. XIV acharistion sine gratia. *antecedit* eucharistia bona gratia.

acharistum, -ī, *ἀχάριστον, n.* (Cels. 6, 6, 6). Marc. med. 8, 15 collyrium acharistum Theodotium (8, 214. *cf.* Cels. *l. c.*). 20, 92 antidotum acharistum *bis.*

acharnē, -ae *f. piscis genus.* [*a Graecis tractum, cf. c. ἀχαρνός. Th.*] Lvcil. 21. 22 abdomina thynni advenientibus priva dabo cephalaeaque acharnae. *an huc quoque pertinet* Enn. sat. Apul. apol. 39 calvaria pinguia tarne (*sic F*, carne φ, *vulgo* Atarnę), *ubi* ⟨a⟩carnae *Vahlen?* Plin. nat. 32, 145 peculiares ... maris: acipenser aurata asellus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acharne aphye .... *huc videntur trahendae* GLOSS. II 22, 27 atharna *ἰχθύος εἶδος*. II 23, 13 attitarna *εἶδος ἰχθύος*. **acernia,** -ae. GLOSS. III 186, 60 *ὄρφος* (II 13, 40 acernum *σφενδάμνινον ὄρφος contaminata v.* acernus). CASSIOD. var. 12, 4, 1 Bruttiorum mare dulces mittat acernias. ORIBAS. syn. 4, 15 p. 17 scorpius dracuri treclae acernia glaucus ... in mari animalia. *ad* acar- *et* acer- *cf.* Acarnania *et* Acernania. *nota* PLIN. VAL. 5, 16 *pisces* duras habentes carnes, qualis est acernia (*trad.* acerma). POL. SILV. (chron. I) p. 544, 7 *inter nomina natantium* acerna.

Acharnē, -ēs, *Ἀχάρνη, Magnesiae Thessalae oppidum.* PLIN. nat. 4, 32. **Acharnae,** -ārum, *Ἀχαρναί, pagus Atticus.* STAT. Theb. 12, 623 quaeque rudes thyrsos hederis vestistis, Acharnae. **Acharneus,** *Ἀχαρνεύς.* SEN. Phaedr. 21 tepidis subditus austris frigora mollit durus Acharneus (acharnan *codd.*).

Acharrae, -ārum. *Thessaliae meridionalis oppidum.* LIV. 32, 13, 13 Acharras per deditionem receperunt *Aetoli. v. Hirschfeld, PW. I 210.*

Acharus v. Achan.

achasius, -ī *m.* LEX Sal. capit. 1, 7 *mulier vidua* qui se ad alium maritum donare voluerit ... si in dotis XXV solidos accepit, III solidos achasium parentibus qui proximiores sunt marito defuncto donet. *ibid.* achasius debetur. *ibid.* achasium quem. *ibid.* solidi VI in achasium dentur *et* in achasium debentur. *ibid.* achasium dedi ut pacem habeam parentum. *singulis locis variae lectiones sunt* adesium, adhesium, hacesium.

Achatē *v.* Hecate.

achātēs, -ae, *ὁ ἀχάτης, c.* GLOSS. IV 302, 39 acate. IV 202, 27 acathe. CORIPP. Iustin. 4, 369 acat *Matr.*[1] NOT. Tir. 99, 95 achades. *gen.*: AVELL. p. 753, 1 amethysti et achati, berylli et chrysolithi. *dat.*: PLIN. nat. 37, 177 achatae. CYPR. GALL. exod. 1101 achati. *acc.*: PLIN. nat. 37, 5 achaten (SOL. 5, 25). AVELL. p. 754, 25 achatem. *abl.*: AVELL. p. 754, 18 achate. *al.* PLIN. nat. 37, 5 achaten (*intellege 'gemmam'*), in qua. 37, 139 achates ... reperta. ind. 37, 54 achatae, genera eorum. ISID. orig. 16, 11, 1 achates ... est ... nigra: *contra* SOL. 5, 25 achaten ... lapidem ... repertum. *paulo post*: achates ... in quo. AVELL. p. 754, 18 *sqq.* CLAVD. 10, 91 *sq.* despectusque ... achates *cf.* GLOSS. V 4, 15. AVG. mus. 2, 8, 15 Bacchius ex brevi et duabus longis ut achates (Achates). **A** GLOSS. genus lapidis (lapidum) *cf.* SERV. Verg. Aen. 1, 174. *origo*: PLIN. nat. 37, 139 achates in magna fuit auctoritate, nunc in nulla est, reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis (*v.* Achates A), postea plurimis in terris (SOL. 5, 25 GLOSS. V 4, 15 PRISC. perieg. 502 ISID. orig. 11, 6, 34. 16, 11, 1). AVELL. p. 754, 21 circa Scythias invenitur. *descriptio*: PLIN. nat. 37, 139 excellens amplitudine, numerosa varietatibus. *locus praeclarus*: AVELL. p. 754, 18 *sqq.* GLOSS. V 4, 15 veluti galbani coloris ... Veneri consecratus. ISID. orig. 16, 11, 1 nigra habens in medio circulos nigros et albos iunctos et variatos, similis haemathiti. PLIN. nat. 37, 5 *Pyrrhi* achaten, in qua novem Musae et Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed naturae sponte ita discurrentibus maculis (SOL. 5, 25 MAR. VICTOR Aleth. 3, 130 PRISC. perieg. 504). *usus*: AVELL. p. 754, 22 cum aqua tritus et inlitus super loca, quae morsu contracta sunt viperae vel scorpii ceterorumque serpentium, venena depellit. SERV. Aen. 1, 174 si quis hunc lapidem in anulo habuerit, gratiosior est (*cf.* PLIN. nat. 37, 5). *v.* Achates. **B** ISID. orig. 16, 11, 1 magi suffitu earum, si creditur, tempestates avertunt, flumina sistunt. LVCAN. 10, 114 nec summis crustata domus sectisque nitebat marmoribus, stabatque sibi non segnis achates purpureusque lapis. CLAVD. 10, 91 despectusque solo calcatur achates (*i. pavimenti loco*) *cf.* SIDON. carm. 11, 22. CORIPP. Iustin. 4, 369 pretiosus achates. *coniunguntur*: VVLG. exod. 28, 19 *et* 39, 12 in tertio *ordine* ligurius achates et amethystus (HIER. epist. 64, 16 AVELL. p. 745, 19. 757, 21). *multa composita adfert* PLIN. nat. 37, 139. AVELL. p. 746, 8 sardachates *v. Nies, PW. I 211.* **B** *pro magnete*: AVSON. 334, 316 spirat enim tecti testudine corus achates adflatamque trahit ferrato crine puellam (*Arsinoes Philadelphi simulacrum magnete in cori figuram formato adtractum. cf.* PLIN. nat. 34, 148).

Achātēs, -ae *vel* -is, *Ἀχάτης.* **A** *Siciliae amnis prope Selinuntem, achate qui iuxta reperiebatur praeclarus.* PLIN. nat. 3, 90 Achates (achate *codd.*) *cf.* 37, 139 (SOL. 5, 25 Achatae. PRISC. perieg. 502. ISID. orig. 14, 6, 34 ex Achate flumine. 16, 11, 1). SIL. 14, 228 perlucentem splendenti gurgite Achaten. *v.* VIB. SEQ. geogr. p. 145, 22 Achates Siciliae, qui pari nomine lapillos edit, unde gemmae fiunt. *v.* achates *A sub origine.* **B** *Aeneae comes apud* VERG. (*unde* OV.), *quem cpici graeci non commemorant. semper in fine hexametri.* FVLG. Virg. cont. p. 92, 15 Acates (*sim.* p. 91, 2. 92, 13). *etymologia*: SERV. Verg. Aen. 1, 312 'uno graditur comitatus Achate': ... tractum nomen a graeca etymologia. *ἄχος* enim dicitur sollicitudo, quae regum semper est comes (*cf.* SERV. Verg. Aen. 6, 159. *ad* VERG. *nota* OV. fast. 3, 603). *aliter* FVLG. Virg. cont. p. 92, 15 Acates enim Grece quasi aconetus, id est tristitiae consuetudo. SERV. Verg. Aen. 1, 174 'silici scintillam excudit *Achates*': ... Achates adlusit ad nomen, nam achates lapidis species est. bene ergo ipsum dicit ignem excusisse. *v.* achates. *declinatio*: GRAMM. suppl. 97, 21 Achates ... primae *est* declinationis. *nom.*: CHAR. gramm. I 41, 9 possunt ... etiam Latinum habere nominativum velut ... Achata Achatae. *gen.*: VERG. Aen. 10, 343 Achatae. PRISC. gramm. II 245, 12 *Ἀχάτης Ἀχάτου* Achates Achatae (PROB. gramm. IV 29, 11 GRAMM. suppl. 132, 4). PROB. gramm. IV 125, 34 quaeritur, qua de causa 'huius Achatis' dicatur ..., cum dicat Vergilius 'uno comitatus Achate', utique iam 'huius Achatis' facere pronuntiavit. VERG. Aen. 1, 20 fortis Achati (PLIN. Char. gramm. I 132, 22 'fortis Achati' et 'acris Oronti'). *contra* PROB. gramm. IV 81, 12 fortis Achatae *ex Vergilio. acc.*: Achaten: VERG. Aen. 10, 331. 1, 644 (-tem *P*). FVLG. Virg. cont. p. 92, 13 Acaten *al. voc.*: VERG. Aen. 1, 459 Achate. SERV. Verg. Aen. 10, 332 omnia nomina, quae in 'tes' exeunt, vocativum in 'a' mittunt, ut 'Achates Achata'. *abl.*: VERG. Aen. 1, 312 Achate (1, 696). PROB. gramm. IV 194, 13 ablativo casu numeri singularis 'a' littera terminantur ... Anchises Acestes Achates, et ab Achate. VERG. Aen. 1, 188 fidus (6, 158. 8, 521 *al.*). 1, 120 fortis (1, 579). 10, 343 magni. 1, 644 rapidum. VERG. Aen. 8, 466 comes (SERV. Verg. Aen. 1, 174). 1, 696 duce. OV. fast. 3, 607. *v. Rossbach, PW. I 211.* **C** *cogn. vir.* CORP. VI 11941 Cn. Antius Calpurni Achatis f. Apollinaris (*ibid.* L. Calpurnius L. l. Acestes).

Achaton *nomin. Aetoliae mons.* PLIN. nat. 4, 6 (*v. l.* Acathon Agathon). *Diehl.*

Achax *v.* Aiax.

Āchāz *indecl.*, אָחָז, *Ἄχαζ. rex Iudae* VVLG. IV reg. 15, 38. 16—18 *al.* Matth. 1, 9. PS. CYPR. pasch. 11 Achas. HIER. chron. a. Abr. 1259 SVLP. SEV. chron. 1, 47, 5. 1, 49, 5 AVG. civ. 18, 22. 18, 27. IORD. Rom. 52. 53 Achas. GREG. TVR. hist. Franc. 1, 15 ISID. orig. 5, 39, 17 LIB. gener. a. 334 167, 45 LIB. geneal. 569. LIB. gener. 335, 11 Agaz. 332, 45 Acaz. CHRON. Alex. 282. 283 Achas *al.* HIER. nom. hebr. p. 60, 11 Aaz adprehendens (ISID. orig. 7, 6, 73). p. 51, 30 Achaz adprehendens vel tenens (p. 44, 18 Aaz continens aut adprehendens). *ad eundem respicit* p. 44, 10 Aazia adprehendens deum vel fortitudo domini sive fortitudo eius *cf.* p. 60, 10. GLOSS. V 338, 54 Achaz virtus.

Achazīb *indecl.*, אַכְזִיב, *Ἀσχαξί. opp. maritimum Palaestinae, Ἐκδίππων, Ἔκδιππα*, Ecdippa (PLIN. nat. 5, 17). VVLG. iud. 1, 31. *idem* Ios. 19, 29 Achziba, אַכְזִיבָה, *Ἐχοζόβ.* HIER. nom. hebr. p. 24, 13 Achazib mendacium sive stultitia. sit. et nom. p. 95, 12 Achzif in tribu Aser ... haec est Ecdippa in nono miliario Ptolomaidis pergentibus Tyrum. *Lommatzsch.*

Acheldemach *v.* Hacheldemach.

Acheli, Achillei *v.* Helchia.

Achelōus, -ī, *Ἀχελῷος.* LIB. gener. p. 111, 229, 26 Achelous (*v. l.* Achlelous. Acelbus *ut* FREDEG. chron. p. 25, 22). CHRON. Alex. p. 111, 201, 26 Achelmus. RAVENN. p. 207, 4 Acielous. *nom.*: CLAVD. carm. min. 30, 174 Acheloius iret (*formam graecam, exempli gr. Dionysii Periegetae, interpretatur Birt praef. VIII adn. 4.* achelous *A. idem* SIDON. carm. 2, 497: *Heinsius* Achelous abiret *ad* STAT. Theb. 7, 553). TAB. Peut. 7, 4 acelovm fl. X, *quod* RAVENN. p. 378, 5 *pro oppido sumpsit.* p. 193, 8 Achelois. *gen.*: Acheloi SEN. Herc. O. 586 *al.* *acc.*: OV. am. 3, 6, 103 Acheloon (STAT. Theb. 7, 416). *contra* PLIN. nat. 8, 45 Acheloum (MACR. sat. 5, 18, 3. 5, 18, 4). ITIN. Anton. 325 Achelou fluvium. *voc.*: OV. am. 3, 6, 35 Acheloe (met. 8, 560. 8, 614. 9, 68 fast. 5, 343). *abl.*: OV. fast. 2, 43 Naupáctoo Acheloo. *alii. commemoratur a poetis* (OV.) *et geographis.* **A** *amnis*: PLIN. nat. 4, 5 amnis Achelous e Pindo fluens atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens (SOL. 7, 3). OV. am. 3, 6, 103 Acheloon et Inachon amnem (PLIN. nat. 2, 201. 8, 45. 11, 267. 37, 162 *cf.* SOL. 7, 4 MYTHOGR. 2, 165). MELA 2, 53 flumen (MYTHOGR. 1, 87. 2, 101). SERV. Verg. Aen. 8, 300 fluvius (ITIN. Anton. 325 MYTHOGR. 1, 186). PROP. 2, 34, 33 Aetoli *cf.* VIB. SEQ. geogr. p. 145, 15. STAT. Theb. 2, 731 turbidus. AVIEN. orb. terr. 667 pulcher (DIONYS. perieg. 497 *δίνῃς ἀργυρέῃς*). 593 virides sulcans terras (DIONYS. perieg. 433 *ὄλκον ἄγων*). LVCAN. 6, 363 tuus, Oeneu, paene gener (*Achelous*) crassis oblimat Echinadas undis. STAT. Theb. 7, 553 Inachus ante retro nosterque Achelous abibit. *v. Hirschfeld, PW. I 213.* **B** VIB. SEQ. geogr. p. 146, 26 Achelous ex Pindo monte ⟨per⟩ Perrhebiorum fines in Maliacum mare decurrit (*vix recte*). **C** *numen*: SERV. Verg. georg. 1, 8 Acheloos Terrae fuisse filius dicitur. *contra* HYG. fab. praef. *Ponti (Ὠκεανοῦ) et Maris (Τηθύος) filius dicitur.* MAECEN. frag. 6 hic nympha cingit omnis Acheloum senem. OV. fast. 2, 43 Naupactoo. SEN. Herc. O. 496 Achelous omnes facilis in species dari (*cf.* 300 *sqq.* OV. met. 8, 614. 9, 68 SERV. Verg. Aen. 8, 300 MYTHOGR. 1, 58). OV. met. 8, 549 imbre tumens ... ait (*tam fluvius quam deus*) *cf.* 560. STAT. Theb. 7, 416 Acheloon utroque deformem cornu. CLAVD. carm. min. 30, 174 Acheloius ... decolor *v. p. 388, 43* (*cf.* OV. met. 9, 96 epist. 9, 139 am. 3, 6, 35. SIDON. carm. 2, 497. 11, 87). *nota* MYTHOGR. 1, 58 Alpheus qui et Achelous. **D** *translate pro aqua*: OV. fast. 5, 343 donec eras mixtus nullis, Acheloe, racemis. SERV. Verg. georg. 1, 8 sicut Orpheus docet, generaliter aquam veteres Acheloum vocabant. *planius* (*v.* Acheloius) *idem docet* MACR. sat. 5, 18, 3—11. *cf. Callim. epigr. 29 Wil. v. Wentzel, PW. I 214.* **E** *nom. et cogn. vir.*: NOT. scav. 1885 p. 496. CARM. epigr. 1542 *in titulo Lucensi* Achelous et Heorte. CORP. X 740 (*Surrenti, bonae aetatis*) M. Lívii Acheloí. **Achelōē,** -ēs. HYG. fab. 14 p. 47, 15 harpyias ... Alopien Acheloen Ocypeten. **Achelōis,** -idis, *Ἀχελωΐς. nympha Ache-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

loi, plur. nymphae in universum: COPA 15 virgineo libata Achelois ab amne. COLVM. 10, 263 Pegasidum comites Acheloidas. *Sirenes*: OV. met. 5, 552 vobis, Acheloides, unde pluma pedesque avium cum virginis ora geratis. CLAVD. rapt. Pros. 3, 254. *cogn. mul.*: CORP. VI 9447 Maria Achelois vivit. *adi.* **Achelōius,** -a, -um, Ἀχελῷος. **1** *ad* Achelous *A*: PRISC. perieg. 522 amnis. STAT. Theb. 2, 472 arbusta. 6, 832 litora. 9, 214 stagna. PRISC. perieg. 446 unda (*cf.* AVIEN. orb. terr. 593). *Aetolus*: STAT. Theb. 1, 453 arva (SIDON. carm. 2, 465). 2, 142 heros *i. Tydeus* (8, 522). **2** *ad* Achelous *C*: OV. epist. 15, 265 cornua. met. 9, 413 Acheloia supplex ... Callirhoë. POET. min. 4, 153 Sirenes ... Acheloia proles. **3** *ad* Achelous *D*: VERG. georg. 1, 9 poculaque inventis Acheloia miscuit uvis *cf.* SERV. *ad l.* MACR. sat. 5, 18, 9 Vergilius ait vinum Acheloo Liberum patrem miscuisse. *adi.* **Achelōias,** -adis, Ἀχελωιάς. OV. met. 14, 87 Acheloiadum ... Sirenum scopulos (*codd. optimi* acheloidum). SIL. 12, 33 Sirenum ... una ... Parthenope ... Acheloias. *v. Wernicke, PW. I 212.*

achendrylla *v.* chondrylla.

flumen Achenum *influit sinum Persicum* PLIN. nat. 6, 147 voragini similius quam mari ... flumen Achenum (*v. l.* flumina chenum).

Acherbās, -ae *Herculis Tyri sacerdos, Elissae avunculus et coniunx, a Pygmalione propter opes occisus.* IVST. 18, 4, 5 *sqq.* 18, 6, 5. 18, 5, 13 Acherbam. *in universum* Acerbas, Aceruas *potius traditur quam* Acherbas. *cf.* VERG. Aen. 1, 343 *sqq. et* SERV. *ad l.*

Acherīnī, -ōrum *v.* Scherini.

Acherūns, -untis PLAVT. LVCR. NEP. FRONTO. *forma latina, vulgata* Acheron (*v. p. 389, 80*). PLIN. ap. Prisc. gramm. II 26, 16 sqq. 'o' aliquot Italiae gentes ... non habebant, sed loco eius ponebant 'u' et maxime Vmbri et Tusci ... *fretu* pro freto ... Acherunte (LVCR. 3, 978) ... pro Acheronte ... quae tamen a iunioribus repudiata sunt quasi rustico more dicta. *in* PLAVT. *libris formae cum* u *leguntur exceptis* Merc. 606 Poen. 71 Trin. 494 Truc. 749, *quibus, cod. A deficiente, CD (non B) exhibent* Acheronti *vel* Acherontem. NON. 191 Acherons (PLAVT. Capt. 999 *cod. E*). *inde ortus videtur* Acheros: LIV. 8, 24, 11 *Bruttius fluvius v.* F. VIB. SEQ. geogr. p. 153, 4 *lacus.* GREG. TVR. virt. Iul. 46ª Acharon. *v.* Acheronticus. *prosodia*: Acheruns, Acheruntis *sim.* PLAVT. *14ies.* TRAG. inc. 73. 77. *cf.* Acherunticus. *contra* PLAVT. Poen. 831 quási Acherúntem veneris. *prima syllaba brevis ubique apud* LVCR. *8ies, dactylico metro adaptata. incerta prosodia* PLAVT. Capt. 998. PLAVT. Most. 509 ad cheruntem CD^1, ad acheruntem BD^2. Poen. 344 áb Acherunte *P*, Achaerunte *A*. PLAVT. Trin. 525 *B* Accheruntis. *declinatio*: *nom.* Acheruns: PLAVT. Capt. 999 Amph. 1029. *gen.* Acheruntis: PLAVT. Cas. 158 Trin. 525 TRAG. inc. 77 LVCR. 3, 37. 6, 763 FRONTO p. 229, 11 N. CARM. epigr. 434 MYTHOGR. 2, 12. *acc.* Acheruntem: PLAVT. Cas. 448 Poen. 831 Most. 499. 509 (*v. supra l. 39*): *quasi nomen oppidi pro* in Acheruntem. Poen. 71 *et* Trin. 494 ad Acheruntem. FRONTO p. 228, 25 N. Acherunta: LVCR. 4, 170 (6, 251). *abl.* Acherunte: PLAVT. Poen. 344 (*v. supra l. 40*) TRAG. inc. 73 LVCR. 4, 37: *pro* ex Acherunte. PLAVT. Amph. 1078 *et* NEP. Dion 10, 2 ab Acherunte. LVCR. 3, 628. 3, 978. 3, 984 *pro* in Acherunte. *locat.* Acherunti: PLAVT. Capt. 689. 998 Merc. 606 Truc. 749. *nota* PLAVT. Poen. 431 Acheruntest. *genus*: PLAVT. Capt. 999 nulla ... Acheruns *cf.* NON. 191 (*v. supra l. 32*). *contra* LVCR. 3, 978 Acherunte profundo. **1** *mortuorum sedes*: PLAVT. *omnibus locis velut* Most. 499 nam me Acheruntem recipere Orcus noluit. Poen. 344 quo die Orcus Acherunte mortuos amiserit. TRAG. inc. 73 adsum atque advenio Acherunte. LVCR. 3, 978 profundo *al. cf. l. 53.* NEP. Dion 10, 2 eum suo sanguine ab Acherunte ... redimere. *ad rem cf.* TRAG. frg. inc. 76 *sq.* PLAVT. Trin. 525 Acheruntis ostium in vostrost agro. LVCR. 3, 37 metus. FRONTO p. 229, 11 N. prateis. *nota convicia*: PLAVT. Cas. 157 Acheruntis pabulum. Amph. 1029 *Amphitruo Mercurio*: verbero, etiam quis ego sim me rogitas, ulmorum Acheruns. *cf.* Capt. 650. PLAVT. Poen. 430 non hercle meream ... quantum Acheruntest mortuorum ... neque quantum aquaist in mari *sequuntur alia.* **2** *fluvius inferorum*: LVCR. 6, 763 animas Acheruntis in oras ducere. CARM. epigr. 434 *cf.* add. p. 855 (*Pisauro*) ad infernas sedes Acheruntis ad undas. **3** VIB. SEQ. geogr. p. 153, 4 *inter lacus* Acheros, qua ad inferos creditur iri. **4** *deus*: MYTHOGR. 2, 12 Plutoni tres deserviunt Furiae, Noctis et Acheruntis filiae. *adi.* **Acherūnsius,** -a, -um *v.* Acherusius. **Acheruntia, Acheruntīnī** *v.* Acerentia. *adi.* **Ācherunticus,** -a, -um *ad* Acheruns, *ubi v. prosodiam et 1*: PLAVT. Bacch. 198 regiones colere mavellem Acherunticas. *substantive*: *συμβογέρων*: PLAVT. Merc. 290 quid tibi ego aetatis videor? :: Acherunticus senex vetus decrepitus. *huc traho* PLAVT. Mil. 627 itane tibi ego videor oppido Acherunticus? tam capularis, tamine tibi diu videor vitam vivere? (*ubi* NON. 4 Acheruntius). *adi.* **Acheruntius,** -a, -um *n. plur. subst.*: SERV. Verg. Aen. 8, 398 secundum aruspicinae libros et sacra Acheruntia, quae Tages composuisse dicitur. *v.* Acheronticus.

nota: Cic. epist. 15, 4, 16 philosophiam ... in forum atque in rem p. atque in ipsam aciem paene deduximus. Caes. Gall. 2, 9, 2 inter duas acies contendebatur (Liv. 2, 51, 9 occisi). civ. 1, 46, 3 perequitans. 2, 34, 1 erat vallis. 3, 92, 1 tantum erat relictum spatii (Liv. 10, 36, 2). Liv. 1, 25, 1 procedunt. 7, 10, 9 constitere. Liv. 9, 27, 10. 10, 27, 8. 10, 29, 6. 27, 48, 11. 37, 41, 12. Sen. Phoen. 426 proiciet raptam. *cf.* Stat. Theb. 9, 683. Liv. 6, 24, 2 inter aciem et castra (34, 14, 5). per *v. p. 405, 55.* Liv. 27, 48, 14 cohortis... post aciem circumducit. Amm. 26, 9, 3 *regem* infantem in cunis locavere post aciem. Verg. Aen. 12, 812 flammis cincta (*i. Iuno*) sub ipsa starem acie. Cic. epist. 10, 30, 3 ultra aciem ... processerit. Cvrt. 8, 14, 30 exigebantur.

β acies *est obiectum*: *de administrando aciem*: Bell. Alex. 1, 5 acies uno consilio atque imperio administraretur. Sen. Tro. 1071 arbiter belli ... regebat acies (*Priamus*). Sil. 9, 268 feras ... gentes aciemque ... temperat. *de ornando*: Sall. Iug. 52, 5 aciem exornat. Liv. 4, 33, 6 armatur igni. *v. p. 406, 48.* Val. Fl. 5, 285 apparat. *cf.* Liv. 37, 23, 9.

de ordinando: Cic. Mur. 22 tu actionem instituis, ille aciem instruit (Caes. Gall. 3, 24, 1. 4, 14, 1. 1, 22, 3. 1, 48, 3. 1, 50, 1. 2, 8, 3. 4. 2, 20, 1 civ. 1, 82, 2. 2, 26, 3. 3, 84, 2. 3, 88, 1. 3, 97, 3 Hirt. 8, 29, 1 Bell. Alex. 37, 3. 45, 4. 60, 3 75, 1. Afr. 30, 1 Sall. Iug. 49, 6. 101, 2 Liv. 1, 1, 7 *et passim*. *v. Fügner lex. Liv.* Cvrt. 4, 16, 28 Qvint. inst. 2, 13, 3 Frontin. strat. 2, 1, 2. 3. 2, 3, 12. 2, 5, 34 Tac. Agr. 33 hist. 4, 34. 5, 17. 4, 34 ann. 11, 24 Svet. Aug. 16 Flor. 1, 22, 16. 60 Gell. 10, 9 Dar. 36 Vvlg. I reg. 4, 2. II par. 13, 3). Cic. Sest. 48 instructa acie (Phil. 4, 11 Caes. Gall. 1, 49, 1. 51, 1. 7, 28, 1 civ. 1, 41, 2. 1, 83, 3. 3, 41, 1 Bell. Alex. 39, 2 Afr. 38, 3. 41, 2. 67, 1 Nep. Epam. 9, 1 Liv. 3, 2, 7. 3, 60, 3. 5. 8, 36, 2. 23, 27, 3. 25, 18, 1. 27, 1, 6. 32, 1. 32, 25, 5. 34, 14, 1. 36, 45, 6. 39, 30, 5. 42, 55, 3 Tac. hist. 2, 14 Amm. 16, 10, 4. 22, 2, 4). civ. 1, 70, 3 in *planitie* contra hostem aciem instruit. 1, 82, 1 aciem ... sub castris instruunt (1, 65, 1. 3, 85, 1 Liv. 9, 37, 7. 33, 17, 12. 34, 29, 11 Lvcan. 4, 711 Frontin. strat. 2, 2, 3. 3, 17, 9 Tac. ann. 3, 20). Caes. civ. 1, 43, 3 acie ... in locis idoneis instructa (Bell. Alex. 74, 2 Afr. 51, 6 Nep. Milt. 5, 3 Liv. 23, 44, 4. 31, 24, 10. 42, 58, 11). Galba Cic. epist. 10, 30, 2 acies est instructa ... XII cohortium *cf.* Caes. Gall. 1, 24, 2 civ. 1, 43, 3. Liv. 10, 27, 8 instructae acies starent (37, 38, 8). *sed cf.* Hirt. Gall. 8, 9, 1 instructas velut in acie ... legiones (Vitr. 1, 5, 7). Bell. Afr. 59, 1 exercitūs ... fuerint in aciem instructi. Verg. Aen. 11, 449 instructos acie ... Teucros. Liv. 35, 38, 3 recta acie. Verg. Aen. 9, 41 struere ... aciem (Liv. 9, 31, 10. 42, 7, 4 Tac. hist. 5, 11. 4, 26 Paneg. 9, 6 Amm. 31, 3, 5. 31, 12, 11). Bell. Afr. 60, 1 Caesaris ... acies ... fuit conlocata (81, 1 Frontin. strat. 2, 3, 9). *sed cf.* Caes. civ. 2, 33, 2 productos... in acie conlocat (Bell. Afr. 70, 7 *cf.* Frontin. strat. *p. 403, 56*). Caes. Gall. 2, 19, 6 intra silvas aciem ordinesque constituerant (civ. 1, 40, 5 Hirt. Gall. 8, 14, 5 Bell. Afr. 58, 1 Hisp. 30, 1 Nep. Hann. 11, 1 Frontin. strat. 2, 1, 12). *sed cf.* Caes. Gall. 2, 8, 5 legiones ... in acie constituit (4, 35, 1 civ. 3, 89, 2 Bell. Afr. 78, 2. 13, 1. 2. 38, 3). Caes. Gall. 3, 24, 1 institutā (4, 14, 1 Bell. Afr. 42, 2). 6, 8, 5 signa ad hostem converti aciemque dirigi (Liv. 22, 43, 11. 31, 43, 2 Sen. nat. 5, 18, 8 Plin. nat. 8, 9 Qvint. 2, 13, 4 Frontin. 1, 12, 3. 2, 1, 4. 2, 7. 2, 12. 3, 1. 3, 8. 4, 4. 5, 24. 5, 27. 12, 2 Svet. Cal. 46 Apvl. met. 5, 12 Amm. 16, 12, 27 Vvlg. iud. 20, 22 I par. 19, 17. 19, 9. I reg. 17, 21. II reg. 10, 17. 10, 8 gen. 14, 8 Ios. 8, 14. I reg. 17, 2. II reg. 10, 9. 10). Flor. 1, 22, 58 collatis comminus signis direxere aciem. Flor. 2, 4, 5 directae in foro acies. *v. p. 406, 7. sed cf.* Veg. mil. 1, 26 tirones in aciem dirigendi. *legitur* derigere: Bell. Alex. 37, 4 derecta acie (Liv. 34, 28, 6. 40, 30, 6 Vell. 2, 95, 2 47, 1. Bell. Afr. 59, 2 Hisp. 29, 3 Liv. 2, 49, 10. 21, 47, 8. 22, 44, 4. 27, 48, 4 (directa *P*). 31, 24, 9. 31, 27, 7 Vell. 2, 112, 3 Tac. hist. 4, 16. 25 ann. 6, 34). Liv. 28, 22, 13 robur legionum ... ad instruendum dato tempore aciem derexisset. Flor. 2, 4, 5. Tac. ann. 2, 45 deriguntur acies. Bell. Hisp. 25, 5 acies sunt dispositae (Sen. contr. 7, 22, 14 Cvrt. 4, 12, 5. 13, 26 Tac. hist. 2, 41 Veg. mil. 3, 14). Sall. Iug. 52, 6 aciem, quam ... arte statuerat, latius porrigit. Sen. contr. 10, 5, 8). Liv. 40, 40, 2 ordinata acie et signis collatis (Cvrt. 3, 8, 24 Frontin. strat. 2 praef. 2, 1, 14. 2, 3, 16. 2, 2, 8. 2, 3, 19. 4, 1, 8 Tac. hist. 4, 34 Amm. 16, 12, 70). Ivl. Val. 2, 28 aciebus ordinatis. Liv. 7, 7, 6 in acie locati (22, 46, 1 Frontin. 2, 3, 17). Prop. 4, 6, 25 aciem ... lunarat. *v. p. 406, 28.* Cvrt. 4, 13, 32 posuit. *sed cf.* Frontin. strat. 2, 3, 13.

Tac. Germ. 6 acies per cuneos componitur (Dict. 2, 32 Amm. 27, 2, 3. 5). *sed cf.* Tac. ann. 4, 73 acie compositi. Sil. 9, 219 aciem ... curvis accommodat ... ripis. Veg. mil. 3, 16 constructa acie peditum. Vvlg. iud. 20, 33 tetenderunt. Bell. Hisp. 23, 3 cum a nostris animadversum esset cedere, centuriones ... duo restituerunt aciem (Liv. 6, 24, 8. 2, 20, 5. 2, 47, 4. 5, 18, 8. 28, 2, 13 Vell. 2, 55, 4 Tac. Germ. 8, 1 Svet. Caes. 62 Svlp. Sev. chron. 1, 30, 4). Tac. hist. 4, 34 redintegrata acie (Amm. 16, 12, 39 integrandam). *nota de classe*: Liv. 36, 45, 6 ante ostium portus acie instructa steterunt.

de laxando, sim.: Caes. civ. 3, 92, 2 distenderetur. 1 distraheretur. Liv. 31, 21, 12 dilataret. *cf.* Amm. 27, 2, 5. Caes. civ. 1, 40, 5 diversam ... in duas partes. Cvrt. 8, 14, 21 alius iungere aciem, alius dividere ... iubebant. Bell. Afr. 17, 1 in longitudinem porrigi (Liv. 25, 21, 6. Sall. Iug. 52, 6 Amm. 25, 5, 6). Liv. 1, 27, 6 erigit totam aciem (2, 51, 7. 3, 18, 7. 9, 43, 20. 10, 26, 8. 28, 15, 10. 29, 33, 3 Tac. Agr. 18. 36 hist. 3, 71). 4, 27, 4 ad explicandas ... acies (6, 23, 2. 7, 23, 6. 8, 19, 7. 40, 25, 6. 44, 4, 4. 38, 5 Cvrt. 4, 14, 12 Amm. 14, 2, 6). 7, 14, 9 extendere (Cvrt. 3, 9, 12 *v. p. 406, 9*). 22, 20, 1 praetentam. 3, 62, 7 aequassent (*cf.* 41, 26, 4). 28, 33, 12 pandere (41, 26, 4 Tac. hist. 2, 25. 4, 33). 31, 21, 14 extenuatam (Cvrt. 4, 13, 34 exinanirent). 28, 14, 19 aperirent. *cf.* 28, 22, 15 Frontin. strat. 2, 5, 34. Liv. 27, 14, 8 nudarent (30, 8, 8. 33, 13. 34, 1). Frontin. strat. 2, 3, 20 solverunt. Amm. 19, 7, 4 laxarunt. *cf.* Sil. 5, 382 Tac. hist. 4, 78. *nota*: *de classe*: Liv. 37, 29, 7 aciem ... explicuit.

de firmando, sim.: Bell. Afr. 42, 1 oppido texisse. Verg. Aen. 9, 511 Cvrt. 4, 13, 29. 8, 2, 29). tueri, firmare *v. Fügner lex. Liv.* Cvrt. 4, 13, 31 orbe munivit. Sil. 9, 416 fulta viris. 7, 583 (*cf.* Liv. 9, 32, 9) circumvallaverat orbe. *cf.* Flor. 1, 24, 16. Liv. 23, 44, 9 auxerunt. Cvrt. 4, 15, 15 conpleverat. Frontin. 2, 6, 6 contraxit.

de vertendo, movendo loco: Hor. carm. 3, 4, 26 versa acies retro. Liv. 10, 36, 9 spatium ... vertendi aciem (21, 34, 7. 26, 5, 17 *cf.* 6, 24, 7. 9, 21, 5 Flor. 1, 38, 15). Sall. Iug. 53, 1 movebatur (Verg. Aen. 11, 446 Liv. *saepius*). Liv. 2, 65, 5 commovent aciem (9, 27, 10. 30, 18, 12). *ad aggrediendum*: *v. p. 406, 54.* Liv. 39, 33, 3 erectam aciem ducit (Dar. 36). Caes. 1, 58, 1 producta ... acie (Bell. Alex. 38, 3). Liv. 2, 30, 12 promovit (38, 26, 8 Lvcan. 7, 576 Svlp. Sev. chron. 1, 41, 4). Sall. Iug. 49, 6 deducit. Liv. 9, 37, 2 delata. *cf.* 28, 33, 9 Cvrt. 4, 13, 16 Lvcan. 4, 745. Liv. 35, 30, 3 admovebatur (Cvrt. 4, 13, 21. 14, 20 Val. Fl. 3, 502). Verg. Aen. 9, 467 opposuere (Frontin. strat. 2, 8, 11). Prop. 4, 4, 59 commissas acies ... solvere. Qvint. decl. 246 p. 8, 18 commissa utrimque acies (317 p. 249, 13). 317 p. 246, 6 acie commissa vicit hostes. Frontin. strat. 2, 1, 16 (Flor. 2, 17, 10. 1, 22, 14. 1, 34, 11. 2, 13, 46). Lvcan. 4, 743 effusam patulis aciem committeret arvis. *cf.* 6, 323. Sil. 6, 316 consertae campis acies. 1, 339. Tac. ann. 6, 35 conserta acies. *de aggrediendo, sim.*: Liv. 7, 12, 4 aciem ... aggrediuntur. 8, 39, 3 adoritur (3, 70, 8. 31, 21, 11. 33, 9, 8). 9, 44, 11 invadit (10, 29, 12. 9, 35, 6. 4, 31, 3). Tac. hist. 3, 18 incursat. Caes. civ. 3, 86, 3 circumventa a tergo acie (1, 40, 5 Liv. 25, 21, 10. 28, 33, 17 Cvrt. 4, 13, 30). 3, 93, 3 aciem ... nostram a latere aperto circumire (2, 28, 2. 2, 41, 5. 3, 94, 4). 2, 41, 7 circumdata. Liv. 9, 40, 13 circumvasisset. Cvrt. 4, 16, 2 circumvehi. *cf.* Sil. 7, 590.

de pellendo, caedendo aciem, sim.: Cic. Rab. Post. 42 expugnare urbis, aciem hostium profligare (Sil. 11, 398). Caes. Gall. 1, 52, 6 pulsa atque in fugam coniecta esset (Liv. 1, 37, 3 *cf.* 24, 16, 2 Cvrt. 3, 10, 6). Sall. Iug. 59, 3 inplicare ac perturbare (Liv. 37, 41, 5 Frontin. strat. 2, 4, 13). Liv. 7, 7, 7 turbare *et passim*. Cvrt. 4, 15, 14. 29 Frontin. strat. 2 praef. 2, 3, 16. 2, 4, 18. Liv. 35, 5, 9 dissipavit (Sil. 9, 363. Tac. hist. 3, 2 disiectam). 7, 11, 7 avertitur *saepius*. 2, 54, 9 funditur (*saepius*; Lvcan. 10, 540). 3, 70, 8 inclinatur (4, 29, 1. 6, 24, 3 Vell. 2, 52, 4 Val. Max. 3, 2, 8. 19. 5, 6, 5. 6, 5, 2 Tac. Germ. 8 Svet. Caes. 62 *v.* Enn. *p. 406, 59*). Amm. 27, 1, 4 concussa. Liv. 26, 5, 13 rupissent (*cf.* 11). 26, 5, 14 interrupta (40, 40, 3. 44, 41, 1. 8 Veg. mil. 1, 26). 33, 8, 14 perrumperetur (Vell. 2, 112, 6 Frontin. strat. 2, 4, 2. 4, 17. 8, 10). Cvrt. 7, 9, 10 perfregere. Liv. 31, 17, 7 caesam (25, 21, 10 Frontin. strat. 2, 5, 27). 22, 6, 9 stratam. Tac. hist. 2, 26 protritā. Qvint. inst. 7, 2, 26 victā.

de terrendo, exhortando: Caes. civ. 1, 45, 1 acie perterrita (Hirt. Gall. 8, 29, 2). Liv. 2, 20, 11 perculsa. Frontin. 2, 4, 17 consternatam. Tac. Agr. 34 novissimae res et... torpor defixere aciem in his vestigiis. Verg. *v. p. 404, 77.* Liv. 1, 12, 9 accensa (Hier. epist. 130, 2). Ov. ars 1, 207 hortabere (Liv. 6, 24, 7). Liv. 25, 37, 14 concitatam (2, 64, 6. 25, 19, 15). Liv. 2, 10, 9 pudor ... commovit aciem (Sil. 15, 442). Petron. 108 ne ancillarum quidem clamor aciem destituit.

varia: Caes. Gall. 7, 62, 1 cernebatur. Bell. Afr. 81, 1 animadvertit aciem pro vallo. *cf.* Cic. Lig. 28 Liv. 37, 45, 13 Frontin. strat. 1, 11, 10. Liv. 29, 2, 4 Romanis aciem ostendere (7, 5. 4, 43, 2. 34, 29, 11. 41, 2, 5 Cvrt. 4, 12, 23 Tac. ann. 6, 34. 13, 40 *cf.* Liv. 6, 8, 6 Flor. 2, 13, 38). Liv. 3, 2, 12 non sustinere (44, 41, 9 Tac. hist. 3, 23 Ivst. 6, 7, 7 *cf.* Tac. ann. 4, 24). 2, 65, 2 sistit (Sen. benef. 4, 7, 1). 25, 37, 14 repressisset. Frontin. strat. 2, 12, 2 recepit aciem.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γ acies *subiectum est*: *acies loco se movet*: *ad impetum*: CAES. civ. 3, 86, 1 concurrerent acies (BELL. Afr. 59, 5 PANEG. Mess. 99 LIV. 40, 39, 9 *et saepius.* TAC. hist. 3, 82. 5, 13 *cf.* LIV. 1, 25, 3). PAVL. FEST. 14, 16 coirent (SIL. 15, 188). CAES. civ. 3, 85, 3 progressam. LIV. 4, 18, 3 procedunt (AMM. 29, 5, 47 *cf.* SEN. Phoen. 419). SIL. 9, 278 propinquabant. FRONTIN. strat. 2, 5, 34 procurrit. LIV. 26, 4, 7 incurrit (SIL. 4, 143 incurrunt). 6, 32, 8 se invexit. 9, 37, 9 erupit. SEN. dial. 4, 3, 3 arietarent. *generaliter*: LIV. 3, 70, 6 cessisset. 9, 16, 1 se contulerat. LIV. 3, 61, 10. 7, 24, 2. 21, 55, 9. 33, 18, 15. 23, 16, 12. 27, 42, 11. 35, 35, 19 LVCAN. 7, 329 FRONTIN. strat. 2, 3, 14 AMM. 31, 7, 11. *receptui, sim.*: LIV. 6, 13, 3 fluctuanti similis acies erat (6, 24, 10. 8, 39, 4 CVRT. 3, 10, 6). 7, 15, 4 labantem. CVRT. 6, 1, 7 effuse (-si *codd.*) fluentem. TAC. hist. 3, 18 nutantem. LIV. 2, 20, 11 inclinavit (7, 33, 7 SIL. 15, 735). CAES. civ. 2, 34, 6 se ... recepit (VELL. 2, 55, 3 recedentem). VAL. MAX. 1, 8, 1 HOMER. 425. *parata est, sim.*: OV. fast. 3, 209 stant acies. 215 LIV. 26, 44, 4 SIL. 7, 100 HOMER. 252. LIV. 27, 18, 7 stantem. *et saepius.* CVRT. 3, 9, 1 PETRON. 108 SIL. 8, 309 STAT. Theb. 8, 150. 9, 677 TAC. hist. 2, 11. 14, 30. LIV. 3, 60, 9 constaret. 3, 2, 11. 6, 29, 3. PANEG. Mess. 99 consistat (LIV. 1, 1, 7. 10, 36, 11 LVCAN. 7, 492 TAC. Agr. 34. 35 SVLP. SEV. dial. 2, 11, 6). VERG. Aen. 8, 503 resedit. AETNA 474 prona iacet. CVRT. 3, 11, 5 cohaerebant. *pugnat, sim.*: LIV. 4, 18, 7 conflixit (AMM. 19, 1, 9). 9, 22, 10. 22, 16, 2 VAL. MAX. 2, 7, ext. 2 AVG. civ. 2, 25. LVCAN. 7, 502 civilia bella una acies patitur, gerit altera. LIV. 6, 8, 6 vincentem (MANIL. 4, 35). 1, 12, 9 fundit Sabinos. LIV. 4, 33, 10. 21, 28, 3 LVCAN. 7, 534 SIL. 16, 108 STAT. Theb. 8, 400 TAC. hist. 1, 79. 2, 42. FRONTIN. strat. 2, 3, 14 hostes ... cecidit. FLOR. 2, 13, 80 acies ... occiderent. *acies pro militibus ipsis*: CAES. civ. 2, 34, 3 suos fugere ... videbat. SALL. hist. frg. 1, 41 dubitavit acie pars. LIV. 2, 46, 5 sensit utraque acies unius viri casum (9, 31, 15 STAT. Theb. 9, 150). 7, 26, 8 animis praeceperat. 10, 5, 7 sustulit clamorem (SIL. 1, 502 *v.* TAC. Germ. 3 sonuit. hist. 4, 18). 1, 23, 9 duas acies spectaculo fore. 6, 12, 10 haerere (PETRON. 109). 25, 19, 3 laborabat (39, 31, 4). VELL. 2, 27, 3 respiravit. CVRT. 6, 1, 11 languescere. STAT. Theb. 8, 400 suspiria fumant. VAL. FL. 6, 279 animos ... auget. SIL. 1, 466 trepidant. 9, 441 contremuere. *varia*: MATIVS carm. 7 altera pars acii vitassent ... undas. CIC. Phil. 11, 26 subsidium haberet. CAES. Gall. 2, 8, 3 quantum loci acies ... occupare poterat (civ. 1, 82, 4). LIV. 9, 40, 1 fulgeret (10, 39, 12 CVRT. 3, 10, 10). 8, 8, 10 vallo saepta inhorreret. LIV. 22, 47, 7 prominente. FRONTIN. strat. 2, 3, 16 intervalla ... implevit, ne interluceret acies. VEG. mil. 3, 14.

3 acies *i. q. proelium exercitu instructo in aperto campo commissum*: CIC. Deiot. 24 non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam atque ad aciem praesto fuit. QVINT. inst. 2, 10, 8 ad verum discrimem aciemque iustam. LIV. 21, 53, 2 memoria vulneris aciem ac tela horrere. 40, 17, 3 haud minore certamine animorum, quam cum ferro et acie dimicarunt. 26, 3, 4 vi aperta armis acie victum. SEN. epist. 78, 21 non ... arma et acies dant argumenta alacris animi *cf.* SIL. 3, 117. 17, 408. TAC. hist. 4, 50. LIV. 8, 7, 6 acies vobis et conlata signa nobiscum cordi sint (28, 32, 9. 29, 33, 2). VERG. Aen. 6, 829 quantas acies stragemque ciebunt (PRISC. Anast. 112). LIV. 9, 5, 10 sine vulnere, sine ferro, sine acie victos. 22, 7, 3 D ... in acie, multi postea ex vulneribus periere. SEN. contr. 1, 8, 2 tot acies ... tot vulnera. TIB. 1, 3, 47 non acies, non ira fuit, non bella. LIV. 4, 32, 4 eundem in acie fore (*opp.* priore bello). 34, 58, 5 Lysimacho ... bello victo et in acie caeso. LVCAN. 7, 27 undique funestas acies feret, undique bellum. SIL. 15, 817 duplica ... bella et geminas accerse acies. *cf.* 17, 359. STAT. Theb. 3, 72. 11, 97. 12, 717. VAL. FL. 5, 617 aciem ... belligeros superare labores. SALL. Iug. 54, 5 non proeliis neque in acie, sed alio more bellum gerundum. OV. Pont. 4, 16, 23 acies Libycas Romanaque proelia dixit. LIV. 2, 12, 11 nullam aciem, nullum proelium timueris. 30, 35, 4 ante aciem et in proelio. *cf.* 22, 39, 7 LVCAN. 3, 312 HOMER. 925 SIL. 7, 249 STAT. Theb. 7, 169 TAC. ann. 3, 39. LIV. 23, 29, 1 nec sine levibus proeliis nec ut in aciem exirent. 40, 9 per procursationes levia certamina ... inita; postremo descensum in aciem (27, 1, 10). CIC. de orat. 2, 84 aliud ... pugna et acies, aliud ludus campusque. Tusc. 5, 114 quae species ... pugnae, quae acies. LIV. 28, 19, 11 in pugna et in acie. SIL. 15, 461. SVET. Caes. 39 pugna divisa in duas acies. Ps. QVINT. decl. 4, 20. LIV. 3, 12, 5 egregia facinora nunc in expeditionibus nunc in acie. TAC. hist. 1, 51 expeditionem et aciem ... malebat. LIV. 29, 36, 4 agminibus magis quam acie pugnatum est. 10. 45, 12 in acie ... in agmine ... pugnatum. 7, 15, 2 in castris feroces, in acie pavidi. 22, 60, 25 neque in acie neque in castris utiles. *v.* 9, 13, 4. 22, 59, 9. 10, 27, 11. 10, 44, 3. 37, 43, 10. 21, 59, 3. CVRT. 9, 2, 10 in acie et in castris senes facti. VAL. FL. 6, 2 quas acies, quae castra sequatur. LIV. 3, 68, 6 in acie ... in contione. 3, 8, 10 in acie ac fuga. VELL. 2, 98, 2 gentes ... nunc acie nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum. CELS. 1 pr. gladiatorem in arena vel militem in acie ... vulnerari. SEN. dial. 1, 4, 5 gubernatorem in tempestate, in acie militem intelleges. SIDON. epist. 5, 16, 1 suffragium dignitatis ineundae (*sc. honoris patricii*) non solvit in lance, sed in acie ....

cum additamentis: a *sequente genetivo*: SEN. suas. 2, 1 an repetam tot acies patrum totque excidia urbium. TAC. hist. 4, 17 Vindicis aciem. 4, 67 Sequanorum prospera acie. b *cum adiectivis, sim.*: α *indicatur locus proelii*: CIC. Lig. 9 destrictus in acie Pharsalica gladius. Phil. 2, 71 fueras ... antesignanus. SEN. contr. exc. 5, 1 Pompeius ... victus. VAL. MAX. 1, 5, 6. 4, 5, 5 (VELL. 2, 68, 1. 2, 52, 3 SEN. epist. 71, 8 SVET. Caes. 30. 75. 63 Nero 2 Vesp. 1). SEN. suas. 6, 6 post Italicas Pharsalicasque acies. LIV. 25, 6, 17 ex Cannensi acie ... superesset. 23, 18, 13. VAL. MAX. 1, 5, 7 '*Apollo*' Philippensi acie a Caesare ... signo datus (1, 8, 7 SVET. Aug. 91 TAC. ann. 3, 76). LVCAN. 8, 531 ante aciem Emathiam. 1, 688 *in Libyen* ... Enyo transtulit Emathias acies. 3, 454 Hispanas. TAC. hist. 2, 66 Bedriacensi acie. SVET. Vesp. 5. Aug. 12 Mutinensi acie interemptorum civium. β *nominantur proeliantes*: LVCAN. 1, 4 canimus ... cognatas ... acies. STAT. Theb. 1, 1 fraternas. 4, 436 consanguineas. PETRON. 122 (*v.* 129) civiles (AVG. civ. 2, 25). TAC. ann. 4, 33 Punicas Romanasque. IVV. 15, 60 puerilis exercere acies. STAT. silv. 4, 2, 66 modo Germanas acies modo Daca sonantem proelia. TAC. hist. 2, 62 acie Othoniana ceciderant. γ *indicatur eventus, genus, tempus, numerus*: LIV. 5, 41, 4 in acie ancipiti ... certaverant. CVRT. 3, 7, 9 ancipiti acie opprimi. FLOR. 2, 10, 6 pugnatum est. LVCAN. 4, 389 dubiae restant acies. *v. p. 409, 84.* HIER. epist. 107, 2 aequa pugnant acie. LIV. 38, 41, 6 acie aperta signis collatis dimicandum (38, 41, 6. 9, 19, 15). MELA 2, 26 navali acie decernentibus (FRONTIN strat. 2, 5, 47). SEN. suas. 5, 2 ⟨ex⟩ paenitenda acie ... fiduciam surgere. *v. p. 409, 55.* STAT. Theb. 11, 123 licitas. LIV. 7, 30, 15 per duas acies fusus sanguis. *v. p. 409, 68.* VELL. 2, 30, 6 ultima dimicavere acie. LVCAN. 7, 853 novae venient acies (TAC. hist. 4, 29). SIL. 9, 138 immensam ... propinqua stragem acie. TAC. hist. 3, 51 occisum ... proxima acie. 4, 21 priore acie. 4, 17 prima acie. 33. QVINT. decl. 339 p. 341, 13 ad secundam se aciem reservasse. 337 p. 325, 26 vicit tertia acie. SVET. Aug. 20 una acie ... genu lapide ictus, altera ... crus consauciatus. IVST. 11, 12, 16 posteram.

iuncturae verbales: a *cum praeposit. vel ablat.*: *de pugnando, vincendo, interficiendo in acie vel acie, sim.*: PLAVT. Curc. 575 bene iuvent pugnantem in acie. *v. p. 411, 21.* CIC. Balb. 23 cum hoste ... comminus in acie ... pugnavit (nat. deor. 3, 12 SEN. contr. 1, 4, 12 SVLP. SEV. dial. 2, 11, 4. 7). LIV. 7, 14, 5 acie pugnaturos (44, 39, 3 SEN. contr. 1, 4, 12). PAC. trag. 168 in acie ... obiectans vitam. BELL. Alex. 74, 3 *exercitum* ... in acie conflixisse. LIV. 8, 1, 3 acie conflixit (8, 30, 4. 26, 17, 15. 23, 11, 8. 30, 19, 11. 32, 6, 6. 34, 41, 9. 29, 30, 9. 30, 19, 11. 39, 21, 6 FRONTIN. strat. 2, 5, 6. 2, 6, 6 SVLP. SEV. chron. 1, 38, 3. 2, 15, 1. 2, 17, 1. 2, 24, 4). CAES. civ. 3, 93, 8 resistentibus in acie (NEP. Hann. 5, 4). Gall. 7, 64, 2 in acie dimicaturum (BELL. Afr. 81, 2 PLIN. nat. 8, 143 HIER. epist. 60, 5). LIV. 2, 30, 10 dimicandum ... acie *et passim apud* LIV. VERG. Aen. 2, 30 classibus hic locus, hic acie certare solebant (LIV. 1, 23, 2. 22, 24, 9. 22, 39, 5 TAC. hist. 4, 27). NEP. Milt. 4, 4 acie ... decernerent (LIV. 1, 15, 3. 2, 14, 6. 31, 48, 4. 32, 38, 1. 33, 14, 5. 36, 17, 15. 42, 61, 7 CVRT. 4, 13, 24). FRONTIN. strat. 2, 5, 47 decertaturus. 2, 7, 5. 3, 3, 4. LIV. 9, 39, 4 depugnatum est. 7, 28, 3 debellatum est. *cf.* 32, 33, 12. CAES. Gall. 7, 29, 2 non virtute neque in acie vicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis (BELL. Alex. 56, 1 SEN. contr. 1, 4, 3). LIV. 1, 33, 5 Ancus acie ... vincit (4, 47, 3 *et saepius*). *cf.* MON. Anc. 1, 12 SEN. contr. exc. 6, 5 suas. 1, 5 VELL. 2, 25, 2. 2, 70, 4 VAL. MAX. 4, 3, 5 CVRT. 4, 15, 7. 4, 1, 13 QVINT. decl. 337 p. 325, 21 FRONTIN. strat. 3, 1, 1 TAC. ann. 3, 13. 14, 35 PANEG. 9, 7. *similia*: LIV. 6, 29, 8. 36, 39, 6 SEN. epist. 83, 22 OCTAVIA 500. CVRT. 3, 7, 4 superatos (OCTAVIA 519 FRONTIN. strat. 2, 5, 2. 9, 6. 13, 9 superiores fuisse). LIV. 5, 28, 6 fusis acie hostibus (5, 34, 8. 8, 16, 10 VELL. 1, 11, 2. 2, 11, 2 MELA 1, 98 SIL. 11, 147. 13, 702 FRONTIN. strat. 2, 13, 1 TAC. ann. 2, 5 hist. 4, 17). LVCAN. 8, 206 fugato. SVET. Caes. 35 una profligavit acie. FLOR. 1, 38 in acie succumberent. CIC. fin. 2, 63 in acie ... interfectus (CAES. Gall. 7, 1, 8 VAL. MAX. 5, 8, 4). LIV. 27, 49, 5 nunquam eo bello una acie tantum hostium interfectum est. 44, 42, 7. 6, 42, 8 multa milia ... in acie ... caesa (7, 19, 2. 9, 39, 11. 23, 46, 5. 30, 29, 7. 30, 35, 2. 41, 10, 4 MON. Anc. 5, 21 VAL. MAX. 1, 6, 6 CVRT. 3, 11, 27). 27, 9, 3 alios in acie occidi, alios morbo absumi (36, 40, 4. 40, 34, 12). VAL. MAX. 2, 7, 8 VLP. dig. 27, 1, 18. PANEG. 11, 4 una acie Germania ... deleta. CORP. XI 705 in bello Thracico acie desideratus fuit. LIV. 7, 15, 10 in acie tantum ... cladis acceptum. 8, 1, 5 viros ... amissiset. *cf.* SEN. contr. exc. 4, 4 SVET. Tit. 4 VLP. dig. 27, 1, 18 FRAG. Vat. 199. SEN. contr. 7, 4, 9. CIC. Marc. 31 in acie cecidit (LIV. 2, 7, 2 *et passim.* VAL. MAX. 1, 8, ext. 1 CVRT. 4, 1, 28. 16, 20. 6, 11, 22 QVINT. decl. 339 p. 341, 29 SVET. Otho 5 PAVL. dig. 4, 6, 35, 6 AMM. 14, 10, 14 AVG. civ. 3, 27). OV. Pont. 3, 6, 31 pereant acie. LIV. 23, 5, 6 in acie ... perierunt. *v. p. 409, 51* (TAC. hist. 2, 44 SVET. Aug. 11). *similia*: VELL. 2, 61, 4 VAL. MAX. 6, 3, 3 CVRT. 3, 5, 5. 6, 9, 23 PLIN. nat. 7, 166 FRONTIN. strat. 4, 5, 17. VAL. MAX. 2, 8, 1 V milia ... una acie cecidissent. TAC. hist. 2, 76 legiones ... nulla acie exhaustae.

de movendo in proelium: ACC. praetext. 3 obduc ... in aciem exercitum. GALBA Cic. epist. 10, 30, 3 in aciem ... copias ... produxit (CAES. civ. 3, 56, 1 NEP. Milt. 5, 4 LIV. 2, 59, 2. 65, 1. 26, 3, 1). BELL. Afr. 27, 2 elephanti. *cf.* 48, 5. BELL. Alex. 60, 5 legiones ... in aciem educit. 60, 1 (39, 1 Afr. 31, 9 NEP. Eum. 3, 6. LIV. *passim.* VAL. MAX. 2, 7, 8 SEN. epist. 82, 20 CVRT. 4, 1, 35 QVINT. decl. 348 p. 370, 6 FRONTIN. strat. 2, 1, 5). LIV. 7, 13, 9 in aciem educat (*absolute*). 1, 23, 6. 8, 9, 1. 21, 39, 10. 21, 60, 5. 22, 12, 3. 27, 2, 5. 32, 30, 9. 40, 25, 10. QVINT. decl. 3, 15 p. 241, 22

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adulescentulum. CAES. civ. 2, 41, 2 equites in aciem mittit (LIV. 25, 6, 10. 16 VAL. MAX. 8, 11, 1). QVINT. decl. 377 p. 421, 21 filium (375 p. 415, 16). LIV. 3, 62, 5 se ... deducturum (SEN. clem. 1, 4, 1 TAC. hist. 1, 89). VAL. MAX. 3, 2, 9 exercitum ducere. QVINT. decl. 348 p. 371, 4. FRONTIN. strat. 2, 8, 6 reductis (11). GAIVS inst. 3, 186 perduxisset. *nota*: LIV. 8, 29, 11 in aciem invitos extraxit. 24, 42, 5 Scipio ... inlatus *cf.* VAL. MAX. 1, 7, 1. PLIN. nat. 10, 16. LIV. 23, 11, 10 se ... commiserit (7, 26, 11).

de proficiscendo in proelium: HIRT. Gall. 8, 8, 1 prodirent in aciem (FLOR. 2, 17, 7). LIV. 8, 9, 2 processere *et passim* (SEN. contr. 10, 2, 6. 16 exc. 3, 4 FRONTIN. strat. 2, 1, 1. 15). 31, 21, 6 progressi (VAL. MAX. 3, 1, 1). 9, 43, 8 signa proferret. BELL. Hisp. 31, 5 locus in aciem ad subsidium veniundi. (TAC. Germ. 14). LIV. 8, 8, 1 descensum ... est *et passim* (VAL. MAX. 3, 2, 3. 24. 7, ext. 8. 6, 4, 5. 9, 3, 1 QVINT. decl. 367 p. 402, 25 FRONTIN. strat. 1, 11, 11 SVET. Aug. 96 SVLP. SEV. 2, 21, 7). 10, 12, 6 egressus. 35, 29, 12. 7, 32, 10 ire. VAL. MAX. 5, 8, 5 CVRT. 5, 1, 18 TAC. Agr. 32 QVINT. inst. 9, 2, 85. LIV. 25, 21, 1 signis convulsis in aciem exirent *et saepe* (SEN. contr. 1, 8. 10, 2, 1 epist. 109, 8 CVRT. 9, 4, 25). 3, 2, 9 redite. CVRT. 5, 9, 1 sequemur. FLOR. 1, 5, 13 profectus.

de amovendo ex proelio: PLAVT. Pseud. 655 hostis vivos rapere soleo ex acie (*sc. Harpax*). *cf.* SIL. 5, 350. CIC. Tusc. 2, 38 ex acie efferri ... saucios. NEP. Eum. 4, 4 LIV. 23, 44, 9 (CVRT. 8, 14, 12). 23, 11, 7 ex ipsa acie ... missus (CVRT. 7, 6, 4 subductus. *cf.* TAC. ann. 2, 21). 5, 39, 4 Veios petisset. VVLG. II par. 18, 33 educ me de acie. CIC. S. Rosc. 151 ex acie fugerent (LIV. 10, 38, 10. 22, 59, 10. 26, 2, 14 FRONTIN. strat. 2, 8, 14 SVET. Otho 10). CAES. civ. 3, 95, 4 ⟨ex⟩ acie refugerant (LIV. 24, 49, 5 FRONTIN. strat. 2, 8, 11). LIV. 44, 45, 2 confugerant (CVRT. 5, 1, 17). 29, 31, 7 perfugit (44, 42, 7). *similia*: 25, 34, 13. 44, 45, 6 VELL. 2, 78, 3. BELL. Afr. 19, 4 graviter ictus ex acie recessit (TAC. Germ. 14). CAES. civ. 2, 41, 7 qui vulnera acceperant, neque acie excedere neque in locum tutum referri poterant (3, 94, 5 Gall. 2, 25, 1 LIV. *saepius*. CVRT. 3, 11, 6). NEP. Hann. 6, 4 ex acie excesserant. LIV. 2, 47, 2 vulnere ictus ex acie cessit (7, 24, 3). FRONTIN. strat. 2, 6, 10 acie cederet. LIV. 22, 30, 9 Hannibalem ... ex acie redeuntem (SEN. contr. 1, 8, 5 epist. 66, 50). QVINT. decl. 278 p. 135, 7 ab acie redeuntes. *similia*: LIV. 2, 45, 14. 24, 16, 15 SEN. dial. 1, 4, 4 FRONTIN. strat. 2, 6, 7. VAL. MAX 6, 3, 6. VAL. MAX. 3, 7, 4 ex acie ... sparsos ac palantes. SIL. 12, 47 scandere ... acie ex ipsa ... moenia Romae.

varia: PLAVT. *v. p. 400, 75.* ACC. trag. 12 mea facta in acie obliti. CIC. Planc. 72 protectum. Tusc. 4, 50 *cf.* VAL. MAX. 5, 4, 2. CIC. off. 3, 114 quos in acie cepisset *Hannibal* (LIV. 22, 60, 7). 1, 81 versari. Deiot. 14 tecum ... fuit (epist. 9, 18, 2 Att. 10, 7, 1. *cf.* LIV. 4, 19, 8. 35, 49, 2 CVRT. 9, 6, 24). Font. 48 pertimuerit. Tusc. 2, 58 sentiunt ... vulnera. PLANC. Cic. epist. 10, 24, 3 quantum ... in acie tironi sit committendum. NEP. Epam. 8, 3 *Lacedaemonios* ... nemo ... ausus sit aspicere. LIV. 38, 48, 8 videritis in acie eos (SEN. contr. exc. 10, 2). 22, 59, 3 non ... in acie per timorem arma tradidimus, sed *in castris*. 8, 8, 18 iuvenis ... oblatus. 9, 17, 12. 25, 18, 7 occurrerit (30, 28, 6 *cf.* VAL. MAX. 3, 2, 4. 5, 6, 1). 3, 62, 4 clamorem sublaturi. 26, 2, 10 eorum generis ac sanguinis sui memor in acie (28, 26, 15). 8, 6, 12 mors ... consulis exercitum ... terreret. VAL. MAX. 2, 6, 11 exultabant. 6, 1, ext. 3 animum viris (*sc. Teutonis*) ... in acie non dederunt *dii*. 3, 2, 16 ab hoste ... peteretur. *cf.* 5, 1, 3. 7, 4, 1 societatis ... fidem ... in ipsa acie detexit. SEN. epist. 105, 2 iacens praeteritur. CVRT. 7, 1, 22 periclitantis. 3, 3, 27 Alexandro ... miles non defuit. 4, 16, 28 in ipsa acie summae rei ... esse discrimen. PLIN. nat. 7, 166 febri ... liberatus est. TAC. dial. 5 gladius in acie firmius munimentum quam eloquentia. hist. 2, 13 nihil praedae. 3, 32 praebiti ... cibi. QVINT. decl. 287 p. 154, 6 domum nostram ... defendi. 297 p. 175, 17 *debilitatem* passus esses. NOVELL. 25 praef. ostendens et in aciebus fortitudinem et in legibus disciplinam. VVLG. I par. 12, 36 in acie provocantes. IORD. Get. 18, 102 collecto ... exercitu futuri belli se parat in acie. CAES. Gall. 1, 52, 7 inter aciem versantur. LVCAN. 6, 297 pulvere victus ante aciem. STAT. Theb. 6, 918 FLOR. 2, 13, 79. VAL. FL. 5, 77 post acies rubrique novissima claustra aequoris ... thiasos ... moventem (*Bacchum*). SIL. 3, 507 post belli decus atque acies. TAC. ann. 1, 2, per acies aut proscriptione cadere. 2, 64 bellum per aciem confecisset. *nota*: *significat locum ipsum proelii* STAT. Theb. 12, 400 tu ... ex ... arce dantem vexilla maniplis vidisti teque ille acie respexit ab ipsa. *c. ablativo*: LIV. 3, 61, 14 congrederentur acie, *sed v. l. 50* (7, 22, 4). 40, 46, 10 concurrerant (VELL. 2, 70, 1). 2, 51, 4 abstinuere acie. 25, 6, 22 vis tu mari ... terra ... acie ... urbibus oppugnandis experiri virtutem. LVCAN. 1, 107 plus illa vobis acie quam creditis actum est.

b acies *obiectum est*: BELL. Afr. 82, 3 Caesare ... aciem sustentante (TAC. hist. 2, 15 ann. 1, 65). VERG. Aen. 12, 662 sustentant acies. hist. 4, 58 proelium et acies parantur. SEN. suas. 5, 1 nullam meminit aciem nisi qua fugerit. VAL. MAX. 5, 1, 8 proponatur ... acies, qua prostratus est Perses. VAL. FL. 3, 55 tales ... metus ... non ... ab aethere Gorgo sparserit aut tantis aciem raptaverit Gorgo. TAC. hist. 4, 58 pavetis. ann. 12, 28 hosti ... aciem auso. 32. Agr. 33 quando dabitur hostis, quando acies? *nota*: VAL. MAX. 4, 5, 2 acies (*sc. Cannensis*) deorum irae .... imputaretur. VERG. Aen. 8, 540 poscant acies et foedera rumpant (SIL. 7, 249. STAT. Theb. 12, 639 velle). 7, 42 dicam. *cf.* SEN. suas. 2, 1 STAT. silv. 4, 6, 65. 5, 2, 128. PLIN. nat. 10, 49 *galli* ... iubent acies aut prohibent. VAL. FL. 2, 657 refert. SIL. 15, 519 duplicare. 12, 680 integrare. STAT. Theb. 11, 455 iterare.

VAL. FL. 3, 300 talesne acies talesne triumphos sorte dabant? SIL. 4, 417 spectat. 8, 429 virgo lunatis acies imitatur Martia peltis.

c acies *subiectum est*: CIC. epist. 6, 3, 2 quem exitum acies habitura sit. CARM. bell. Aegypt. 38 ad instantis acies. LIV. 9, 19, 9 Romanum .... quae fregisset acies. 23, 12, 4 tot acies ... delesse ... copias. VELL. 2, 55, 4 Labienum ... acies abstulit. 119, 4 absumpsisset. SIL. 16, 101 tantum acies hominumque ... discordia ... ferro demetit. LVCAN. 7, 260 haec acies victum factura nocentem est. 10, 412 Thessaliae subducta acies in littore Nili ... furit. SIL. 15, 199 nulla acies famae tantum ... paravit.

E *translationes ex usu sermonis militaris ductae*: **1** *ad* **D 1** *et* **2**: **a** *de bestiis pugnantibus vel homini nocentibus*: SEN. nat. 4, 2, 14 ceteri *crocodili* velut acie versa refugerunt. PLIN. nat. 8, 23 (*elephantorum*) acie (ac *codd.*) velut imperio aut ratione per vices subeunte. 9, 31 apparet acies (*delphinorum*), quae ... disponitur in loco. 11, 58 *apes* contra dirigunt aciem ... duas acies contrarias ... instruunt. CYPR. Gall. num. 536 vipereas acies ... prompsit *deus*. GREG. TVR. Franc. 4, 20 duae acies locustarum apparuerunt.

b *de hominibus*: *disputantibus*: *in foro*: CIC. Scaur. 20 non est unus mihi quisque ex illorum acie protrahendus ..., tota est acies illa ... prosternenda. LIV. 6, 15, 3 Manlius ... ad tribunal venit. hinc senatus hinc plebs suum quisque intuentes ducem velut in acie constiterant. QVINT. inst. 5, 7, 3 velut duplici contra eos (*sc. praesentes*) proque eis acie confligitur. 6, 4, 17 stat acies. TAC. dial. 37 quo saepius steterit tamquam in acie *eloquentia*. *generaliter*: TAC. dial. 26 quorum neminem Aper nominare et velut in aciem educere sustinuit. TERT. pud. 17 provoca[t] ad apostolicam aciem. HIER. epist. 48, 12 patet campus, stat e contra acies, adversarii dogma manifestum est. 69, 2 coeperunt mihi hinc inde cornua increscere et absconditae prius acies dilatari. AVG. c. Iul. op. imp. 6, 6 (Migne 45, 1510) aciei nostrae Numida quasi cetratus (*sc. Cyprianus*) occurrit. MACR. sat. 3, 10, 7 quem in acie contra Maronem locasti. PROSP. c. collat. 1, 2 contra inimicos gratiae dei catholica acies ... pugnat et vincit. COD. Iust. 5, 70, 7, 3 a nos ... utramque aciem auctorum certo foedere compescentes. *christiane*: LACT. inst. voluit deus ... *nos* expeditos in acie stare. HIER. epist. 107, 9 quasi bellatricem Christi. 130, 8 quasi in procinctu et in acie stamus semper ad pugnam. *cf.* 96, 16. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. 2, 12 p. 143, 21 *Pauli pedisequi* ... intentam ... aciem ex imo caeli tergo sistentes redintegratis viribus omne incorporeum creatum ... tranaverint. BENED. reg. 1 fraterna ex acie (*sc. monachorum*) ad singularem pugnam eremi. *varia*: VAL. MAX. 2, 4, 1 proximus ⟨a⟩ militaribus institutis ad urbana castra, id est theatra, quoniam haec quoque ... animosas acies instruxerunt. STAT. Theb. 1, 229 Eumenidum bellasse aciem. CLAVD. 24, 258 exercitus ... nympharum ..., acies formosa Dianae. *nota*: VVLG. cant. 6, 9 electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata (*sc. tu amica mea*). *cf.* 3.

c *de rebus*: LAVS Pis. 197 mille modis acies tua dimicat (*de ludo calculorum*). VERG. Aen. 10, 407 extenditur una horrida per latos acies Vulcania campos. STAT. Theb. 8, 425 stat caeli diversa acies (*de ventis*). TERT. nat. 2, 4 sol aciem suam extendit. CLAVD. 1, 23 haud secus ac ... Luna regnante per aethram sidereae cedunt acies. PANEG. 5, 7 tota ... illa invicta fluctibus acies arborum. FIRM. math. 1, 2, 9 per aperta iuga olivarum (olivum *codd. vet.*) [in] aciem distinctis componis ordinibus. SEN. dial. 10, 10, 1 *dicebat* Fabianus ... contra adfectus inpetu, non suptilitate pugnandum nec minutis volneribus, sed incursu avertendam aciem. HIER. epist. 18, 14 ignitum sermonem dei duplici praeceptorum acie conprehendit. MART. CAP. 5, 445 ex ... duabus inter se concurrentibus vocibus (*cf. exemplum laudatum*) nascitur quaestio, quae dicitur 'status', quod ibi quasi ad pugnandum actionum acies ordinata consistat. FAVST. REI. serm. 13 p. 274, 10 duplicem ... mundus aciem producit contra milites Christi: blanditur enim, ut decipiat, terret, ut frangat. *nota*: *relatio ad rem militarem non iam sentitur*: PAVL. Fest. 64, 2 Cyparissiae appellantur acies quaedam igneae, quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi. SEN. Phoen. 434 stella ... binas ... diduxit acies. SCHOL. Arat. p. 260, 2 *Fluvius* habet ... stellas in prima acie (*καμπῇ*) tres, in secunda tres .... PLIN. nat. 8, 107 acies *corocottae* perpetua in utraque parte oris. AMM. 14, 7, 13 districta dentium acie stridens. TERT. anim. 14 tot acies tibiarum. COD. Theod. 15, 1, 50 porticus thermas Honorianas praecurrat acie columnarum. *cf.* ZENO Migne 11, 357, 8 acies validissima columnarum.

2 *ad* **D 3**: MANIL. 5, 665 luctantur corpora *phocarum* nodis *retis* exspectantque novas acies. COLVM. 9, 9, 7 *apes* acie dimicantis. *de disputatione generaliter*: PLAVT. Epid. 547 orationis aciem contra conferam. CIC. leg. 3, 14 Democritus ... doctrinam ... in ipsum discrimen aciemque produxit. Tusc. 2, 60 *philosophi* in aciem non saepe prodeunt. SEN. epist. 85, 1 testor hoc me argumentorum genere non delectari. pudet in aciem descendere pro dis hominibusque susceptam. PROSP.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. collat. 21, 1 cum *haereticis* nova acie dimicandum est. SIDON. epist. 6, 1, 4 ex adversa acie sauciatos ... colligere et ... ad Christum a peccatis receptui canere. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. praef. tertius *liber* ... saucios ex adversa acie palantes insequitur. *de actione in foro*: CIC. Brut. 222 Q. ... Catulum ... abducamus ex acie, id est a iudiciis. de orat. 1, 252 in ... acie cotidiani muneris (PANEG. 4, 2 aciem fori). 1, 157 educenda ... dictiost ex ... domestica exercitatione ... in castra atque in aciem forensem. 147 quae agenda sunt in foro tanquam in acie. 2, 94 partim in pompa partim in acie (*i. genus iudiciale*) inlustres (orat. 42). Cael. 47 in hac acie cotidie versaretur. SEN. contr. 10, 1, 7 inter cotidianas acies ... invicti. *cf.* 10, 5, 28 QVINT. inst. 10, 1, 29 TAC. dial. 32. *varia*: CIC. opt. gen. 17 non ... in acie versatur et ferro et quasi ruderibus *Isocratis* eludit oratio. epist. 6, 1, 5 eis ... rebus praestabamus, quae non prodeunt in aciem. LIV. 6, 39, 6 velut in acie adversus optumates ... stare (*de tribunorum actione*). SEN. benef. 3, 38, 3 certate ... et fessi quoque restituite aciem (*de beneficiis afferendis*). TERT. scorp. 4 depugno in acie. LVCIF. moriend. esse 13 nos ... ad aciem stare, quae per te, (*Constanti*), indicta est, dei ... milites interritos. HIER. epist. 39, 6 cotidie in acie proeliantes nunc ira nunc libido ... pertrahunt ad ruinam. MACR. sat. 2, 8, 9 tamquam in acie quadam cum voluptariis rebus decernendum. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. praef. opusculum ... toto agmine sui in acie eductum. *v. p. 411, 64. 65.*

synonyma: *ad I*: acumen, mucro, (aculeus, cuspis). *ad II B 2*: visus. *ad II B 3*: pupa, pupilla. *ad II B 4*: oculus, lumen, orbis. *ad II B 5*: obtutus, (aspectus, conspectus, intuitus). *ad II C*: acumen animi, (sollertia, sagacitas, subtilitas, perspicacitas). *ad II D 1 et 2*: (ordo, manus), arma, exercitus, phalanx, classis. GELL. 10, 9: 'frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, forfices, serra, alae, turres'. drungus. *ad II D 3*: bellum, pugna, proelium, certamen, dimicatio.

opposita: *ad II B 2*: caecitas, (hebetatio). *ad II C*: (hebetudo, stupor, stupiditas, obtusio). *ad II D 1 et 2*: agmen, caterva, (turba), tumultuaria manus. *ad II D 3*: procursatio, iter, castra. *Kempf.*

Acila *v.* Ocelis. **Acilius** *v. sub* Acc-.

Acimarius *cogn. barbaricum.* CORP. VIII 6093 (*Arsacal*) M. Iulius Acimariu(s). *agnomen videtur esse casu recto errore positum in* CORP. VIII 6276 (*prope Arsacal, periit*) r(es) p(ublica) P(huensis) mag(istro) Q. Iulio Martiale Aci⟨m⟩arius (*trad.* Acinarius), *nisi potius est* Aci⟨m⟩ari (filius) v(otum) s(olvit) *aut* Aci⟨m⟩ari(o) v. s., *ut dicitur in* 19254. *Otto.*

Acimē *v.* Acme.

Acimincum *v.* Acumincum.

acina *v.* acinus. **Acina** *v.* Achina.

?acina *inter nomina insectorum sive reptantium* POL. SILV. (chron. min. I) p. 544, 3. *V.*

acīnacēs, -is, *m.* ἀκινάκης. PORPH. Hor. carm. 1, 27, 5 gladius Parthicus, sed nunc pro omni gladio positum. GLOSS. IV 477, 33 pugio Part⟨h⟩icus. V 339, 26 acinaces gladii (*sic*). *hucine pertinet* IV 215, 32 canacem gladium (*κάναξις Hesych.*)? *cf.* V 494, 9 caucem gladium. POMP. gramm. V 284, 23 acinaces dicimus lingua Medorum gladium *cf.* CONSENT. gramm. V 386, 25 *et* HOR: *paullo infra. nomin.*: acinaces: FLOR. epit. 2, 21, 3 (IORD. Rom. 252) POMP. *l. c.* CONSENT. gramm. V 364, 9 GLOSS. *nota*: HOR. carm. 1, 27, 5 Medus acinaces *I'L*, acinacis *cett.* PORPH. *ad l. gen.*: CVRT. 3, 3, 6 vaginam acinacis Persicam. *acc.*: acinacem: CVRT. 3, 3, 18. 7, 4; 19. 8, 3, 4. 10, 1, 31. ARNOB. nat. 6, 11 ridetis temporibus priscis ... coluisse ... acinacem Scythiae nationes. acinacen: TAC. ann. 12, 51 ITIN. Alex. 9 (anicen *cod.*). *abl.*: CVRT. 4, 15, 30 acinace stricto (5, 9, 10). VAL. FL. 6, 701 insignis manicis, insignis acinace dextro. *v. Droysen, PW. I 1168.* *Diehl.*

acinārius, -a, -um *ab* acinus. VARRO rust. 1, 22, 4 dolia ... acinaria viginti, frumentaria viginti. SCHOL. Pers. 6, 22 cognoscunt turdos, an cellarius, an acinarius (*i. acinis pastus*), an vivarius sit. *cf.* NOT. Tir. 105, 100 achinatis (*post* uva, achina) *lege* acinaris *forma vulgari.*

acinātīci(us), -um *ab* acinus. GLOSS. II 385, 5 ὀξῶδες acinaticium. CASSIOD. var. 12, 4, 2 *vinum* acinaticium, cui nomen ex acino est. VLP. dig. 33, 6, 9 *legato vino* acinaticium plane vino continebitur. PALLAD. 1, 6, 9 nigras vites omnino repudies nisi in provinciis et eius generis, quo acinaticium fieri consuevit. CORP. XV 4529 (*in amphora*) acin⟨aticium⟩ bonum. PLIN. VAL. med. 3, 14 vinum modicum bibat, nigrum vero acinaticum caroenum ne bibat, *nisi secundum ceteros locos corrigendum est.* *V.*

Acinātius *v.* Aginatius.

Acincum *v.* Aquincum.

Acind. *nom. gent.* CORP. VI 2057, 2, 20 (*a. 205*) Q. Acind. Alexand(er) *vigil.* *Otto.*

Acindynus, -ī, Ἀκίνδυνος. *nom. et cogn. graecum. celeberrimus consul a. 340*: SYMM. epist. 1, 1, 2. 1, 1, 5. COD. Theod. 9, 3, 3 (*cf.* 2, 6, 4. 8, 5, 3). CORP. II 4107 (*Tarracone*) Septimius Acindynus v. c. agens per Hispanias v(i)c(es) pr(aefec)t(orum) vice sacra cognoscens. INSCR. christ. Rossi. AVG. serm. dom. CASSIOD. chron. *huius pater* CHRONOGR. a. 354 p. 66, 293 *et* 294 praefectus urbis (*cf.* SYMM. epist. 1, 1, 2). CORP. VI 8609 Acindyno Aug. lib. ab epist. lat. *in titulis*: *nomen*: CORP. VI 10537. 10538. X 8061, 3 (*in gemma*). 1995 (*Puteolis*). *cogn.*: CORP. VI 238 L. Volusius Acindynus. 11538 Ambibius Acindynus. 11700 P. Annio Acindyno (*traditur* Acyndyno *vel* Acyndino). 19867. 22395. IX 6123 (*Brundisio*). X 4142 (*Capua*) ⟨T. Fl⟩avio ⟨Acin⟩dyno l(iberto). AVSON. 41, 1 germani fratres sunt, Chrestos, Acindynos alter (*cf.* 3). *consul ubi traditur eiusque pater orthographia nutat*: INSCR. christ. Rossi I 57 Acindino. *ibid.* 56 Acyndino (COD. Theod. 9, 3, 3 CHRONOGR. a. 354 p. 66, 293 AVG. serm. dom. 1, 50 CASSIOD. chron. p. 151, 340). *ibid.* 59 *a. 340* Aquindino (CHRONOGR. a. 354 p. 66, 294). *v. Seeck, PW. I 1169.*

acinetus, -um, ἀκίνητος. *adi.* CHIRON 491 *umor* acinetos facit nervos.

Acinetus, -ī. TERT. scorp. 10 confitendum apud veras potestates et veros homines, Teletos scilicet et Acinetos (aginetos *codd.*) et Abascantos Valentini. TERT. adv. Val. 8 Acinetum et Theletum. IREN. 1, 1, 2 aeonum nomina ... Acinetos et Synerasis. *Diehl.*

Acinippo *et* **Acinipo** *opp. Hispaniae Baeticae, Ptolemaeo Ἀκινιππώ, cf. Hübner, Corp. II p. 181, PW. I 260.* PLIN. nat. 3, 14 in Celtica Acinippo (Acinipro *et* Acinibro *codd.*). Acinipo *nummi aetatis liberae rei publicae apud* Heiss, descr. p. 362. 363. **Acinipponēnsis** *et* **Aciniponēnsis** *adi.* CORP. II 1347 add. plebs Acinipponen-s(is). 1350 ordo Aciniponensis. 1351 decurion(um) Acinipon⟨en⟩sium (*periit*, decurionum Acinipponensium *in altero exemplo minoris fidei*). *cognatum* **Acinippius** *nom. vir.* CORP. II 3238 (*prope Mentesam Oretanorum, periit, imperite descripta videtur esse*) Acinippius.

Acinius, -a *nom. gent.* CORP. XI 2777 (*Volsiniis*) Acinia L. l. Hedo⟨ne⟩. *cogn. mul.* CORP. XI 2541 (*Clusii*) Gelliae Aciniae. *Otto.*

? **acinārī** tricari, in parvo morari GLOSS. IV 480, 38. V 590, 28. 260, 58. *ubi* aginari *probabiliter Vossius.* *V.*

acinos, *acc.* acinon, *f. herba.* PLIN. nat. 21, 174 acinon et coronarum causa et ciborum Aegyptii serunt, eademque erat quae ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset et admodum odorata. DIOSC. 3, 45 acinus herba est foliis et semine minuto. *num eadem? Diehl.*

acinōsus, -a, -um *ab* acinus. PLIN. nat. 12, 47 asarum ... est ... hederae foliis ... semine acinosum *i. forma acini.* 21, 109 *asphodelum* caulis acinosi, *hic de colore ut videtur.*

acinus *m. vel* **acinum** *n., rarius et* **acina** *f.* [*inc. orig. Th.*] *v. Lachmann ad Lucr. 6, 762.* NON. 193 'acina' genere neutro frequenter Varro posuit, 'acinus' masculino M. Tullius de senectute (52) ... Matius (et alii *codd.*) obscurae auctoritatis 'pressusque labris unus acinus arebat' (frg. 17 Baehr.). *formae certae neutri generis, quod* GELL. 6, 20, 6 *feminino usitatius dicit, leguntur* CATO rust. 112, 2 *et* 3 VARRO rust. 1, 54, 3 COLVM. 12, 39, 1. 3. 12, 44, 4. 8. ITALA cod. Monac. lev. 19, 10 *ubique plur.* acina, ORIB. syn. 1, 20 *et* GLOSS. acinum; *saepe invenitur* acinus *et plur.* acini (GLOSS. IV 203, 6 hic acinus et hi acini generis masculini), *pleraeque formae sunt ancipites. de genere feminino locus est conclamatus* GELL. 6, 20, 6 *de versu* CAT. 27, 4, *qui poetam cum hiatu scripsisse* ebriā acinā ebriosioris *testari videtur* (*cf. Haupt opusc. II 123*), *ipse deceptus ut probabile est. nos nunc fem. non legimus nisi his locis*: DIOSC. 4, 48. 4, 69. 5, 2. 5, 8 CAEL. AVR. chron. 4, 3, 61 CASS. FEL. 35 p. 75. NOT. Tir. 105, 99 achina. GLOSS. II 429, 17. ISID. orig. 17, 5, 14, *hic pro varia lectione. formae plebeiae*: azinia DIOSC. 4, 69. acenus GREG. TVR. virt. Iul. 36. [*it.* acino, *francog. vet.* aisne, *portug.* azea. acina: *sard.* agina. *M.-L.*] *nomen technicum abhorret ab elegantiore dicendi genere; post* CAT. HOR. sat. *nemo scripsit poeta praeter* CARM. mens., SER. SAMM., CYPR. *Gallum.*

1 *de vino*: GLOSS. ῥώξ, γίγαρτον (GRAMM. IV 578, 26), βότρυς, ὄμφαξ, folliculus botri. III 548, 27 acinus uvae ὀμφακῖτις. ISID. orig. 17, 5, 14 acinus (-a *varia lectio*) botrus. CATO agr. 112, 2 siqua acina corrupta erunt, depurgato. 112, 3 acina de uvis miscellis decarpito de scopione in idem dolium ... manu comprimito acina, ut conbibant aquam marinam. VARRO Men. 523 putidas uvas acinis electis et comestis extendit in lecti sponda. rust. 1, 54, 3 expressi acinorum folliculi. *ibid.* lota acina. 1, 68 uvae ... colore mutato et contractu acinorum ... descensurum se minitantur. frg. Non. 551, 7 cum expressissent ⟨ex⟩ acinis mustum et folliculos in dolium coniecissent. CIC. Cato 52 *terra* ex fici tantulo grano aut ex acini vinaceo ... tantos truncos ramosque procreet. CAT. 27, 3 ut lex Postumiae iubet magistrae ebrioso (-e *codd.*) acino ebriosioris (*cf. p. 414, 49*). HOR. sat. 2, 6, 85 aridum et ore ferens acinum *mus.* CARM. mens. (poet. min. I 12) 33 turgentes (surg. *codd.*) acinos varias et praesecat uvas September. COLVM. 4, 28, 1 dierum spatium, quo acini formantur: 11, 2, 69 vinacea, quae acinis celantur. *ibid.* cum ... *vinacea* in media parte acinorum sint. 12, 18, 2 dispersis acinis. 12, 45, 1 *uvas* maioris et duri et rari acini. 12, 16, 1 maximis acinis nec spissis. 12, 39, 1 acina mucida aut vitiosa reicere. *ibid.* cum ... exaruerint acina decerpere. 12, 39, 2 corrupta purgato et secernito. *ibid.* ubi satis corrugata erunt acina, demito et sine scopionibus in dolium conicito. 12, 44, 4 haec ratio rugosa facit acina. 12, 44, 8 huius modi halitus ... acina corrumpunt. *ibid.* crassa variaque. arb. 3, 1 semina ... grandi acino, tenui folliculo, paucis minutisque vinaceis. *ibid.* raris acinis. 3, 2 crebris. 8, 5 cum instar ad ervi amplitudinem acini

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

habuerint. 9, 1. PLIN. nat. 7, 44 Anacreon ... acino uvae passae ... strangulatus. 12, 130 cum sunt acini ciceris magnitudine. 14, 35 nigro acino (14, 39. 14, 43). 17, 188 nigrescente acino. 14, 42 *uva* uncialis, velut a pondere acini. *ibid.* acinos foliis intercursantibus. 14, 41 scripula *vitis* passo acino. *ibid.* conferta acino. *ibid.* acinum praegrandem unum alterumve habens. 14, 27 acino rarior. 14, 14. 15. 14, 15 praelongis dactyli porriguntur acinis. 14, 16. 17. 14, 21. 23. 25. 14, 29. 14, 30 duo genera ... unum oblongo acino, alterum rotundo. 14, 82. 14, 98 acini coria. 23, 13. 14. 17. 21 semen in uva raris acinis dependet. 18, 288 acini praecocuntur in callum (17, 226). 15, 62 demptis forfice corruptoribus acinis. 17, 161 uva ... fert omnium corporum suorum acinos. 162. 190 in tantum tenerescere acinos, ut rumpantur. 18, 309. 316 non augeri acinos. AVG. apud Suet. Aug. 76 panis unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi. FRONTO p. 67, 17 N. Signini ... isti nimis rancidos racemos et acidos acinos habent. CYPR. GALL. num. 75 horreat hic uvas acinum nec mordeat ullum. ITALA cod. Monac. lev. 19, 10 neque acina (ῥᾶγας, VVLG. racemos et grana) vineae tuae colliges. PALLAD. 3, 9, 2. VVLG. Sirach 33, 16 quasi qui colligit acinos post vindemiatores (*proverbialiter*). num. 6, 4 quidquid ex vinea esse potest, ab uva passa usque ad acinum, non comedent. IV Esdr. 9, 21 *et* 22. HIER. comm. Is. 1, 25 (27) Theodotio γιγαρτῶδες id est acinum uvae interpretatus est. GAVDENT. 2 extr. PLIN. VAL. med. 1, 23 uvae passae purgatae sine grano acinos (accitos *trad.*) X. 2, 28 sarmenta, in quibus uvarum acini haerent et acinorum lapilli comburuntur. DIOSC. 4, 69 molle sicut azinia. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 61 acinae uvarum siccarum. 2, 7, 107 acinos. GREG. TVR. virt. Iul. 86 acerbus acenorum. **2** *de aliis herbis*: PLIN. nat. 13, 113 blandiores acini *mali Punici* (15, 39 acinus sub cortice intus. 27, 44 semen simile Punici mali acinis). 15, 84 setaniae ... acini molliore ligno. 16, 146 aliis (*hederis*) densus acinus et grandior (147. 152 amaritudo acini). 16, 154 *smilax* conplexa acinis maioribus nucleos ternos. 180 sabuci acinos habent nigros atque parvos. *sic de variis*: 16, 245. 248. 21, 177 acini coccini granosi in folliculis. 22, 29. 23, 106 nec carne acinorum utili nec suco. 108 acinis detracto cortice tunsis. 23, 113. 24, 11 commanducantes acinos expuunt cortices. 24, 52. 74. 77. 78. 80. 82. 83 comantibus acinorum corymbis. 121. 25, 116. 27, 68. SER. SAMM. 582 proderit ex parvis acinos potare sabucis. MARC. med. 28, 30 acini sive corymbi hederae tres contriti. DIOSC. 5, 2 (*bis*) acinas (4, 48. 4, 69). 5, 8 sucum acinarum. *generaliter de fructus forma*: PLIN. nat. 15, 96 alia acinis caro, alia moris, alia umedonibus et alia acinis inter cutem sucumque, alia myxis, alia bacis, alia olivis. 15, 100. 101 medio ... genere inter bacas acinosque cerasis. 13, 42 acinis quam balanis similiores *palmae*. **3** *in comparatione aliarum rerum*: PLIN. nat. 29, 86 *phalangiorum genus* vocatur et rhox acino (rhacino *codd.*) nigro similis. 11, 120 Hypanis fluvius ... defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucre. 34, 123 adhaerescens limus vitreis acinis imaginem quandam uvae reddit. CELS. 7, 11 in ipso ... oculo nonnumquam summa attollitur tunica ... et similis figura acino fit, unde id σταφύλωμα Graeci vocant. CASS. FEL. med. 35 p. 75 *tumor faucium* si fuerit rotunda in similitudinem acinae, stafyle a Graecis appellatur, quam nos uvam dicimus. *cf.* GLOSS. III 597, 34 acinestafele gargarion. *pro modulo?* (*cf.* granum): ORIB. syn. 1, 17 acinum salis in ore multum iuvat. 1, 20 infantibus acinum salis ano opponere.

aciola *v. sub* acucula.

acion *n.*, ἄχιον *herba*. DIOSC. 4, 26 de acion id est sibissono. acion aut dorida multi et istam alcibiadion dixerunt. *V.*

Acionna, -ae *f. dea Gallica*. CORP. XIII 3063 (*prope Cenabum ad fontem dictum hodie l'Étuvée; litteris saec. I*) Aug(ustae) Acionnae sacrum. Capillus Illiomari f. porticum cum suis ornamentis v. s. l. m. *Otto.*

acipēnser, *vetustius* **acupēnser** *vel* **aquipēnser,** -is *m.* [*inc. orig. Th.*] *rara forma* acipensis MART. 13, 91 tit. *et* v. 1 acipensem *acc. eadem latere videtur in corruptelis codicum* PORPH. Hor. serm. 2, 2, 47 *et* 48. ἀκκιπήσιος *Graeci* ATHEN. 7 p. 294 F, ἀκιπήσιν GLOSS., ἀκκηπησίον LYD. mag. ind. 2, 14, *idem tamen* mag. 3, 63 ἀκνϊπήνσερα. acopienser POL. SILV. (chron. min. I) p. 544, 8. c *geminatur passim male. quisnam piscis sit dubitatur (cf. A. Marx, PW. I 260); constat eum fere gloriam habuisse cibi pretiosissimi. multa de eo:* MACR. sat. 3, 16, 1 nec accipenser, quem maria prodigis nutriunt, illius saeculi delicias evasit et ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse, accipite ut meminerit eius PLAVTVS in fabula quae inscribitur Bacaria (bacch. *codd.*) ex persona parasiti ... 'haec ventri portatur pompa. ... qui mihi in mari acipenser (*prior* c *del. P*, ancipenser *B*) latuit antehac, cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus et mandibulis (manibus *codd.*)'. ... haec sunt in dialogo de fato verba CICERONIS (frg. 5) ... 'adlatus est forte Scipioni accipenser (*prior* c *del. P*), qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis (*hinc* GLOSS. Plac. 5, 4, 17 *et* 44, 6 accipenser [accipienser] genus piscis est raro inventum, id est nobile) .... Pontius "Scipio" inquit "vide quid agas (*i. noli multos in cenam vocare*), accipenser (acip. *P*) iste paucorum hominum est"'. nec infitias eo temporibus Traiani hunc piscem in magno pretio non fuisse teste PLINIO Secundo (9, 60) .... sed non diu stetit haec parsimonia, nam temporibus Severi ... SAMMONICVS SERENVS ... *scripsit* 'gratiam eius video ad epulas quasi postliminio redisse, quippe qui ... convivio sacro (*i. Caesareo*) animadvertam hunc piscem a coronatis ministris cum tibicine introferri. sed quod ait Plinius de accipenseris (acip. *P*) squamis, id verum esse ... NIGIDIVS FIGVLVS ostendit, in cuius libro de animalibus quarto ita positum est "cur alii pisces squama secunda, accipenser (acip. *P*) adversa sit"'. haec Sammonicus. PAVL. FEST. 22, 13 aquipenser genus piscis (*cf.* NON. 550 GLOSS. II 18, 44). PLIN. nat. 9, 60 apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser (acc. *nonnulli codd.*), unus omnium squamis ad os versis contra quam in nando meant, nullo nunc in honore est, quod quidem miror, cum sit rarus inventu. quidam eum elopem vocant (*scil. Apion cf.* Athen. 7 p. 294 F). GLOSS. II 18, 44 *et bis etiam*: aquippense γαλεός (γαλοιος *vel* galios *codd.*) *cf.* Archestr. apud Athen. 7 p. 294 E. GLOSS. III 186, 50 ἀκιπήσιν accipiens. LVCIL. 1003 omnia in ista consumis squilla atque acupensere (accubans aere *codd.*) cum decumano. CIC. fin. 2, 91 se acupenserem maenae non anteponere. 2, 25 nec lapathi suavitatem acupenseri Gallonii Laelius anteponebat. Tusc. 3, 43 si quem tuorum adflictum maerore videris, huic acupenserem (acip. *var. l.*) potius quam aliquem Socraticum libellum dabis? HOR. sat. 2, 2, 46 haud ita pridem Galloni praeconis erat acipensere mensa infamis. OV. hal. 134 tuque peregrinis acipenser nobilis undis (*cf.* PLIN. nat. 32, 145 *et* 153). MART. 13, 91 ad Palatinas acipensem mittite mensas, ambrosias ornent munera rara dapes. AMBR. hexam. 5, 1, 2 tibi suos fructus terra producit, tibi scaros et acipenseres. HIER. epist. 45, 5 de comeso acipensere gloriaris. *V.*

acipes *v.* agipes. [*Diehl.*

Acirap (*?*). CORP. VII 1336, 9 (*in vasculo*) of(ficina) Acirap (*?*).

Acirgi(ānae*?*) figlinae. CORP. XV (*sigilla amphorarum montis Testacei*) 2574 (ex) figlin(is) Acir⟨g⟩(ianis*?*) *et* (ex figlinis) Acirgi(anis*?*). 2575 (ex) Acirgi(anis*?*) f(iglinis) *et* Acirgi. *sim.* CORP. XII 5683, 17 (*Viennae et Narbone in amphoris*) Acirgi.

Aciris (-īr-*?*), -is *m. fluv. Lucaniae,* Ἄκιρις, *hodie* Agri. PLIN. nat. 3, 97 inter Sirim et Acirim (Agirim *et* Acrim *libri*) Heraclea. Acir: STAT. silv. 2, 6, 64 Lucanus Acir (ager *cod.*). *hinc potest nomen* habere Acíris Caesaris Aug. l. ministrat(or) CORP. VI 8918. *v. etiam* Acirus.

Acirrius, -ī *nom. vir. barbaricum*. CORP. III 2900 (*in Dalmatia*) C. Iulio Cenni f. Acirrio. *Otto.*

? **Acirtilla,** -ae *cogn. mul. peregrinum*. CORP. II 6027 (*Sagunto, extat*) Publicia M(arci) S(purii) l(iberta) ⟨...⟩ | Acirtilla, *nisi fuit* ...⟩a Cirtilla. *Diehl.*

Acirus, -ī *nom. vir.* CORP. VI 4022 a (*in monumento servorum libertorumque Liviae Augusti*) Livia Secunda Aciri soror. *v. etiam* Aciris. *Otto.*

(**acis,** -idis) *f.*, ἀχίς. SERV. Aen. 1, 720 Acidalia Venus dicitur vel quia inicit curas, quas Graeci acidas (ἀχίδας *editor*) dicunt, vel.... *hinc* GLOSS. V 615, 49 Acidalia hinc et Venus dicitur, quod acidas inmittat hominibus *et* MYTHOGR. 2, 36, 21.

Acis, -idis (-īdis-*?*), Ἄχις. **1** *nom. mul. graec.* CORP. VI 3949 (*descr. e monum. Liviae*) Ati⟨metus*?*⟩ dat Acídi Lív⟨iae⟩. 4234 (*eiusd. orig.*) Homerus cub(icularius) dat Acidi conser(vae). **2** PLIN. nat. 4, 66 Siphnus *insula* ante Meropia et Acis appellata.

Ācis, -idis *m.*, Ἄκις. *gen.* Acidis: OV. met. 13, 757. 787. *acc.* Acin: OV. met. 13, 861 *bis*. 874. 884 CLAVD. rapt. Pros. 3, 332 ANTHOL. 151, 2 SERV. ecl. 9, 39 (MYTHOGR. 1, 5) SERV. auct. ecl. 7, 37. Acidem SOL. 5, 17. *voc.* OV. fast. 4, 468 Aci. *abl.* MYTHOGR. 1, 5 Acide (2, 174). PROB. cath. gramm. IV 20, 20 'cis' terminata, si non fuerint generis communis, Graeca sunt, hic Acis, nomen fluvii in Sicilia. Ăcin CLAVD. rapt. Pros. 3, 332 ANTHOL. 151, 2. **1** *fluvius Siciliae, nunc* fiume di Iaci: OV. fast. 4, 468 herbifer Aci. SIL. 14, 221 quique per Aetnaeos Acis petit aequora fines. SOL. 5, 17 Acidem quamvis dimissum Aetna nullus frigore antevertit. VIB. SEQ. geogr. p. 146, 16. CLAVD. *l. c.* lucus erat prope flumen Acin. PROB. *l. c. nota* SERV. ecl. 9, 39 *Acis fons* hodieque †latine Acilius dicitur (*unde exscr.* MYTHOGR. 1, 5 *et* 2, 174 ab Acide Acis) *v. Hülsen, PW. I 1170.* **2** *pastor pulcher Siculus a Galatea amatus, necatus invidia a Cyclope, in amnem versus esse narratur* OV. met. 13, 750—897. *ibid.* 750 Fauno nymphaque Symaethide cretus. *cf.* SERV. *et* SERV. auct. *l. c. et* MYTHOGR. *l. c.* ANTHOL. 151, 2 custodem ut pecorum cernere possit Acin (*Galatea*). **Acium,** -ī *Siciliae oppidum ad Acidis fluvii os situm, nunc* Aci Reale. ITIN. Anton. 87 per Tauromenium Naxo ... Acio ... Catina. *v. Hülsen, PW. I 261.* *Diehl.*

acisco *v.* acesco.

acisculārius λατόμος GLOSS. II 13, 47. *ab* acisculus.

acisculus (*antique* ī*?*) *m.* (*vix* -um *n.*) [*cf. esse videtur c.* acies acuere. *Th.*] GLOSS. V 590, 25 asciculus: asciola, dolabra. II 514, 32 accisulus: axedonis. IV 481, 40 acisculum: malliolum structorium. V 260, 43 *et* 343, 53 quod habent [in]structores, quasi malleolus est ad caedendos lapides. III 23, 23 acisclum μυλοκόπον. V 353, 47 ⟨a⟩ciscillus heardheui (*anglos.*). BOET. mus. 5, 2 (p. 354, 14) singulae artes habent instrumenta quaedam, quibus partim confuse aliquid informent, ut acisculum (asciculum *cod. Mon. 367 saec. XII*),

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

partim vero quod est integrum deprehendant, ut circinum. *in horticultura*: GLOSS. II 432, 49 *σκαφίον ἤτοι ὄρυξ, κηπουρικόν* acisculum. *v. Mau, PW. I 260. cf.* acieris *et Bücheler, Rhein. Mus. 46 (1891) 234.* *V.*

Acisculus, -ī *cogn. vir.* L. Valerius Acisculus *in nummis aetatis Caesarianae, in quibus acisculus expressus est*: Babelon II p. 518 sqq. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 95 haec autem (*Catia*) adeo vilis fuit, ut in aede Veneris theatri Pompeiani adulterium cum Valerio Acisculo (acsitulo *Vat., Mon.*, ac siculo *Par., corr. Kiessling*) [colono] tribuno plebis obducto velo admiserit. CORP. IV 102 Aciscule. QVINT. inst. 6, 3, 53 haec tam frigida quam est nominum fictiō adiectis, detractis, mutatis litteris, ut Acisculum, quia esset pactus, Pacisculum et Placidum . . . Acidum . . . dictos invenio. Acisclus *martyr Cordubensis*: PRVD. perist. 4, 19 Córduba Ácisclúm dabit (Acisdum, Ascisclum *sim. codd.*). ISID. hist. Goth. 45 adversus Cordubensem urbem proelium movens dum in contemptu catholicae religionis beatissimi martyris Aciscli (*sic unus cod.*, Acircli, Acisdo, Asciscli *cett.*) iniuriam inferret.

Acisinus *nom. gent.* CORP. V 491 (*in Histria, periit*) P. Acisinus C. f. Venetus, Calla uxor. **Acisonius** *nom. gent.* CORP. III 4871 (*in Norico*) C. Acisonio Accepto Copponia Potentina sibi et con(iugi). *Otto.*

acitābulum *v.* acetabulum.

Acitavonēs *gens Alpium.* PLIN. nat. 3, 137 (*tropaeum Alpium*) Salassi, Acitavones (*sic Leidensis Voss.*, Agitabones *Parisinus, Leidensis Lips., Riccardianus*), Medulli. *cf. Mommsen, Corp. V p. 906. Otto.*

Acitoalī, -ōrum *Arabiae gens.* PLIN. nat. 6, 157 Acitoali (*v. l.* Achoali), oppidum Phoda, ac Minaei a rege Cretae Minoe. *v. D. H. Mueller, PW I 249 sub* Achoali. *Diehl.*

Acitodūnum *opp. Lemovicum in Aquitania, aetate posteriore* Agidunum, *nunc* Ahun. TAB. Peut. 2, 3.

Acitoriziāco *ablat., locus in Galatia, cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 20.* TAB. Peut. 9, 5. *Otto.*

aclassis tunica ab umeris non consuta PAVL. FEST. 20, 11. GLOSS. II 13, 49 aclassi *λώματα* (*an -τε?*). *V.*

Aclauros *v.* Aglauros.

aclēsia *v.* ecclesia.

aclēta *v.* athleta.

Aclisiānus *cogn. vir.* CORP. XIII † 2360 (*Lugduni, a. 466, titulus superne fractus, videtur fuisse:*) . . .〉lius Aclisianus. *Otto.*

Aclissae, -ārum *gens Indica.* PLIN. nat. 6, 67. *Diehl.*

Aclus. GLOSS. V 162, 13 Aclus Tu〈s〉corum lingua Iunius mensis dicitur. III 506, 15 Aclus Iunius mensis. *confert Skutsch* fasciae mumiae Agramensis VI 14 eslem zaϑrumiś acale 'toto die Acli'.

Aclutius *nom. gent.* CORP. X 4876 (*Venafri*) C. Aclutius L. f. Ter. Gallus duovir urbis moeniundae bis, praefectus iure deicundo bis . . . . *cf.* Aculius, Aclius (*sub* Acc-)*?* *Otto.*

aclys, -dis *f.* [*vocabulum peregrinum esse videtur, fortasse cf. c. gr. ἀγκυλίς. Th.*] GLOSS. V 343, 50 tela arma gladia. V 436, 32 genus gladii rotundi. V 638, 9 iaculum rotundum (rotunde *cod.*), quod flagello ammenta〈tur〉 *ex* VERG. Aen. 7, 730 teretes sunt aclydes (acludes *P*) illis (*Oscis*) tela, set haec lento mos est aptare flagello (*describit* SERV. *ad l., ubi traditur* aclides). NON. 554 aclydes: iacula brevia. VAL. FL. 6, 99 albentes gemina ferit aclyde parmas. SIL. 8, 550 aclydis. 3, 363 aclyde (SIDON. carm. 5, 413). TREB. POLL. Claud. 14, 6 aclydes duas.

Acmē, Acumē, *Ἀκμή,* **Acumis,** *Ἀκμίς, nom. mul. graec. serv., cogn. lib. apud* CAT. 45 *Septimii* amores *et in titulis inde ab infima rei publ. lib. aetate. nota cogn. praepositum*: CORP. IX 2310 (*rei publ. lib. aet.*) Acumis Volusia Q. l. *declinata ab* Acme: *nom.*: CAT. 45, 2 *et* 10 *et* 23. CARM. epigr. 1563 (*Esquiliis, Caesarianae aetatis*). CORP. VI 10541. 11301/2 Albinia (mulieris) l(iberta) Acme. 18269. 23331. 22883. 25948. XIV 3977 (*Nomento*). IX 2490 (*Saepino*). *gen.*: CORP. IX 5750 (*Ricina, periit*) Octaviae (mulieris) l. Acma〈e〉. VI 7276 (*extat*) d. m. Passienaes Acmes. *dat.* Acme: CORP. VI 1891. 9625. 20353. 26609. XIV 2521 (*in agro Tusculano*). V 2614. 4096 (*Cremona*). XII 1634 (*Gall. Narb.*) d. m. Iuliae Acme (*an gen.?*). *acc.* Acmen: CAT. 45, 1 *et* 21. *ab* Acume: *nom.*: CORP. VI 4144 (*e monum. Liviae*) Iulia Acume. 7656. 10833 Aelia Q. et (mulieris) l. Acume. 23438. 26468. XI 4941 (*Spoletio*) Acume Prima Eros . . . líberti. *gen.*: CORP. XI 6316 (*Teate Marrucinorum*) Egdechomeni Ateiae Acumenis. *dat.*: CORP. IX 5325 (*prope Picenos, descr.*) Nummiae Acume, *ibid. gen.* arbitr(io) Nummiae Acuminis. *nota*: CORP. VI 19920 (*periit*) Aqum〈e〉 M. Alf〈i . . .〉 ancil〈la〉. *huc traho* X 6719 (*recogn. Henzen, Antio*) Caesonia (mulieris) l(iberta) Acome. *cf. adv. ἀκόμη — ex ἀκμήν — Graecorum posterioris aetatis. v. Krumbacher, K. Z. 27 (1885) 498.* XII 4650 = 4544 add. (*Narbone, periit*) Aufustia Acyme l(iberta). X 8050, 1—3 *in amphoris* Acime Ovin(i). V 3155 (*Vicetia*) Lepidiae C. l. Acime. *ab* Acumis: *nom.*: CORP. IX 2310 (*v. l. 57*). V 2686 (*Ateste*) Sempidien〈a〉 P. l. Acumis. *casus obliqui possunt non minus pertinere ad* Acme: *gen.*: Acuminis (*v. l. 71*). *dat.*: CORP. V 6096 (*Mediolanio*) Liciniae P. l. Acumini. X 3991 (*Capua*) . . .〉nae M. l. Acumini. *ad vocalem insertam cf. Ritschl opusc. 2, 505.*

Acmaeus, -ī, *cf. ἀκμαῖος. cogn. vir.* CORP. VI 23229 P. Octani Acmaei (*lap.* Acmafi). **Acmazōn,** -ontis, *ἀκμάζων. nom. et cogn. vir. graecum* CORP. VI 5209 (*e columb.*) d. m. Acmazonti (8982). CORP. VI 383 Acmazon Aug. lib. 10540 (*periit*) Acmazon Caesaris n(ostri) servus *et* 25283 (*periit*) Acmazonti Caesaris nostri servo *utrobique traditur* Acmaszon (-onti). CORP. VI 26788 Istatilia Marcella Aelio Acmazonti suo fecit (z = ≤). V 5749 (*in agro Mediolaniensi*) Q. Audasius Acmazon VIvir Aug(ustalis). **Acmazusa,** -ae, *ἀκμάζουσα. cogn. mul.* CORP. IX 2084 (*in agro Beneventano, descr.*) 〈. . .〉ssaea Acmazusa.

Acmemeno *v.* Agamemno.

Acmetiānus, -ī, *cf. ἄκμητος. cogn. vir.* CORP. XIV 250, 4, 40 (*Ostia, a. 152*) L. Veius Acmetianus. *idem redit* 699 L. Iulius Veius Acmetianus. *Diehl.*

Acmodae *insulae Britannicae.* PLIN. nat. 4, 103 VII Acmodae (acmode *Leidens. Voss.*, accomode, haecmodae *sim. cett.*). *Otto.*

Acmōn, -onis, *Ἄκμων.* **1** *Aeneae socius*: VERG. Aen. 10, 127 fert ingens toto conixus corpore saxum . . . Lyrnesius Acmon. **2** *Diomedis socius Cythéream spernens in avem mutatus est.* OV. met. 14, 494 Pleuronius Acmon. 484 Acmon fervidus ingenio. 497 Acmona. *cf.* PLIN. nat. 10, 126 *et* 127 Diomedias . . . aves. **3** *nom. serv.*: CORP. VI 10542 (*extat*) Acmo C. Silani vixit annos XXXII. **Acmonidēs,** -ae, *Ἀκμονίδης. unus ex tribus Hephaesti ministris*: OV. fast. 4, 287 mare Trinacrium, candens ubi tinguere ferrum Brontes et Steropes Acmonidesque solent (*idem dicitur* VERG. Aen. 8, 425 Pyracmon. *cf.* SERV. *ad l. et* CLAVD. 7, 195). *cf.* Acamas. **Acmonia,** -ae, *Ἀκμονία.* **1** *Phrygiae oppidum Steph. Byz. teste Alexandro Polyhistore ab Acmone Manis filio conditum fert. Hierocl. Ἀκμῶνα acc. nummi saec. I ante Chr. ornati sunt aquila fulgure. et in his et saec. I p. Chr. scriptum est Ἀκμονέων, raro Ἀκμονῶν, Ἀκμονεῖς. nunc* Ahatkoi. RAVENN. p. 111, 2 Acmonia. TAB. Peut. 9, 3 Agmonia. *adi. ab hoc oppido derivatum* **Acmonēnsis,** -e. CIC. Flacc. 34 civitas Acmonensis. *ibid.* legatos Acmonenses. *plur. eius oppidi incolae*: CIC. Flacc. 34. 36. 38. PLIN. nat. 5, 106 ex . . . conventu *Apameae Ciboti* . . . Acmonenses. *v. Hirschfeld, PW. I 1174.* **2** *Daciae oppidum*: *Ptolemaeo Ἀκμονία (v. l. Ἀκμωνία).* RAVENN. p. 203, 14 Agmonia. p. 189, 7 Augmonia. TAB. Peut. 7, 5 Agnavię. *v. Tomaschek, PW. I 283.* *Diehl.*

? **Acmonisa** *legitur in opere figlino Schuermans, Sigles figul. 41. an* Acmonis a.*? cf. p. 418, 19.* *Otto.*

acnafus, agnafus *adi., ἄγναφος. inpolitus.* GREG. TVR. glor. conf. 20 pignora palleis acnafis exornata. *ibid.* 34 vestimentum agnafum (-rum *codd.*) erat inlaesumque. *V.*

Acne *v.* Hagne.

Acnia. CORP. III 12014, 97 (*in vase cretaceo*) ΛCИIΛ.

Acnon *nom. mul. Hispanum.* CORP. II 2968 (*periit, Hisp. Tarrac.*) Calaetus Equesi f(ilius) . . . Acnon mater. *Diehl.*

acnua (agnua), -ae *f.* [*orig. inc. Th.*] *i. q.* actus *I 3. Hultsch, PW. I 283.* VARRO rust. 1, 10, 2 is modus (*actus quadratus*) acnua latine appellatur. COLVM. 5, 1, 5 hunc (*quadratum*) actum provinciae Baeticae rustici acnuam (agnuam *SA*) vocant (*cf.* ISID. orig. 15, 15, 5 actum provinciae Baeticae rustici agnam (agrum *codd.*) vocant). FRONT. grom. 30 ex actibus conicio acnuam (connicium locorum *vel sim. codd.*). GROM. 245 centuria habet . . . agnas (*sic cod. Arcer.*, angua *Erfurt.*) DC per DC. 246 agnua habet pedes XIIIICCCC. CORP. II 3361 aqua perducta cum silvis agnuar(um) trecentarum. *corrupte* acina POL. SILV. chron. min. I p. 549, 3. *Klotz.*

Aco *v. sub* Acco.

acoemetēnsis, -e *adi. ab* acoemetus, *ἀκοίμητοι monachi insomnes. cf. Herzog-Hauck, protest. Realencyclop. s. v.* Akoimeten, *et Ducange, lat. et gr. s. voce. in libris scribitur* aquimetensis, ac(h)imitensis. AVELL. p. 326, 23 de acoemetensi monasterio fuit (COD. Iust. 1, 1, 8, 31). *sim.* VICT. TONN. chron. min. III p. 203, 552. *ibid.* p. 191, 487 per monachos monasteriorum acoemetensium. *huc traxerim* GLOSS. V 267, 12 aquimitti inrequieta, *quam Goetz interpretari vult* acimete, *ἀκοιμήτη.*

Acoemetus, -ī, *Ἀκοίμητος. cogn. vir.* CORP. VI 10175 A. Postumius Acoemetus doctor myrmillon(um).

acoenonoētus, -ī, *ἀκοινονόητος.* IVV. sat. 7, 216 ex hoc (*grammaticus quod meruit labor*) quodcumque est . . . discipuli custos praemordet acoenonoetus (SCHOL. communi carens sensu). *cf. Friedländer ad l.* GLOSS. acnonitus *et* acononitus *pro* acoenonitus qui nulli communicat. CIC. Att. 6, 1, 7 contumaciter adroganter *ἀκοινονοήτως* (6, 3, 7). *cf.* PLIN. epist. 3, 9, 8. GELL. 12, 12, 4 *ἀκοινονόητοι* (*schema illustrat*). PAVL. PELL. euch. 65 ipsius alphabeti inter prope prima elementa nosse cavere decem specialia signa amathiae nec minus et vitia vitare *ἀκοινονόητα* (*libri* akoinonta *et* akinononta).

Acoetēs, -is, *Ἀκοίτης.* **1** *gubernator Maeonius qui Liberum infantem a remigibus abductum reducere socios frustra iussit. cuius sub specie sua Pentheo narrat fata Liber* OV. met. 3, 577 sqq. OV. met. 3, 582 nomen mihi . . . Acoetes, patria Maeonia est. 696 Tyrrhenus Acoetes. HYG. fab. 134 p. 114, 12 Acoetes gubernator (21). HYG. fab. 135 p. 115, 1 Acoetis *gen. dat.*: SERV. auct. Aen. 4, 469 Acoeti. *acc. ibid.* Acoeten. MYTHOGR. 2, 83 Acetem. *v. Hoefer, PW I 1175.* **2** *Aeneae socius*: VERG. Aen. 11, 30 Acoetes . . . senior, qui Parrhasio Euandro armiger ante fuit. 85 aevo confectus. STAT. silv. 2, 1, 93 fidus. **3** *Thebanus* STAT. Theb. 8, 444.

acoetis, -is *f.*, *ἄκοιτις.* LVCIL. 473 compernem aut varam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fuisse Amphitryonis acoetin Alcmenam. *cf. Homer. λ 266 Ἀμφιτρύωνος ἄκοιτιν.* *Diehl.*

?acoetum, -i. [*a gr. ἄκοιτον tractum. Th.*] GLOSS. 4,303,12 acetum: dulce. PLIN. nat. 11, 38 in omni melle quod per se fluxit ut mustum oleumque appellatur acetum. APIC. 3, 69 suffundes acetum (*i. ὄξος*), adicies cariotam, nucleum teres melle, acetum (*ἄκοιτον intellegit Schuch*), liquamen. 4,174 acoeto modico temperabis. 6,257 addis cariotam, mel acoetum, liquamen, oleum. COLVM. arb. 2,1 *v. p. 381, 15.* GRAMM. VII 262,8 acetum ... et cera *est* liquida pretiosa. *vide tamen ne et his locis agnoscendum sit vocabulum latinum* acetum. *cf. p. 381, 48.* *Oertel.*

Acohilarus *nom. figuli. Schuermans, Sigles figul. 42.* *Otto.*

Acolitānus *v.* Achulla.

acolūthus, -um, *ἀκόλουθος.* **1** CHAR. gramm. I 272,22 metaphorae quaedam sunt communes, quae a Graecis acoluthoe appellantur (DIOM. *ibid.* 457,24). **2** *substantive apud christianos, officium ecclesiasticum secundum ab imo lectoris:* GLOSS. V 260, 63 calicem gestat, subsequens sub diacono (IV 7,17 subdiaconus). *cf.* CANON. 23, 5 *presbyteri* fermentum ... per acolythos accipiunt. IOH. DIAC. epist. 10 acolythi ... sacramentorum portanda vasa suscipiunt et ministrandi sacerdotibus ordinem gerunt. IVS canon. veter. 3,94 (Migne 56, 888) acolythus cum ordinatur ... ab archidiacono accipiat cereoforaleum cum cereis (PS. GERMAN. PARIS. liturg. Gall. 3 Migne 72, 301 *exscripsit* ceroferarium). ISID. orig. 7, 12, 29 acolythi graece, latine ceroferarii dicuntur. HIER. epist. 52, 5 si lector, si acolythus, si psaltes te sequitur. *de ordinatione ecclesiae ministrorum agit* SIRIC. epist. 1, 9, 13. *v.* NOT. Tir. 55, 25—38 pontifex *ad* clericus. *cf. Harnack, Die Quellen der sogenannten apostolischen Kirchenordnung, Lipsiae 1886, p. 96. metrica:* INSCR. christ. Rossi II p. 56, 16 suscipe Chr(ist)e potens acoluthi v⟨o⟩ta Georgi(i). CARM. epigr. 758 (*Romae, omni fere caret prosodia*) acolothus *pro dactylo. orthographica: primum memorat* CYPR. epist. *quarum libri variant inter* acoluthum *et* acolythum (34,4. 52,1. 59,9), acolytum (52,1), acolitum (7,1. 45,4. 49, 3. 78,1 acolitos), acholitum (59,9. 77, 3 acholitos). GLOSS. IV 7,17 acoluthus. CORP. VIII 13426 (*Carthagine*) acolutus. *in libris praevalet omnino* acolythus: SIRIC. epist. 1, 9, 13 HIER. epist. 52, 5 AVG. epist. 191, 1. 193, 1. 194, 1 LEO M. epist. 7, 2 CANON. 23, 5 IVS canon. ISID. orig. 7, 12, 29. CASSIOD. var. 3, 45, 1 acolyto. GREG. M. epist. 4,19 acolitho. AVELL. p. 111,20 acolitum (p. 112, 6. p. 112, 19 NOV. Iust. 59, 2 *sqq.* GREG. M. epist. 8, 1. 8, 6 GLOSS. V 260, 63). NOT. Tir. 55, 37 acoljtus. INSCR. christ. Rossi 1, 1199 ⟨a⟩colitus. CORP. IX 1394 acoliti *gen.* CORP. IX 1385 (*a. 529*) acoletus. CORP. XIII 2375 (*Lugud. a. 517*) Disderius agolitus (X 4528).

Aculuthus, -ī, *Ἀκόλουθος. nom. serv.* CORP. X 6493 (*Vlubris*) A. Sergius A. l. Acolutus. *nota christianum* CORP. IX 2079 (*Benevento, periit*) hic requiescit Acholitus senior. *Diehl.*

acolymbos, *ἀκόλυμβος herba.* PS. APVL. herb. 96 *sub titulo* cynoglossa. *V.*

***?*Acomas.** RAVENN. p. 367,5 *in Ponto* Apsaron Acomas Apiside. Guido p. 532, 5 Acomasin. RAVENN. p. 75, 21 Camasim. *videtur latere fluvius Ἀκινάσης (-ις) Arrian. peripl. 7, 5.* *Diehl.*

Acomē *v.* Acme.

Acomius *nom. gent.* CORP. III 633, 3, 10 (*Philippis*) Acomius Tertullius.

Acomn. *est in opere figlino Schuermans, Sigles figul. 40.* *Otto.*

aconē (-a), -ae *f., ἀκόνη.* PLIN. nat. 27, 10 *aconitum* nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant, et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta, ne pulvere quidem, nutriente. SERV. georg. 2, 152 aconitum dicitur *ἀπὸ τῆς ἀκόνης*, id est a cote. *cf.* GLOSS. V 260,53 aconi populi (aconae scopuli *Loewe,* Aonii populi *Heraeus*).

Aconē, *Steph. Byz. Ἀκόναι.* PLIN. nat. 6,4 *in Mariandynis* sinus oppidumque Heraclea, ... portus Acone veneno aconito dirus (SOL. 43, 1 = ISID. orig. 17, 9, 25 = GLOSS. IV 6, 9 *cod. Cassin. cf.* V 260, 49 MART. CAP. 6, 688). SCHOL. Luc. Bern. 4, 323 Acone dicunt portum in Ponto, quae huic ⟨veneno⟩ *aconiti* nomen dedit. AMM. 22, 8,17 portus Acone. **Aconis,** *Ἀκονίς? nom. serv. mul.* CORP. XII 418 (*Massilia*) Cassiae Fortunat(ae) Aconis patronae.

aconītārius, -ī *m.* GLOSS. II 470, 13 *φαρμακοπώλης.*

aconītum, -ī, **aconīta,** -ōrum, *ἀκόνιτον. acc. sing.* aconiton: OV. met. 7,407 (*ante voc.*) DIOSCOR. 4,73. DIOSCOR. 2,47 aconitu. *nota* DIOSCOR. 4,74 de aconitu altero. aconitu altero, quem licocto⟨n⟩on dicunt, nascitur .... GLOSS. aconita *singularem interpretantur ut* aconitum. *nota* IV 6,9 (*cod. Cassin.*) aconitas dicimus ....

SERV. georg. 2, 152 dicimus *τὸ ἀκόνιτον καὶ τὰ ἀκόνιτα. praeter* OV. met. 7, 407 *sing. poetae non usurpant* VERG. OV. LVCAN. IVV. AVSON. PLIN. *tam plur.* (nat. 23, 43. 22, 18. 24, 20. 28, 161. 29, 103 SOL. 43, 1 SERV. georg. 2, 152) *quam sing. adhibuit, quem posteriores frequentabant.* SCRIB. LARG. 188 aconiti *gen.* SOL. 17,10 TERT. pall. 2 MARCIAN. dig. 48, 8, 3 *al.* GLOSS. II 258, 57 *βοτάνης εἶδος φαρμακευτικῆς. al.* genus herbae venenatae, venenosae, veneni. herba venenaria *sim. an huc spectat* V 260, 47 acrinomium aciamen, id est herba venenosa *?* (acrimonium acumen *et* aconita h. v.) *cf. p. 432, 38* V 339,8 aconita thungas. *de origine et etymologia:* OV. met. 7,415 *Cerberus* sparsit virides spumis albentibus agros. has concresse putant.... quae quia nascuntur dura vivacia caute, agrestes aconita vocant. *cf.* LVCAN. 4, 322 nascentia saxis. PLIN. nat. 27, 10 nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant, et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta, ne pulvere quidem, nutriente... alii quoniam vis eadem esset in morte, quae cotibus in ferri acie deterenda statimque admota velocitas sentiretur (*nota utramque ab ἀκονιτί etymologiam. cf.* 27, 4). *unde* SERV. georg. 2, 152 in saxis et cotibus nascitur, aconitum dicitur *ἀπὸ τῆς ἀκόνης*, id est a cote *et ludit* AVSON. 345, 10 unde Prometheo de corpore sanguineus ros aspargit cautes et dira aconita creat cos. *nota quartum:* PLIN. nat. 6, 4 portus Acone veneno aconito dirus, specus Acherusia (SCHOL. Luc. Bern. 4, 323 MART. CAP. 6, 688). *unde* SOL. 43, 1 ISID. orig. 17, 9, 25 GLOSS. IV 6, 9 *cod. Cassin. cf.* IV 483, 33. V 260, 49 *et Landgraf, Archiv 9 (1896) 360. varia nomina:* PLIN. nat. ind. 27, 2 aconitum sive thelyphonon sive cammaron sive pardalianches (nat. 20, 50) sive scorpion (*haec male exscripsit* DIOSCOR. 4, 73). *herbam praeterea commemorat* VERG. georg. 2, 152 nec miseros fallunt aconita legentes. *duo genera describit* DIOSCOR. 4, 73. 4, 74. *ceteri venenum, radicis sucum, intellegunt:* OV. met. 1, 147 lurida terribiles miscent aconita novercae (*exscribit* SEN. dial. 4, 9, 2). 7, 406 miscet Medea quod olim attulerat secum Scythicis aconiton ab oris. ars 3, 465 dare mixta viro tritis aconita cicutis. LVCAN. 4, 323 IVV. 1, 158. 6, 639. 8, 219. 10, 25. PLIN. nat. 27, 4 constat omnium venenorum ocissimum esse aconitum *cf.* 27, 10. 29, 74. *quomodo corpus adficiat narrat* SCRIB. LARG. 188. *carnibus inlitum servit domando et necando* scorpiones (PLIN. nat. 27, 6), pantheras (8, 100. 27, 7 SOL. 17, 10). PLIN. nat. 27, 9 maiores oculorum quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime promulgavere. *antidota multa:* PLIN. nat. 20, 50 alio. 20, 132 ruta. 22, 18 erynge, 23, 43 merum (MACR. sat. 7, 6, 5). 23, 92 balsaminum oleum. 23, 134 sucus mori arboris. 24, 20 cedrides. 25, 163 maius aizoum. 28, 161 omasi ius. 29, 103 ius gallinacei veteris. 29, 105 lac ovium calidum. 32, 31 testes fibrorum. *cf. Wagler, PW. I 1178. translate:* TERT. pall. 2 *extr.* eradicato omni aconito hostilitatis.

Acōnius *v. sub* Acc-.

Aconteus, -i, *Ἀκοντεύς.* **1** *Graeci varii apud mythographos. trisyllabum:* VERG. Aen. 11,612 Tyrrhenus et acer Aconteus conixi incurrunt hastis (615). OV. met. 5, 201 miles erat Persei ... Aconteus. SIL. 16,562 cuius numquam fugisse hastilia cervi praerapida potuere fuga, venator Aconteus; ... volucresque vagas deprendere nube assuetus iaculis (573 insignis). STAT. Theb. 7, 590 flammatus Aconteus ... cui sueta feras prosternere virtus — Arcas erat ... insequitur *tigrides* telis multumque hastile resumens ter quater adducto per terga, per ilia telo transigit. 603 cultor Baccheus Acontea Phegeus iam vacuum telis ... comminus ense petit. *fere semper de etymologia adludentes.* **2** *cogn.:* CORP. III 6179, 4, 5 (*Troesmi*) P(ublius) Aconte⟨us *?*⟩. **Acontius,** -ī, *Ἀκόντιος.* **1** *mons Boeotiae* PLIN. nat. 4, 25 (*Straboni* 9, 2, 42 *Ἀκόντιον ὄρος*). **2** *iuvenis Cydippen amat et fraude (pomo scripto) nanciscitur uxorem:* OV. epist. 19 *et* 20. *voc.* Aconti 20, 103 *et* 229. *ludit cum etymologia* 20, 209 mirabar quare tibi nomen Acontius esset: quod faciat longe vulnus, acumen habes.... ego convalui nondum ... ut iaculo scriptis eminus icta tuis. 229 durius et ferro cum sit tibi pectus, Aconti. trist. 3, 10, 73. PRIAP. 16, 5 quale fuit malum quod littera pinxit Aconti. *in titulis tam nom. serv.:* CORP. VI 10545 dis manibus Acontius Sagittae fratrí suo. 16319 Acontius lib(ertus). XIV 261, 6 (*Ostia* = X 1833) ... ⟩ntius Acontius. *quam nom. gent.:* IX 1700 (*Benevento, periit*) Acontio Apro. *nota signum* CORP. VI 1507 (*periit*) Aconti. L. Ranio Optato v. c. cos .... *christiani:* CHRONOGR. a. 354 p. 72, 7 *depositio* Aconti. ACT. synh. Rom. a. 499 mon. Germ. antiqu. XII 413,40 Acontius presbyter tituli Fasciolae subscripsi (AVELL. p. 474, 20). GREG. M. dial. 3, 25 custos ecclesiae Acontius (*in graecis Ἀβούνδιος*). **Acontiānus,** -ī *cogn. vir.* CORP. VI 3583 Ti. Claudius Acontianus. V 4124 (*inter Cremonam et Brixiam, descr. Mommsen*) Peculiari Anti Acont(iani *?*).

Acontisma *n., Ἀκόντισμα.* AMM. 26, 7, 12 obstruxit tres aditus angustissimos ... tertium per Macedonas quem appellant Acontisma. 27, 4, 8 per artas praecipitesque vias, quae cognominantur Acontisma. TAB. Peut. 8, 3 Neapolis ... Acontisma ... Topiro. ITIN. Anton. 321. 331. RAVENN. p. 183, 9. p. 373, 10 Guido 535, 20 Vicontissima. ITIN. Burdig. 603 mansio Hercontroma. *v. Hirschfeld, PW. I 1185.*

acontiās, -ae *m., ἀκοντίας.* **1** PLIN. nat. 2, 89 in ... caelo stellae repente nascuntur. plura ... genera ... acontiae iaculi modo vibrantur ocissimo significatu. **2** AMM. 22, 15, 27 serpentes ... Aegyptus alit ... acontias (*Luciano al. ὁ ἀκοντίας*).

acontizo, -āre, *ἀκοντίζω.* CHIRON 1, 9 ut possit manducando ... per venam melius acottidiare *sanguis.* VEG. mul. 1, 22, 5 quatenus agitatione maxillarum melius adcotidiet [id est erumpat sanguinis impetus]. *cf.* GLOSS. V 560, 3 acotizet erumpat. VEG. mul. 1, 26, 4 ut possit sanguis aconticare (exire *P*). 1, 27, 2 ut acontizet sanguis (egrediatur *P*). CHIRON 1, 24 ut possit sanguis acontidiare de ungula.

Acontizomenus, -ī, *ἀκοντιζόμενος. fabulae titulus* NAEV. com. 1 Acontizomenus fabula est prime proba. CHAR. gramm. I 199, 21. 207, 19. 211, 7 Naevius in Acontizomeno.

acopos *f., ἄκοπος.* PLIN. nat. 37, 143 acopos *gemma* nitro co-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lore (*trad.* colori) similis est, pumicosa, guttis aureis stellata. cum hac oleum suffervefactum perunctis lassitudinem, si credimus, solvit (ind. 37, 54). *cf.* acopum. **acopon** *n.*, *ἄκοπον*, *herba.* PLIN. nat. 27, 30 anagyros quam alii acopon vocant, fruticosa est (ind. 27, 13 *nom.*). *utrobique codd.* acoton. *em. Barb. ad* DIOSCOR. 3, 160 anagiron aut ... acopon vocant. PS. APVL. 41 malachen agrian Graece vocant ... alii acopon ... alii malvam erraticam. **acopum,** -ī *n.*, *ἄκοπον*. NOT. Tir. 98, 95 accopum. ORIBAS. syn. 5, 22 acobum. DIOSCOR. 1, 62. 4, 71 pro acopu. *unguenti mixturam exhibent* CELS. 5, 24, 1 SCRIB. LARG. 269. 270 CHIRON 9, 856. 3, 280 (VEG. mul. 3, 11, 2) MARC. med. 35, 25. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 82 acopis utemur, quae fiunt ex amylo. chron. 3, 2, 41 ex euphorbio. 5, 2, 39 ex squilla. THEOD. PRISC. log. 31 ex oleo cyprino. SCRIB. LARG. 254 ut consummetur liber, malagmata et acopa adiciemus (MARC. med. 36, 5 CAEL. AVR. chron. 4, 1, 2). SOR. gyn. 2, 1 (14) acopum dia samsucu bene adponitur (DIOSCOR. 3, 41). *acopo proficiunt* PLIN. nat. 23, 89 *oleum* e lentisco factum, 31, 105 quicumque sal (92), 32, 140 calamochnus, 36, 152 lapis Samius, PLACIT. [26, 1] gruis adeps. SCRIB. LARG. 269 per vindemiam conponitur, antequam mustum defervescit. PLIN. nat. 29, 115 ad crassitudinem acopi (MARC. med. 32, 36). MARC. med. 35, 19 ad temperiem et lenitudinem acopi. VEG. mul. 2, 15, 5 acopo thermantico renes ... totumque corpus perunges. ORIBAS. syn. 5, 22 acobum ... calefacturium. THEOD. PRISC. log. 19 acopo calido. 31 calidiora (117). 54 bene olentibus. *de usu*: CELS. 4, 31 articuli perfricentur. 5, 24, 1 acopa ... utilia nervis sunt (SCRIB. LARG. 206). SCRIB. LARG. 268 ad perfrictionem lassitudinem tensionem nervorum (270. 271 PLIN. nat. 23, 157. 29, 55 MARC. med. 35, 6 *sqq.*). 156 ad paralysin. PLIN. med. 1, 3 in acopi modo perunguatur. *Diehl.*

acor, -ōris *m.* [*cf. c.* acere acescere acidus *Th.*] *pluralis translate tantum, v. l. 49. de sapore acido: in fructibus*: COLVM. 5, 10, 15 *oblitio cacuminis arboris* emendavit acorem mālorum (arb. 23, 1). PLIN. nat. 12, 35 *bdellium* gustu amarum citra acorem. 14, 127 vitia *resinae* ... acor aut fumidum virus. 15, 85 haec (*sorba*) obnoxia acori. *in lacte*: COLVM. 7, 8, 1 *lac* requietum vel aqua mixtum celeriter acorem concipit. 12, 13, 1 *casei* deportati per aestum acore vitiantur. PLIN. nat. 11, 239 densantes id (*lac*) alioqui in acorem iucundum et pingue butyrum. *in fermento*: PLIN. nat. 18, 104 acore fermentari. *hoc translate*: TERT. adv. Marc. 1, 2 modico fermento fidei massam haeretico acore (aerore *vel* actore *codd.*) desipuit. GAVDENT. 7 extr. *haeretici* fermento diaboli totam fidei massam perfidiae acore corrumpunt. *in vino*: VLP. dig. 18, 6, 4 periculum acoris et mucoris praestare *et bis similiter ibidem.* ARNOB. nat. 1, 21 in acoris perfidia vinum repente mutari. MACROB. sat. 7, 12, 11 vinum in acorem corrumpitur. 7, 12, 12 acore exasperatur. GARG. MART. 42 p. 184 sucus ... facile transit in acorem. *in cibis*: QVINT. inst. 9, 3, 27 in cibis acor ipse iucundus est (*comparantur figurae oratoriae per schemata dispersae*). *et sic translate*: PLIN. epist. 7, 3, 5 ut ... dulcibus cibis acres acutosque miscerem ... ita ... hortor, ut iucundissimum genus vitae nonnullis interdum quasi acoribus condias. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 15 in acorem veniant (3, 3, 16). chron. 3, 2, 16 corruptio acceptorum cum acore. 3, 2, 35 si cibus in acorem transierit. *de odore*: COLVM. 12, 18, 3 cella ... vinaria omni stercore liberanda et bonis odoribus suffi[ci]enda, nequem redolcat fetorem acoremve. *V.*

acōra *v.* achora.

Acoraba *v.* Occariba.

Acorēnus, -ī *nom. gent.* CORP. III 715 (*Samothrace*) *μύσται* piei L. Veneidius L. f. ... Q. Acorenus Q. l. Alexander. *Otto.*

Acōreus, *Aegyptius quidam.* LVCAN. 8, 475 *exit in* Acoreus. 480 consilii vox prima fuit. 10, 193 sacer sic orsus Acoreus. 10, 175 *Caesar* linigerum placidis conpellat Acorea dictis. *nota: ubivis libri variant inter* Ac- *et* Ach-. *cf.* Achor *et* Acoris, -is.

Acoridos Comē. LIV. 38, 15, 12 *in Pisidis* ad vicum, quem Acoridos (*v. l.* Aporidos) Comen vocant, posuit castra.

acorion *n.*, *ἀκόριον herba.* PLIN. nat. 25, 158 inveniuntur qui oxymyrsinae radicem acoron vocant, ideoque quidam hanc *acoron modo descriptam* acorion vocare malunt *cf.* 15, 27. ind. 25, 100 acoron sive acorion. GLOSS. III 553, 8 achorium piper apium. *v.* acorum *p. 422, 5.*

Acoris, -is **1** [*Ἀχῶρις, Ἀχώρεως Spiegelberg*] *rex Aegypti*: HIER. chron. a. Abr. 1615 post *Amyntan* Aegypti Achoris a. XII. *in libris Ἄχωρις et Ἄχορις. v. Judeich, PW. I 1186.* **2** *oppidum Aegypti mediae.* TAB. Peut. 9, 3 Acori *abl.* RAVENN. p. 123, 7 Acorim.

acorna, -ae, *f. Theophrasto ἡ ἄκορνα.* PLIN. nat. ind. 21, 56 *inter aculeati generis herbas* acorna sive phonos (nat. 21, 94 *ubi codd.* acora *vel* machora). nat. 21, 95 acorna ⟨a cneco⟩ colore tantum rufo distinguitur et pinguiore suco (*e Theophr. hist. plant. 6, 4, 6*). *Diehl.*

acoroticus, -a, -um *hybride ab* acor *derivatum videtur.* DIOSC. 5, 84 de vino acorotico. *V.*

acorum *et* **acoron,** -ī, *n.*, *ἄκορον. ad orthographiam*: GLOSS. III 573, 64 agoro (586, 21). 607, 14 aguro. 618, 14 acuru. 616, 21 agaro (ORIBAS. eup. 2a *La* 12). 536, 17 arcu. DIOSCOR. 1, 2 de ahcoru. *ad declinationem*: *nomin.* acorum: CELS. 3, 21 p. 107 PLIN. nat. 26, 28 MARC. med. 12, 50. 20, 81 ISID. orig. 17, 9, 10 ORIBAS. eup. 2 a, 11 GLOSS. III 576, 47. 579, 22. acoron: PLIN. nat. 25, 157. 26, 35 ind. 25, 92. 25, 100. acorus: GLOSS. III 550, 11. acoros: PS. APVL. herb. 7. acoru: DIOSCOR. 1, 2 GLOSS. III 553, 64. acoro: GLOSS. III 550, 53. 552, 3. 552, 54. *acc.* acorum: MARC. med. 11, 14. acoron: PLIN. nat. 15, 27. 25, 144. 25, 158. *ad nomina*: PLIN. nat. ind. 25, 92 anagallis sive acoron (nat. 25, 144). 25, 100 acoron sive acorion (*v.* acorion). nat. 15, 27 quidam oxymyrsinen vocant ... aliqui acoron. PS. APVL. herb. 7 Graecis dicitur acoros ... aphrodisias (GLOSS. III 550, 53. 552, 3 ORIBAS. eup. 2a, 11), Gallis piper apium (GLOSS. III 573, 64. *cf.* acorion), Italis venerea (GLOSS. III 553, 64. 579, 22 ORIBAS. *l. c.*), radix nautica (*cf.* GLOSS. III 575, 20 radix nociva), sigentiana (GLOSS. III 576, 47 singentiana). DIOSCOR. 1, 2 apud Galatas aspeion appellat⟨ur⟩ (*huc traho* GLOSS. III 552, 54 apegion — *corrige* aspegion — id est acoro) ... spleneticis utilior est (*unde Sprengel intellegit σπλήνιον*). DIOSCOR. Vindob. Archiv 10 (1898) 89 *ἄκορυμ σιλβάτικονμ* (*cf.* PS. APVL. herb. 88 acorum — *v. l.* cereum — silvaticum) *i. ἀχίλλειος. ad descriptionem*: GLOSS. III 550, 11 spa[r]tilla radix quae in aqua nascitur (III 536, 17). *cf.* GLOSS. *sub* gladiolus paludensis. *describunt* PLIN. nat. 25, 157 (ISID. orig. 17, 9, 10) DIOSCOR. 1, 2 *cum usu. ad usum*: acori radix: PLIN. nat. 26, 74 tormina discutit. 80 urinam *ciet.* 91 testium tumores *sanat.* 45 tenesmo ... bibitur. 127 *sanat* duritias et collectiones omnes. 137 *prodest contusis.* 163 *cutis* vitia omnia ... emendat. acori sucus: PLIN. nat. 25, 164 *medetur aurium dolori.* 26, 77 lien ... consumitur. acorum Ponticum: MARC. med. 11, 14 ieiunus vice masticis mandat. 12, 50 adversus dolores dentium. 20, 81 stomachum reficit. DIOSCOR. 1, 2 utilis et maxime Galaticus et Calcedonicus (*cf.* PLIN. nat. 25, 157). acorum: CELS. 3, 21 p. 107 *hydropicis urinam movet.* PLIN. nat. 26, 28 pectoris doloribus ... subvenit. 35 iocineri medetur. *radix vel sucus multis immiscetur antidotis*: CELS. 5, 23, 1. 5, 23, 2. 5, 25, 3 SCRIB. LARG. 121. 126. 170. 176. 177 VEG. mul. 5, 56, 1. PELAGON. 94. 341 acori Pontici selibram. PLIN. nat. 14, 111 *vinum* fit et ex herbis ... panace, acoro, thymo. *Diehl.*

acōrus, -a, -um *adi. ab* acor. EVG. TOL. carm. 1, 30, 15 corpora sudor madidans acora | fetidat unda. *V.*

Acorus, -ī, *ἄκορος? nom. serv.* CORP. X 691 (*Surrento, periit*) d. m. Acorus Aug(usti) ver(na).

Ācōrus *v.* Accorus.

Acosimus, -ī, *Ἄκοσμος? cf. Italorum* Cosimo. GREG. M. epist. 3, 18 puerum nomine Acosimum natione Sicula iuri ... tuo dari ... praecipimus.

acosmos, -on, *adi. ἄκοσμος.* LVCR. 4, 1157 Venerem ... ut placent ... *puella* nigra melichrus est, inmunda et fetida acosmos.

?Acotis *? cogn. vir. celt.* CORP. V 3642 (*Veronae, descr. Mommsen*) C. Iul⟨...⟩ Acotis⟨....⟩ *Diehl.*

acoton *v.* acopon.

Acpadi (athanin *Rühl*) Hebraeorum lingua november mensis dicitur GLOSS. V 162, 17. *Lommatzsch.*

acquiēsco *vel* **adquiēsco,** -ēvī, -ētum, -ere *ab* ad *et* quiescere. *legitur* adquiesco *semper in lapidibus ut videtur, item in codicibus vetustioribus velut* FRONTONIS, atquiesco *in codd.* LVCILI 1145 ARNOB. nat. 3, 4. acquierunt CIC. Mil. 102 nat. deor. 2, 125. *verbum rarum poetis* (PLAVT. *ter*, LVCIL. *semel*, CATVLL. *bis*) *hexametro non recipitur, deest igitur epicis omnibus.* ie *in unam syllabam posse coalescere docuit Bücheler, Jahrb. Phil. 77 (1858) 69, exemplo est* CARM. epigr. 90, 3 *senarius*: paravi tribus ube ossa nostra adquiescerent, *cum solita mensura servetur in iambis velut* 94, 2. 179, 1. 1538, 1. *passivum impers.* SOLIN. 53, 16 MACR. sat. 6, 3, 9 HEGES. 1, 30, 5 AVG. epist. 130, 10 LEO M. serm. 36, 4. *vis propria per saecula rarescit nec servatur nisi de mortuis.* **I** ***proprie*: 1** *de animantibus*: *quieti se dare, quiete corpus recreare*: GLOSS. *ἐπαναπαύομαι, προσαναπαύομαι.* PLAVT. Asin. 326 placide ... rogita, ut adquiescam. non vides me ex cursura anhelitum etiam ducere? Epid. 204 mane⟨dum⟩, sine respirem quaeso. :: immo adquiesce. Merc. 137. CIC. leg. 1, 15 in cupressetis ... crebro insistens, interdum adquiescens. nat. deor. 2, 125 in eius locum succedit proxima ex iis (*gruibus*) quae adquierunt. Att. 14, 12, 2 qui etiam declamare me coegerunt, ut ne apud aquas quidem adquiescere liceret. 13, 34 vitandi ... caloris causa Lanuvii tris horas acquieveram. ad Q. fr. 2, 13, 5 senescentis magis civitatis quam adquiescentis. CAT. 31, 9 labore fessi venimus larem ad nostrum desideratoque acquiescimus lecto. NEP. Dat. 11, 3 resedit ut si lassitudine cuperet acquiescere. LIV. 45, 37, 10 ⟨ne⟩ victorem quidem te adquiescere passus est. 5, 23, 12 ut fessa tam diutino bello adquiesceret civitas (CVRT. 4, 4, 21 *Tyrus* sub tutela Romanae mansuetudinis adquiescit). CELS. 4, 18 somno quisquis facile adquiescit. SEN. dial. 7, 25, 2 si lassa cervix mea in manipulo feni adquiescet. CVRT. 4, 13, 16 reliquum noctis adquieturus in tabernaculum rediit. 6, 10, 12 gravi sopore (9, 5, 30 somno. HYG. fab. 254 p. 141, 12). 8, 6, 3 aedis, in qua rex adquiescebat. 8, 6, 27 mero ac vigiliis gravis. 9, 4, 24 ululatu ... adquiescentes Macedonas ... terrere. 9, 8 lectum, in quo ipse adquiesceret. PLIN. nat. 8, 113 in fuga adquiescunt *cervae.* TAC. hist. 3, 22 *exercitui* adquiescere Cremonae ... ratio fuit. ALF. dig. 38, 1, 26 meridiano tempore. APVL. met. 5, 17 serpentem ... tecum (*o Psyche*) noctibus latenter adquiescere. 1, 7 cum illa (*caupona*) adquievi. 8, 8 nec mensam accumbas nec toro

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adquiescas. SOLIN. 32, 24 per diem humi *de corcodilo*. PANEG. 9, 22 sol ipse noctibus adquiescit. *de morte et sepultura*: GLOSS. IV 304, 59 adquiescit requiescit. NEP. Hann. 13, 1 variis ... perfunctus laboribus anno acquievit septuagesimo. VAL. MAX. 2, 7, 15 monumentum ... sub quo ... cineres eius adquiescunt. 9, 12 ext. 1 conpresso spiritu ... adquievit. TAC. ann. 14, 64 *Octavia* praesagio malorum iam vitae exempta, nondum tamen morte adquiescebat. CARM. epigr. 90, 3 (*vide p. 422, 55*). 94, 2 Ephesia Rufria ... hic adquiescit. 179, 2 bene adquiescas Hilara. 1538, 1. CORP. VIII 9350 ossa tibi bene adquiescant. V 7386, 6. 7392, 3. 4063, 5. IX 5331, 3. X 2354. XII 855*. 3325. XIII 1820. 2059 *et passim*. *indicatur a quo labore quis requiescat*: VELL. 2, 99, 2 commeatum ab socero ... adquiescendi a continuatione laborum petiit. *cum dativo ethico*: SEN. epist. 9, 16 resoluto mundo ... *Iuppiter* acquiescit sibi cogitationibus suis traditus. **2** *de rebus*: *de sensibus*: RHET. Her. 3, 12, 21 recreatur enim spiritu vox et arteriae reticendo adquiescunt. CIC. orat. 199 cum aures extremum semper exspectent in eoque acquiescant. SEN. dial. 5, 9, 2 quibusdam coloribus infirma acies adquiescit, quorundam splendore praestringitur. PLIN. nat. 29, 132 gemmarum scalptores contuitu eorum (*scarabaeorum*) adquiescunt. SEN. epist. 7, 3 oculi ab humano cruore adquiescant. *de motu et sono i. q. finiri*: LVCIL. 1145 saxa et stridor ubi atquierunt (atque erunt *codd.*). BOET. arithm. 1, 1 p. 8, 31 quae mobili semper rotatione vertuntur nec ullis temporibus adquiescunt. *de affectibus i. q. cessare*: CIC. off. 1, 19 *agitatio mentis* numquam adquiescit. CAT. 2, 8 gravis ... ardor. PLIN. epist. 4, 21, 4 magno ... fomento dolor meus adquiescet. 5, 16, 11 animi dolor ... clementer admotis *consolationibus* adquiescit. *de enuntiatis i. q. desinere*: RVTIL. LVP. 1, 9 ab uno verbo omnes sententiae incipiunt et in uno novissimo acquiescunt. *nota*: LIV. 4, 60, 2 rem familiarem ... adquiescere *i. non turbari, tutam esse*. *de rebus fultis*: COLVM. 11, 3, 7 virgeam saepem interponere, quam super se pandant sentes ... et sit, quo ... quasi adminiculo ... acquiescant. 4, 12, 1 teneram vineam melius adminiculo modico quam vehementi adquiescere. TERT. pall. 1 pallii habitus ... cervicibus circumstrictus in fibulae morsu humeris adquiescebat. *hoc sensu translate*: SYMM. orat. 4, 6 dignitas, nisi meritis adquiescat *i. nitatur*.

II ***translate***: *motu animi liberari*: **1** *absolute*: *servata aliquatenus imagine*: CIC. fin. 1, 53 cuius in animo *improbitas* versatur, numquam sinit eum respirare, numquam acquiescere, *cf. supra p. 422, 63*. Att. 7, 12, 3 ignoscas quod ad te scribo tam multa totiens; acquiesco enim (*intellege*: *scribendo*). 10, 4, 11 acquievi, levata est enim suspicio. SEN. dial. 10, 18, 2 (*syn.* repositus et securus agites). IVL. VAL. 3, 9 ad haec dicta Alexandri ... adquieverat vis Indorum. HEGES. 3, 22, 2 adquievit Petrus, adorsus est Simon. **2** *servata imagine, addita praep.* **in**: CIC. Deiot. 5 in tuis oculis, in tuo ore voltuque acquiesco, te unum intueor. div. 2, 5 in nostris libris. fin. 3, 6 in nomine tuo. Lael. 101 senes in adulescentium caritate adquiescimus (*opp.* adulescentes ... senes illos ... dileximus). epist. 4, 3, 3 his ... temporibus habemus aliud nihil, in quo adquiescamus. 4, 3, 4 in hac *arte*. 4, 6, 2. 9, 3, 2. Att. 9, 10, 1 tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco. 9, 10, 10 perlegi omnis tuas *litteras* et in eo acquievi. 12, 18, 1. 13, 13, 3 regusto tuas litteras; in his acquiesco (FRONTO p. 106, 13 N.). VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 cuius in animo velut in parentum amantissimorum pectore laetior vitae meae status viguit, tristior adquievit. 5, 9, 2. SEN. dial. 12, 10, 2 in praeteritis (*cf.* CIC. Tusc. 5, 74 *l. 66*). 12, 12, 1. benef. 3, 12, 1 habere, in quo calamitas adquiescat. CVRT. 6, 10, 31 in unico filio. HIL. in psalm. 67, 7 viduarum, quae in se (*i. deo*) adquieverint *i. confisae sint*. *cognata haec*: CIC. Att. 11, 10, 2 quid est ubi acquiescam, nisi quamdiu tuas litteras lego? 12, 28, 2 erat ... ubi acquiescerem. *servata alio modo imagine*: CIC. de orat. 2, 290 qui hoc deversorio sermonis mei libenter adquieturum te esse dixisti. VAL. MAX. 2, 7, 1 militaris disciplinae ... in cuius sinu ac tutela ... pacis status adquiescit. **3** *detersa imagine, addita causa per abl.*: CIC. Mil. 102 qui ... P. Clodii morte acquierunt. Tusc. 5, 74 recordatione ... praeteritarum voluptatium (*cf.* SEN. dial. 12, 10, 2 *l. 56*). epist. 4, 6, 1 litteris lectis aliquantum adquievi. Att. 4, 18, 2 nulla est res publica, quae delectet, qua acquiescam. LIV. 34, 30, 1 parva spe. VAL. MAX. 4, 4, 11 his ... solaciis (PLIN. epist. 8, 16, 3 SVET. Cal. 51). 8, 8, 1 animi ... remissioni⟨bu⟩s. SEN. dial. 11, 18, 2 fili dignitate. epist. 54, 3 cogitationibus laetis ac fortibus. 78, 3. 99, 5. PLIN. epist. 6, 7, 2 his fomentis. FRONTO p. 230, 21 N. verbis tuis adquievi saepiusque legam, ut saepius adquiescam. de nep. amisso p. 234, 19 sapiet mea filia: viro suo acquiescet: is eam consolabitur. GELL. 19, 9, 5 ut ... labor hic vigiliarum ... suavitate ... vocum atque modulorum adquiesceret. ENNOD. epist. 6, 26 vix ... adquiescit obstaculis mens amantis: fervet ... potius cum vetatur.

hinc idem fere quod laetari, bene se habere, contentum esse: CVRT. 6, 10, 9 cum suo supplicio crucietur, adquiescit alieno. SVET. Tib. 56 *convictoribus Graeculis* vel maxime adquiescebat *Tiberius*. Tit. 7 *amicis*. PANEG. 3, 3 (p. 103, 14) otio (OROS. 3, 1, 4). 12, 14 (p. 283, 24) cibis. AMM. 18, 2, 18 inpetratis. MACR. sat. 1, 7, 9 epulis. SIDON. epist. 4, 9, 3 ferarum carnibus abstinet, cursibus adquiescit. *ex analogia* (*cf. sub 4*) *et hic sequitur dativus*: *rei se dare, operam dare, vacare*: MACR. sat. 6, 3, 9 ille enim stilus Enni saeculi auribus solus placebat et diu laboravit aetas secuta, ut magis huic molliori filo adquiesceretur. OROS. 3, 1, 25 ut ab armis discederent et paci acquiescerent (2, 4, 8). 5, 1, 10 vitae ... nostrae electionem, cui adquievimus. LEO M. serm. 36, 4 cito acquiescitur deceptoriae voluptati. PROSP. in psalm. 123, 2 idolorum culturae. ENNOD. opusc. 1 p. 270, 17 noverint quem petant aut cuius iugulis adquiescant.

4 *hinc natus est usus, quo* acquiescere *idem fere valet ac confidere, non obniti, conivere, adsentire, oboedire alicui*: BELL. Afr. 10, 4 huic (*imperatori*) adquiescebant homines et in eius scientia ... omnia sibi proclivia ... fore sperabant. SEN. epist. 24, 1 ut meliora tibi ... proponas et adquiescas spei blandae. SVET. Tib. 31 ut *magistratus* praesentes honori adquiescerent (adsuescerent *Bentley*). Vit. 14 Catha muliere, cui velut oraculo adquiescebat. VLP. dig. 23, 3, 22, 6 patri potius adquiescere debere praetorem dareque ei actionem. TERT. idol. 21 quid refert ... iures per idola, an ab alio adiuratus acquiescas. *sic apud Ictos et christianos* **a** *i. q. adsentiri*: VLP. dig. 38, 1, 7, 1 ego Celso adquiesco. 4, 4, 7, 3 Pomponius ... videtur acquiescere distinguentibus. *saepe* sententiae (*i. non appellare*). SCAEV. dig. 27, 1, 37. VLP. 49, 1, 3, 1 quasi adversus ipsos adquieverit sententiae. 49, 1, 6, *vel absolute* 27, 4, 1, 4 si reprobata est haec reputatio et adquievit *ille*. MARC. 49, 1, 5 licet emptor et venditor adquiescant. MAC. 42, 1, 63 si ex duobus petitoribus alter victus adquieverit. SOLIN. 53, 16 fertur sententia cui necessario adquiescitur. IVL. VAL. 3, 7 condicioni (3, 31 RVFVS 29). ARNOB. nat. 2, 12 *argumentis* (*syn.* audire). 3, 4 adstipulamur, atquiescimus. LVCIF. non conv. 9 tibi discipulo Arrii. Athan. 2, 7. 2, 28. FAVST. MARC. 7 p. 87 C impiis. FILASTR. 45, 3 veritati (57, 2. 26, 2 HIER. epist. 51, 8. 149, 1 AVG. civ. 10, 29). 121, 11. 151, 5. AMM. 20, 4, 4 conticuit hisque adquieverat Iulianus. 27, 12, 17. HEGES. 3, 18, 2 universorum assensus sorti adquievit. 5, 4, 4 Titus ... non adquievit, sed. VVLG. (*sic bis tantum*) exod. 23, 2 in iudicio plurimorum ... sententiae. II Macc. 12, 4. AVG. civ. 1, 20. 11, 13 *et passim apud christianos. nota propter synonyma vel opposita*: HIER. epist. 127, 7 nec ut statim adquiesceret, sed moveret e contrario quaestiones. SVLP. SEV. chron. 2, 35, 5 adquiescentes nec aliud sentientes. MACR. somn. 1, 2, 6 nec omnibus fabulis philosophia repugnat nec omnibus adquiescit. SIDON. epist. 4, 8, 2 nec si adquiescas nec si recuses. 5, 10, 3 non ambigo, sed potius adquiesco. *liberius iuncta*: VVLG. gen. 39, 8 *Ioseph* nequaquam acquiescens operi nefario (*οὐκ ἤθελεν*). ARNOB. iun. confl. 1, 4 acquiesco quidem rationi corporeae. *nec rarius* **b** *i. q. oboedire, concedere*: PS. SERG. gramm. IV 559, 31 adquiescere aliter in usu nostro est quam esse deberet. cum enim parere nos alicuius desiderio significare volumus aut sententiae, adquiescere nos dicimus. ITALA *et* VVLG. I Tim. 6, 3 non adquiescit sanis sermonibus domini (accedet vel adquiescat *cod. Boern.*, *προσέρχεται*). ITALA Hebr. 13, 17 (Orsies. de inst. monach. 19) adquiescite (*πείθεσθε* VVLG. oboedite) principibus vestris, *cf.* Daniel 13, 57 *et* AVG. quaest. hept. 2, 78. HERM. past. vulg. mand. 6, 2, 9 bonum est a nuntio nequitiae abstinere et nuntio bono acquiescere. ARNOB. nat. 2, 11 credimus et adquiescimus Christo. SYMM. epist. 7, 27 his monitis (2, 32, 2). AMM. 25, 4, 23 Metrodori mendaciis avidius adquiescit. HEGES. 1, 15, 1. 1, 30, 4 rupturos imperium, ni sibi adquietum foret. 2, 8, 1. 2, 9, 1 *passim*. HIER. in Is. 3, 7 (55) multitudinis ... iudicio. VVLG. *quinquagies fere hac vi pro graeco ὑπακούω, ἀκούω (bis i. q. adsentiri), velut* gen. 16, 2 deprecanti (num. 20, 21). iud. 11, 17 precibus (13, 15 II reg. 13, 14 II par. 10, 15 prov. 6, 35). gen. 27, 8 consiliis (II par. 25, 16. 30, 11 prov. 1, 30). gen. 29, 28 placito. 34, 23 in hoc. 37, 27 sermonibus (exod. 5, 9 verbis. deut. 1, 45 voci. iud. 18, 20. 19, 10. 25 *passim*). prov. 5, 12 increpationibus (15, 32). exod. 6, 9 ei. num. 14, 43 domino, *passim, etiam absolute ut* iud. 11, 28. 17, 11 I reg. 15, 23. IV reg. 5, 16 cumque vim faceret, penitus non acquievit. *nota*: I Macc. 8, 1 *Romani* adquiescunt ad omnia quae postulantur ab eis. *perperam translatum ex εὐδοκοῦσιν ἐν πᾶσι τοῖς προστιθεμένοις αὐτοῖς. et compara* deut. 13, 8 non acquiescas ei nec audias *cum* ITALA (Luc. Cal. non parc. 2) ne velis ire cum illo. ARNOB. iun. comm. psalm. 50 desideriis propriis. ENNOD. epist. 4, 33 si amor pudori adquiesceret. opusc. 1 p. 281, 10 Vind. quae noverit ligonibus tellus adquiescere. 5 p. 397, 26 vocati adquiescimus. dict. 22 p. 494, 3 IORD. Get. 28, 143 HIST. Apollon. 14. *procedente tempore formantur* **c** ***structurae relativae hae***: *cum* **ut**, *i. q. permittere, sinere*: CYPR. epist. 41, 2 fratres ... vobis adquiescere maluisse ut cum ecclesia matre remanerent. AVELL. 606, 19 hoc adquiescite, ut. ENNOD. opusc. 6 p. 406, 13 qui ut cogatur adquiescit. LEX Vis. Recc. 3, 4, 7 si parentes ut se habeant *amantes* adquiescant. SIDON. epist. 5, 19, 2 tuis votis ... hoc acquiesco ... ne constringat poena raptorem. HEGES. 5, 3 *cum* quo minus. *i. q. concedere c. inf.*: QVEROL. p. 56, 10 acquiescis ut bustum illic fuerit? :: acquiesco, quandoquidem ita ... se res habet. *similiter cum* quod BOET. cons. 4, 4 (p. 103, 107 P.), *cum* quia CASSIOD. hist. 1, 12. ***cum inf.*** *i. q. concedere, sinere, velle*: HEGES. 3, 16 si acquiescis mori (*opp.* recusas). OROS. 1, 16, 4 confiteri. CASSIAN. inst. 4, 4. 10, 7, 5. conl. 1, 1 aperire. 2, 16, 2 abduci. LEO M. epist. 59, 5 curari. 102, 1 sentire. AVELL. 204, 16. 699, 24. PAVL. PETR. Mart. prol. 16 oboedientiam subdere. CASSIOD. var. 10, 17, 2 facere (11, 39, 2). 12, 21, 5 COD. Iust. 1, 3, 32 (33) EVGIPP. Sev. 24, 3.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum acc. c. inf.: AVG. epist. 157, 3, 12 adquiescant ideo sic esse dictum, quia. PROSP. Aug. epist. 225, 6 numerum nec augeri posse nec minui. contra coll. 5, 3. MARC. chron. min. I p. 93, 15 duas in Christo confitendas naturas. CASSIOD. var. 4, 50, 1 quod fieri debere. *cum praep. vel casu*: FAVST. MARC. 9 p. 89 C non acquievit... in eius nefariam communionem (AVELL. 15, 11). SVLP. SEV. chron. 2, 15, 4 ad deditionem adquiescentibus animis. IORD. Get. 26, 134 quid non auri sacra fames compellit adquiescere? GREG. TVR. glor. conf. 77 rem tam improbam. Franc. 5, 15 hoc.

synonyma: *ad I*: respiro, resido, (recumbo, requiesco). *ad II 4 a*: adstipulor. *ad II 4 b*: accedo, oboedio, eo cum. *oppositа*: *ad I*: (anhelo). *ad II 1*: adorior. *ad II 3*: ferveo. crucior. *ad II 4 a*: aliud sentio, repugno, recuso, ambigo, moveo quaestiones. *ad II 4 b*: abstineo. *Vollmer.*

acquīro (adquīro), -quīsīvī (*vel* -iī), -quīsītum, -quīrere. [adquaero *Th.*] VARRO ling. 6, 79 acquirere est ad et quaerere. *cf.* AVG. civ. 17, 6. GLOSS. *προϊζω, προσποριζω, χρηματιζω, προσκτῶμαι.* adipiscit⟨ur⟩. *formae perfecti*: -sivi SEN. contr. 2, 6 (14), 13 ITALA (Aug. civ. 15, 15 *et* 17) gen. 4, 1 VVLG. psalm. 118, 111. -sisti CIC. epist. 6, 11, 2 VVLG. Ezech. 28, 4. -sivit PHAEDR. 1, 14, 4 *et alii*. -siit MARC. dig. 15, 1, 40 PAVL. dig. 17, 1, 22, 9 VLP. dig. 24, 1, 17, 1 *al.* -siverunt AVG. civ. 5, 19. -sierim GELL. 15, 30, 5. -sieris QVINT. decl. 374 p. 413. -sierit VENVL. dig. 36, 2, 31, 1 GAIVS inst. 2, 155 *bis.* -sierint CIC. de orat. 3, 131. -siverat FLOR. 1, 1 (7), 2 OROS. hist. 1, 11, 1. -sierat IVLIAN. dig. 10, 3, 25 IVST. 16, 2, 2. 39, 2, 2 VVLG. gen. 31, 18 HIER. epist. 22, 33. 100, 10. -sierant BELL. Afr. 47, 4 OROS. hist. 3, 23, 26. -sisses QVINT. decl. 321 p. 262. -sisse SEN. contr. 1 pr. 14 ASCON. p. 20 B. FLOR. 1, 47, 4 VENVL. dig. 46, 8, 8, 2 VLP. dig. 43, 19, 1, 8. *vox non invenitur ante* CIC. (*16ies*), *post eum familiaris solis* SEN. phil. *et* QVINT., *usitatissima Ictis, fere spreta poetis. Leonhard, PW. I 281.*

I *cum notione augendi*: a *cum obiecto*: CIC. Verr. 4, 9 ut prorsus nihil acquirere velimus. Catil. 3, 28 quid est quod iam ad vitae fructum possit acquiri? Scaur. 3 ut ... etiam nova posset acquirere potius bona quam quod habebat veniret. de orat. 3, 131 otio vero non diffluentes non modo nihil adquisierint, sed ne relictum quidem et traditum et suum conservarint. fin. 4, 16 ut *vivendi ars* tueatur, quod a natura datum sit, quod desit, acquirat. 4, 46 ut id ipsum, quod erat bonorum ultimum, aliud aliquid acquireret. Tusc. 5, 9 nihil sibi acquirentem. 1, 109 off. 1, 151. 3, 22. 2, 58 res maior atque utilior populari largitione adquiritur. Att. 1, 1, 4 gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. epist. 3, 7, 5 nihil neque ad honorem neque ad gloriam adquirendum putarem. 6, 11, 2 plus adquisisti dignitatis quam amisisti rei familiaris. 10, 3, 2. CAES. Gall. 7, 59, 4 neque iam ut aliquid adquireret ... sed ut incolumem exercitum ... reduceret. BELL. Afr. 47, 4 non modo sibi quicquam non adquisierant aut paraverant, sed etiam propter annonae caritatem ante parta consumpserant. SALL. Iug. 13, 6 uti veteres amicos muneribus expleant, deinde novos adquirant. VERG. Aen. 4, 175 viresque adquirit eundo *Fama* (LVCAN. 2, 647 novas adquirite vires). HOR. ars 55 cur, adquirere pauca si possum, invideor? OV. ars 2, 343 nascitur exiguus *amnis*, sed opes adquirit eundo. met. 7, 459 bello vires adquirit amicas *sc. ad suas*. LIV. 1, 45, 1 ne semper armis opes adquirerentur, consilio augere imperium conatus est. 3, 72, 2 nequaquam tantum agro intercipiendo adquiratur, quantum amittatur alienandis ... sociorum animis. 32, 35, 12 plus ... amitti in iis quam adquiri. 37, 35, 6 parari singula adquirendo facilius potuisse quam universa teneri posse. MANIL. 5, 507 caraeque (canique *codd.*) adquirere dotem materiae *possunt auri artifices*. LAVD. Turiae (Corp. VI 1527) 1, 37 omne tuom patrimonium acceptum ab parentibus communi diligentia cons⟨ervavimus⟩: neque enim erat adquirendi tibi cura. SEN. contr. 1 pr. 14 ut non tantum nihil perdidisse, sed multum adquisisse desidia videretur. VAL. MAX. 3, 2, 4 Cosso quoque multum adquisitum est. SEN. dial. 10, 13, 8 *pomerium* Italico agro adquisito proferre moris apud antiquos fuit. 10, 14, 1 quidquid annorum ante illos actum est, illis adquisitum est. benef. 4, 20, 2 ut multa etiam ex reposito adquisitoque perdenda sint. 5, 8, 6 non potes quidquam amittere, quia quod detrahitur, nihilo minus tibi adquiritur. epist. 2, 6 si non adquisita, sed adquirenda computat. 77, 3 olim iam nec perit quicquam mihi nec adquiritur. 115, 16 ut illis (*avaris*) fortuna nihil detrahat, quidquid non adquiritur, damnum est. CVRT. 9, 2, 10 praeda magis parta frui velle, quam adquirenda fatigari. COLVM. 4, 24, 1 ut quam longissimam perennitatem stirpi acquirat. PALLAD. 12, 7, 6 *duracina amygdalis insita* tempus aetatis adquirunt. COLVM. 8, 11, 1 maioremque pabuli partem sibi *pavo* acquirit. 9, 12, 4 haec fere acquirendarum atque etiam retinendarum apium traditur cura. 12 pr. 2. LVCAN. 6, 586 tantosque adquirere manes *sperat saga*. PLIN. nat. 15, 63 *patinis fictilibus* vino odorem adquiri putant. QVINT. inst. 1, 1, 19 quantum in infantia praesumptum est temporis, adulescentiae adquiritur. FRONTIN. aq. 9 adquisit⟨ae⟩ aquae ab inventore nomen Iuliae datum est. 103 ut modus quem adquiri diximus, possit ad novos salientes ... pertinere. IVV. 14, 115 egregium populus putat adquirendi artificem *avarum*. 14, 125 adquirendi ... insatiabile votum. PLIN. epist. 9, 40, 3 ut nihil de die perdunt, ⟨ita⟩ de nocte parvulum adquirunt *ver autumnusque*. SVET. Iul. 60 nihilque se tantum adquisiturum victoria quantum auferre calamitas posset. FLOR. 1, 47, 4 Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam ... adquisisse pulchrum. 2, 30, 21 *Germania* magis turpiter amissa est quam gloriose adquisita (*cf.* SPART. Hadr. 9, 1 provincias a Traiano adquisitas reliquit. RVFVS 9 sex Thraciarum provinciae sunt adquisitae. INSCR. numm. Cohen II² p. 21 n. 38 Arab. adquisit.). FRONTO p. 162 N. linguam communem reddas: verbum aliqùid adquiras non fictum a te ... sed usurpatum concinnius. APVL. apol. 36 aut omissa adquirere aut defecta supplere. HIL. in psalm. 143, 7 adsumptioni potius servili formam dei rursus adquirens. HIER. epist. 100, 10 ut quicquid crescens adquisierat, perdat amittatque descrescens. VVLG. Luc. 19, 16 mna tua decem mnas acquisivit (*προσειργάσατο*). MART. CAP. 9, 931 primus *sonus* dicitur apud Graecos *προσλαμβανόμενος*, apud Romanos vero idem dicitur adquisitus. SIDON. carm. 2, 461 acquisita meo servit tibi Creta Metello. **b** *absolute*: CIC. Catil. 2, 18 dubites de possessione detrahere, acquirere ad fidem? SEN. contr. 2, 6 (14), 13 quod patrimonium servavi, quod acquisivi. SEN. dial. 5, 5, 4 avaritia adquirit et contrahit. QVINT. decl. 261 p. 70 aliqui negotiabuntur, aliqui adquirent, aliqui frugaliter vivent. 302 p. 192 quam frugaliter adquisivit.

II *neglecta augendi vi, i. q. sibi parare*: a *aliquid*: *de pecunia, bonis, sim.*: SEN. benef. 2, 17, 2 pecuniam sub gloria egestatis. epist. 95, 3 divitiae per summum adquisitae sudorem. PLIN. nat. 29, 22 *Alconti* adquisitum non minus *HS* ⟦C⟧ intra paucos annos. 35, 62 opes. QVINT. inst. 12, 7, 12 nihil ergo adquirere volet orator ultra quam satis erit. decl. 265 p. 81 non tam lucri gratia et adquirendae huius pecuniae. 302 p. 190 patrimonium statutum per leges equitibus. 321 p. 262. 324 p. 275 non adquirimus nobis, petimus bona templo. TAC. ann. 16, 17 adquirendae pecuniae ... iter. SVET. Claud. 28 tantum ... adquirere et rapere *libertos passus est*, ut .... PAPIN. dig. 49, 1, 23, 2 bona, quae per ipsum poterant adquiri. VLP. dig. 12, 4, 3, 8 *nummi* adquisiti ... post libertatem. 44, 4, 4, 22 dos ... intellegitur ... filiae adquiri. MAECIAN. dig. 49, 17, 18, 5 peculii quod in castris adquisiit. PAPIN. dig. 15, 1, 50, 3 quae *pecunia* ipsi esset adquisita. SCAEV. dig. 35, 2, 20 mihi adquiratur hereditas. GAIVS inst. 2, 87 legatum per eos nobis adquiritur. *passim*. APVL. apol. 85 hereditatem. HIER. epist. 22, 33 centum solidos. AVG. civ. 20, 3 vitae huius ... bona. 21, 27 *divitiae* male fuerant adquisitae. SVLP. SEV. chron. 1, 8, 5 decimas omnium, quae adquisita sibi forent. OROS. hist. 1, 8, 12 universam Pharaoni pecuniam et deo gloriam. *cf.* CORP. X 1401, 11 ut diruendo plus adquireret quam quanti emisset. *de regno, sim.*: SEN. epist. 17, 7 non est ergo prius adquirendum *regnum*. LVCAN. 9, 259 orbem ... nulli. SVET. Claud. 36 Silio adquiri imperium. FLOR. 1, 1 (7), 2 potestatem non melius egit quam adquisiverat. IVST. 1, 2, 8 adquisitos a viro regni terminos tueri. 7, 6, 12 regni incrementa. 25, 4, 3 melius studebat acquirere imperia quam retinere. AMM. 26, 7, 5 Thraciae gentes sine cruore adquisitae. AVG. civ. 4, 3 latitudo imperii. 4, 15. OROS. hist. 1, 11, 1 *regnum* tot flagitiis adquisiverat. 3, 13, 11. 3, 20, 11 regna (3, 23, 26). 3, 22, 11 magnitudinem adquisiti agri. GREG. TVR. hist. 4, 16 *urbem* obsedens adquisivit. *de fama, gloria, gratia, sim.*: VAL. MAX. 3, 3 ext. 6 his haud parva gloria. PHAEDR. 1, 14, 4 verbosis adquisivit sibi famam strophis. ASCON. p. 19 B. videbatur enim apud animum eius non minus offensionis contraxisse ... quam gratiae adquisisse. LVCAN. 9, 1063 fidem (QVINT. inst. 4, 1, 54 facie simplicis sumptique ex proximo sermonis fidem quoque adquirit. FRONTIN. strat. 2, 5, 30 TAC. ann. 15, 37). QVINT. inst. 3, 8, 7 acquirendae sibi ... eorum ... benevolentiae. 3, 11, 25 cupiditate laudis ... adquirendae. 9, 3, 74 gratiam dicendi ex paribus et contrariis. decl. 345 p. 363 gloriam. FRONTIN. strat. 2, 8, 14 victoriam (VVLG. prov. 22, 9 victoriam et honorem). TAC. dial. 18 si qua ex horum oratorum fama gloriaque laus temporibus adquiritur. hist. 1, 17 favorem. 2, 76 summum decus. ann. 12, 20 triumphos de populis regnisque integris. 12, 41 adquirendis vulgi studiis. PLIN. epist. 1, 10, 6 plurimum venerationis (8, 24, 6 veneratio). TRAI. Plin. epist. 10, 82, 1 non ex metu ... reverentiam nomini meo. SVET. Claud. 17 iusti triumphi decus. FLOR. 2, 1, 1 studium populi ac favorem. CORP. VI 15106 fide(m) et opinione(m). TERT. scorp. 13 cui de gaudio mutuo adquirit sollemnitatem. LACT. inst. 1, 22, 23 hospitibus suis perpetuum nomen. VVLG. I Macc. 6, 44 sibi nomen aeternum. AVG. civ. 5, 18 terrenam gloriam quaesierunt et adquisiverunt. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 178 etiamsi amor fuerit acquisitus. *de iure, sim.*: QVINT. decl. 374 p. 413 an aliquod ius postea adquisieris. VENVL. dig. 36, 2, 31, 1 quid iuris unus quisque sibi adquisierit. VLP. dig. 39, 2, 15, 27 dominium per longum tempus adquiri. IVL. dig. 44, 7, 16 proprietatem hereditati. *ibid.* possessio adquisita. POMP. dig. 12, 1, 12 ex quibus causis ... nobis actiones adquiruntur. VENVL. dig. 46, 8, 8, 2 *actionem* domino adquisisse intellegitur. POMP. dig. 44, 7, 24 condictio furioso adquiritur. MODEST. dig. 31, 19, 4, 8 fidei commissi persecutionem adquisitam per servum. VLP. dig. 36, 2, 12, 8 vindicationi semel adquisitae. PAVL. dig. 45, 1, 2, 2 per singulos adquiri servitus non potest. GAIVS inst. 2, 90 possessio. *de salute, morte, sim.*: ITALA (Tert. pudic. 18) prov. 6, 32 perditionem animae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suae adquirit (*ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται*: perdet animam suam VVLG.). LACT. epit. 57 (62), 3 adpetentia ... mortem adquirit aeternam. FILASTR. 132, 2 mortem sibi (137, 2 AVG. retr. 1, 21, 2). VVLG. sap. 1, 12 perditionem. Rom. 13, 2 sibi damnationem acquirant (*κρῖμα λήμψονται*). I Tim. 3, 13 gradum bonum. PAVL. NOL. carm. 20, 291 damna salutis. AVG. civ. 5, 18 vita adquiritur aeterna. 13, 4 mors est adquisita peccando. 22, 6 salus autem civitatis dei talis est ut cum fide ac per fidem teneri vel potius adquiri possit. 22, 24 *veritate vita* inmortalis adquiritur. PRISC. de laude Anast. 156 cibum ... vitae. *de variis rebus*: SEN. dial. 4, 19, 4 non est paratus illis (*umidi temperamenti hominibus*) calor, sed motu adquiritur. epist. 42. 8 quae adquisita acceptaque libertatem nobis extorserint. 64, 7 mihi ista adquisita, mihi laborata sunt. 92, 1 externa corpori. COLVM. 8, 11, 1 agricolae captantis undique voluptates adquirere (*cf.* OROS. hist. 3, 2, 14 stipendia domesticae voluptatis). 9, 8, 14 plus est quod in repertis apibus acquiritur. 12 pr. 4 foris acquirerentur, quae domi custodiri oporteret. QVINT. inst. 2, 16, 13 *corpora* minus egere adquisitae extrinsecus opis. 8 pr. 29 opus est studio praecedente et adquisita facultate et quasi reposita. TAC. Germ. 14 iners videtur sudore adquirere quod possis sanguine parare. PLIN. epist. 7, 9, 2 intellegentia ex hoc et iudicium adquiritur. AMPEL. 7, 3 *mare* nomina adquirit, Balearicum, ... (MACR. sat. 3, 5, 7 hinc nomen hostiae adquisitum est. MART. CAP. 7, 801 ex eodem *numero* et mensurae nomen *numerus* adquirit). VLP. dig. 36, 1, 23, 3 aedes. 7, 1, 25, 5 non ... domino quicquam adquirit. GAIVS inst. 1, 53 quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur. 2, 66 quae traditione nostra fiunt, naturali nobis ratione adquiruntur. GELL. 15, 30, 5 cum Probi multos admodum libros adquisierim. APVL. apol. 23 ut acquirerem mihi ... contemptum patrimonii. 32 qui omnium generum piscis arte adquirunt. Plat. 2, 9 pulchritudo animae et robur adquiritur. GARG. MART. med. 11 *lactucae* sanguinem adquirunt. 57 *nux viridis* potest ... stomacho aliquid vigoris adquirere. IVST. 5, 4, 17 *in ore sunt* non classes amissae, sed adquisitae. 11, 11, 6 cupiens opinionem divinitatis acquirere. PALLAD. 3, 25, 1 *piri* magnitudinem pomi turgentis adquirent. 6, 9, 1 acquisita soliditate. 12, 7, 21. VVLG. psalm. 77, 54 *montem* acquisivit dextera eius. 118, 111 hereditate acquisivi testimonia tua in aeternum. prov. 4, 7 acquire prudentiam. PAVL. NOL. epist. 1, 8 si vero hi ... rationem a te sancti operis adquirunt. AVG. civ. 7, 24 utrum enim sequendo hanc deam (*Magnam Matrem*), cum indigeant, semen adquirunt, an potius sequendo hanc deam, cum habeant, semen amittunt. 8, 11 unde Plato eam intellegentiam potuerit adquirere. 9, 10 si tamen adquirerent aliquid pietatis. THEOD. PRISC. eup. faen. 69 *vulnera* diversis ictibus acquiruntur. MART. CAP. 6, 707 linea in longitudinem ducta latitudinis nihil prorsus adquirit. 8, 862 *luna* pro parte etiam inferius lumen adquirit. 5, 508 facultas adquiritur *exercitatione*. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 95 ob acquirendam pinguedinem. 2, 9, 52. 1, 17, 174 fortitudine quoque acquisita. CORP. X 3310 basilica ... a parentibus adquisita. *nota*: IVLIAN. dig. 40, 7, 13, 1 *peculium* adquisitum habuerit. POMP. dig. 40, 14, 3, 1 quaecumque ... adquisita habeant. *non satis intellego* CASSIOD. var. 11, 14, 4 *Ad-dua* ideo tale nomen accepit, quia duobus fontibus adquisitus quasi in proprium mare devolvitur (*an i. q.* compositus, creatus?).

b ***aliquem*:** PAVL. dig. 40, 1, 23 ancillam emptam domino adquisitam. GAIVS dig. 30, 69 servus adquiritur legatario. 17, 2, 72 qui parum diligentem sibi socium adquirit. IVLIAN. dig. 10, 3, 25 si Stichus ... alium vicarium adquisierat. *apud christianos*: ITALA (Aug. civ. 15, 15 *et* 17) gen. 4, 1 adquisivi (*ἐκτησάμην*: possedi VVLG.) hominem per deum. AVG. civ. 13, 7 ut ad eum (*Christum*) adquirendum suam *vitam* non cunctarentur inpendere. FAVST. REI. grat. 1, 11 ne adquisitus (*sc. deo*) homo ... in vas contumeliae ... vertatur. 2, 4 in istos misericors est *deus*, quos adquirit. *nota*: SOL. 9, 18 quamlibet Olympias nobiliorem ei (*Alexandro*) patrem adquirere affectaverit. IVST. 3, 6, 1 dummodo inimicis suis hostes acquirerent.

c ***absolute*:** SEN. dial. 9, 8, 3 tolerabilius ... est ... non adquirere quam amittere. 12, 2, 3 in tanta facilitate adquirendi. benef. 4, 14, 4 quid magnifici est se amare, sibi parcere, sibi adquirere. QVINT. inst. 1, 12, 17 dicant sine his in foro multi et adquirant. 12, 7, 10 iustior adquirendi ratio. SCAEV. dig. 45, 3, 19 si alienus servus ... ex unius ... re adquirat. VLP. dig. 45, 3, 5 omnibus *dominis servus* adquirit. PAVL. dig. 46, 4, 11 species adquirendi est liberare dominum obligatione. *passim*. APVL. apol. 20 cupido acquirendi (VVLG. sap. 14, 2 *cf.* TERT. idol. 11 si cupidítas abscedat, quae est causa adquirendi?). VVLG. eccles. 3, 6 tempus acquirendi et tempus perdendi. sap. 13, 19. 15, 12 oportere undecumque etiam ex malo acquirere. CASSIOD. var. 12, 8, 1 novum genus videtur esse compendii postulantes adquirere et praestantes nulla damna sentire. *nota*: SEN. contr. 2 pr. 1 cultus nimis adquisitus (nimius ac quaesitus *Haase*).

synonyma: *ad I*: augere. *ad II*: parare, suum facere, accipere.

acquīsītio (adqu-), -ōnis *f. ab* acquirere. GLOSS. *πορισμός*, *προσποίησις*, lucrum.

1 *actio adquirendi servata praepositionis vi* (*cf.* acquiro *I*), *augmentum*, *auctio*: FRONT. aq. 10 adiuvatur *Virgo* conpluribus aliis adquisitionibus. 69 quoniam ex pluribus adquisitionibus constat *Iulia*. 72. 73. 77 satis iam de modo cuiusque ⟨et⟩ velut nova quadam adquisitione aquarum ... dictum est. **2** *actio adquirendi neglecta praepositionis vi* (*cf.* acquiro *II*), *comparatio*, *quaestus*: SCAEV. dig. 33, 2, 36, 1 si ex alia causa adquisitio cessasset. VLP. dig. 44, 4, 4, 31 quae (*causa*) prope lucrativam habet adquisitionem. MAECIAN. dig. 36, 1, 67 quia hereditatis adquisitionis similis est haec restitutio. NERAT. dig. 24, 1, 44 dominii. VLP. dig. 4, 6, 23, 4 per usum adquisitio impleta. PORPH. Hor. carm. 1, 35, 21 adquisitio perfidia magis provenit (est quaestuosa perfidia SCHOL.). ITALA Cantabr. act. 19, 24 praestabat artificibus non modicam adquisitionem (*ἐργασίαν*: quaestum VVLG.). 25 ex hac operatione[m] adquisitio (*εὐπορία*) est nobis. ITALA (Aug. civ. 18, 35 *et* 20, 27) Mal. 3, 17 qua (*die*) facio in adquisitionem (peculium VVLG.). VVLG. Eph. 1, 14 in redemptionem acquisitionis (*cf.* HIER. in Eph. 1, 14 *περιποίησιν* quam nos acquisitionem sive possessionem possumus dicere). prov. 3, 14 melior est acquisitio eius (*dei*) negotiatione argenti. I Thess. 5, 9 posuit nos deus ... in acquisitionem salutis. Hebr. 10, 39 in acquisitionem (*περιποίησιν*) animae. I Petr. 2, 9 populus acquisitionis (LEO M. lib. sacr. 32, 4). PAVL. NOL. epist. 27, 2 qui lautae illius acquisitionis fuissemus auctores. 50, 11 *deus* capax non fuit adquisitionis utriusque. AVG. epist. 228, 8 malorum aeternorum. FAVST. REI. grat. 1, 3 qui in adquisitionis praedestinatione[s] est. COD. Iust. 6, 61, 7, 1 res omni adquisitione absolutas. INST. 3 tit. 10 de adquisitione per adrogationem. LEX Burg. Rom. 22, 2 remota patrum adquisitione (*h. e. iure possidendi*). **3** *id quod acquiritur vel possidetur*: CASSIAN. conl. 24, 13, 3 cum ... singulis diebus adquisitionem suam vidisset insumi. IVLIAN. epit. 22, 82 ex iustis adquisitionibus.

acquīsītīvus, -a, -um. PRISC. gramm. III 224 dativum quoque solent Romani adquisitivorum vel effectivorum *verborum* cum omni casu consociare. 268 sunt tamen tam ex his quaedam quam ex activis *verbis* quae cum accusativo etiam dativo adiunguntur, quae sunt acquisitiva. 271. 272. BOET. in Arist. top. 3, 1 p. 680 ed. Bas. illud enim natura *bonum* est, hoc autem acquisitivum.

acquīsītor, -ōris *m.* AVG. serm. 302. 8. 7 huius ergo *vitae* amatores martyres fuerunt, et huius vitae acquisitores sunt. *Klotz.*

Acquīsītus *nom. propr.* CORP. VI 1766 (*saec. IIII*) Adquisitus *vinarius*. *Otto.*

Acr-, *Ἀκρ-*, *haec radix graeca creavit multa nomina, multa cum* Acro- *priore parte composita*. **Acra**, -ae, *Ἄκρα*. **1** PLIN. nat. 3, 100 *in Calabria* promunturium, quod Acran Iapygiam vocant (SOL. 2, 54). *cf.* 3, 102. **2** *v.* Acrae 2. **Acra**, -ōrum, *Ἄκρα*. CORP. III 567 add. p. 1317 (*Delphis*) *prope Anticyram Locridis* ad monticul⟨os duos app⟩ellatos Acra Colo⟨pheia⟩ (*in gemino graeco* p. 987 *Ἄκρα Κολώφεια*). *cf.* acrocolefium. **Acrae**, -ārum, *Ἄκραι*. **1** *oppidum Siciliae meridionalis*: LIV. 24, 36, 1 Acras perfugit. SIL. 14, 206 non Thapsos, non e tumulis glacialibus Acrae defuerunt. RAVENN. p. 404, 4 Acris *abl.* ITIN. Anton. p. 89 Agris (TAB. Peut. 7, 2). *v. Hülsen, PW I 1192.* **2** *oppidum Panticapaeo ad Bosporum Tauricum vicinum*: PLIN. nat. 4, 86 Acrae. TAB. Peut. 9, 1 Ac⟨r⟩a. RAVENN. p. 172, 13 Acra (p. 369, 10). **3** *in Scythia minore*: MARC. COM. p. 99, 515, 4 apud Acres castellum (*Graecis Ἄκραι*, *Ἀκρίς*). *latetne ablativus non declinatus? v. Tomaschek, PW. I 1187.* **Acrēnsēs**, -ium, *Acrarum Siciliae incolae*. PLIN. nat. 3, 91. *adi.* **Acraeus**, -a, -um, *Ἀκραῖος*. *deriv. ab* Acra, Acrae. LIV. 38, 2, 5 templum Iovis Acraei *in Pindo*. 32, 23, 10 promunturium est adversus Sicyonem Iunonis quam vocant Acraeam. *v. Wentzel, PW. I 1193.* **Acrathon** *v.* Acrothoon.

Acris, -idis, -īnis, *Ἀκρίς*. *nom. serv., cogn. mul.* CORP. VI 7059 Cornificia (mulieris) l. Acris. 24853 Postumia C. l. Acris. XI 3321 Opicernia Q. l. Acris. CORP. VI 10548 Acridi coniugi. XI 921 (*Mutina*) Míniae Acridi. CORP. III 9709 (*Tragurio*) Acrini contubernali.

Acriae, -ārum *f.*, *Ἀκριαί*, *ad sinum Laconicum*. LIV. 35, 27, 2 parte copiarum ab obsidione Gythei abducta ad Pleias posuit ⟨castra⟩. imminet is locus et Leucis et Acriis. *v. Hirschfeld, PW. I 1195.*

Acrillae, -ārum *f.*, *Plut. Marc. 18 πρὸς Ἀκρίλλαις. Steph. Byz. Ἄκριλλα ... οὐ πόρρω Συρακουσῶν*. LIV. 24, 35, 8 castra circa Acrillas urbem ponebat. **Acritās**, -ae, *ὁ Ἀκρίτας*. **1** MELA 2, 49 *Peloponnesi* promunturia ... ad meridiem Malea Taenaros Acritas Ichthys (PLIN. nat. 4, 15). 2, 50 Acritan *acc. bis*. 2, 110 in Myrtoo *mari insulae* ... Oenussa et Theganusa contra Acritam. *v. Hirschfeld, PW. I 1197.* **2** TAB. Peut. 9, 2 *in sinu Nicomedico* ins. Acritas. *Steph. Byz. sub Χαλκηδών et Χαλκῖτις promunturium Ἀκρίταν*. *huc cf.* **Acrītēs**.

Acrōn, -ōnis, *Ἄκρων*, *-ωνος*. *nom.* Acron *ante voc.*: VERG. Aen. 10, 729 STAT. Theb. 10, 509 PROP. 4, 10, 9 (*ante h*). *in versus fine* VERG. Aen. 10, 719 PROP. 4, 10, 15. CHAR. gramm. I *saepius*. SCHOL. Pers. 2, 56. Acro INSCR. *dat.* Acroni: SOL. 1, 20 CORP. V 7043. *acc.*: PROP. 4, 10, 7 Acronta *codd.*, Acrōna *Itali*. AVR. VICT. vir. ill. 2, 4 Acronem (CHAR. gramm. I 210, 15 PORPH. Hor. sat. 1, 8, 25). *abl.* Acrone: CORP. X 809 FEST. 189 VAL. MAX. 3, 2, 3 *bis* PLIN. nat. 29, 5 FLOR. epit. 1, 1, 11. *nota*: IORD. Rom. 91 Agrone. *prior syllaba apud poetas producta excepto* STAT. *l. c.* **1** *Aeneae socius* VERG. Aen. 10, 719 venerat antiquis Corythi de finibus Acron, Graius homo (*cf.* SERV. *ad l.*). 728 sternitur infelix Acron. **2** CORP. X 809 (*Pompeis*) *Romulus* primus dux duce hostium Acrone rege Caeninensium interfecto spolia opi⟨ma⟩ Iovi Feretrio consecravit (PROP. 4, 10, 15 FEST. 189 VAL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAX. 3, 2, 3 FLOR. epit. 1, 1, 11 SOL. 1, 20 AVR. VICT. vir. ill. 2, 4 SERV. Aen. 6, 859 IORD. Rom. 91). PROP. 4, 10, 9 Acron Herculeus Caenina ductor ab arce. 4, 10, 7 Caeninum. *v. Cichorius, PW. I 1199.* **3** *Thebanus* STAT. Theb. 10, 509. **4** PLIN. nat. 29, 5 *factionis medicorum empirices* Acrone Agragantino Empedoclis physici auctoritate commendato. *v. M. Wellmann, PW. I 1199.* **5** Helenius Acro *grammaticus interpretatus est Terenti Adelphos* (CHAR. gramm. I 119, 12. 126, 17 *saepius*), *Eunuchum* (*l. c.* p. 216, 9), *Horatium* (PORPH. Hor. sat. 1, 8, 25 SCHOL. Pers. 2, 56) *alia.* **6** *nom. serv., cogn. lib.* CORP. VI 33822 (*extat*) d. m. Ti. Iulio Acroni acctario. X 1403 g 3, 16 (*Herculaneo*) . . .〉 C. l. Acro. II 321 (*Lusitaniae, periit*) Valerius Acro (889 *?*). CORP. V 7043 (*Taurino*) Acron〈i . . .〉 medico *cf.* 4.

Acroathon *v.* Acrothoon. **Acroceraunium,** -ī, *Ἀκροκεραύνιον.* RAVENN. p. 378, 13 Acroceaurion. TAB. Peut. 7, 3 Ocrocenaurio *abl.* PLIN. nat. 3, 97 a Lacinio promunturio secundus Europae sinus incipit, magno ambitu flexus et Acroceraunio Epiri finitus promunturio (3, 150 MART. CAP. 6, 650). *unde* SOL. 2, 24 secundus *Europae sinus* a Lacinio auspicatus in Acroceraunio metas habet. MART. CAP. 6, 613 Acroceraunium (*cf.* PLIN. nat. 2, 244). RAVENN. Guido p. 539, 22. *plur.* **Acroceraunia,** -ōrum. NOT. Tir. 88, 85 Acrocaeranea. PLIN. nat. 3, 145 montes Acroceraunia quibus . . . Europae determinavimus sinum (*cf.* 3, 97). 2, 244 *acc.* 4, 1 tertius Europae sinus Acroceraunis incipit montibus (MART. CAP. 6, 651 *qui tamen masc. intellexerit*). HOR. carm. 1, 3, 20 infamis scopulos, Acroceraunia (Acroceraunias *FL*) *cf.* AVIEN. orb. 539 *et* SERV. Aen. 3, 506. SCHOL. Hor. *ad l.* Ceraunia *interpretantur.* PLIN. nat. 4, 4 in Acroceraunis. 4, 52 ab Acroceraunis. ITIN. Anton. 324 ad Acroceraunia. 489 super Acroceraunia. *nota translatum*: OV. rem. 738 tu loca, quae nimium grata fuere, cave: haec tibi sunt Syrtes, haec Acroceraunia vita. *plur. masc.*: **Acroceraunii,** -ōrum. OROS. 1, 2, 41 inter Armeniam et Iberiam montes Acrocerauni dicuntur. ISID. orig. 14, 8, 6 Acroceraunii montes propter altitudinem et fulminum iactus vocati sunt. *cetera fere ut* OROS. *cf.* Ceraunii 2. **Acroceraunia,** -ae. OROS. 1, 2, 57 Macedonia habet . . . a favonio montes Acroceraunias in angustiis Hadriatici sinus. *adde v. l.* HOR. carm. 1, 3, 20. *hi montes Graecis sunt Κεραύνια* (*ἄκρα Κεραύνια*), *unde Latini* **Ceraunia,** -ōrum. GLOSS. IV 433, 40 montes Epiri (SERV. Aen. 3, 506 *addito* a crebris fulminibus. *sim.* georg. 1, 332. SCHOL. Hor. carm. 1, 3, 20). *legitur solum apud poetas novatum a* VERG. *anteire solet ultimum trochaeum excepto* AVIEN. orb. 659. VERG. georg. 1, 332 alta (STAT. Theb. 10, 537). Aen. 3, 506 Ceraunia . . . unde iter Italiam cursusque brevissimus undis. PROP. 1, 8, 19. OV. Pont. 2, 6, 10 fera . . . saxa. am. 2, 11, 19 violenta. LVCAN. 2, 626 in nubes abiere. 5, 457. 5, 652 scopulosa . . . summa. VAL. FL. 3, 465 summa. SIL. 5, 386 mixta . . . caelo. 8, 631 accensa. AVIEN. orb. 538 famosa. 659 dira. CLAVD. 5, 221 Italo percussa . . . fluctu. 21, 174 nullis succincta . . . nimbis. PRISC. perieg. 519 saeva. *masc. plur.* **Ceraunii,** -ōrum. **1** Ceraunia *poetarum*: MELA 2, 54 Ceraunii montes (PLIN. nat. 4, 2 SOL. 7, 1). SVET. Aug. 17 circa montes Ceraunios. FLOR. epit. 1, 25 (2, 9), 4 inter Ceraunios montes. ISID. orig. 14, 8, 12 Ceraunii sunt montes Epiri a crebris dicti fulminibus. *cf.* Acroceraunia, -orum. *incertum* CAES. civ. 3, 6, 3 *v.* Ceraunii *sub litt. C.* **2** *v.* Acroceraunii: MELA 1, 109 *montes* qui altera parte in Euxinum et Maeotida et Tanain, altera in Caspium pelagus obversi, Cerauni dicuntur. 3, 39 ex Ceraunis montibus. PLIN. nat. 6, 20 ad Ceraunios montes. 6, 27 montes . . . Ceraunii. *nota* 6, 29 ad Ceraunios. *huc pertinet* PLIN. nat. 5, 99 *Taurus mons* in universum . . . Graece Ceraunius (SOL. 38, 13 MART. CAP. 6, 683). **saxum Ceraunum.** PROP. 2, 16, 3 non potuit saxo vitam posuisse Cerauno? **Acrocerus** *ab ἀκρός et κέρας?* TAB. Peut. 7, 2 ins. Acrocerus *prope Melitam Adriae.* **Acrocorinthus** *v.* Corinthus. **Acronoma** *n. pl. locus ignotus prope Romam.* CIC. Att. 13, 40, 2 pater hodie ad Saxa Acronoma (Acrunoma *Cratander*, acrimonia *pars libr.*). **Acropolis,** *Ἀκρόπολις.* **1** SCHOL. Stat. Theb. 12, 632 Acropolin . . . arcem Thebarum (*lege* Athenarum). **2** *oppidum ad sinum Salernitanum in Lucania situm, nunc* Agropoli. GREG. M. epist. 2, 42 Gregorius Felici episcopo de Acropoli visitatori provinciae Lucaniae. **3** *nom. serv. mul.* CORP. VI 11850 Acropolis coniugi suo fecit. 2260 Claudia Acropolis Augusti lib. sacerdos Matris deum. *v.* acropolis. **Acropolistis,** -idis, *ab arce Acropolide?* PLAVT. Epid. 479 *miles Periphani Atheniensi*: quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem? (503). *sic A utrobique*, cropolistidem *P.* **Acroteleutium,** -ī. *ab ἀκρός et τελευτή. meretrix Atheniensis in* PLAVT. Mil. 874 *voc.* 900 *acc.* 1132 *nom.* **Acrothoon,** *Thucydidi Straboni Steph. Byz. sunt Athois incolae Ἀκρόθωοι.* PLIN. nat. 4, 37 oppidum in cacumine *montis Athonis* fuit Acrothoon (*trad.* agrathon, acrhoton, achroton). *unde* SOL. 11, 34 Acroton. MELA 2, 32 acro〈ahon〉 *A*, Acrothoon *Bursian. cf. Hirschfeld, PW. I 1208.* *Diehl.*

acra, -ōrum *v.* acrum.

Acrabās *et* **Acraba,** -ae *nom. vir. originis, ut videtur, Semiticae.* CORP. X 7984 (*in Sardinia*) Hospitae Acrabae coiugi . . . Ti. Claudius Actes lib. Acrabas. VI 8962 T. Flavius Aug. l. Acraba. **Acrabilla** *nom. mul.* CORP. VI 8962 T. Flavius Aug. l. Acraba . . . fecit sibi et Hadriae Acrabillae *filiae.* **Acrabanus** *et* **Acrabanis** *nom. vir.* CORP. III 1775 (*in Dalmatia*) L. Septimulenus Vitalis, Q. Lusius Acrabanus, Q. Iulius Daphnus, M. Curtius Sporus VI vir(i). 4367 (*in Pannonia super.*) Acrabanis Ababunis f. ala Augusta Ituraiorum . . . , Hanicus frater. *Otto.*

Acrabathana *v. sub* Acrabin.

Acrabīn *indecl.*, עַקְרַבִּים, *Ἀκραβίν. regiones Palaestinae* **1** *iuxta lacum asphaltitem*: ITALA Lugd. num. 34, 4 ab africo ad ascensum Acrabin (*πρὸς ἀνάβασιν Ἀκραβίν*, VVLG. *ex verbo* contra ascensum scorpionis. Ios. 15, 3 iud. 1, 36). HIER. nom. hebr. p. 16, 13 Acrabbim scorpiones vel decentem (24, 4 scorpiones. 31, 12). **2** *in finibus Samariae*: HIER. sit. et nom. p. 87, 28 Acrabbi terminus Iudae provinciae ad orientem respiciens. est autem et vicus grandis nunc usque novem milibus a Neapoli contra orientem descendentibus ad Iordanem . . . per eam quae adpellatur Acrabbitene. sed et confinium Amorraeorum Acrabbim dicitur. *derivata*: **1 Acrabathanē,** *Ἀκραβαττίνη regio* VVLG. I Macc. 5, 3. **2** *Ἀκραβαττά* (IOSEPH. bell. Iud. 3, 55) *urbs, unde* **Acrabattēnus**: HEGES. 3, 6, 4 Samaritana regis . . . deficiens in terra Acrabattenorum. PLIN. nat. 5, 70 Acrebitena, *Ἀκραβατηνή, Ἀκραιβατηνή toparchia.* HIER. sit. et nom. p. 119, 23 in Acrabathene. 152, 3 in regione Acrabbitena (153, 19). 87, 31 *supra l. 12.* *Lommatzsch.*

Acrae, Acrēnses, Acraeus *v. sub* Acr-.

Acraephia, -ae, *Ἀκραιφία.* PLIN. nat. 4, 26 iuxta Cephisum amnem . . . Acraephia Coronea Chaeronea (*sic Barb., codd.* graephis). LIV. 33, 29, 6 Acraephiae et Coroneae. 33, 29, 9 Acraephiam ire. *v. Hirschfeld, PW. I 1194.* *Diehl.*

Acragās *v.* Agrigentum.

Acrai . . . *nom. gent.* CORP. XIV 497 (*Ostiae, aetatis posterioris*) Acrai〈. . .〉ntiane. *Otto.*

Acranus (*?*) CORP. IX 3713 (*periit, apud Marsos*) *nom. vir.* Cedro et Corinto Acranus et Ircinis coiuces et filis suis.

Ācrāsius *v. sub* Acer.

acratisma, *τὸ ἀκράτισμα.* GLOSS. V 165, 4 agratisma iantaculum graece. *v. Mau, PW. I 1194.*

acratophoros *et* **acratophoron,** -ī, *ἀκρατοφόρος.* GLOSS. V 162, 18 achratofors vas vinarium. VARRO frg. schol. Veron. Verg. buc. 7, 33 〈lepestam di〉cebant ubi erat vinum in mensa positum, aut galeolam aut sinum. tria enim haec similia sunt, pro quibus nunc 〈acratophor〉on ponitur. rust. 1, 8, 5 ea minus sumptuosa vinea, quae sine iugo ministrat acratophoro vinum. CIC. fin. 3, 15 acratophoris. *v. Mau, PW. I 1194.*

Acrātus, -ī, *Ἄκρατος.* CORP. VI 29597 (*saec. I*) Acrátus. IV 1613 (*graphio inscr.*) AGGRATVS *prior* G *de industria fortasse erasa*, ACRATVS *Mommsen. nom. serv.*: TAC. ann. 16, 23 Acratum Caesaris (*Neronis*) libertum. 15, 45 cuique flagitio promptus. *in titulis praecipue primae aetat. imperat.*: CORP. VI 6703 (*e columb.*) Acrati et Molpes. CORP. VI 9741 Acratus l(ibertus) paedagogus. *idemne titulus redit an alterius fragm.*: X 6561 *et* 6562 (*Velitris, perierunt, Neroneae aetatis*)*?* CORP. IX 2671 (*Tusculo* = VI 10547) Acratus Ti. Iuli Aug. liberti Himeri lib. IX 301 Acrato. XI 3345. *cogn.*: CORP. VI 975 (*a. 136*) 4, 60 C. Iulius C. l. Acratus. IX 4929 C. Plaetorius C. l. Acratus. X 6637 (*a. 48 Antio* = VI 8639). VI 9102 b D(ecius) Acratus. 27964 L. Valerio Acrato. XV 5786 (*vasc. Arret.*) Vmbric(ius) Acratus. V 6819 b (*in agro Eporediensi*) M. Titius Acratus. **Acrātīnē,** -ēs, *Ἀκρατίνη, cogn. mul.* CORP. VI 20983 (*periit*) C. Laberi Vereni Laberiae C. l. Acratines C. Mecenatis (uxoris) l(iberti).

Acraucelēs *plur. ad Syrtim maiorem incolunt.* PLIN. nat. 5, 33. *Herodiano περὶ μον. λέξεως 11, 21 Ἀραραύκηλα, acc. Ptolemaeo Ἀραραύκηλες. v. Pietschmann, PW. II 401. sub* Araurakel, Araurakeles. *Diehl.*

Acrazapes *rex Assyriorum.* HIER. chron. a. Abr. 1136 Acrazapes a. XLII (*Eusebius Ἀκραγάνης*). IORD. Rom. 46 Acrazapes ann. XLII. Acrapazus EXC. lat. barb. p. 248. *Otto.*

Acrebitēna *v. sub* Acrabin.

ācrēdo, -inis *f.*, *ab.* ācer. GLOSS. acor. PRISC. gramm. II 122, 13 e longam . . . habent ante 'do' ut 'acris acredo'. GRAMM. suppl. 111, 5 (68, 32). *v.* acer *III A 1*: PALLAD. rust. 2, 15, 19 *ceparum* acredinem (acri- *Laud.*). SORAN. 1, 75 aquam salsam (*alia*) quae omnia acredine sua impetum fervurae duplicare possunt. PRISC. med. eup. faen. 56 si . . . exanthemata . . . ex umorum acredine (acritudine *Barb.*) . . . apparuerint. 69. CASS. FEL. 6 lac . . . acredinem umoris addulcat vel obtundit. 16. 29 p. 50 *al.* ORIBAS. syn. 4, 15. 23. 30. 31. 6, 6. 7. 9 (*passim scribitur* acri-). *v.* acer *III B*: FVLG. aet. mund. p. 151, 9 doloris acredo. *Dittmann.*

acrēdula, -ae *f.* [*orig. inc. Th.*] *genus ranarum ut videtur. perperam* ISID. orig. 12, 7, 37 eadem *luscinia* et acredula *dicitur.* GLOSS. Plac. V 7, 21 agredulae ranae parvae multum in sicco morantes. ISID. orig. 12, 6, 59 agredulae ranae parvulae in sicco vel agro morantes, unde et nuncupatae. CIC. progn. frg. 6 (div. 1, 44) pertriste canit de pectore carmen et matutinis acredula vocibus instat . . . et adsiduas iacit ore querellas (*ὀλολυγών Aratus*). CARM. philom. poet. min. V p. 364, 15 vere calente novo componit acredula cantus matutinali tempore rurirulans. *Weynand.*

acremonum (**-us**), -ī *cf. ἀκρεμών.* THEOD. PRISC. log. 65 *ad sanguinis emissionem* ex decoctionibus . . . mollium vitium acremonorum . . . ingero potiones (*optt. codd.* acrimoniorum *vel* -iarum. *dett.* cimas

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἀκρεμόνας *interpretati*). *cf.* Ps. Galen. 14, 469 *al.* τῆς δάφνης οἱ ἀκρεμόνες. *Diehl.*

Acrēnsēs *v. sub* Acr-.

Acrepinus *nom. vir.* Corp. VIII 5435 M. Lelius Acrepinus M. Ac(repini) f(ilius) *estne* Agrippinus *an* Agrypnus *an* ἀκραιφνής? *Otto.*

Acriae *v. sub* Acr-.

Acribēs, *cf.* ἀκριβής. Corp. VI 164 (*a. 165*) Acribes Donati (servus). *Diehl.*

Ācricēdius, Ācrilīnus *v.* Acer.

ācriculus (-a, -um) *adi., ab* ācer. Cic. Tusc. 3, 38 ille acriculus ... senex Zeno, istorum (*Epicureorum*) acutissimus. *Dittmann.*

acridium, -ī *n. herba.* Isid. orig. 17, 9, 64 scammonia, quam Latini acridium vocant, herba suci plena ... venit ... ex Mysia Asiae. Greg. Tvr. Mart. 3, 60 *pigmentum* mundat ventrem ut agridium. Mirac. S. Fidis 21 valida ... agridia.

acrifolium, *antiquius* **aquifolium,** -ī *n.* [*membrum prius cum* acus acuere *conf. esse videtur. Th.*] Gloss. σφένδαμνος, ἀποροῖον (*?*). Ps. Apvl. herb. 66 bryoniam ... Itali ... vitem albam, agrifolium, dentariam ... appellavere. Marc. med. 30, 65. Gloss. *et in* Plin. med. *codd. vecc.* agrifolium. Gloss. acrifolus holegn. Not. Tir. 105, 18. [acrifolium *gask.* agreu, *hisp.* grévol. *M.-L.*]

Macr. sat. 3, 20, 3 Tarquitius ... Priscus in ostentario arborario sic ait: arbores, quae inferum deorum in tutela sunt, eas infelices nominant: ... acrifolium. *medicamentum*: Ps. Plin med. 3, 1 acrifolium tritum. Marc. med. 34, 64 cum ture ... subactum impositumque. 30, 65 bacae ... agrifoli tritae. Ps. Plin. med. 2, 6 bacae ... ex vino potantur. 2, 7 bacae ... tritae. 3, 14. 3, 31. Marc. med. 34, 39 radix contrita. *mire* Diosc. 1, 128 de agrifolia id est loto. arbor est ingens. *forma* aquifolium, -ī *n. apud solum* Plin. nat. 27, 63 Theophrastus arboris genus intellegi voluit crataegon sive crataegona, quam Itali aquifolium vocant. 16, 98 *germinat* vere coepturo. 16, 80 folia non decidunt ... aquifolio. 16, 91 *folia* pungentia ... aquifoliis. 15, 101 aquifolio ... *sunt bacae* ac spinae sine suco. 16, 231 in lamnas secantur ... aceris genera, buxum, palma, aquifolium. *inde adi.* aquifolius, -a, -um. Cato agr. 31, 1 vectes iligneos, acrufolios, laureos, ulmeos facito (*cf.* Plin. nat. 16, 230 *ubi* aquifolios). Plin. nat. 24, 116 aquifolia arbor. 16, 32 aquifoliae ilicis. 16, 19 ilicis duo genera: ... in provinciis aquifoliae sunt ilices. *subst.* aquifolia, -ae *f.* Plin. nat. 1, 24 medicinae ex arboribus silvestribus: ... aquifoliā. 16, 73 montes amant ... aquifolia, buxus, ilex. 24, 116 aquifoliae (*sic Rose; codd.*: aliqui) folia contusa ... morbis prosunt. *Weynand.*

Acrillae *v. sub* Acr-.

Acriminī *genet., nom. propr.* Corp. VII 1336, 10 (*in vasculo*) Acrimini. *Otto.*

ācrimōnia, -ae *f., postea* **ācrimōnium,** -ī (*inde a* Theod. Prisc. *cf. l. 50. 51. 66 sqq. p. 432, 3*). *ab* ācer. Prisc. gramm. II 120, 3 acer acri acrimonia. acre- *passim scribunt* Gloss.

1 *rerum ad sensus pervenientium*: Gloss. acremonia: δριμέα (δριμύ: acrimonia). acrimonium: πικρία, amaritudo (πικρία, δριμύτης: acrimonium). **a** *suci fervidi holerum, herbarum*: Cato agr. 157, 5 si ulcus acrimoniam eius (*brassicae*) ferre non poterit. Plin. nat. 18, 128 *rapa* sinapis acrimonia domita. 19, 133 *betae* lenitas excitetur acrimonia sinapis. 19, 171 *sinapis* (*cf.* 19, 170 acerrimum sapore igneique effectus). 20, 96 *brassicae.* 20, 252 blitum iners ... ac sine sapore aut acrimonia ulla. 24, 128 sarcocollam ... cum quadam acrimonia dulcem. 37, 195 mellis ... Corsici. Cael. Avr. acut. 1, 135 *aceti, al.* chron. 2, 188 *aceti* acrimoniam vel nimietatem temperandam. acut. 1, 138 *piperis, al.* (*ibid.* acre est ... atque ignitum). 2, 132 quae (*ruta, al.*) sunt vehementius ardentia ob suae qualitatis acrimoniam. 3, 57 quorum (*hederae, al.*) ... acrimonia atque constrictio. *pluraliter*: Colvm. 9, 14, 3 *curator apium* abstineat ... foetentibus acrimoniis alii vel ceparum. Min. Fel. 28, 9 *et* Arnob. nat. 7, 16 ceparum acrimonias. *pro ipso holere fervido*: Plac. med. 2, 18 post concubitum abstinere se debent ab omni acrimonia. Plin. Val. 1, 25 si quis acrimoniam manducaverit, ut non oleat .... 5, 39. Theod. Prisc. log. 90 salsamentis ... nutriantur, acrimoniis, sinapi et aceto, *al.* 91 acrimonia omnia concedo (totius acrimoniae omnia *Brux.*). 99 his ... omnia acrimonia profuerunt. 99 alium vel cetera acrimonia edant. 105. 106 (*cf. etiam ind. Rosii*). Diosc. 3, 47 odore(m) acrimoni comesti (τὰς δὲ ἀπὸ σκόρδων καὶ κρομμύων ὀσμάς). Oribas. syn. 1, 18 de acrimoniis ... reprobati sunt *vomituri.* *terrenorum*: Plin. nat. 31, 115 nitri. Ps. Ambr. serm. 2, 2 saponis. *medicaminum*: Cael. Avr. acut. 1, 129 *clysterum.* 2, 123 *medicaminum purgativorum, al.* acut. 2, 41 omnis acrimonia tumoribus incongrua. 2, 139 tussientibus inimica. chron. 1, 112 recorporationem *facit.* *animalium*: Plin. nat. 22, 159 panos ... furunculos ... omnesque acrimonias. 23, 142 acrimoniam stomachi (28, 104). Cael. Avr. acut. 1, 74 ex *intestinis* nascens ... capitis tumentiam asperabat. 2, 54 umorum. 3, 156 acrimoniam fellis atque mordicationem. 3, 213. chron. 4, 21 defluentium. 5, 54 urinae. *cf.* Gloss. III 363, 60 εξεθηματον (ἐξάνθημα *Vulc.*).

b *odoris*: Plin. nat. 12, 91 lignum *cinnami* in fastidio propter origani acrimoniam. 27, 133 odore medicato cum quadam acrimonia iucundo (-de *codd.*). Myth. 2, 184 fumi. **2** *animi aut rerum ad animum pervenientium*: Serv. Aen. 7, 164 acrimonia mentis est. Gloss. acrimonia: acumen, saevitia, vivacitas. (ἀπο⟨το⟩μία, σφοδρότης: acrimonium.) Qverol. 1, 2 (p. 13, 15 P.) patientia desidiae, acrimonia crudelitati adsignantur. Naev. trag. 35 animi acrem acrimoniam (Non. 73 animi vivacitas). Acc. trag. 468 vim ferociam animum atrocitatem iram acrimoniam. *ornat cum virum tum oratorem*: Qvadrig. hist. 8 eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecellebat. Cic. Verr. 1, 52 si patris (*ibid.* fortissimum) vim et acrimoniam (*v. l. 23*) ceperis ad resistendum hominibus audacissimis. Rhet. Her. 3, 26 convenit ... in vultu *oratoris* pudorem et acrimoniam esse. 4, 26 acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti. Ps. Asc. div. Caec. p. 111 B. suam (*Ciceronis*) acrimoniam ... in accusando. Sidon. epist. 5, 10, 3. 8, 6, 6. Avg. epist. 188, 13 acrimoniam et facundiam. *cogitandi*: Avg. c. Iul. op. imp. 4, 32 disputatoris acrimoniam (aci- *al.*). Mar. Merc. Cyr. apol. p. 269 sagacitatem ... acrimoniamque. Mart. Cap. 4, 332 *Dialecticae.* Cod. Theod. 11, 36, 7 qui veritatem audacia vel acrimonia superet. *in sermone technico rhetorum*: Rhet. Her. 4, 19 *genus exornationis* habet ... gravitatis et acrimoniae plurimum. 4, 34. 41. 49 eiusmodi licentia (*genus exornationis*) si nimium videbitur acrimoniae habere, multis mitigationibus lenietur. 4, 50 haec exornatio ... tractabitur acrimonia, quae si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude. Cic. inv. 2, 143 omnem eius (*argumenti*) illam vim et acrimoniam (*v. l. 9*) lenierit ac diluerit. Volvs. Aug. epist. 135, 1 quid esset inventio, quae inventionis acrimonia (quid esset inventionis acrimoniae *codd. pars*). *genus eloquendi*: Rhet. Her. 4, 54 cum in sermone, tum in acrimonia, tum in alio atque alio genere vocis atque gestus. *rerum gravium*: Symm. rel. 49, 4 *principes* decet acrimoniam severi iuris inflectere. Cod. Theod. 16, 2, 40 (= Cod. Iust. 1, 2, 5) debitae ultionis acrimoniam. Max. Tavr. serm. 82 si acrimoniam legis exercet. *i. q. cura*: Ambr. in psalm. 118, 4, 14 *Isaac* exivit in campum diffundens acrimoniam suae mentis (gen. 24, 63 ἀδολεσχῆσαι, Vvlg. ad meditandum. Ambr. Is. 1, 1 abalienare, *cf. sub voce* abalieno *p. 44, 70*). **3** *sensuum*: Avg. civ. 8, 15 sensuum. 22, 29 *et* gen. ad litt. 12, 17 cernendi. Cic. Att. 13, 40, 2 *v. s. v.* Acronoma (*p. 429, 60*). [*Dittmann.*

ācrimōniōsus saevitiosus Gloss. IV 6, 30. *cf.* IV 6, 29. V 162, 20.

?acrinomium aciamen id est herba venenosa Gloss. V 260, 47. *cf.* **Acrio** *v.* Ario. [acrimonium *p. 431, 64 et p. 419, 82. V.* **acrione** *v.* laber.

Acrisius, -ī, Ἀκρίσιος. Prisc. gramm. II 68, 8 Acrisios. **1** *Argivorum rex.* Gloss. V 263, 45 filius Gratiae (*sc.* Aglaiae). Ov. met. 4, 607 Abantiades. Hier. chron. a. Abr. 674 *post Cecropem* Acrisius. 705 post Acrisium ... Euristheus. Serv. Aen. 7, 372 Danae Acrisii regis Argivorum filia (Hyg. fab. 155 p. 13, 4. 63 p. 61, 23. 84 p. 83, 7. 273 p. 147, 2 Mythogr. 1, 157, 1. 1, 204 p. 64, 27. 2, 110. 111). Verg. Aen. 7, 371 Turno ... Inachus Acrisiusque patres (*hincine fluxit* Gloss. IV 476, 11 Agresius fluvius [*om. cod. Carnot.*] grece*?*). Hor. carm. 3, 16, 5 virginis abditae custodem pavidum (Ov. ars 3, 631 Petron. 137). Stat. Theb. 2, 220 indignatus ... Tonantem (Ov. met. 3, 559. 4, 612). 6, 286 gravis. Ivl. Val. 1, 7 p. 13, 6. Plin. nat. 7, 200 clupeos invenerunt Proetus et Acrisius (acritus *codd.*) inter se bellantes. Arnob. 6, 6 in templo *Minervae* ... esse conditus scribitur atque indicatur. *v. Toepffer, PW. I 1196. Roscher, Mythol. lex. I 213. Usener, Sintflutsagen p. 81 sqq.* **2** *cogn. vir.* Corp. VI 6935 (*e columb.*) C. Sulpicio C. l. Acrisio. IX 338, 3, 30 (*a. 223, Canusii*) M. Aurilius Acrisius *ex quaestoriciis.* *adi.* **Acrisius,** -a, -um. Svlp. Lvperc. Anth. 649, 7 Acrisiae ... puellae (*Danaes*). **Acrisiōnē,** -ēs, *Homero* Ἀκρισιώνη, *Acrisii filia, Danae.* Prisc. gramm. II 68, 8 'o' producta ante 'ne' invenitur, ut 'Acrisios, Acrisione' (*patronymicum Iadis linguae*). Verg. catal. 9, 33 regia non Semele, non Inachis Acrisione. *adi.* **Acrisiōnēus,** -a, -um, Ἀκρισιώνειος. Prisc. gramm. II 68, 8 ex *Acrisione* possessivum posuit Virgilius ... ab Acrisione, id est Danae. Char. gramm. I 12, 18 *syllaba positione longa fit* si excipiatur a duabus consonantibus, ut 'Acrisioneis Danae' (Diom. *ibid.* 428, 4 Prob. gramm. IV 256, 31). **1** *ad Acrisium, Argivos pertinens*: Ov. met. 5, 238 Acrisioneas Proteus possederat arces. Verg. Aen. 7, 410 *dicitur Ardeam* Acrisioneis Danae fundasse colonis. *unde* Sil. 1, 661 muris *i. Ardeatinis.* **2** *ad Danaen*: Colvm. 10, 205 Acrisioneos ... amores. *unde errore derivatum* [**Acrisiōnēis,** -idis]. Serv. Verg. Aen. 7, 410 'Acrisioneis Danae' patronymicon est, non 'Acrisioneis colonis': sola enim venerat, non cum colonis (*item verba videntur coniunxisse* Char. *et* Diom. *l. c.*). **Acrisiōniadēs,** *Acrisiones (Danaes) filius i. Perseus.* Ov. met. 5, 69. *Diehl.*

ācritās, (-ātis) *f. ab* ācer. Gloss. II 564, 14 acritas (accr-) in bono et in malo sagacitas. Acc. Neoptolemo trag. 467 vis veritatis atque acritas. *cf.* Gell. 13, 3, 2 (*v. s.* acritudo). *Dittmann.*

Acritās *v. sub* Acr-. *eodem (v. p. 428, 66) fortasse referendum erat nomen:* **Acritēs,** Ἀκρείτης*?* Patr. Nicaen. 1, 108 Acrites *provinciae Armeniae maioris* (2, 105. 3, 106). *sim. armen. copt. syriac.* 'i' *producta. in laterculo graeco* 5, 104 Κρήτης. *Diehl.*

ācritūdo, -dinis *f. ab* ācer. Gell. 13, 3, 2 nihil quicquam interest, ... dicas ... 'acritudo' an, quod Accius in Neoptolemo scripsit, 'acritas'. Acc. Neoptolemo trag. 466 ⟨h⟩aut quisquam potis est

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tolerare acritudinem. *v.* acer *III A 1*: VITR. 2, 9, 12 *amari saporis.* 8, 3, 18 (*p. 360, 23*). 19 ex acidis propter acritudinem suci ... calculos ... posse curari. MARC. med. 8, 23 lotii. epist. Vindic. 10 ceparum acritudo ... oculis molesta. PS. THEOD. PRISC. p. 415, 11 *mellis.* p. 420, 27 *scillae.* MARC. epist. Vindic. 8, 43 acritudinem lippitudinis lenies. PS. THEOD. PRISC. p. 421, 8 umorum. *v.* acer *II A*: GELL. 10, 27, 1 vigor et acritudo amplitudoque populi Romani. APVL. met. 9, 17 decurionem, quem Scorpionem prae morum acritudine vulgus appellat. *v.* acer *III C 1*: GAVDENT. serm. 17 acritudo nimii frigoris.

*?***ācrivŏcēs** *plur. v.* ācer *et* vox. ARNOB. nat. 3, 14 *hominibus* dissimilitudines, ... ut singuli se possent differentium signorum proprietatibus noscitare. ergo esse ... nonnullos turgentibus malis aut buccarum cumulatione sacrivoces (acrivoces *Gelen.* saccibucces *Salm.*). *Dittmann.*

acroama, -atis *n.*, ἀκρόαμα. NOT. Tir. 106, 77 acroma. *cetera propter formam notabilia litteris dilatatis signavi.* **1** GLOSS. V 490, 16 sonus lyrarum. IV 483, 48. V 589, 6 acroamata auditio lyrarum vel tibiarum. IV 6, 37. V 162, 21 acromata scenicorum carmina. *addendum suspiceris* V 364, 32 horomatis (*pro* acromatis) auditis *cf. Nettleship, Journ. of Phil. 17, 121. haec significatio rara apud Latinos*: PETRON. 78 novum acroama, cornicines. 53 petauristarios et cornicines *libentissime se spectare*, reliqua acroamata tricas meras esse. SIDON. epist. 1, 2, 9 sub phonasco vocalium concentus meditatum achroama intonat. **2** *usitatius pro agente acroama*: CIC. Sest. 116 non solum spectator, sed actor et acroama. Verr. 5, 49 tamquam festivum acroama (*hinc* PRVD. perist. 2, 323 egon cachinnis venditus acrōma festivum fui?). Arch. 20 quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret? NEP. Att. 14, 1 nemo in convivio ... aliud acroama audivit quam anagnosten. PLIN. epist. 6, 31, 13 interdum acroamata audiebamus, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur (*vide tamen ne pertineat ad 1*). AMBR. exam. 3, 1, 4 mortiferi cantus acroamatum scaenicorum (*oppos.* concentus ecclesiae). MACR. sat. 2, 4, 28 *Caesar Toronii symphoniacos* frumento donaverat, cum in alia acroamata fuisset nummis liberalis. CORP. X 1074 (*Pompeis, a. u. c. 751/2, periit*), 6 ludos omnibus acruamatis pantomimisq(ue) omnibus et Pylade *edidit* (*cf.* LAMPR. Alex. 34, 2 omnia acroamata et pantomimos populo donavit). 15 ludos factione prima adiectis acruamatis. SVET. Aug. 74 aut acroamata (acromata *codd.*) et histriones aut ... triviales ex circo ludios ... ac ... aretalogos. Vesp. 19 ludis (*dat.*) ... vetera ... acroamata revocaverat. CORP. VI 1063 (*a. 212*) ludos edidit de⟨dicationis? cum⟩ suis acroamatis. 1064 (*eiusd. aetatis*) agentibus commilitonibus cum suis acroamatibus. *v. Mau, PW. I 1197. Ruggiero, dizion. epigr. di antich. rom. I 44.*

acroamaticus, -a, -um *adi.*, ἀκροαματικός. NOT. Tir. 106, 78 acromaticus. CORP. VI 8693 (*periit*) Demetriae Acts (*sic*) Aug. l. ser. acroamat. Graecae.

acroasis, -is *f.*, ἀκρόασις. VARRO Men. 517 Diogenem litteras scisse ... hunc (*Menippum*) quod etiam acroasi (acrosi *codd.*) bellorum hominum. CIC. Att. 15, 17, 2 ipsius *litteras* ... vel in acroasi (agro si *trad.*) audeam legere. VITR. 10, 22 (16), 3 architectus ... Callias *Rhodi* ... acroasin fecit. SVET. gramm. 2 Crates Mallotes ... plurimas acroasis ... fecit. *graec. scr.* SEN. contr. exc. 4 praef. 2.

Acroathon *v. sub* Acr-.

acroaticus, -a, -um *adi.*, ἀκροατικός. GELL. 20, 5, 6 *Aristoteles* libros ... suos ... seorsum divisit, ut alii exoterici dicerentur, partim acroatici. 20, 5, 9 acroaticos libros ... neque editos scito esse neque non editos, quoniam his solis cognobiles erunt, qui nos audiverunt. 20, 5, 7 libros generis acroatici. *ibid.* disciplinas acroaticas.

acrobustia, -ae *f.*, ἀκροβυστία. ZENO Migne 11, 348 A praemiumque *Abraham* non circumcisionis, sed in acrobustia meritae repromissionis accepit. *cf.* VVLG. Rom. 4, 9 *et* 10 in circumcisione ... in praeputio.

Acroceraunia *v. sub* Acr-.

Acrocerus *v. sub* Acr-.

acrochordōn, -onis *f.*, ἀκροχορδών. CELS. 2, 1 p. 30 ubi aetas ... processit, ... verrucarum quaedam genera dolentia, ἀκροχορδόνας Graeci appellant, ... oriuntur (5, 28, 14 p. 216). 5, 28, 14 p. 217 acrochordon si excisa est, nullam radiculam relinquit (*v. paulo ante*). CASS. FEL. 12 p. 19 *verrucae* dicuntur acrochordones, quae ... (GLOSS. V 560, 5 acrochordane *codd.*). DIOSCOR. 3, 105 acrocordonas. herb. fem. 53 (52 H.) preterea crocodonas (*v. l.* grogodonas) i. e. excrementa corporum ... sanat.

acrocolefium, ī *n.* [*tractum esse videtur a vocabulo gr. ἀκροχωλύφιον vel -χωλοίφιον non tradito; cf. c.* colyphium. *Th.*] CHIRON 1, 45 si quod iumentum coxam fregerit aut acrocolefia aut supragambam. VEG. mul. 3, 1, 2 ab acrocolefio ad gambam *ossa* duo. *v.* acrum, acrocolium, acron.

acrocolium, -ī, *n.* ἀκροκώλιον. VEG. mul. 3, 47, 1 si coxam fregerit aut acrocolia (atrocolli *G*, atrocola *Samb.*, acrocolefia CHIRON 1, 45) aut supragambam. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 94 crura porcina quae Graeci acrocolia vocaverunt. *v.* acron.

Acrocorinthus *v.* Corinthus.

acrolithus, -a, -um *adi.*, ἀκρόλιθος. VITR. 2, 8, 11 Martis fanum habens statuam colossicam acrolithon nobili manu Leocharis factam. CORP. VIII 8309 (*Cuiculi a. 194 vel 195*) acrolithum *Telluris genetricis* simulacrum. TREB. trig. tyr. 32, 5 statuam ... acrolitham (acrolicam *cod.*) sed auratam. *v. Mau, PW. I 1198.*

acrōma, acrōmaticus *v.* acroama, acroamaticus.

acrōn, -ōnis *m.*, ἄκρων. *v.* acrocolefium, acrocolium. CHIRON 3, 201 adversus maleos acronum porcinum in ptisana decoctum ... potionare oportet. *unde* VEG. mul. 2, 28, 17 acronem salsum porci pinguis (PELAGON. 85). 18 donec acron ille vel certe caput haedi liquescat et dissolvatur ab ossibus. THEOD. PRISC. log. 61 acrones caprarum sive porcorum *concedo* (*i. capita et pedes*). *cf.* cephalopodes. PELAGON. 192 acrones berbecinos. APIC. 4, 179 *tisanam* collocas in caccabo super acronem colefium (5, 208) ... refundis in caccabum, sed colefium acronem (*scil. in fundo pones*). *Diehl.*

Acrōn, Acronoma *v. sub* Acr-.

Acronus lacus *pars lacus Brigantini, cf. Ihm, PW. I 285.* MELA 3, 24 Rhenus Alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit, Venetum et Acronum. *Otto.*

acronychos *vel* -us, -um *adi.*, *Aristoteli* ἀκρόνυχος. PS. CENS. 3, 7 stella mane occidit, oritur simul nocte et vocatur acronychos (*trad.* acronicos, acronicus). *haec exscripserunt* SCHOL. Germ. Sang. p. 223, 4 *et* Strozz. p. 198, 19 *ubi* acronicus, achronicus *codd.* CHALC. comm. 71 tertia *effulsio stellarum* ... adpellatur acronychos, cum sole occidente astrum diametro distans in parte orientis videtur. *paulo post similiter de obscuratione* (*libri* acronicos, achronicos, achronichos).

acronyctae stellae, *gr.* ἀκρονύκτιος. FIRM. math. 2, 8, 1 stellae ... acronyctae ... acronyctae *sunt* quae tunc oriuntur, cum sol occidit (*unde* GLOSS. V 560, 1).

Acropatenē *v.* Atropatene.

acropodium, -ī *n.*, ἀκροπόδιον. HYG. fab. 88 p. 85, 7 gladium ... rediens in templum sub acropodio Minervae abscondit.

acropolis GLOSS. III 487, 12. 506, 22 acrapolis initium (munitio *coni. Leo*) civitatis. *v.* Acropolis *sub* Acr-. *Diehl.*

ācror, -ōris *m.*, *novicium pro* acor. *v.* ācer. FVLG. Virg. cont. p. 85, 3 Chrisippi ellebori rancidulo acrore postposito (*gloss. UE*: asperi ingenii acredine praetermisso) cum Musis aliquid blandius fabulabor. DIOSC. 1, 137 quae (*nux*) si oleo (alio *Paris.*) mixta fuerit, eius acrorem temperat. ISID. in exod. 17, 3 fermentum ... a naturali dulcedine recedens adulterino acrore corruptum est. *Dittmann.*

acrostichis, -idis *f.*, ἀκροστιχίς. HONOR. cosmogr. 1 propter aliquos anfractus ne intellectum forte legentis perturbet et vitio nobis acrostichis esset, hic excerpendam esse credidimus *Caesaris continentiam Oceani.* OPT. PORF. schol. 13 eadem pagina in acrostichide habet PIVS AVGVSTVS, in telestichide CONSTANTINVS. schol. 7 acrostichidis. *v. Graf, PW. I 1200.* CIC. div. 2, 111 ea quae ἀκροστιχίς (acrostichis *B*, acrothicis A^1, acrosthicis *V*) dicitur, cum deinceps ex primis ⟨primi cuiusque⟩ versus litteris aliquid conectitur, ut in quibusdam Ennianis 'Q. Ennius fecit'. *cf.* parastichis.

Acrota, -ae. *nom. vir. mythol.* OV. met. 14, 616 de *Tiberino e Capeto vel Capy orto* Remulusque feroxque Acrota sunt geniti (*unde minus recte* MYTHOGR. 1, 204, 20 Capetus *genuit* Remulum et Acrotam). 619 fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti tradit Aventino.

acroteria, -ōrum *n. pl.*, ἀκρωτήρια. **1** VITR. 5, 12, 1 *portus* naturaliter si sint bene positi habeantque acroteria sive promunturia procurrentia. CIC. Att. 5, 12, 1 *graece scr.* ἀκρωτήρια οὔρια. LIB. geneal. (chron. min. I) p. 188, 510 fugerant a facie eius in achroterium (VVLG. iud. 9, 51 turris excelsa. *πύργος ἰσχυρός*). **2** GLOSS. ligatura (*sic*), ligamenta, ligatio (*sic*) articulorum. VITR. 3, 5, 13 membra omnia, quae supra capitula columnarum sunt futura, id est ... tympana fastigia acroteria, inclinanda sunt in frontes suae cuiusque altitudinis parte XII. 3, 5, 12 acroteria angularia ..., mediana. *nota*: LIB. gloss. acrotilia articula. *v. Mau, PW. I 1208.*

acrotomus, -um *adi.* ἀκρότομος. EVCHERIVS p. 149, 10 *vetus translatio regum librorum habet* lapidibus acrotomis, *nova* dedolatis. *cf.* VVLG. III reg. 6, 7 de lapidibus dolatis (*v. l.* lapidibus dedolatis. *λίθοις ἀκροτόμοις*). *ex* EVCH. *fluxit* LIB. gloss. acrotomis lapidibus dedolatis. *Diehl.*

acrovaricius, -a, -um *ab ἀκρο- et* varix *hybride formatum videtur, nisi est* acruv-. CHIRON mul. 294 labra solent in novissimo acrovaricia fieri. *V.*

acrozymus, -ī, ἀκρόζυμος. ISID. orig. 20, 2, 15 acrozymus *panis* leviter fermentatus, quasi acroazymus (GLOSS. V 590, 50 *ubi* leniter).

***?* acrudus.** SORAN. gyn. 2, 1, 14 cum ... mulier ... in balneo acrudo descenderit ('*ex* acroclo *pro* acrotolo, ἀκροθόλῳ?' *Rose*).

acrufolius *vide* acrifolius.

Acruium, -ī *opp., Ptolemaeo 2, 16, 3* Ἀκρούιον (*Δαλματίας*). PLIN. nat. 3, 144 ab Epidauro sunt oppida civium Romanorum Rhizinium Acruium (*trad.* agrutum, caruium), Butuanum, Olcinium. *contulere iam priores* LIV. 45, 26, 15 tertiam *Illyrici partem* Agravonitas et Rhizonitas et Olciniatas. *v. Mommsen, Corp. III p. 284. Tomaschek, PW. I 285 et* Cattharenses.

acrum, -ī *n.*, ἄκρον. **1** CONST. Opt. Porf. epist. 8 ut hoc genere dicturis Heliconis aut Parnasi acra peterentur (*codd.* sacra, sacri, iuga. *hoc ex* PORF. epist. 8. *gloss. cod. Bern.*: acron summitas). **2** *extremae corporis partes*: SORAN. 2, 2 (23) manibus ... calidis acra ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contineantur et lanis contegantur. *sim.* 2, 4 (28) universa acra (*oppos.* medianis partibus universis). *ibid. collective*: lanis ... mundis universo acro contecto. 2, 10 (41) acra ... universa strictius tenere aut fasciolis inligare. *ex his locis similibusve* GLOSS. III 506, 16 acra (achra *codd.*) pedes frigidi.

acrus, -a, -um *adi.*, ἄκρος. CASS. FEL. 36 p. 78 ulceratio ... quae inter acra oris spatia efficitur.

ācrus, -a, -um *adi. v.* ācer.

Acrunoma *v.* Acronoma *sub* Acr-.

ac sī *v. sub* atque.

acta, -ae. [*a gr.* ἀκτή *tractum. Th.*] SERV. Aen. 5, 613 acta mutato *η* in 'a' superiori accentum damus .... sed propter differentiam commutatur, ne ... participialiter acta significet. DON. Ter. Phorm. 329 acte acta, Calliope Calliopa.

1 *idem quod gr.* ἀκτή: CIC. Verr. 6, 63 in acta cum mulierculis iacebat ebrius. NEP. Ages. 8, 2 cum ... in acta ... accubuisset. VERG. Aen. 5, 613 in sola secretae Troades acta ... flebant. SEN. Herc. O. 102 acta (*codd.* ara) Cenaei Iovis (*Boeotiae*). VAL. FL. 5, 96 in prima ... acta. SEPT. SER. vers. 20 Picenae marginis actā. AVIEN. Arat. 1602 matutini ... litoris acta (orb. terr. 1055 curvi. 682 Dionaei. PRVD. Symm. 1, 136 secreti. PAVL. NOL. carm. 10, 183 blanda ... locupletis). MAR. VICTOR. gramm. VI 105, 18 (*carm.*) taciti prope litoris actas. AMBR. exam. 5, 11, 32 non in acta nec in litoribus, sed in Atlantici maris profundo. CYPR. GALL. num. 700 quae laeta viret sub ripis fluminis acta. AVSON. 398, 39 insana ... Propontidis acta. 450, 2. PRISC. perieg. 577 Oceani iuxta boreotidas actas. **2** SERV. Aen. 5, 613 secreta et amoena litorum (*haec amplioraque exhibent* GLOSS. *sub* acta *et* actae, *veluti* Plac. V 4, 6 (= 44, 9) loca secreta circa mare, id est in litore, amoena et voluptaria). *cf.* GLOSS. IV 6, 47 *al.* ripa nemorosa. *huc refert Goetz* IV 472, 22 acta facta litora (*contam.*). V 343, 51 **acta** continentes (*?*). *singulariter quasi collective*: CIC. Verr. 6, 94 istius acta ... flagitiosa illa convivia. 6, 82 uxorem eius ... tot in acta dies secum habere. *plur.*: CIC. Cael. 35 accusatores ... Baias, actas, convivia ... iactant. epist. 9, 6, 4 actis et voluptatibus. Att. 14, 8, 1 tu me ... rebare ... in actis esse nostris, et ego accepi ... in deversoriolo Sinuessano tuas litteras. *cf.* ἀκτάζειν

ācta, -ōrum *v. sub* ago. [*Diehl.*

? **actaca.** GREG. M. epist. 5, 46 (p. 346, 16 Ew.) unam vero anatem cum duobus parvulis actacis (anaticis *codd. recc.*, anacem ... Atticis *edd.*) ... transmittere praesumpsi. *cf. Hehn, Culturpflanzen p. 323, qui notat slavon.* ątica 'anas'; *Hartmann ad l. l. corrigenda igitur quae sub* anaticus *dedimus.* *V.*

Actaeī, -ōrum *gens Arabica.* PLIN. nat. 6, 154.

actaeus, -a, -um *adi.*, ἀκταῖος, *ab* acta. AVIEN. Arat. 1394 *navita* actaea retinet statione phaselum. SERV. Verg. ecl. 2, 24 actaeo *explicat* litorali. *sed cf.* Actaeus. *v. p. 436, 25.* **actaea,** -ae *f.* ἀκταία *herba.* PLIN. nat. 27, 43 actaea gravi foliorum odore, caulibus asperis, geniculatis, semine nigro ..., bacis mollibus, nascitur in opacis et asperis aquosisque. datur acetabulo pleno interioribus feminarum morbis. 1 ind. 27, 26. *Diehl.*

Actalēnsēs *pop. in Galatia.* PLIN. nat. 5, 147 celebres Actalenses.

Actalus *nom. vir. Celticum.* CORP. XII 3929 (*Nemausi, litt. saeculi, ut videtur, primi*) Secunda Actali fil. *Suavinis Catuli lib. uxor.*

Actalius *nom. gent.* CORP. VI 30983 Actalius Ianuarius, ... Actalius Crescens *plebeii collegii cuiusdam servorum libertinorumque. Otto.*

Actania, -ae *Oceani Germanici insula, prope Burcanam.* PLIN. nat. 4, 97.

āctārius *v.* actuarius.

actē, -ēs *f.* ἀκτή *herba.* PLIN. nat. ind. 26, 73 acte sive ebulum (nat. 26, 120. *ibid.* chamaeactes sucus). Ps. APVL. herb. 91 Graeci chamaeacten dicunt ... alii agrian acten ... Itali ebulum. DIOSCOR. 4, 168 de actidisse (ἀκτῆ δισσῇ) id est sambucu. actidisse duo sunt genera ... alterum genus quos cameleti (χαμαιακτή) dicitur, a multis vero eicios acti (ἔλειος ἀκτή) appellatur. ORIBAS. eup. 2, *12 actes dicitur sabucus (*v.* *41).

Actē, -ēs, Ἀκτή. **1** PLIN. nat. 4, 23 Attice antiquitus Acte vocata (GELL. 14, 6, 4 SOL. 7, 16 HIER. chron. a. Abr. 236 MART. CAP. 6, 653 SCHOL. Stat. Theb. 12, 464 *cf.* SERV. auct. Verg. georg. 4, 462). *v.* Actis.

2 HYG. fab. 183 p. 36, 12 *Hora i.* Δημήτερος ἀκτή*? cf. Robert, Gött. gel. Anz. 1899 p. 546.* **3** *nom. mul. serv. et cogn. famosissima Neronis liberta et paelex* (SVET. Nero TAC. CORP. XV 7835. X 7640. 7984 *al.*). *multae in titulis inde a prima aetate imperatoria, praecipue Romanae et Ostienses. nulla Africana. nom.*: TAC. ann. 13, 12. CORP. VI 6339 (*e columb.*) quasil(laria). 10549 ...› Aug. l. Acte ‹ad› Martis. 10552. 33450 Sempronia L. l. Acte. 33694. IV 2057. XIV 786 Aelia Acte *et* 899 Livia Acte *et* 955 Egrilia Acte: *Ostienses.* IX 314 (*Rubis*). 2867 (*Histonio*). 1638 (*Benevento*) Afinia Acte. X 545a *cf.* auct. XI 1414 (*Pisis*). Vermiglioli Iscrizioni Perugine cl. X n. 60 p. 47 Ceccia Atthis coniunx et Acte filia. II 1996 *et* 2099 (*in Baetica*). XII 611 (*in agro Arelatensi*). 757 (*Arelate*) Rubria Acte nutrix. 3371 (*Nemauso*) Senucia Acte. 3853 (*eiusd. orig.*). III 9366 (*Salonis*) Titia Acte. *gen.*: Actes: TAC. ann. 13, 46. CORP. VI 1867a. 10550. 15366. XV 7835 (*in fistulis* = X 1903 *Puteolis.* 6589 add. *Velitris*) Claudiae Aug. l. Actes. X 6599 (*Velitris, periit*) d. m. Claudiae Actes. 7640 *et* 7984 Ti. Claudius Actes l. *vel* lib. 8046, 9 (*in tegulis*). II 2099 (*in Baetica*) Valeriae Actes. CORP. VI 8693 (*periit*) Demetriae Act(e)s Aug. l. ser(vae) acroamat(icae) Graecae. CORP. VI 13780 Iuliae Acteni ... Diadumeno Actenis f(ilio). *dat.*: Acte: CARM. epigr. 95, 1 Acte libertae ... venenariae et perfidae dolosae duri pectoris: *dativum qui certe in antica inscriptus fuit interpreteris potius quam genetivum. cf. v.* 8. CORP. VI 10553. 23469. 33684/5. XIV 371 Metiliae Acte sacerdoti M(atris) d(eum) m(agnae) *et* 596 Appuleiae Acte lib. *et* 1097 Hediae Ac‹te›: *Ostiensibus.* V 6363 Atiliae Acte. IX 3023 (*Teate Marrucinorum*) Mamiliae Acte .... *ibid.* L. Mamilio Actio. II 3771 *et* 3772 *et* 3774 (*Valentia*) Viriae Acte. *nota* CORP. VI 14987b Ti. Claudius Crispus Act. n̄(ostrae) l(ibertus). *sim.* a. Acteni: CORP. VI 10551. 10554. 13780 *v. l. 3.* 14159 Calpurniae Acteni. X 2865 (*Puteolis*) Pompeiae Actení. *nota* 6398 (*Tarracina*) ‹T›erentia‹e› Actheni. *acc.*: Acten: TAC. ann. 14, 2 SVET. Nero 28. *abl.*: Acte: SVET. Nero 50 (acti *vel* actia *codd.*). **Acteānus,** -ī. *cogn. ab* Acte *Neronis tamquam uxore ductum.* CORP. VI 15027 Tí. Claudi Aug. lib. Epicteti Acteani. *v. cogn. seq.* **Acteniāna,** -ae. *cogn. ab eadem* Acte *derivatum.* CORP. X 7980 (*Olbia*) Claudia Aug. l. Pythias Acteniana *cf. Mommsen ad l.* **Actis,** Ἀκτίς. SERV. Verg. ecl. 2, 24 licet Athenae primo Actis dictae sint (*unde* SCHOL. Stat. Theb. 12, 464, *sed* Acte). *v.* Acte **1** *et* Atthis. **Actaea,** -ae, *Homero* Ἀκταίη, *Nereis.* HYG. fab. p. 10, 15 S. *adi.* **Actaeus,** -a, -um, Ἀκταῖος. *ab* Acte 1. *codd. saepe*: Acteus. **1** *Atticus*: VERG. ecl. 2, 24 Amphion Dircaeus in Actaeo Aracintho. *nota* SERV. *ad l.*: Aracinthus mons est Thebanus, unde litorali debemus accipere. *reliqua vide sub* Aracinthus. *vide et* PROB. *ad l.* a monte amoeno (*cf.* acta) Thebano *et* SCHOL. Stat. Theb. 4, 453 SEN. Herc. f. 1164 arva. AVSON. 336, 71 Athenae. VAL. FL. 2, 68 Bootes STAT. silv. 4, 8, 50 Ceres. CIRIS 102 colles. OV. Ib. 336 humo. STAT. Theb. 4, 453 imbres (*i. mel Atticum*). SCHOL. *ad l.* Actaea dicitur regio Attica. CLAVD. rapt. Pros. 3, 54 iuga. COLVM. 10, 386 mellis. AVSON. 334, 136 olivo. VAL. FL. 1, 394 ab oris. OV. epist. 2, 6 rates. PETRON. 135 terra. OV. met. 2, 554 vimine. **2** *Atheniensis*: STAT. Theb. 2, 196 Actaeas acies Marathoniaque arma. OV. met. 2, 720 arces (Pont. 4, 1, 31). STAT. Theb. 2, 737 faces. OV. met. 6, 711 gelidi coniunx Actaea tyranni (*Orithyia Boreae*). 7, 681 fratribus (*paulo ante* Cecropidas). SEN. Phaedr. 900 generis Actaei decus (acteae *codd.*). 1149 genti (STAT. Theb. 12, 175). OV. epist. 17, 42 ignibus (*Boreae in Orithyiam*). STAT. Theb. 12, 464 muris. VAL. FL. 6, 217 Phaleri. OV. met. 8, 170 sanguine (*in Minois mytho*). VAL. FL. 4, 465 sororis (*in Boreae mytho*). STAT. silv. 5, 2, 128 virgo (*Minerva*).

Actaeus, -ī, Ἀκταῖος. *Graecis primus Atticae rex, v. Toepffer, PW. I 1212. cogn. vir.* AVR. VICT. vir. ill. 49, 16 Petillio Actaeo tribuno plebis. **Actaeōn,** -onis, Ἀκταίων. *acc.*: Actaeona: OV. met. 3, 243 *et* 244 *bis ante ultimum trochaeum.* CLAVD. 5, 419 MYTHOGR. 1, 204 p. 64, 4. Actaeonem: PLIN. nat. 11, 123 FVLG. myth. 3, 2. 3, 3 SERV. Verg. georg. 1, 14 SCHOL. Stat. Theb. 3, 203. 4, 573 MYTHOGR. 1, 232 (2, 130). 2, 81. *nota* CHRON. Alex. p. 118, 244 Acteum. *nom.* Actaeōn *ante voc.* OV. met. 3, 230 SEN. Oed. 756. **1** *heros Boeotius*: HYG. fab. 181 p. 37, 2 Cadmi nepos (SEN. Oed. 751), Aristaei et Autonoes filius (180 p. 36, 14 MYTHOGR. 1, 204 p. 64, 3. 2, 81). OV. trist. 2, 105 inscius ... vidit sine veste Dianam (SIL. 12, 366. ARNOB. nat. 3, 34 co‹r›niger ille venator. HYG. fab. 180 p. 36, 14. FVLG. myth. 3, 3 venator. SCHOL. Stat. Theb. 3, 203). *quapropter in cervum mutatus dicitur et a suis canibus laceratus*: SEN. Oed. 751—763 VARRO Men. 513 rust. 2, 9, 9 OV. met. 3, 720 *sqq.* epist. 19, 103 fera creditus *canibus* (met. 3, 230). MANIL. 5, 184 canibus nova praeda fuit (SEN. Phoen. 15 *cf.* OV. trist. 2, 106). SIL. 12, 365 laceris ... membris. STAT. Theb. 4, 573 HYG. fab. 247 p. 137, 16. CLAVD. 5, 419 subito mutatum Actaeona cornu. FVLG. myth. 3, 2 (MYTHOGR. 1, 232. 2, 130) SERV. Verg. georg. 1, 14 SCHOL. Stat. Theb. 3, 203. *fabulam simulacris repraesentatam narrat* APVL. met. 2, 4. *v. Wentzel, PW. I 1209.* **2** *Actes, Attices eponymus*: CHRON. Alex. p. 118, 244 de Lycurgum et Acteum et Pelopum (περὶ Ἀκταίωνος). **3** *inter Solis equos librorum ut videtur errore appellatur* FVLG. myth. 1, 12 Acteon .... Acteon splendens dicitur. *item* SCHOL. Germ. Strozz. p. 195, 18 *sqq.* MYTHOGR. 2, 21 *recte* Aethon.

Actium, -ī, Ἄκτιον. *ab* ἀκτή. NOT. Tir. 108, 8 Acteon. **1** GLOSS. V 560, 6 Actius locus in Epiro, amplius (*contam. cf.* auctius). LIV. 44, 1, 3 Acarnaniae portum. SERV. Aen. 8, 678 Epiri promontorium (ecl. 4, 13). GLOSS. V 430, 44 = 421, 61 Actio proprium nomen civitatis (*contulit Goetz Euseb. eccl. hist. 6, 13*). MELA 2, 54 *urbs* Actium. PLIN. nat. 4, 5 colonia Augusti Actium cum templo Apollinis nobili ac civitate libera Nicopolitana (MART. CAP. 6, 651) *cf.* Actia Nicopolis *et Hirschfeld, PW. I 1214/15 sub fin.* SVET. Aug. 17 ab Actio. MON. Ancyr. 5, 4 ad Actium (PLIN. nat. 19, 22 OROS. 6, 19, 8). FAST. Amitern. (Corp. IX 4192) *ad IV non. Sept.* Augustus apud Actium vícit (VELL. 2, 84, 1 VAL. MAX. 1, 7, 7 PLIN. nat. 11, 195 SVET. Aug. 17 *et* 18 *et* 96 TAC. hist. 1, 1 PANEG. 9, 10 AMM. 22, 16, 24 OROS. 6, 19, 10 EVTR. 7, 7 SERV. ecl. 4, 13 CASSIOD. chron. p. 134, 555). PLIN. nat. 9, 115 circa Actium (SERV. Aen. 8, 678). *ad modum nominum oppidorum* CIC. epist. 16, 9, 1 venimus ... a. d. VII Actium (Att. 5, 9, 1 OROS. 6, 19, 5). CIC. Att. 5, 9, 1 Actio maluimus iter facere pedibus. epist. 16, 6, 2 VII idus Nov. Actio vesperi. **2** CIC. Att. 7, 2, 3 in Actio Corcyrae. *adi.*

Actius, -a, -um, Ἄκτιος. *ad* Actium *pertinens.* PROP. 2, 16, 38 aequora.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. Aen. 3,280 litora (PROP. 2,34,61 CLAVD. 26,185). SIDON. carm. 7,93 stagna. VERG. Aen. 8,675 in medio (*clipeo ornato*) classis aeratas, Actia bella (MANIL. 1,914). HOR. epist. 1,18,61 pugna. PROP. 2,1,34 rostra. PROP. 4,6,17 Actia Iuliae pelagus monumenta carinae. SIL. 15,302 Phoebi . . . templa. VERG. Aen. 8,704 Apollo (HYG. astr. 2,37 p. 74,22 ISID. orig. 15,1,61). PROP. 4,6,67 Phoebus *cf.* 2,34,61. *nota*: ELEG. Maec. 1,51 Actius ipse lyram plectro percussit eburno.

v. Actiacus. **Actia Nicopolis**. SVET. Aug. 18 *ut* Actiacae victoriae memoria celebratior . . . esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit (*cf.* PLIN. nat. 4,5 SERV. Aen. 3,274 CASSIOD. chron. p. 134, 557). *hanc intellege, ubi* Actium *oppidum legis*. CORP. III 7334 Actiae Nicopoli (*loc.*). ITIN. Anton. p. 325 Actia Nicopoli *abl. ut* TAB. Peut. 7,4 Acta Nicopoli. *ibid.* ab Actia Nicopori. RAVENN. p. 193,1 Actia Nicopolis. p. 378,8 Acianiapolis. Guido p. 539,17 Actranicopolis. **Actĭus,** -ī, *Ἄκτιος*. *ab* Acte. *et* Actium. *nom. serv. et cogn. inde a prima aetate imperatoria*: CORP. VI 4019 (*e columb.*) Actio Aug(ustae) a reg(ionibus) urb(is) imm(uni) hon(orato) *et* Plaetoriae Priscae Actí dec(urioni). 5289 (*e columb.*) Strobilus Acti divi Aug. l. l. 7049. IV 1903 Actí va(le) (1980. 2993m. 3093 *cf.* 2463b). SVET. Tib. 47 comoedum Actium coactus est manumittere. X 1946 (*Puteolis*) C. Vmmidius Actius Anicetus pantomimus. *cf.* Actianus. VI 2128 Actius l. 4305 (*e columb.*) Ti. Claudius divi Claudi lib. Actius honoratus curator Germanorum et aedituus Dianae. 20216 (*ex Fabrettio*) Ti. Claud(ius) Aug. l. Actius GVRGE⟨ (*videtur esse* cur. Ge⟨rmanorum). 5285 (*e columb.*) T. Statius Acti(u)s. 15192 Ti. Claudius Actius. 18353 P. Flavius Actius. 20751 C. Iuni Acti. 27155 C. Terentius Actius *bis*. XIV 1699 (*Ostiae*) M. Valerio Actio (V 3435 *Veronae*). IX 3023 (*Teate Marrucinorum*) Mamiliae Acte uxori . . . L. Mamilio Actio. V 3562 (*Veronae*) L. Clodius L. l. Actius. II 3843 (*Sagunti*) L. Iulius Actius. *adi.* **Actiānus,** -a, -um. *qui ab* Actii *pantomimi parte stat.* CORP. IV 2155 C. Comínius Pyrrichus et . . . fanatíci tres apulvinar(i) Synethaeí híc fuerunt cum Martíale sodale Actíaní Anícetíaní sincerí. *cf.* X 1946 *p. 437, 20.* **Actia,** -ōrum, *Ἄκτια. ludi. cf.* VERG. Aen. 3,280 Actiaque Iliacis celebramus litora ludis (SERV. Aen. 3,274) *et* SVET. Aug. 18 ludos . . . *apud Actium* quinquennales constituit *et Reisch, PW. I 1213.* CORP. XIV 474 (*Ostiae*) Actia aput Bo⟨s⟩tram II. *cf. Dessau ad l. et* Actiacus 3. **Actionicēs,** -ae, *Ἀκτιονείκης*. CORP. VI 10120 Ti. Claudi Glaphyri, choraulae Actionicae et Sebastonicae. NOT. Tir. 108,9 Acteonicis. *adi.* **Actiacus,** -a, -um, *Ἀκτιακός*. *ab* Actium. **1** SIDON. carm. 5,457 aquas. IVV. 2,109 carina. PRVD. Symm. 2,528 fluctibus. MART. 4,11,6 freti. FLOR. epit. 2,21 (4,11),4 litus (APVL. met. 7,7 AVR. VICT. vir. ill. 79,2. 85,5 MART. CAP. 9,928 IORD. Rom. 252. *sed* 84 Actiatico). PROP. 2,15,44 mare (SEN. clem. 1,11,1). OV. epist. Sapph. 185 oras. MANIL. 5,52 sinus (PETRON. 121,115). **2** LIV. 1,19,3 bellum (VELL. 2,86,3. 2,88,1 PLIN. nat. 21,12 TAC. ann. 3,55 SVET. Aug. 9 PANEG. 12,33 IVST. prol. 40,16 OROS. 6,18,2 PROSP. chron. epit. p. 406,337). *nota* OV. fast. 1,711 frondibus Actiacis comptos redimita capillos Pax ades. TAC. ann. 1,42 divus Augustus vultu et aspectu Actiacas legiones exterruit. *cf. cogn.* Actiacus. PLIN. nat. 7,148 Martis (32,3). 14,148 proelium (VEG. mil. 4,32. 4,37). FVLG. aet. mund. 14 p. 176,12 H. pugnae (SERV. Aen. 8,682). SVET. Aug. 22 curulis triumphos tris egit, Delmaticum, Actiacum, Alexandrinum (Tib. 6 AVSON. 334,211). CARM. de bell. Aeg. 3,23 tumultus. ASCON. tog. cand. 91 victoriam (TAC. ann. 1,3. 2,53. 4,5 SVET. Aug. 18 Cal. 23 SVET. vit. Verg. p. 61 Reiff. PANEG. 6,13. 11,9). **3** SERV. Aen. 3,274 *in Leucata monte* templum Actiaco Apollini constituit et ludos Actiacos. CASSIOD. chron. p. 134,557 Nicopolim Caesar construit, ludos Actiacos instituit. *nota* TAC. ann. 15,23 certamen ad exemplar Actiacae religionis decretum. *v.* Actia, -orum. **4** OV. met. 13,715 Actiaco . . . Apolline (SERV. Aen. 3,274). epist. Sapph. 166 *Phoebum* Actiacum populi Leucadiumque vocant. **Actiacus,** -ī, *Ἀκτιακός*. *ab* Actium. *cogn. vir.* CORP. V 2501 (*Ateste*) M. Billienus M. f. Rom. Actiacus legione XI proelio navali facto incoloniam deductus. *huius commilitones* 2503 Q. Coelius L. f. leg. XI Actiacus signifer. 2839 (*Patavio*) Salvi ⟨S⟩emproni C. ⟨f.⟩ Rom. leg. XI A⟨c⟩tiaco. 2389 (*Ferrarae*) Q. Atilio Q. f. Rom. Actiaco. 890 (*Aquileiae*) M. Aufustius M. f. Rom. Actiacus. (*v. Mommsen ad l.*). CORP. VI 8412 (*periit*) Ti. Claudio Aug. l. Actiaco a rationi⟨b⟩(us). 20314 Ti. Iulius Actiací l. Vales fecit sibi et coniugí suae Iuliae Actiací l. Samiae. X 4390 (*Capuae*) L. Varius Ambibulus Actiaco lib. *adi.* **Actiāticus,** -a, -um *pro* Actiacus. IORD. Rom. 84 Actiatico in litore (*contra* 252 Actiacum litus). *adi.* **Actiēnsis,** -e. *ab* Actium. FAST. Amitern. (Corp. IX 4191) 2,2 bellum Acties(e) class(iarium). *fortasse huc trahenda* 422 (*Venusiae*) 2,40 bellum Acti(ense). *an* Acti(acum)? CORP. XI 623 (*Foro Livii*) praef(ectus) óra⟨e marit(imae) Hi⟩span(iae) citer⟨ioris b⟩ello Actiensi. EPHEM. epigr. VIII 224 (ad CORP. IX) ⟨bellum Actie⟩nse. *adi.* **Actias,** -adis, *Ἀκτιάς*. **1** *ad* Acte 1: VERG. georg. 4,463 Actias Orithyia (SERV. *ad l.* Atheniensis). **2** *ad* Actium: STAT. silv. 3,2,120 Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas. *Diehl.*

Actemerus *v.* Agathemerus.

Actī, -ōrum. NOT. dign. occ. 42,38 praefectus laetorum Actorum (Aeduorum *Boecking*), Epuso Belgicae primae. *Otto.*

actinophoros, -ī, *ἀκτινοφόρος*. PLIN. nat. 32,147 *cochlorum generis sunt* helices — ab aliis actinophoroe dicuntur (*ex Xenocrate*).

Actilius, Actīnus *v. sub* Actus. *Diehl.*

actio, -ōnis *f. ab* agere. *Hölzl, progr. Dresden-Neustadt 1894. Wlassak et Leonhard, PW. I 303—325.* GLOSS. *ἀγωγή* (*i. iudicium*), *πρᾶξις*, oratio, bona oratio. VARRO ling. 5,11 quod est in agitatu, actio (6,41). 6,42 actionum trium primus agitatus mentis, quod primum ea, quae sumus acturi, cogitare debemus, deinde tum dicere ac facere. de his tribus minime putat volgus esse actionem cogitationem, tertium in quo quid facimus, id maximum; sed et cum cogitamus (hos ag- *cod.*) quid et eam rem agitamus (cog- *cod.*), in mente agitamus et quom pronuntiamus agimus (*cf.* DON. Ter. Andr. 404). *invenitur inde a* RHET. Her., *semel apud* CAES. (civ. 1,5,2), *non exhibent* NEP., CVRT., COLVM. (*?*), SCRIB. LARG., MELA, PETRON. (*? cf.* 73), *nec poetae ante* PRVD., SIDON., VEN. FORT. *apud recentiores auctores saepe* gratiarum actio *legitur, ceterum subiit ferme* actus.

I *generaliter*: 1 *agendi ratio, perfectio, effectio, ἐνέργεια, opponitur* cogitationi, cognitioni, dictioni, *cf.* actus *II C1*: RHET. Her. 4,53,66 *rei mutae* oratio adtribuitur . . . aut actio quaedam. VARRO ling. 5,11 corpus est ut cursor, locus stadium qua currit, tempus hora qua currit, actio cursio. CIC. off. 1,101 omnis . . . actio vacare debet temeritate. 1,127 nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat. 1,153 cognitio contemplatioque naturae manca . . . sit, si nulla actio rerum consequatur. ea autem actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur; pertinet igitur ad societatem generis humani; ergo haec cognitioni anteponenda sunt. ac. 2,108 negatis actionem ullius rei posse in eo esse, qui nullam rem adsensu suo comprobet . . . *sensus* quoniam adpetitio consequatur, actionem sequi (*cf.* off. 1,160). fin. 3,58 est . . . eius generis actio quoque quaedam, et quidem talis ut ratio postulet. nat. 1,103 quae . . . *deo est* actio vitae (*cf.* 1,2. 1,45). Tusc. 5,66 si vitae modum actionemque quaerimus. div. 1,80 quid? ipsa actio potest esse vehemens et gravis et copiosa, nisi est animus ipse commotior? fat. 40 non sunt . . . neque adsensiones neque actiones in nostra potestate. off. 1,17 quibus actio vitae continetur. *ibid.* ad quod (*genus*) est adhibenda actio quaedam, non solum mentis agitatio (*cf.* nat. deor. 1,45). fin. 4,48 ab iis (*rebus*) et appetitio et actio commovetur. div. 2,89 ex eo . . . ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae . . . fingi. fin. 4,36 ut si . . . ipsius animi . . . cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. ac. 2,39 omnem actionem tollit e vita (62 fat. 29). nat. 2,44 *deos* omni procuratione atque actione privet (1,102). off. 1,19 virtutis . . . laus omnis in actione consistit. ac. 2,104. fin. 4,15 hoc non est positum in nostra actione. div. 1,70 *animi partem* non esse ab actione corporis seiugatam. fin. 3,55 sapientia est conveniens actio. frg. A VII 9 M. in quo multa reprehensa sunt, tum in primis celeritas actionis. de orat. 2,30 ars enim earum rerum est quae sciuntur, oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. partit. 62 *propositi* genera sunt duo: alterum cognitionis . . . alterum actionis (76 top. 81. 86 QVINT. inst. 3,5,4). SALL. hist. 2,27 ut actione desisteret. PAVL. FEST. 16 ambitio est ipsa actio ambientis (DON. Ter. Ad. 343 quasi tacere aliquam actionem habeat). CELS. 1 pr. p. 4 D. naturales . . . corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus et emittimus. SEN. dial. 3,7,1 languebit actio et vis ac vigor animi resolvetur. 3,8,4 non esse ad actiones rerum necessariam iram. 8,5,1 natura nos ad utrumque genuit, et contemplationi rerum et actioni. 8,5,8 ne contemplatio quidem sine actione est. 8,7,1 *et* 2. 9,3,1 actione rerum et rei publicae tractatione . . . se detinere. epist. 89,15 in ipsa rerum actione. 94,45 in duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri et actionem (AVG. civ. 8,4). 102,19 omnis autem virtutis actio bonum est. TERT. anim. 42 *Epicurus animae* dedit passionem, cuius est actio. LACT. inst. 6,5,11 nihil prodest cognitio, nisi et actio subsequatur. SVLP. VICT. rhet. 314 thesis est res rationalem disputationem recipiens, cuius finis inspectio, hypothesis res rationalem disputationem recipiens, cuius finis actio et indicatio. AVG. civ. 10,9 *theurgian* in ipsa actione periculosam. 11,12 quis enim hominum se in actione provectuque iustitiae perseveraturum . . . sciat? 19,4. 19,13 cognitionis actionisque consensio. 19,19. 22,29. 83 quaest. 66,3 prima est actio ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace. GENNAD. vir. ill. 62 sensu verba inveniens et actione lingua movens. OROS. hist. 7,33,1 saecularium rerum multimoda actione. LEO M. sacram. 18,18 ut . . . aliud profiteatur verbis, aliud exerceat actione. 24,4 rationabilem actionem. epist. 108,5 actio . . . poenitentiae. CAEL. AVR. acut. 2,1,3 naturalis actionis officiis. 1,15,231 manifesto actionis indicio. SIDON. epist. 1,2,4 actionem diurnam. BOET. Arist. sec. 3,9 diversam ingreditur actionis viam. GREG. TVR. Franc. 4,37 *Friardus* actione sublimis, vita nobilis. vit. patr. 3 pr. reliquit . . . veteris hominis actionem. VEN. FORT. carm. 2,16,1 quos actio vexit in astris. 3,3,11. ARATOR 1,870 nostrae . . . actio vitae. 2,993 dat et actio Pauli ad vitam praecepta piam. INSCR. christ. Rossi II p. 171,29,5 te munda actio . . . monstrabat honestum. *cf.* OROS. hist. 5,4,15 cum quibus nobis actio est.

in grammatica de verbi genere: CHAR. gramm. I 167,13 cum omnia verba aut actione activa aut passione passiva aut habitu habitiva dicantur. PRISC. gramm. II 378,19 actionem et passionem (BOET. Arist. pr. 1,3 p. 56 M.).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de singulis factis, cf.* actus *III 2*: Cic. fin. 3, 44 quae et honesta actio sit et sine dolore (5, 55 *sapientia* honestas actiones affert et efficit. Tusc. 4, 34 honestae voluntates, sententiae, actiones. Lael. 47. off. 1, 103 *licentia* ab honestatis actionibus non sit aliena. epist. 9, 8, 2 rationes honestas nobis et curas et actiones darent. Sen. dial. 9, 4, 8. epist. 92, 12. 95, 6. 102, 10. 109, 3). Cic. fin. 5, 58 virtutes et actiones virtutibus congruentes. 4, 46 quae sint officia, quae actiones. 5, 60. nat. deor. 1, 101 actiones quae sint deorum. fin. 3, 39 turpes actiones, quae oriuntur e vitiis. nat. deor. 2, 58 *adpetitionibus* consentaneas actiones. off. 2, 3 ipsis scriptis ... actiones nostras mandaremus. ac. 2, 108 maximam actionem puto repugnare visis. off. 1, 141 in omni ... actione suscipienda tria sunt tenenda (Lael. 47 Att. 14, 11, 2 Brut. 1, 16, 7). 1, 111 aequabilitas ⟨cum⟩ universae vitae tum singularum actionum. ac. 1, 37 recte facta sola in bonis actionibus ponens, prave ... in malis. off. 1, 145. top. 80 causa certis personis locis temporibus actionibus negotiis cernitur. Att. 11, 12, 4 praeclaras generi actiones. epist. 5, 8, 2 meis consiliis, monitis, studiis actionibusque nituntur. Val. Max. 3, 7, 8 ab ... dementissima actione ... depulit. Sen. dial. 3, 17, 3. 5, 7, 2 actiones nostrae nec parvae sint nec audaces et improbae. 9, 3, 2. 9, 13, 1 ubi ... nullum officium sollemne nos citat, inhibendae actiones. benef. 1, 6, 1 quid est ergo beneficium? benevola actio *eqs.* (2, 34, 5. 6, 2, 1 non enim res est *beneficium*, sed actio). nat. 2, 36 *fatum* existimo necessitatem rerum omnium actionumque. 2, 50, 3. epist. 16, 3 *philosophia* vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat. 66, 6 cogitationibus actionibusque intentus. 66, 7 pro vitae varietate et pro actionibus. 66, 32 qualis ratio est, tales et actiones. 67, 7. 76, 18 omnes actiones totius vitae. 89, 12. 113, 25 actiones eius (*animi*) animalia esse nego. 120, 11. 23, 7 ex honestis consiliis, ex rectis actionibus. 94, 45 si recta actio virtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demonstrat. 95, 4 beata vita constat ex actionibus rectis. 95, 27. Ascon. p. 64 B. ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus esset. Qvint. inst. 4, 2, 68 in quibus (*causis*) non de culpa quaeretur, sed de actione. 5, 14, 27 nostri operis actionibus. 7, 4, 32. Vlp. dig. 24, 1, 3, 12 celeritate ... actionum unam actionem occultari. Gaivs inst. 1, 8 *ius* vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones. Apvl. mund. 38 Clotho praesentis temporis habet curam, ut ipsis actionibus suadeat. Plat. 2, 17 usum eius (*mali*) et actiones oportet ab ignorantibus sustineri. Lact. inst. 2, 2, 10 *homo* multas magnasque actiones habet. Ioseph. Cassiod. c. Ap. 1, 55 actionum ipse operator. 1, 133 reges actionibus suis excellentes. Prvd. Symm. 2, 459 nulla hominum res est, nulla actio mundi. Avg. civ. 5, 4 morum et actionum qualitate disparibus. 7, 7. 8, 4 finem omnium actionum. 8, 16. 19, 17 quidquid bonarum actionum gerit. Soran. 5 medicinalibus actionibus. Leo M. sacram. 40, 1 diversis actionibus et vocibus. serm. 71, 1. Sidon. epist. 1, 4, 3 iustis. 4, 9, 1 cotidianas. Favst. Rei. grat. 2, 2 humana. Hist. Apoll. 16 ingreditur in comico habitu et ... inauditas actiones expressit. Greg. Tvr. Iul. 1 saecularium actionum. Franc. 4, 21. Oribas. syn. 5, 49 in actionibus ... inpigri et foriosi. *nota*: *πράξεις τῶν ἀποστόλων cf.* actus *p. 454, 41.* Itin. Silv. 37, 5 legitur et de apostolo sive de epistolis apostolorum vel de actionibus. Greg. Tvr. glor. mart. 4 sacer apostolicae actionis ... stilus. *usitatius* acta *vel* actus apostolorum. *cave huc referas* Franc. 2, 17 legens historias actionis antiquas. *de magistratuum factis cf. II 5 fin.*: Cic. Sest. 72 quae virtus, actio, gravitas P. Lentuli consulis fuerit. Phil. 12, 22 cum omnes actiones horum mensum ... pervenerint ad eum ... exitum. 13, 25. dom. 34 videsne me radicitus evellere omnis actiones tuas? Rab. perd. 17 te ex illa crudeli, importuna, non tribunicia actione, sed regia ... esse depulsum. dom. 39 quae (*tela*) ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. agr. 2, 65 mercaturam alienam actione tribunicia. Flacc. 41 partit. 105. orat. 148 forenses artes et actiones publicae. Att. 2, 14, 1. 2, 16, 2 se leges Caesaris probare, actiones ipsum praestare debere. 9, 15, 2. 14, 20, 4 Dolabellae et prima illa actio et haec contra Antonium contio. epist. 1, 9, 2 in omni actione atque administratione rei publicae. 1, 9, 8 *et* 14. ad Q. fr. 2, 1, 1 Cael. Cic. epist. 8, 10, 4. Caes. civ. 1, 5, 2 ⟨post⟩ octo denique menses variarum actionum. Sall. Cat. 43, 1 cum ... tribunus plebis ... ... quereretur de actionibus Ciceronis. Iug. 42, 1 Gracchorum actiones. Liv. 3, 21, 3 actio consulis. Val. Max. 2, 5, 4 inter publicas privatasque serias actiones. Vict. Vit. 2, 23 ut nemo ... publicas ageret actiones. Leo M. epist. 135, 2 ut ... Andream ab archidiaconi actione (*i. munere*) submoveris. Cassiod. var. 11 pr. 6 libellos ... de praefecturae actione subiunxi. 7, 14, 3. *cf.* Symm. epist. 9, 24, 2 nec defuturum eis meae actionis auxilium.

3 *technice de linea rotundationis agenda*: Vitr. 3, 5, 6 in singulis tetrantorum actionibus dimidiatum oculi spatium minuatur.

II *de eis quae voce vel gestu aguntur*: 1 *de gratiis agendis*: Cic. epist. 12, 26, 1 gratiarum actione eos magis egere quam commendatione. Brut. 1, 3, 2 omnium ordinum consensus, gratiarum actio gratulatioque. Planc. Cic. epist. 10, 24, 1 desiderare ... gratiarum actionem (Cic. epist. 10, 19, 1). Val. Max. 1, 8, 2 expleta gratiarum actione. Qvint. inst. 11, 3, 153 in laudationibus ... gratiarum actione, exhortatione, similibus laeta et magnifica et sublimis est actio. decl. 309 p. 215 proxima ab hac gratiarum actione debet esse confessio. Tac. ann. 15, 21 vetita gratiarum actione. Plin. epist. 7, 32, 2 te meque et gratiarum actione et laude celebratos. paneg. 1. 4 privatas gratiarum actiones cohibet. 53. 90 publica gratiarum actione. Fronto p. 87 *et* 260 N. Iren. 1, 3, 1. Cypr. eleem. 9 gratiarum actio ad deum ... dirigitur. epist. 40 cum gratiarum actione suscipiamus hoc dei munus. Capitol. Ant. 6, 6 patris patriae nomen ... cum ingenti gratiarum actione (*scil. civium*) suscepit. Hier. epist. 22, 29. 121, 10. 54, 9 *cibos* deus creavit ad utendum cum gratiarum actione (112, 15 Vvlg. I Tim. 4, 3). Vvlg. lev. 7, 12 si pro gratiarum actione oblatio fuerit (22, 29). II Esdra 12, 27 facerent dedicationem et laetitiam in actione gratiarum. Is. 51, 3 gratiarum actio et vox laudis. I Macc. 14, 25 act. 24, 3 II Cor. 4, 15. 9, 11 apoc. 7, 12 Aug. civ. 5, 23. 7, 31 valeamus actioni sufficere gratiarum. 12, 26. 19, 27. 22, 8 laetitia illa et laus atque gratiarum actio. Cassian. conl. 24, 2, 3 necessitatibus nostris cum omni gratiarum actione subministrare gauderent. Leo M. serm. 1 debita gratiarum actione. 5, 1. Prosp. voc. omn. gent. 1, 12, 2 Vita Cypr. 12 *passim.*

2 *de agenda oratione i. q. pronuntiatio, ὑπόκρισις, cf.* actus *II A 1*: Cic. inv. 1, 99 haec aliis actionis ... modis variare. de orat. 1, 18 quid ego de actione ipsa plura dicam? quae motu corporis, quae gestu, quae vultu, quae vocis conformatione ac varietate moderandast. 64 cum quadam actionis ... dignitate. 145 de actione et memoria brevia quaedam ... praecepta gustaram. 213 *oratorem* instructum voce et actione et lepore quodam. 2, 73 varia vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. 184 adhibita ... actione leni. 214. 3, 37. 3, 41 de voce nondum ea dico, quae sunt actionis (*cf.* 3, 102). 3, 213 actio ... in dicendo una dominatur (Qvint. inst. 11, 3, 7). 3, 215. 3, 221 animist ... omnis actio. 3, 222 actio quasi sermo corporis (Qvint. inst. 11, 3, 1). 3, 223. 3, 225 actionis suavitatem (227). partit. 3 vox motus voltus atque omnis actio eloquendi comes est. 25. 54. Brut. 141 *in Antonio* actio singularis ... partienda ... in gestum atque vocem. 142. 188. 215. 227 actio paulum cum vitio vocis tum etiam ineptiis claudicabat. 234. 235. 238 vox, gestus et omnis actio sine lepore. 239. 276 liberalis. *ibid.* quorum altior oratio actioque ardentior. 317. orat. 55 actio quasi corporis quaedam eloquentia, cum constet e voce atque motu (Qvint. inst. 11, 3, 1). 56. 86 accedit actio non tragica nec scaenae, sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens. 209 actionis dolorem (*πάθος*). opt. gen. 5 fin. 5, 35. Tusc. 4, 43 ut auditoris iram oratoris incendat actio. Sen. contr. 1 pr. 12 alterum (*bene dicere*) putat domesticae exercitationis esse, alterum (*declamare*) verae actionis. 16. 21 actio multas latebras habet. 1, 7, 14 servavit hunc actionis tenorem. 1, 7, 16 totius actionis impetu. 2, 1, 39 suspiciosa. 3 pr. 2. 3 pr. 4 gravitas quae deerat vitae, actioni supererat. 9, 2 (25), 19 colorem actionis (10 pr. 15. 10, 1, 12 Qvint. inst. 11, 1, 58). 10 pr. 12 amaritudinem et simulationem actionis oratoriae. Val. Max. 8, 10, 2 calor atque impetus actionis (Qvint. inst. 10, 1, 19. 11, 2, 45. 11, 3, 134). Sen. epist. 114, 2 actio dicendi⟨s⟩ similis. Qvint. inst. 1, 10, 26 *in motu* pars actionis non minima consistit. 3, 3, 1 orandi ratio ... quinque partibus constat: inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione sive actione: utroque enim modo dicitur. 3, 3, 4. 4, 1, 60. 4, 2, 39. 5, 7, 8. 5, 10, 54 dignitate actionis. 5, 13, 2 inde recta fere atque, ut sic dixerim, clamosa est actio. 6, 1, 42 actionem mutare. 7, 2, 34. 8 pr. 6. 9, 2, 63 dare actioni varios velut vultus. 10, 1, 17 vox, actio decora, commodata. 11, 1, 29 impudens, tumultuosa, iracunda actio omnibus indecora. 11, 3, 1 pronuntiatio a plerisque actio dicitur, sed prius nomen a voce, sequens a gestu videtur accipere (11, 3, 14 Fortvn. rhet. 130). 11, 3, 5 *et* 10. 11, 3, 13 ne vox quidem nisi liberalis actionem habere optimam potest. 11, 3, 68 *Demosthenes* intuens speculum componere actionem solebat. 11, 3, 69. 11, 3, 85 *sine manibus* trunca esset actio ac debilis. 11, 3, 88 *et* 107 *et* 110 composita. 11, 3, 128 mollis. 11, 3, 153 laeta et magnifica et sublimis. 11, 3, 154 *mores* ex voce etiam atque actione perlucent. 11, 3, 163 varia et multiplex. 11, 3, 177 cum praecipue in actione spectetur decorum. 11, 3, 180 consilium formandae actionis. 11, 3, 182 *et* 184 paulo agitatior. 12, 1, 45. 12, 5, 1 actionis gratia. 12, 6, 5. Plin. epist. 2, 11, 3 omniaque actionis suae vela ... quodam velut vento miserationis inplevit. 2, 14, 10. Gell. 1, 11, 11 tum demulcere *tibiis* animum actionemque *Gracchi* ..., tum intendere. Rvt. Lvp. rhet. 15 eorum hominum, qui fuerunt ..., actionem sermonemve deformamus. Fortvn. rhet. 84 poterit consilio materia consistere, quamvis actione deficiant. Mart. Cap. 5, 540 actionem apud veteres appellabam, quam nunc pronuntiationem dici non nescio. *hinc de ipsis orationibus*: Veil. 2, 63, 3 Tullius continuis actionibus aeternas Antonii memoriae inussit notas. Qvint. inst. 2, 10, 10 in iis actionibus, quae in aliqua sine dubio veritate versantur. 9, 4, 18 *historiae* minus convenissent insistentes clausulae et debita actionibus respiratio. Plin. epist. 2, 19, 2 actiones quae recitantur. Fronto p. 188 N. trepidatio pro eventu actionis facile sedata est. Rvt. Lvp. rhet. 13 ad aliam rem (*?*) [et] orationem atque actionem revocamus (*locus corruptus*). Mart. Cap. 5, 445 quasi ad pugnandum actionum acies ordinata. *cf.* Cypr. singul. cler. 34 nolo mihi de martyrio quisquam moveat actionem (*i. verba faciat*).

3 *de fabulis sim. in scaena agendis, v.* actus *B I 1 b*: *cf.* Cic.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

orat. 86 actio non tragica nec scaenae. fin. 3, 24 histrioni actio, saltatori motus ... certus quidam est datus. VITR. 5, 7, 2 tragici et comici actores in scaena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram praestant actiones. CYPR. ad Don. 1 expressa ad imaginem veritatis actione. ARNOB. nat. 7, 44 *di* ineptas et frigidas actiones spectatum proficiscuntur e caelo. LACT. frg. 2 *comici* prologos et primarum scaenarum actiones trimetris comprehenderunt. AVG. civ. 2, 25 deorum flagitia theatricis canticis atque fabularum actionibus celebrata. MACR. sat. 2, 7, 4. *cf.* SIDON. epist. 4, 20, 3 in actione thalamorum. *huc pertinent*: VARRONIS de actionibus scaenicis *libri, quos sic* CHAR. gramm. I 95 *et* 147, PRISC. gramm. II 204, de scenicis actionibus *catalogus*, de actione scaenica CHAR. I 80 *laudat.*

4 *de emptionis venditionis formulis*: *cf.* CIC. de orat. 1, 246 Manilianas venalium vendendorum leges. VARRO rust. 2, 5, 11 paulo verbosius haec, qui Manili actiones secuntur lanii, qui ad cultrum bovem emunt. 2, 7, 6 ut in Manili actionibus sunt perscripta. *cf.* 2, 3, 5.

5 *de agendo cum populo, senatu, sim.*: CIC. Rab. perd. 14 an vero, si actio ista popularis esset..., Gracchus eam reliquisset? leg. 3, 42 sunt cum populo actiones. epist. 10, 28, 2 mea ... contentio atque actio. Att. 9, 7 a, 2 Caesaris actioni ... utilissima. 9, 9, 2 actio de pace sublata est (10, 1, 3). LIV. 2, 21, 8 *Valerius* omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo retulitque .... 2, 56, 4 actioni gratissimae plebi. 3, 1, 3 tribuniciis se iactare actionibus principem civitatis (3, 9, 2). 3, 9, 13 dilataque in speciem actione. 3, 20, 1 suscepisse collegam priorem actiones (-em *codd.*) tam gravis facile passus. 3, 24, 2 ut actiones tribuniciae in adventum consulum differentur. 4, 1, 5. 4, 43, 5. 4, 43, 6 seditiosae actiones. 4, 44, 7. 4, 48, 6 actionem deposuere. 4, 51, 4. 4, 55, 1 consularis actio. 4, 55, 5. 5, 11, 9. 5, 24, 7 illa quoque actio movebatur ... transmigrandi Veios. 5, 29, 1 tribunorum plebis actiones. 9, 33, 5 finiendae censurae ... actionem susceperat. 9, 34, 26. 10, 6, 4. 45, 21, 3. VELL. 2, 44, 5 actiones eius ... impedire. VAL. MAX. 3, 7, 3 contrariam actionem ordiri coepit. 3, 8, 3 quae (*fax tribunicia*) temeritatem eius ... languentem actionibus suis inflammaret. 8, 1 abs. 2 tribuniciae. QVINT. inst. 1, 10, 28. SCHOL. Cic. Bob. p. 307, 29 B 249, 24 consentiens actionibus Clodianis. 292, 27 Clodii seditiosae ... actiones. 337, 17 actione mutata ... populus eum damnavit. *cf.* MACR. sat. 1, 14, 12. *huc potius referendi videntur quam ad I 3 loci hi*: CIC. Vatin. 14 tuis actionibus augurum responsa ... impedimento non futura. 41. Piso 29 ecquis audivit non modo actionem aut relationem, sed vocem omnino aut querellam tuam? Flacc. 41 columen actionis tuae. partit. 105 tribuni actio. Att. 2, 14, 1 cum has actiones *εὐαναπρέπτους* videbit. epist. 3, 10, 10 pro Milone adversante[m] interdum actionibus suis. 13, 4, 2 hanc actionem meam C. Caesar ... probavit. VELL. 2, 45, 3 *Cicero* virtute atque actione Annii Milonis tribuni pl. dignitati patriaeque restitutus est.

III ***in re iudiciaria*: 1** *in universum de agenda causa, cf.* actus *III 3 b*: RHET. Her. 1, 12, 22 in privata actione praetoriae exceptiones sunt et causa cadit, qui egit nisi habuit actionem. 2, 12, 18 num ... eius rei actionem, petitionem aut persecutionem habeat. CIC. inv. 1, 10 actio translationis et commutationis indigere videtur (2, 57). 2, 61. de orat. 1, 167 plus secum agi quam quod erat in actione. Verr. 3, 90 eiusque rei legibus Thermitanorum actio sit. Tull. 33 an qua in re praetor illi improbam defensionem tolli voluit, in ea re mihi difficiliorem actionem factam putatis? Q. Rosc. 35 reliquis integram reliquit actionem (55). 24 ne quis aut in genere iniuriae aut ratione actionis errare possit. LIV. 39, 18, 1 multis actiones simul et res peribant. PAVL. FEST. 103 iurgatio iuris actio. SEN. contr. exc. 3, 4 an vos abdicationem actionem putatis? VAL. MAX. 8, 2, 2 privitae actionis calumniam ipse conpescuit. SEN. benef. 3, 14, 2 cui des, considera; nulla actio erit, nulla repetitio. 6, 5, 5 separantur actiones et de eo quod agimus et de eo ⟨quod⟩ nobiscum agitur, ⟨non⟩ confunditur formula? QVINT. inst. 3, 6, 73 ius actionis. *ibid.* accipiat ... actionem necne. 3, 6, 79 actio transfertur. 3, 6, 84 quaestiones sive actionis sive translationis. 3, 10, 5 an a genere actionis repellatur. 5, 10, 112 prima quidem actio facilis ac favorabilis repetentium iure. 5, 13, 8 ultima est actionis controversia. 6, 4, 7 alios ... ⟨in⟩ iudiciis privatis ad actiones advocari, alios ad probationem. 7, 1, 9 si aliud negat reus, aliud defendit, aliud a iure actionis excludit. 7, 2, 20. 7, 4, 27 illa (*forma*) semper asperam abdicationis actionem habet. 7, 6, 4 bis de eadem re ne sit actio. 9, 2, 80. 9, 3, 150 neque eadem ... privato, publico iudicio, postulatione, actione similiter decent. 12, 6, 1 Demosthenen ... actiones pupillares habuisse. decl. 249 p. 21 non exitu iudicii constare actionem. p. 23 hactenus pertinere actionem ad hodiernum iudicium (265 p. 82). 250 p. 25 tu initium actionis putas, cum iudices consederint. p. 26 haec dicerem ... in quacumque actione. 252 p. 30 transfer sane actionem meam. 261 p. 71 in personas eorum ... dirigi actiones. 265 p. 82 ex hoc ipso quod ignominioso actio non datur, apparet esse rei publicae actionem. 266 p. 85 publicas actiones maiores esse quam ut cadant exceptione. 276 p. 127. 278 p. 133. 291 p. 160 ingressus actionem. 341 p. 348 adversus iniuriam illius privata agi actione potest. 355 p. 387 mutuis caderet actionibus. sic pares factas acceptasque actiones. TAC. ann. 13, 26 ceteras actiones promiscas et pares esse. hist. 1, 20 inquieta urbs actionibus. CALP. decl. 14 utor patroni actione, non filii. PAVL. vat. 47ª civili enim actione constitui potest *usus fructus*. VLP. dig. 47, 9, 1, 1 qui forenses quoque actiones criminibus istis praeposuit. 16, 2, 10, 3 in stipulationibus quoque, quae instar actionum habent. 4, 3, 7, 8 quasi nulla actio sit, quae exceptione repellitur. 4, 2, 14, 13 consumi alteram actionem per alteram. 44, 7, 25 actionum genera sunt duo, in rem, quae dicitur vindicatio, et in personam, quae condictio appellatur. CELS. dig. 44, 7, 51 est actio ... ius, quod sibi debeatur iudicio persequendi. PAPIN. dig. 44, 7, 28 actio in personam infertur, petitio in rem, persecutio in rem vel in personam rei persequendi gratia. CALLISTR. dig. 48, 7, 7 si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. VLP. dig. 43, 24, 15, 12 si quis alia actione fuerit consecutus id. IVLIAN. dig. 30, 7, 6 ut necesse habeat alteri actionem suam, alteri aestimationem Stichi ... dare. PROCVL. dig 8, 2, 13, 1 ex stipulatione actione damni infecti agatur. ALFEN. dig. 19, 2, 31 cum nauta agere possunt oneris aversi actione. PAVL. dig. 9, 4, 26, 4 haec actio in locum directae actionis succedit. GAIVS inst. 2, 252 hereditarias. 3, 160 agere mandati actione. 3, 209 utilis. 4, 71 *praetor* comparavit duas alias actiones exercitoriam et instit[ut]oriam. 4, 78 nulla actio nascitur. 4, 112 poenales. GELL. 4, 3, 1 nullas rei uxoriae neque actiones neque cautiones in urbe Roma ... fuisse. 2, 2, 10 quod de officiis disputamus privata actio est. SVLP. VICT. rhet. 340 *Graeci δίκην* tam poenam quam actionem vocant. VALENT. Leo M. epist. 8 iniuriarum careant actione. CASSIOD. var. 6, 8, 2 non se partes sollemni actione pulsabant. IVST. inst. 4, 6, 31 arbitrarias. 4 tit. 8 de noxalibus actionibus. LEX Mal. (Corp. II 1963) 68, 61 causam cognoscant actionemque suam ordinent.

formulae: CIC. Caecin. 4 illorum actionem causae considero. Deiot. 7 actioque maximae causae debilitatur loco. SEN. dial. 10, 7, 6 causarum actiones. SERV. Aen. 6, 848 per actionem causarum. COD. Iust. 2, 4, 7 cui causae actionem, non decisionem litis mandasti. *cf.* CIC. Phil. 9, 11 litium actiones. COD. Iust. 4, 5, 1, 1 actione ... condictionis. FEST. 233 in legitimis actionibus nemo ex iure Quiritium (his qui *cod.*) possessionem suam vocare audet. MODEST. dig. 1, 7, 4 magistratum apud quem legis actio est. POMP. dig. 1, 2, 2, 6 harum (*legum*) et interpretandi scientia et actiones apud collegium pontificum erant. *ibid.* pars iuris legis actiones, id est legitimae actiones. VLP. dig. 43, 7, 4 *actio* legis Aquiliae actioni ... accedit. GAIVS inst. 1, 184 olim cum legis actiones in usu erant (2, 24). QVINT. inst. 5, 13, 21 ne illud genus actionis in equestrem ordinem admittant. decl. 350 p. 377 hac (*lege*) actionem meam admittis. POMP. dig. 12, 1, 2 nobis actiones adquiruntur. VENVL. dig. 46, 8, 8, 2. COD. Iust. 4, 32, 26 principali actione ... cecideruntur. QVINT. inst. 3, 6, 11 ut actionem competere in equitem Romanum neget. MACER dig. 42, 1, 63 cuius (*rei*) actio vel defensio primum sibi competit. GAIVS inst. 2, 255 in eum solidae actiones competunt. 4, 74ª cui tributoria actio competit. 4, 112 ex maleficiis poenales actiones in heredem non competere. *etc.* CIC. partit. 100 de constituendis actionibus. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 adversus ingratos. QVINT. decl. 265 p. 81 haec omnis actio non ... lucri gratia ... constituta est. GAIVS inst. 3, 186 in eum propria actio constituta est. 4, 76 *etc.* VLP. dig. 50, 17, 102, 1 eius est actionem denegare, qui possit et dare. QVINT. decl. 355 p. 387 depositas ... actiones. SVET. Iul. 15 actionem deposuit. VAL. MAX. 6, 5, 2 actione ... desistere. GAIVS inst. 4, 123 differat actionem. CIC. Verr. 3, 61 se eius rei in primis actionem daturum. 3, 66 Flacc. 49. SEN. contr. 9, 4 (27), 12 omnibus actionem dari. SEN. dial. 4, 29, 3 utrique parti. benef. 3, 16, 1 adversus ingratum. 4, 39, 4. QVINT. decl. 245 p. 4. 250 p. 25 lex ignominioso non dedit actionem. 317 p. 246. 350 p. 377 SCAEV. dig. 48, 11, 2. VLP. dig. 47, 3, 1 in eum ... *lex* in duplum dat actionem. 11, 7, 2, 1 hic sermo domino dat actionem. 15, 1, 41 GAIVS inst. 3, 129. GELL. 11, 18, 10 actio in quadruplum datur. *etc.* CIC. partit. 99 sitne actio illi qui agit. QVINT. inst. 3, 6, 77 ignominioso non est actio (decl. 250 p. 24). decl. 265 p. 82. 243 p. 116 adversus sponsorem sit actio. 346 p. 366 cum patre actio ne qua sit nisi dementiae. ALFEN. dig. 9, 2, 52 cum domino ... nullam esse actionem. LEX Mal. (Corp. II 1963) 67, 46 actio petitio persecutio esto. LEX Vrs. (Corp. II 5439) 95, 36 post ei earum rerum quarum h(ac) l(ege) quaestio erit, actio ne esto. RHET. Her. 1, 12, 22 *cf. p. 441, 49.* SEN. exc. contr. 3, 4 servatus contra servatorem ne quam habeat actionem. QVINT. decl. 265 p. 82. LABEO dig. 14, 2, 10, 1 habes ex conducto locato cum priore nauta actionem. GAIVS dig. 17, 1, 27, 3 non habet mandati actionem. inst. 3, 114. COD. Iust. 4, 45, 2, 2 ad ea ... magis actionem ... habes. CIC. Mur. 22 tu actionem instituis, ille aciem instruit (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 32). Phil. 9, 11 neque instituere litium actiones malebat quam controversias tollere. GLOSS. V 660, 13. CIC. Mil. 36 mihi ... actionem perduellionis intenderat. QVINT. inst. 3, 6, 83 ut non videatur iure actio intendi. *cf. l. 83.* SEN. benef. 3, 37, 4 causam actionis omissae contioni reddidit. TAC. hist. 4, 44 qui coeptam deinde omissam actionem repeterent. SVET. Nero 15 continuis actionibus omissis. VLP. dig. 48, 2, 15 omissa actione civili crimen intendere. CIC. Verr. 3, 60 actionem eius rei postulant. VATIN. Cic. epist. 5, 10ª, 2 actiones expostulant. VLP. dig. 3, [illegible] 35, 2.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GAIVS inst. 4, 78 quiescere actionem. QVINT. decl. 355 p. 386 remiserunt invicem actiones. repeto *cf. p. 442, 81.* SVET. Claud. 14, 115 qui apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. *definitur actio*: CIC. Caecin. 35 iniuriarum. Mil. 36 perduellionis. SEN. contr. 2, 5 ingrati. exc. contr. 3, 6 damni inlati. 4, 4 sepulchri violati. 5, 1 inscripti maleficii. 5, 3 malae tractationis. 6, 4 veneficii. 6, 7 dementiae. contr. 7, 2 (17), 1 de moribus. 7, 7 (22) proditionis. 9, 2 maiestatis laesae. 9, 5 de vi. 10, 4 rei publicae laesae. SEN. benef. 3, 7, 1 certae pecuniae. 4, 39, 4 deserti. QVINT. inst. 4, 2, 8 sacrilegii. 5, 10, 39 maiestatis. 7, 4, 29 abdicationum. 7, 4, 35 mandati. decl. 251 p. 27 iniusti repudii. 267 p. 88 adfectatae tyrannidis. 269 p. 97 depositi. 307 p. 206 conscientiae. 343 p. 353 circumscriptionis. 352 p. 382 ex suspicione tyrannidis. 358 p. 390 talionis. 377 p. 418 parricidii. 385 p. 430 damni iniuria dati. GAIVS inst. 2, 78 furti. PROCVL. dig. 8, 2, 13, 1 damni infecti. ALFEN. dig. 19, 2, 30 oneris aversi. MODEST. dig. 46, 3, 75 petitionis. AFRIC. dig. 19, 2, 35, 1 conducti. VLP. dig. 8, 5, 4, 1 de servitute. 47, 20, 3, 1 de dolo. 15, 1, 3, 12 de peculio. PAPIN. dig. 25, 2, 27 remotarum. PAVL. dig. 48, 13, 11 (9), 6 residuae pecuniae. GAIVS dig. 3, 4, 5, 2 negotiorum gestorum. inst. 3, 127 depensi. 4, 9 iudicati, depensi, damni, iniuriae, legis Aquiliae. SIDON. epist. 1, 7, 7 repetundarum. *al.* PAVL. FEST. 259 quadrupli. GAIVS inst. 4, 173 simpli. 3, 127 in duplum. GELL. 18, 10 in quadruplum. *de omisso substantivo* actio *manente solo attributo cf. Dräger, Syntax I 59, Kalb, Juristenlatein p. 48.*

2 *de singulis iudicii* actionibus *i. diebus*: CIC. Scaur. 29 etiamne Valerio teste primam actionem confecisti? 30 priorem actionem totam sustulisti. Verr. 2, 156 quod a nobis IX solis diebus prima actio sui iudicii transacta sit. 2, 21 qui hoc non ex priore actione abstulerit. 1, 56 haec primae actionis erit accusatio. 6, 177 paucis horis primae actionis. 2, 1 C. Verrem altera actione responsurum non esse. 138. 3, 102 hac actione ... dicent. Font. 40 duabus actionibus accusatus est. 37. Cluent. 55 Scamander prima actione condemnatus est. Tull. 5. Caecin. 97 XVviri prima actione non iudicaverunt. Flacc. 48. SALL. Iug. 35, 9 in priore actione ... quinquaginta vades dederat. SEN. contr. 2, 1, 35 cum secunda actione hunc colorem urgueret. VAL. MAX. 8, 3, 1 prima actione et paene cunctis sententiis liberata est. QVINT. inst. 4, 1, 4 in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus potest. 11, 2, 25 in quinque contra Verrem secundae actionis libris. 12, 9, 16. PLIN. epist. 3, 9, 19 actione tertia. LEX Vrs. (Corp. II 5439) 3, 5, 34 quot horas omnino omnib(us) accusatorib(us) in sing(ulas) actiones dicendi potest(atem) fieri oporteb(it).

nota: ARNOB. nat. 3, 6 perorata esset haec causa nec secundas ut dicitur actiones nobis ab infantibus postularet.

3 *de formula qua utuntur agentes*: VARRO ling. 7, 93 in actionibus videmus dici, quam rem sive me litem dicere oportet. CIC. Caecin. 32 quaero sitne aliqua huius rei actio an nulla? (33). 37. 54 actio est in auctorem praesentem his verbis: 'quandoque te in iure conspicio'. 40. 39 huiusce rei vos statuatis nullam esse actionem. 9. 8 aut muta actionem aut noli mihi instare, ut iudicem. Mur. 29 gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est. Tull. 54 agi quidem usitato iure et cotidiana actione potuit. fin. 5, 88 ut in actionibus praescribi solet 'de eadem re [fecit] alio modo'. nat. 3, 74 unde illa actio 'ope consilioque tuo furtum aio factum esse'. inv. 2, 57 praetoris exceptionibus multae excluduntur actiones. *ibid.* 2, 62 neque ulla actionis inlata controversia. SEN. benef. 5, 21, 1 multa legem non habent nec actionem. 6, 6, 1 depositum habet actionem propriam. QVINT. inst. 3, 6, 77 quaeritur, quid sit actio, finiemus, 'non licet abdicare filium'. 4, 3, 9 si legem asperam tuebimur aut poenarias actiones inferemus. 5, 10, 68. 5, 11, 33. 6, 1, 20 nec non ab Aeschine, quali sit usurus Demosthenes actione, praedictum est. 7, 4, 20 etiam in formulis, cum poenariae sunt actiones, ita causam partimur. decl. 260 p. 62 cetera habent suas leges, sua iura, suas actiones. 318 p. 250 ne illa quidem tibi actio ... relicta est, ut dicas 'quod ego merui, quod ego iure peto'. 326 p. 283. FORTVN. rhet. 83 cum actionem suam convertunt litigantes et neuter utitur sua priore sententia, sed adversarii sui. *has actiones collegere Cn. Flavius, Hostilius, alii*: CIC. de orat. 1, 186 expositis a Cn. Flavio primum actionibus (*cf.* Att. 6, 1, 8). 1, 245 ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim et ad oratoriam facultatem contulisses. *cf.* VARRO ling. 6, 89 hoc idem Cosconius in actionibus [sui] (suis?) scribit praetorem accensum solitum [tum] esse iubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam. *monumentum probatorium*: COD. Theod. 10, 1, 3 iustas etiam et quae locum habent fisci actiones praecipimus concremari.

4 *de oratione in iudicio habita*: CIC. de orat. 2, 82 attentum ... tota actione excitandis mentibus iudicum. 2, 271 *facetiae* non maiora forensium actionum quam omnium sermonum condimenta sunt. top. 64. 97 nec solum perpetuae actiones, sed etiam partes orationis. CAEL. Cic. epist. 8, 8, 2 si actionem ... audisses. SEN. suas. 6, 21 nulla non pars fori aliquo actionis inclitae signata vestigio. contr. 3 pr. 6 ex (et *codd., an* set?) maxima parte perscribebatur actio. 7, 1 (16), 20 quo (*colore*) per totam actionem usus est. 7, 4 (19), 6 in media eius actione. *et* 8. 7, 5 (20), 12. 9, 6 (29), 15. 10 pr. 3 *libelli* multo solutiores ipsis actionibus. 10, 5, 12. VAL. MAX. 2, 2, 3 Graecis actionibus aures curiae exsurdantur. 8, 1 damn. 2 quadam in parte actionis. 8, 3, 3. ASCON. Corn. p. 62 B. quas (duas *codd.*) actiones contulisse eum in duas orationes apparet. QVINT. inst. 1, 11, 12. 2, 4, 27 forenses. 2, 10, 4 *declamatio* imitetur eas actiones, in quarum exercitationem reperta est. 2, 15, 9 Phrynen non Hyperidis actione quamquam admirabili, sed conspectu corporis ... periculo liberatam. 4, 1, 32 quem (*modum*) actione accusator praescripserit. 4, 1, 43 *et* 48 si adversarii actio iudicum animos occupavit. 4, 1, 57 apud centumviros ipsi iudices exigunt sollicitas et accuratas actiones. 4, 2, 27. 4, 2, 29 cum sit declamatio forensium actionum meditatio. 4, 2, 30 in qualibet actionis parte. 4, 2, 35 per totam actionem. 4, 2, 91 actione tota. 4, 2, 112 quod in summa parte sum actionis petiturus. 5, 7, 3 contra eos proque iis acie confligitur actionum atque interrogationum. 5, 7, 6 *et* 24. 5, 13, 30. 6, 1, 8 in aliis partibus actionis. 6, 4, 14 ut quaedam in actione dissimulata subito in altercando proferantur. 6, 4, 18 quod in altercatione fit potentius quam in actione. 7, 1, 43 actio pro rustico contra disertum. 7, 2, 24 cuius actionem ... emiseram. 7, 10, 13 testimonia tabulaeve cuiusque generis in actione recitandae. 8, 2, 2. 9, 1, 21. 10, 1, 22 quotiens continget utrimque habitas legere actiones, ut Demosthenis et Aeschinis. 10, 5, 20. 10, 7, 16 extemporalis actio. 11, 2, 8 in longissimis actionibus. 12, 2, 11 ea (*parte eloquentiae*) non tam est ... in actionibus utendum quam in disputationibus. 12, 3, 2. 12, 8, 4. 12, 10, 51 neque aliud esse oratio scripta quam monumentum actionis habitae. decl. 259 p. 56. 267 p. 89 et initio actionis et per omnem orationem. 306 p. 199. 326 p. 285 in fine actionis meae. PS. QVINT. decl. 3, 19 in extrema actione. TAC. dial. 32 in actionibus eorum ⟨hu⟩ius quoque cotidiani sermonis foeda ac pudenda vitia deprehenduntur. 17. PLIN. epist. 1, 20, 9 aliud est actio bona, aliud oratio ... persuasum habeo posse fieri, ut sit actio bona, quae non sit bona oratio, non posse non bonam actionem esse, quae sit bona oratio. est enim oratio actionis exemplar et quasi *ἀρχέτυπον*. 1, 18, 4 prospere cessit, atque adeo illa actio mihi aures hominum ... patefecit. 2, 5, 6 *et* 10. 2, 11, 16 *et* 18 huius actionem vespera inclusit. 3, 9, 20. 4, 9, 10 mihi successus actionis silentium finemque suadebat. 5, 8, 1. 7, 10, 2. 9, 13, 23 SVET. Iul. 49. Cal. 53 prosperis oratorum actionibus. gramm. 26 significat dictasse Atratino accusatori suo actionem. AQVILA rhet. 31 omnis huiusmodi motus actioni magis et certamini quam stilo videtur convenisse. IVL. VICT. rhet. 373 non idem est ordo prosequendae ac proferendae actionis, qui esse debet disponendae atque meditandae. *Klotz.*

action, *ἄκτιον. planta.* DIOSCOR. 4, 119 de bunion. bunion aut action dicunt. *sequitur descriptio.* *Diehl.*

***?* āctiōnālis,** -e. VLP. dig. 27, 3, 1, 3 cum neque inventaria neque actionalia (auctionalia *FD*: *τραπεζιτικοὶ λόγοι BS*) proferentur.

āctiōnārius, -ī *m.* grafio GLOSS. V 260, 62 *cf.* V 619, 46 grafio vel causidicus est advocatus. GREG. M. epist. 1, 42 p. 68, 20 Ew. actionario autem, quem in eodem patrimonio deputasti ..., aliquid ei largire. *ibid.* p. 64, 11 ab actionariis publicis mutua accipiunt. 1, 71 ab actionariis nostrae ecclesiae (*cf.* actor *II 5 b*). 2, 38 si vero de laicis deum timentes inveneris, ut tonsorari debent et actionarii sub rectore fieri. 9, 126.

āctiōsus, -a, -um *finxit* VARRO *ad vocem* axitiosus *explicandam* ling. 7, 66 ut ab una faciendo factiosae, sic ab agendo actiosae. CASSIOD. var. 11 pr. 4 ne quis forsitan possit offendi, quod in praetoriano culmine constitutus sic omnimodis actioso (*i. negotioso*) pauca dictaverim.

Actis *v.* Acte.

āctito, -āvī, -ātum, -āre *ab* agere. GLOSS. *πράττω, δρῶ*, saepe agit. GELL. 9, 6, 3 actito producte in prima syllaba pronuntiandum quoniam ex eo fit quod est 'ago' et 'actus'.

1 *de causis*: CIC. Brut. 246 multas privatas causas actitavit. MART. 1, 17, 1 cogit me Titus actitare causas. PLIN. epist. 3, 5, 7. SVET. Galba 3 causas industrie actitavit. PAVL. dig. 22, 4, 3 cum inter praesentes et convenientes res actitata sit. AMM. 28, 1, 17 Hymetii ... negotium est actitatum. SIDON. epist. 1, 9, 1 rebus actitandis. carm. 23, 140 causam seu Ctesiphontis actitaret. CASSIOD. 6, 23, 4 quod a iudice contigerit actitari. 7, 41, 2 ut in competenti foro ea, quae ... legum dictat antiquitas, sollemniter actitentur. COD. Iust. 6, 4, 3 *praef.* in libertatibus, quae inter vivos actitantur. **2** *de fabulis*: CIC. rep. 4, 13 cum *Aeschines* adulescens tragoedias actitavisset. epist. 2, 9, 1 egique omnis illos adulescentes, quos ille [i]actitat. TAC. hist. 3, 62 mimos actitavit. GELL. 6, 5, 2 tragoedias poetarum nobilium scite atque asseverate actitavit. PORPH. Hor. ars 261 *poetas* qui tragoedias actitant. DIOM. gramm. I 490 in plano orchestrae ... actitabant. AVG. civ. 2, 8 quae actitantur ludis auctoritate divina institutis. 2, 13 ubi (*ludis scaenicis*) talia celebrantur, dictitantur, actitantur. 4, 26 ubi haec dictitantur, cantitantur, actitantur. 6, 6. MART. CAP. 3, 230 et actor cognoscet prius, quae valeat actitare. **3** *generatim de rebus gerendis*: TAC. ann. 4, 21 eadem actitando recentia veteraque odia advertit. CAPITOL. Gord. 27, 5 quaeque ubique singulis triumphis digna sunt actitata. DICT. 5, 1 quae apud Graecos actitata essent. AMM. 14, 9, 8 nonnulla levius actitata. 15, 8, 3. 26, 5, 15 pleraque isdem mensibus sunt actitata. 28, 1, 47 his in hunc modum ac talibus actitatis. PAVL. NOL. carm. 24, 640 ut quod parentes gesti-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tarunt corpore, nos actitemus spiritu. Avg. mus. 6, 11, 33 quamvis eam (*pulchritudinem numeri*) transeundo actitent. Macr. sat. 1, 16, 10 aliquid ad ... vitae utilitatem respiciens actitasset. Oros. apol. 6, 5 multis aliis actitatis. Canon. interpr. vet. (Migne 56, 848) quae Sardicae sunt actitata. Cod. Iust. 1, 50, 2 omnia quae ad iuris dictionem rectoris provinciae pertinent actitare.

Actius, Actia, Actium *v.* Acte.

Āctīva *v. sub* Actus.

āctiuncula, -ae. Plin. epist. 9, 15, 2 retracto enim actiunculas quasdam, quod post intercapedinem temporis et frigidum et acerbum est.

āctīvitas, -ātis *f. activa verbi forma*: Prob. gramm. IV 39 *in passivo verba* si primae sint coniugationis ... ante novissimam litteram secundae personae activitatis ri syllabam accipientia facient secundam personam passivitatis. *sic saepius apud* Gramm.

āctīvus, -a, -um. *πρακτικός.* Gloss. actualis, *ἐνεργητικόν.* factivum, adtonsum (actuosum *Hildebrand*). *λόγος συνηγορικός* (*an spectat ad* actionem?).

1 *opp. θεωρητικός*: Sen. epist. 95, 10 philosophia ... et contemplativa est et activa. Qvint. inst. 2, 18, 5 quia maxime eius (*artis*) usus actu continetur atque est in eo frequentissima, dicatur activa vel administrativa (*πρακτική καὶ οἰκονομική*). 3, 5, 11 hi *θέσιν* a causa sic distinguunt, ut illa sit spectativae partis, haec activae. Chalc. comm. 265 philosophiae genus quod activum vocatur (*ibid.* actuosa philosophia). Avg. civ. 8, 4 una pars eius (*sapientiae*) activa, altera contemplativa dici potest. 14, 22 virtus. 18, 37 *pars philosophiae* moralis vel activa. Mart. Cap. 3, 230 *officiorum grammaticae* duo activa dicenda sunt, duo spectativa. Prisc. rhet. 559 nominaverunt ... quidam has (*quaestiones*) activas, alias inspectivas sive intellectivas. hae enim possunt agi, illarum finis est inspectio sive intellectus. Cassiod. var. 1, 45, 3 qua profunditate cum suis partibus speculativa cogitetur, qua ratione activa *philosophia* cum sua divisione discatur.

2 *apud grammaticos agendi genus*: Char. gramm. I 164, 22 verborum genera sunt quinque, activum (p. 164, 27 agens), ut lego scribo. 165, 34 activum est *genus* quod facere quid significavit, ut lego, vel corporis motum significans, ut salio, vel animi, ut provideo. Porf. Hor. epod. 2, 21 in activa significatione. Rhet. p. 76, 11 cum passivis pro activis utimur ... vel activis pro passivis. Mart. Cap. 3, 309. 3, 237 verba activa. Isid. orig. 1, 9, 7 activa dicuntur *verba*, quia agunt ... passiva, quia patiuntur. **3** *generatim qui agit*: Diom. gramm. I 482 poematos genera sunt tria. aut enim activum est vel imitativum, quod Graeci dramaticon vel mimeticon. Lact. inst. 2, 9, 31 alterum *elementum* activum, alterum patibile. Fortvn. rhet. 132 quid sensus? (*apte pronuntiabis,*) si locos quoque communes intuearis, ... descriptivi *sint* an activi. Prosp. Aug. epist. 225, 5 si ad activam servaretur aetatem. Avg. enchir. 64 activa quoque peccata (*cf.* actualis). Cael. Avr. acut. 1, 14, 112 non esse activas atque operantes causas aegritudinum in liquidis constitutas, quas synecticas vocant. 3, 15, 119. Sidon. epist. 9, 9, 2 nisi negotium aliquod activa deportet materia. *adv.* **āctīvē** strenue, factive Gloss. IV 303, 28.

apud grammaticos: Prisc. gramm. II 387 ecce hic active *stipulare*, Suetonius autem passive protulit. 395, 13 *propinquo Vergilius* active posuit.

syn.: *ad 1*: administrativus. *ad 3*: operans. *opp.*: *ad 1*: contemplativus, spectativus, speculativus, inspectivus, intellectivus. *ad 2*: passivus. *ad 3*: patibilis.

āctor, -ōris *m.* [*i. q. gr. ἄκτωρ, cf. c.* agere. *Th.*] Isid. orig. 9, 4, 34 actores iidem et curatores ab agendo et curando vocati. *cf.* Prob. gramm. IV 12, 19. Gloss. *πραγματευτής, πράκτης, πρακτήρ; συνήγορος, ἐνάγων, διώκων; διοικητής, οἰκονόμος,* negotiator, vilicus; instructor, hortator. áctor Carm. epigr. 411, 3. *in codd. saepe confunditur cum voce* auctor. *invenitur post scaenicos rarissime apud poetas* (Hor. *ter in* epist. *et* arte, Ov. *ter, singulis locis* Homer. Stat.), *apud scriptores inde ab* Rhet. Her. *vitatur a* Caes.

I ***proprie:*** *qui pecus agit*: Ov. epist. 1, 95 pecorisque Melanthius actor edendi. fast. 1, 547 Tirynthius actor (auctor vel heros R^1) de numero tauros sensit abesse duos. Homer. 489 non actor (auctor *codd.*, ductor *vulgo*) gregis ... terret *lupum*. *hinc translate*: Boet. fid. cath. 154 p. 181 P. *deus* transduxit exercitum *Hebraeorum* actore (ductore *V*) Moyseo et Aaron. *qui fundam torquet*: Stat. Ach. 2. 134 flexae Balearicus actor habenae.

II ***translate:*** **1** *generatim qui aliquid facit*: (Plavt. *v. sub II 2*) Cic. de orat. 3, 57 *Phoenicem* oratorem verborum actoremque (*ῥητῆρα*) rerum. Sest. 61 dux, auctor, actor illarum rerum fuit. Nep. Att. 3, 2 hunc enim in omni procuratione rei publicae actorem auctoremque habebant (*cf.* Caes. civ. 1, 26, 4 illo auctore atque agente). Liv. 1, 6, 2 caedem deinde tyranni seque eius actorem (auctorem *codd. praeter M*) ostendit. Sen. dial. 5, 7, 1 negotia expedita et habilia sequuntur actorem, ingentia et supra mensuram gerentis nec dant se facile. 8, 6, 3 si non actor deest, sed agenda desunt. 9, 6, 3 debet ... plus esse virium in actore quam in opere (onere *Gertz*). Svet. Iul. 5 actores restituendae tribuniciae potestatis ... enixissime iuvit. Tert. spect. 22 quanta confessio est malae rei! qua tum (*Scaliger*: quarum) actores, cum acceptissimi sint, sine nota non sunt. Avr. Vict. Caes. 20, 3 mors huiuscemodi ... execrationi actoribus est. Oros. hist. 1, 1, 6 in quibus (*annis*) se inter actores scriptoresque omnium otia negotiaque triverunt. Paneg. 12, 43 nisi tui se auctoramenti finxisset a[u]ctorem. Salv. gub. 6, 51 pascebantur ... in locis plurimis actores turpium voluptatum. *nota* Anth. 211, 111 mercator ... parvae stipis actor.

2 *qui fabulam agit*: Plavt. Bacch. 213 non res sed actor mihi cor odio sauciat. Ter. Haut. 12 me actorem dedit, si (sed *A* ς) hic actor tantum poterit a facundia. Phorm. 10 actoris opera magis stetisse quam sua *fabulam*. 33. Acc. did. 14 actoribus manuleos, baltea, machaeras. Varro ling. 5, 178. 6, 58. 6, 77 a poeta fabula fit, non agitur, ab actore agitur, non fit. Cic. div. in Caec. 48 ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere. Sest. 116 ille maximus ludius non solum spectator, sed actor et acroama. 118. 121. de orat. 1, 118 *nullae lites* cogant homines sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. 1, 128 vox tragoedorum, gestus paene summorum actorum est requirendus *in oratore*. 1, 156. 2, 34. 2, 194 neque actor sim alienae personae, sed auctor meae. 3, 102. rep. 4, 13 Aristodemum tragicum item actorem. ad Q. fr. 1, 1, 46 tamquam poetae boni et actores industrii solent. Hor. epist. 2, 1, 204 quibus oblitus actor cum stetit in scaena. ars 193 actoris partis chorus officiumque virile defendat. Ov. rem. 756 quid caveas actor quid (qua *R*) iuvet arte docet. Liv. 7, 2, 8 *Livius* suorum carminum actor (Val. Max. 2, 4, 4). 7, 2, 12 actores Atellanarum. 24, 24, 2 Aristoni cuidam tragico actori. Vitr. 5 pr. 4 a[u]ctorum pronuntiationes. 5, 7, 2 tragici et comici actores in scaena peragunt. Sen. epist. 115, 15 populus ad eiciendum et actorem et carmen consurrexit. Qvint. inst. 2, 10, 13 actores comici. 11, 3, 4 scaenici (6, 1, 26). 11, 3, 74. 11, 3, 178 maximos actores comoediarum (3, 8, 51). Plin. epist. 7, 17, 3 quae (*tragoedia*) non auditorium, sed scaenam et actores ... lyrica quae non lectorem, sed chorum et lyram poscunt. Svet. Calig. 57 in Laureolo mimo, in quo a[u]ctor proripiens se sanguinem vomit. Gell. 11, 9, 2 fabularum. Apvl. met. 2, 26. Schol. Iuv. 1, 35 mimicus. 3, 177 mimorum. Ambr. Hel. 13, 47 tragoediarum. Avg. civ. 2, 11 scaenicos actores earundem fabularum. *ibid.* tragicum. 2, 14 deorum infamentur actores, honorentur auctores. *ibid.* poeticarum fabularum (2, 13). 2, 27. 2, 29 actores criminum divinorum. Mart. Cap. 5, 543 quo (*gestu*) scaenae placere videntur actores. Ps. Ascon. div. in Caec. p. 119 B. Carm. epigr. 411, 3 ⟨quar⟩tarum in mimis saltantibus utilis actor.

3 *qui orationem pronuntiat*: Cic. de orat. 3, 213 significavit quantum esset in actione, qui orationem eandem aliam fore putarit actore mutato. 3, 214 genus hoc totum oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt, imitatores autem veritatis, histriones, occupaverunt. 3, 217 hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores. orat. 61 non enim inventor aut compositor aut actor haec est complexus omnia. Brut. 221 fortis ... actor et vehemens. 237 non invenustus actor. leg. 3, 40 actor enim moderatus et fingit ... mentem ac voluntates eorum, apud quos agit. Sen. contr. 7, 4 (19), 6 *Calvus* violentus actor (*exc.*: actusor *vel* accusator *codd.*) et concitatus fuit. Qvint. inst. 1, 10, 35 in quibus actor ... si digitorum saltem ... indecoro gestu a computatione dissentit. 2, 12, 11 non actores modo aliquos invenias, sed ... praeceptores etiam. 2, 15, 10 finem esse rhetorices ducere homines dicendo in id, quod actor velit. 11, 3, 117. 11, 3, 182 dubitationis moras, vocis flexus, varias manus, diversos nutus actor adhibebit. 11, 3, 184. Tac. dial. 26 plerique temporum nostrorum actores. Fronto p. 18, 19 N. meae vero orationi M. Caesar actor contigit et pronuntiator. p. 188, 19 N. Mart. Cap. 3, 230 actor cognoscet primo quae valeat actitare.

4 *qui causam agit, apud posteriores plerumque i. q. accusator*: Rhet. Her. 4, 17, 25 sententias interponi raro convenit, ut rei actores, non vivendi praeceptores videamur esse. Cic. div. in Caec. 19 *Sicilia* harum rerum actorem ... delegit. 10 quem ... velint actorem ei, quibus factae esse dicuntur iniuriae. 11 me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem totius causae esse voluerunt (54. 165). 48 si tu eris actor constitutus. Verr. 1, 2 huc ego causae ... actor accessi. 2, 10 ne actor quidem est is, cui reus tam nocens ... eripi possit. 5, 70 multo acrior ... actor accusatorque. 6, 179 cives necati impune me actore esse videantur? Sest. 75 actor hic defensorque causae meae. 144 video P. Sestium, meae salutis, vestrae auctoritatis, publicae causae defensorem, propugnatorem, actorem reum. Balb. 4. Tull. 28 actoris et petitoris ... causa. de orat. 3, 73 Socratici a se causarum actores separaverunt. partit. 110 accusatorem pro omni actore et petitore appello. Brut. 316 *Molonem* actorem in veris causis scriptoremque praestantem (307). leg. 3, 11 ast quid turbassitur in agendo, fraus actoris esto. parad. 46 reos eodem te actore corruptelam in iudices molientes. Att. 3, 18, 1 actorem etiam daturum. Hor. ars 369 consultus iuris et actor causarum mediocris abest virtute diserti Messallae. Fest. 358 actor reusque. Val. Max. 8, 7, 5 celebres causarum actores (Pavl. Fest. 199). Qvint. inst. 2, 17, 8 in caelatura clipei Achillis et lites sunt et actores. 2, 17, 40 quae in aliis litibus impugnarunt actores causarum, eadem in aliis defendant. 4, 1, 6 exor-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dium duci nonnumquam etiam ab actore causae solet. 6, 1, 44. 7, 3, 22. 7, 6, 2 et actor dicit hoc esse quadruplum quod petat, et rei hoc quod offerant. 11, 1, 81. decl. 249 p. 22 quid ego eram? actor ut opinor et accusator. 265 p. 84 duos a[u]ctores habent *leges*. PLIN. epist. 4, 11, 1 inter eloquentissimos causarum actores habebatur. 9, 13, 18 SVET. Iul. 39 senator quondam et actor causarum. PAVL. dig. 2, 11, 5, 1 actor ab altero rem petat. VLP. dig. 2, 11, 11 ut actori persecutio loco deteriori non sit. PAPIN. dig. 48, 16, 10 privatim actore postulante *abolitio fit*. GAIVS dig. 50, 17, 125 favorabiliores rei potius quam actores habentur. inst. 4, 57 facilius enim reis praetor succurrit quam actoribus. 4, 119 reus dolo malo aliquid actorem facere dicat. 4, 165 actor provocat adversarium sponsione. AQVILA rhet. p. 35 actori verae causae numquam timendum esse. CASSIOD. var. 11, 8, 6 actor causae. 3, 36, 2 actor.

5 *qui negotia pro alio agit i. q. vicarius vel procurator*: *cf.* PAVL. FEST. 57 procurator autem absentis nomine actor fit. **a** *servus (sive libertus) qui domini res curat*: COLVM. 1, 7, 7 ita fit ut et actor et familia peccent. 1, 8, 5 eidemque actori praecipiendum est (*paulo antea* vilicus *dicitur*). 12, 3, 6 sibi atque actoribus et aliis in honore servulis. PLIN. epist. 3, 19, 2 *praedia* sub eodem procuratore ac paene isdem actoribus habere. SCAEV. dig. 40, 5, 19. 40, 7, 40, 3 Stichus servus meus actor... liber esto. 34, 4, 31 Stichum his praediis... actorem cedere. 20, 1, 32 *praedia* actori suo colenda .. tradidit (*paulo post* Stichus vilicus). PAVL. dig. 44, 4, 5, 3 actoris qui exigendis pecuniis praepositus est. TERT. adv. Marc. 4, 29 proponit actorum (*οἰκονόμων*) similitudinem. IVVENC. 3, 717 fructus tempore certo actores famulos mittit *dominus vineti*. FIRM. MAT. math. 3, 9, 3 actores modicarum villarum. SYMM. epist. 9, 6 actores absentium, quibus res longinqua committitur. 6, 9 *conquestionem* inter me et actores filii mei ... esse finitam. 5, 87 (85) locorum. 9, 15, 2 nostros. AMBR. Abrah. 1, 3, 13 vilicus nonnumquam utilis est vel actor agri. CANON. 28 (Migne 56, 553) conductor vel procurator sive actor. SALV. gub. 4, 15 pavent quippe actores *servi*. GILD. (chron. III) 74. SIDON. epist. 5, 20, 4 domus propria, cuius actorem ... inspicere res commodi est. CASSIOD. var. 4, 35 actoribus Albini v. i. Theodoricus rex. COD. Iust. 2, 12 (13), 6 procuratorem vel actorem praedii. 5, 5, 3, 2. LEX Burg. lib. const. 17, 5 aut dominum admoneat aut actorem. 39, 3 si ignotus... ab actore aut colono cuiuscumque receptus fuerit. l. R. 6, 1 ab actore qui possessioni ipsius praeest. LEX Visig. Recc. 6, 1, 1 dominus vel actor aut vilicus. ISID. orig. 9, 4, 39 (*v. p. 445, 57*). CORP. II 5181, 41 conductori socio actorive eius. V 5005, 4 actor praediorum Tublinat. V 1035 ⟨H⟩yginus acto⟨r bo⟩nae fidei. V 7473, 8. VII 318 Iulius Augustalis actor Iul(i) Lupi praef. IX 322, 3. XII 2250 actoris huius loci XIII 2243 actoris praediorum horum. *qui collegii vel societatis res curat*: GAIVS dig. 3, 4, 1, 2 non esse actorem vel syndicum tunc quoque intellegimus, cum is absit. VLP. dig. 2, 4, 10, 4 quamvis actorem eorum (*collegii vel corporis*) constitutum in ius sit vocaturus. CORP. XII 3106 actor(es) vicanor(um) Portens(ium). **b** *qui imperatoris vel publica negotia procurat*: TAC. ann. 2, 30 Tiberius mancipari singulos *servos* actori publico iubet. 3, 67 servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat. PLIN. paneg. 36 dicitur actori atque etiam procuratori tuo. SVET. Dom. 11 a[u]ctorem summarum ... securum ... dimisit *Domitianus*. COD. Theod. 10, 4, 1 ab actore rerum privatarum sive a procuratore fuerit vexatus (*cf.* COD. Iust. 3, 26, 9). 2, 1, 11 actorem dominicum. 7, 18, 21, 1 actores domus nostrae. LEX Burg. l. c. 50, 1 actores regii. CORP. IX 2827, 4 M. Paquium Aulanium actorem municipi Histoniensium. 5859, 8 actor ali(mentorum?). XI 4427 Primitivus actor imp. Commodi Aug. n(ostri). XII 2949 act(ori) ⟨p(ublico)⟩ quinquenn(ali) civit(atis). **c** *a tutore datus*: VLP. dig. 46, 8, 9 actor a tutore datus omnimodis cavet. PAPIN. dig. 26, 9, 6 tutor interposito decreto praetoris actorem reliquit. 3, 5, 30 (31), 6 *mater* ius actoris periculo suo litium causa constituendi non habebit. VVLG. Gal. 4, 2 sub tutoribus et actoribus est. **d** *hereditatis procurator*: MODEST. dig. 3, 5, 25 (26) magistratus actores bonorum horum Titium et Seium et Gaium idoneos creaverunt.

synonyma: *ad II 3*: pronuntiator. *ad II 4*: defensor, accusator. *ad II 5*: vilicus, procurator; syndicus.

fem. **āctrīx**, -īcis CHAR. gramm. I 44, 6 *enumerat inter nomina agendi* actor actrix. TERT. spect. 17 tragoediae et comoediae scelerum et libidinum a[u]ctrices cruentae et lascivae. *quae accusat*: COD. Iust. 7, 16, 41 epistulas actricis. *procuratrix*: CORP. XI 1730 Prastinia Maximina actrix c(onsularis?) domus. *Klotz.*

Actor, -oris, *Ἄκτωρ*. PRISC. gramm. II 236, 16 Graeca omnia correpto 'o'... Actor Actoris (PROB. gramm. IV 12, 19). **1** *Graeci varii e quibus notissimus pater Menoetii qui dicitur* Actoris filius Opuntius (HYG. fab. 14 p. 45, 12). *cf.* Actorides. VERG. Aen. 12, 93 *Turnus* corripit hastam Actoris Aurunci spolium (IVV. 2, 100. *cf.* SERV. *ad l.*) ... vociferans '... te maximus Actor, te Turni nunc dextra gerit'. STAT. Theb. 10, 249 Herculeum sibi iungit Agyllea vates Actoraque: hic aptus suadere. 11, 357 senior comes haeret eunti Actor, et hic .... 10, 313 ferus. 10, 329 providus. VERG. Aen. 9, 498 STAT. Theb. 10, 297 HYG. STAT. Theb. 10, 257 *et* VAL. FL. 1, 146 Actora. **2** *nom. serv.* CORP. IX 2505 (*Saepino*) Iuliae Primillae Iulius Fortunatus et Actor alumni. *v. Hiller v. Gaertringen, PW. I 1217.* **Actoridēs**, -ae, *Ἀκτορίδης*, *Actoris filius* (Menoetius), *Actoris nepos* (Patroclus): *hi celeberrimi*. OV. met. 13, 273 reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis Troas. ars 1, 743. VAL. FL. 1, 407 *Menoetius*. AVSON. 432, 2. OV. trist. 1, 9, 29 quae fuit Actoridae cum magno semper Achille ... fides. OV. fast. 2, 39 Actoridem (AVSON. 437, 2). met. 5, 79 Actoriden Erytum. OV. met. 8, 308 Actoridae ... pares: *Eurytos et Cteatos*. *v. Hiller v. Gaertringen, PW. I 1217.* *Diehl.*

Āctōrius *v.* Āctus.

āctrīx *v.* actor.

āctuālis, -e *ab* actus, *πρακτικός*. ISID. orig. 2, 24, 16 *philosophia* actualis dicitur, quae res propositas operationibus suis explicat. MACR. somn. 2, 17, 5 eminet tamen actualium vigore virtutum. AVG. spir. et an. 11 visibiles actualium formas per sensuum passiones colligit. c. Iul. op. imp. 3, 187 omne peccatum extra corpus est, quia actuale est. PS. AVG. serm. 24, 1 originalia vel actualia crimina (34, 4. 42, 7 CASSIAN. conl. 13, 7, 3 FVLG. RVSP. epist. 12, 9, 20. 17, 14, 28. 18, 3, 5 *etc.*). CASSIAN. conl. 6, 1, 2 singularem in conversatione actuali ... virum. inst. 5, 33, 1 Theodorum summa sanctitate et scientia praeditum non solum in actuali vita, sed etiam notitia scripturarum. conl. 1, 1 non solum actuali, verum etiam theoretica virtute fragrabat (fla- *codd.*). 21, 34, 4 qui *πρακτικήν*, id est actualem perfecte tenuerunt disciplinam. 10, 8, 1 per experientiam ... actualem. 14, 9, 5. 4, 10, 3 neque enim de rebus substantialibus loquitur, sed de actualibus. 15, 2, 2 haec ... est actualis scientia (*caritas*). *passim*. GENNAD. vir. ill. 43 pro actuali conversatione. FVLG. RVSP. epist. 3, 7, 12 melior est igitur ceteris actualibus donis intemerata sanctitas. ISID. orig. 1, 7, 23 *nomina* actualia ab actu descendunt.

adv. **āctuāliter**. FAVST. REI. grat. 2, 12 qui (*homo*) bonum naturaliter velit, malum actualiter possit. spir. 2, 7 *deus* ab ea (*lege peccati*) non actualiter, sed naturaliter alienus est.

āctuāriola, -ae *f.*, *ab* actuaria *deminutive*. *naviculae genus*: CIC. Att. 10, 11, 4 quid duro tempore actuariola (acturiora *M*) fore censes? 16, 6, 1 fore ut illic *δολιχὸν πλόον δρομαίοντες* cogitaremus, corbitane Patras an actuariolis ad Leucopetram ... et si oneraria, statimne freto an Syracusis. 16, 3, 6 haec ego conscendens e Pompeiano tribus actuariolis decemscalmis.

āctuārius, -a, -um *ab* actus. *quod facile agit vel agitur*: VEL. gramm. VII 74, 11 nascuntur ... quaestiones, actarios an actuarios et dicere et scribere debeamus, cum actuarios canes quidem ab actu appellemus, actarios vero scriptores actorum. nec non et eum qui actum agit, actuarium vocari voluerunt (CASSIOD. gramm. VII 155, 10). *de navibus*: GELL. 10, 25, 5 *navium genera* lembi, oriae, lenunculi, actuariae, quas Graeci *ἱστιοκώπους* vocant vel *ἐπακρίδας*. NON. 534 actuariae, naviculae celeres, dictae, quod cito agi possint. ISID. orig. 19, 1, 24 actuariae naves sunt, quae velis simul et remis aguntur. SIS. hist. 39 actuarias ad viginti navis, item complures onerarias incendunt. 105 prores actuariae ... ac faseli. CAES. Gall. 5, 1, 3 has (*naves*) omnes actuarias imperat fieri, quam ad rem multum humilitas adiuvat. civ. 1, 34, 2. 3, 102, 5. 1, 27, 6 iis expedito loco actuaria navigia relinquit. BELL. Alex. 45, 1 classem magna ex parte confectam ex naviculis actuariis. 44, 3. 9, 4 navigio actuario. 28, 1 navem, quam ibi habuit actuariam, complet militibus. 44, 1 navis ... a Vergilio scaphis naviculisque actuariis excepta est. SALL. hist. 2, 90 piratica actuaria navigia. LIV. 21, 28, 9 *ratis* extemplo resolutis ... vinculis ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur. 25, 30, 10 in hoc tumultu actuariae naves instructae. 38, 38, 8. MARCELL. dig. 49, 15, 2 navibus longis atque onerariis propter belli usum postliminium est, non piscatoriis aut si quas actuarias voluptatis causa paraverunt. OROS. hist. 6, 9, 2 navibus circiter onerariis et actuariis octoginta praeparatis. *omittitur* navis: CIC. Att. 5, 9, 1 actuariis autem minutis Patras accedere ... non satis visum est decorum. *de limitibus, in quibus curru vehi potest*. HYG. grom. 168 alii limites sunt actuarii ..., alii linearii. 207 actuarios autem limites diligenter agemus. GROM. p. 248 *inter limites enumerantur* actuarii. HYG. grom. 192 actuarios palos *dicit actum, h. e. CXX pedes, distantes*. *subst.* **āctuārius**, -ī *m. scriba*. *Kubitschek et Seeck, PW. I 301.* *de forma cf.* VEL. gramm. VII 74, 11 *v. l. 38* actarius *legitur in* GLOSS. *saepius itemque in titulis*. GLOSS. *πρακτικός*, *ὑπομνηματογράφος*. acta qui facit, diversis actibus praeoccupatus. scriptor publicus. **1** *in vita privata*: *ταχυγράφος*: SEN. epist. 33, 9 quae (*vox*) alienis verbis commodatur et actuari vice fungitur. SVET. Iul. 55 'pro Quinto Metello' ... Augustus existimat magis ab actuaris exceptam male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. *ὑπομνηματογράφος*: PETRON. 53 plane interpellavit saltationis libidinem actuarius, qui tamquam urbis acta recitavit. **2** *in re militari inde a Severo: qui a rationibus est*: TREB. trig. tyr. 6, 3 a quodam actuario (EVTROP. 9, 9). AVR. VICT. Caes. 33, 13 actuariorum ... in exercitu factiones. AMM. 20, 5, 9. 25, 10, 7 ex actuario ratiociniis scrutandis. COD. Theod. 8, 1, 3 annonarios et actuarios condicionales esse praecepimus, annonis etiam adiuvari ... ut actuariis binas annonas, annonariis vero singulas protinus subministrent. 8, 1, 10 actuariis palatinorum et comitatensium numerorum senas annonas ... ⟨dari⟩ praecepimus. COD. Iust. 12, 49

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(50) *tit.* de numerariis actuariis... sedis excelsae. CORP. II 2663 (*a. 216*) equites, in his actarius, leg. VII gem(inae). III 3392 Regulianus actarius al(a)e. 6988 Valerio Vincentio actuario protectorum. VI 9106 Nearcho actario. VI 33822 acctario. VII 458 Iul(ius) Ger⟨ma⟩nus actar⟨ius⟩ coh(ortis) IV Br(itonum). XI 6168 M. Valerio Florentio actuario comitum imp. *al.* *ad aliud munus spectat*: AMM. 15,5,3 actuarius sarcinalium principis iumentorum. *nescio quod munus subsit*: PASSIO quattuor coron. 9 *subscr.* censualis a gleba actuarius nomine Porfyreus gestam scripsit.

actula, -ae *f. ab* acta *deminutive.* GLOSS. II 224, 20 *ἀκτὴ ἡ τῆς θαλάσσης.*

Actulus *v. sub* Actus.

actuōsus, -a, -um, *ab* actus, *mobilis, activus.* PAVL. FEST. 17 actus ... significant ... motum corporis, ut histrionum et saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actuosi dicuntur. CIC. orat. 125 sunt maxime luminosae et quasi actuosae *orationis* partes duae. nat. 1, 110 virtus autem actuosa, et deus vester nihil agens. VAL. MAX. 2, 1, 10 actuosam vitam favoris nutrimentis prosequebatur. 8, 8, 1 actuosae vitae iter. SEN. dial. 9, 4, 8 quotiens actuosa vita impedimentis fortuitis ... prohibebitur. 4, 19, 2 est enim *animus* actuosus et pertinax ignis. epist. 39, 3 eo mobilior et actuosior *animus* quo vehementior est. APVL. Plat. 2, 27 in actuosa vero civitate describit, quemadmodum ... multitudo bonitate et iustitia conducta habeatur. LACT. inst. 6, 17, 23 vita actuosa est, mors quieta. CHALC. comm. 265 actuosae philosophiae (*πραακτικῆς*) visus quatenus sit utilis. AMBR. exam. 1, 5, 17 ut istarum artium aliae sunt actuosae, quae sunt in corporis motu. Iacob 2, 9, 38 quis tam actuosus in negotio quam iste in otio? Iob et Dav. 4, 4, 16 haec est actuosa *ecclesia,* quae graece *ἐναργής* dicitur. AVG. civ. 19, 2 de tribus vitae generibus, otioso, actuoso, ex utroque modificato. 19, 19 nec sic esse quisquam debet otiosus, ut ... non cogitet ... nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat dei. c. Faust. 22. 56 isti actuosi et negotiosi homines. in psalm. 70, 1, 18 negotiatores actuosi. *adv.* **ā̆ctuōsē.** CIC. de orat. 3, 102 quam leniter, quam remisse, quam non actuose!

āctus, -ūs *m. ab* agere. GLOSS. *πρᾶξις, διοίκησις, ἔλασις, ἐνέργεια, πραγματεία[ν].* PAVL. FEST. 17 actus modo significant in comoediis et tragoediis certa spatia canticorum; modo iter inter vicinos quattuor pedum latum; modo in geometrica minorem partem iugeri, id est centum viginti pedum; modo motum corporis ut histrionum et saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actuosi dicuntur (*cf.* GLOSS. V 520, 8. 559, 15. 44, 11). PRISC. gramm. III 76 actutum derivatum ab actu id est celeritate. VLP. dig. 50, 16, 19 *Labeo dicit* actum quidem generale verbum esse sive verbis sive re quid agatur. PROBI app. gramm. IV 193 generis feminini *cum alia tum* actu (acu *Rabbow*). actui SEN. nat. 2, 22, 3 SVET. AVG. 32 TERT. idol. 19 CYPR. epist. 46, 1 *etc.* actuum TERT. nat. 2, 13 *etc.* actos *acc. pl.* COMM. apol. 155 CORP. V 5737, 11. acti *nom. pl.* GROM. 245. *vox non ante* TER. *et* PACVV. *legitur, raro (notione I et II B) usque ad* VAL. MAX. *et* SEN. phil., *inde ab* OV. *et* MANIL. *pro voce* actio *usurpatur; recentioribus est usitata.*

I *proprie*: **A** *de motione, impetu, impulsu, sim.*: PACVV. trag. 229 linguae bisulcis actu crispo fulgere. CIC. agr. 2, 103 quos vos (vobis?) in consulatu inimico (-os?) esse et corporis actibus providi (*locus dubius et corruptus*). LVCR. 3, 192 et pigri latices magis *mellis* et cunctantior actus. VERG. Aen. 12, 687 fertur in abruptum magno mons improbus actu (SERV. inpulsu. SERV. auct. impetu). OV. hal. 72 quam tumidus *equus* quantoque venit spectabilis actu. MANIL. 1, 573 extremos designat fervidus *circulus* actus *solis.* 3, 595 bis quadragenos occasus dives in actus solis erat. GERM. 226 quanto graviore Lycaonis arctos axem actu torquet. 352 lateri *puppis* non amplior actus quam surgit malus. 511 quorumque (*orbium*) actus et signa notamus. SEN. Ag. 432 unda vix actu levi tranquilla zephyri mollis afflatu tremit. nat. 2, 22, 3 actui siderum. LVCAN. 3, 469 ingenti verberis actu excutitur *saxum.* 9, 30 ne *partes* per littora fusas colligeret rapido victoria Caesaris actu. 9, 471 galeas et scuta virorum pilaque contorsit violento spiritus actu. PETRON. 135 *pocula* facili vilis rota finxerat actu. SVET. Claud. 30 caputque cum semper, tum in quantulocumque actu vel maxime tremulum. VEL. gramm. VII 74 actuarios canes ... ab actu appellemus (*cf.* PRISC. gramm. III 76). IVL. VAL. 1, 7 et actu corporis (*equi*) et linea pulchritudinis movebatur. IVL. RVF. rhet. p. 44 etiam in actu fit *ὅμοιον.* SCHOL. Stat. Theb. 5, 86 de numero actus equi infaustam ... rem ... pronuntiari praedicebat. PRVD. perist. 10, 971 *ferrum* irritum versasse frustra, seu (ceu *Obbarius*) retunsis actibus aut arte quadam vulnus illatum breve. CLAVD. carm. min. 29, 36 lacessitus longo spiraminis actu (*magnetis*). PAVL. NOL. carm. 18, 383 numinis actu... *boves* egerat *Felix.* *de bestiis agendis*: CIC. rep. 2, 67 levi admonitu, non actu inflectit *elephantum.* OV. fast. 1, 323 pars quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu nomen Agonalem credit habere deam. *nota*: MANIL. 3, 482 similique redit *dies* quam creverat actu. TAC. hist. 1, 12 *Vinius* in dies quanto potentior, eodem actu invisior erat. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 18 hominum manibus aut animalium actu vehiculum adhibemus.

B *de iure agendi vel iumentum vel vehiculum, cf. Ruggiero, diz. epigr. p. 70 sq.*: CATO agr. 149, 2 holeris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini usioni recipitur. CIC. Caecin. 74 aquae ductus, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur. FRONTIN. aq. 125 per agros privatorum ... itinera, actus paterent, darentur. VEL. gramm. VII 74 eum qui actum agit actuarium vocari voluerunt. VLP. dig. 8, 3, 1 servitutes rusticorum praediorum sunt hae: iter, actus, via, aquae ductus ... actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum (PAVL. dig. 8, 3, 7. 8, 6, 2 MODEST. dig. 8, 3, 12). 8, 5, 4, 1 qui iter sine actu vel actum sine itinere habet. POMPON. dig. 8, 1, 13. PAVL. sent. rec. 1, 17, 1 (*int.* actum, id est, qua pecora minare consuevimus). LEX Burg. Rom. 17, 3 viam, iter, actum, hoc est: ubi carpenta vel carra conversari possunt. ISID. orig. 15, 16, 5 qua iter actus populo patet. CORP. I 1291 itus actusque est in hoce delubrum Feroniai. LEX Vrs. (Corp. II 5439) 2, 3, 1 ad eos rivos, fontes, lacus aquasque, stagna, paludes itus, actus, aquae haustus iis item esto. CORP. XIV 583 cum itu[m], aditu[m], actu[m]. *de via*: VARRO ling. 5, 22 actus quod agendo teritur. ISID. orig. 15, 16, 13 actus quo pecus agi solet. GLOSS. V 615, 29 actus est via, ubi possunt duo carra incedere.

C *de agri modulo*: VARRO ling. 5, 34 *actus* finis minimus constitutus in latitudinem pedes quattuor... in longitudinem pedes centum viginti, in quadratum actum et latum et longum esset centum viginti... iugerum dictum iunctis duobus actibus quadratis (COLVM. 5, 1, 4). rust. 1, 10, 2 iugerum quod quadratos duos actus habet. actus quadratus, qui et latus est pedes CXX et longus totidem: is modus acnua latine appellatur (*cf.* COLVM. 5, 1, 5 hunc actum provinciae Baeticae rustici acnuam vocant). VITR. 8, 6, 3 puteique ita sint facti, uti inter binos sint actus. 8, 6, 7 (*uterque locus dubius*). PLIN. nat. 18, 9 iugerum vocabatur, quod uno iugo bovum in die exarari posset, actus, in quo boves agerentur cum aratro uno impetu iusto. hic erat CXX pedum duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat. 18, 177. 31, 57 in binos actus lumina esse debebunt. FRONTIN. grom. 30 BALB. grom. 94. GROM. 245 fiunt in centuria acti constrati CCCC, ped. LDCCLX milia, efficit iugera CC. *ibid.* actus habet ped. CXX, perticas XII. 372 actus maior qui quadratus dicitur. PS. BOET. geom. p. 402 Fr. actus trifariam dividitur in minutum, in quadratum, in duplicatum. p. 425 cum agros per actus dispersissent. ISID. orig. 15, 15, 4 *et* 5 actus duplicatus iugerum facit. *cf.* PLIN. nat. 11, 22 struunt *apes* orsae a concameratione alvi textumque velut a summa tela deducunt, limitibus binis circa singulos actus.

D *de numerorum serie*: VARRO ling. 9, 86 numeri antiqui habent analogias, quod omnibus est una [non] novenaria regula, duo actus, tres gradus, sex decuriae, qua⟨e⟩ omnia similiter inter se respondent. 9, 87 actus primus est ab uno ⟨ad⟩ nongenta, secundus a mille ad nongenta milia ... gradus singularis est in utroque actu ab uno ad novem, denarius gradus ⟨a⟩ decem ad nonaginta (LX *cod.*).

II *translate*: **A** *de eis quae pronuntiatione fiunt*: **1** *de orationum actione, cf.* actio *II 2*: OV. Pont. 3, 5, 15 felices quibus haec ipso cognoscere in actu et tam facundo contigit ore frui. QVINT. inst. 2, 12, 10 colori accommodare actum sciat. 2, 13, 8 res duas in omni actu spectet orator, quid deceat et quid expediat. 2, 13, 9 motus dat actum quendam et adfectum. 4, 1, 67 tum ... vere aversa videatur oratio et languere actus omnis. 6, 2, 30 qui sibi res, voces, actus secundum verum optime finget. 9, 2, 4 motus est in his orationis atque actus. 9, 3, 101 vultus mutatio oculorumque coniectus multum in actu valet. 11, 1, 48. 11, 3, 75. 11, 3, 140 ne ad lacertum in actu redeat *pars tunicae.* 11, 3, 144 procedente ... actu. 11, 3, 145 amictus quoque habet actum quendam. *de oratione ipsa*: QVINT. inst. 6, 3, 43 illud quoque genus est positum non in hac veluti iaculatione dictorum ..., sed in quodam longiore actu. **2** *de fabularum carminumve actione, cf.* actio *II 3*: LIV. 7, 2, 4 sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu ludiones ... saltantes. 7, 2, 11 histrionibus fabellarum actu relicto. MANIL. 5, 469 Cepheus referetur in actus. VAL. MAX. 2, 6, 7 *mimorum* argumenta maiore ex parte stuprorum (-osos PARIS) continent actus. 6, 2, 9 tragoedus cum ... inter actum ad eum versum venisset. QVINT. inst. 5, 10, 9 fabulae ad actum scaenarum compositae. 6, 2, 35 cum ex aliquo graviore actu personam deposuissent *histriones.* 10, 2, 11 actus histrionum. SVET. Nero 24 in tragico quodam actu. TERT. spect. 2 ipsi actus sub caelo dei transiguntur. TER. MAVR. 2395 Atella vel quis fabulis actus dedit petulcos. PORF. Hor. ars 114 unicuique personae actus aptandus est. SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 86 quicquid et poetae vario strepunt in actu. CASSIOD. var. 4, 51, 6 ibi actus musicus et prudentissimi saeculi dicta floruerunt. *haud scio an huc pertineat* STAT. Ach. 1, 831 multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu quoque pii Samothraces eunt.

B *de fabularum partibus (μέρεσιν)*: (*cf.* TER. Hec. 39 primo actu placeo). CIC. Phil. 2, 34 non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem. Cato 70 modo in quocumque fuerit actu, *histrio* probetur. *cf.* 64. HOR. ars 129 Iliacum carmen deducis in actus. 189 neve minor neu sit quinto productior actu fabula. 194 neu quid medios intercinat actus *chorus.* APVL. flor. p. 64 Oud. cumque iam in tertio actu ... iucundiores adfectus moveret. PS. ASCON. p. 119 B. co-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

moedia quinque actus habet, hoc est quinquies ducitur in scaenam. DONAT. in Ter. *passim*. CASSIOD. hist. 6, 16 tragoediae. *cf. Leo, Plaut. Forsch. p. 207.* *hinc translate de vitae, disputationis, sim. partibus*: CIC. Verr. 2, 32 primum illum actum istius vitae turpissimum et flagitiosissimum praetermittam. 3, 18 qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset. Marcell. 27 haec igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus, in hoc elaborandum est. Cato 5 extremum actum *aetatis* tamquam ab inerti poeta esse neglectum. 64 nec tamquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ad Q. fr. 1, 1, 46 tertius annus imperii tui tamquam tertius actus perfectissimus atque ornatissimus. epist. 5, 12, 6 secernas hanc *historiam* quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum; habet enim varios actus multasque actiones (mutationesque *Madvig*). VARRO rust. 1, 26, 1 vereor, ne ante aeditumus veniat huc, quam hic ad quartum actum. 2, 5, 2 nos interea secundum actum de maioribus adtexamus. 2, 8, 1 tertium actum. 2, 10, 1. 3, 11, 4. 3, 12, 1 sequitur ... actus secundi generis adficticius ad villam qui solet esse. 3, 14, 1 secundus transactus est actus. 3, 16, 1. 3, 17, 1.

C *de rebus faciendis*: **1** *agendi ratio, perfectio, cf.* actio *I 1*: SALL. hist. 5, 4 in proeliis actu promptus. MANIL. 2, 635 subdolus. VELL. 2, 127, 4 actu otiosis simillimum. SEN. dial. 7, 4, 2 invicta vis animi, perita rerum, placida in actu cum humanitate multa et conversantium cura. 8, 1, 4 usque ad ultimum vitae finem in actu erimus. 8, 6, 2 in otium sine actu proiecta virtus. 8, 7, 2 *Epicureorum* secta in actu est. 10, 6, 3 perosi omnem actum annorum suorum. benef. 4, 33, 3 relicto omni actu vita consistet. 6, 23, 4 maiorque actus sui (*deorum*) fructus quam servare mortalia. nat. 3, 29, 3 totius enim corporis et sequentis actus in parvo occultoque liniamenta sunt. epist. 8, 1 *praecepta* imperant in actu mori. 85, 37 *sapiens* semper in actu est, in effectu tunc maximus cum illi fortuna se opposuit. 93, 4 actu illam (*vitam*) metiamur, non tempore. 104, 26 cui non faciliora apparuere in actu. 120, 10 in omni actu par sibi. 122, 3 *vitae* et officium et argumentum actus est. LVCAN. 2, 77 primo qui caedis in actu (ictu *pars codd.*) deriguit. 8, 667 in ipso ... sceleris maius scelus invenit actu. 9, 294 actu belli. PLIN. nat. 28, 59 omnem actum inpedientia. VAL. FL. 4, 43 cum sopor et vano spes maesta resolvitur actu. STAT. Theb. 12, 187 *Polynices* ante oculos omni manifestus in actu. QVINT. inst. 2, 17, 25 *rhetorica* in actu posita, non in effectu. 2, 18, 1 *artium* in hoc finis est et ipso actu perficitur. 2, 18, 4 cum ab actu id est opera recesserunt et contemplatione sui fruuntur. 2, 18, 5. 8, 6, 11 cum rebus sensu carentibus actum quendam et animos damus (*cf.* actio *I 1 p. 438, 26*). 10, 1, 27 attrita cotidiano actu forensi ingenia. 12, 2, 8 studia sapientiae non iam in actu suo ... versantur. 12, 2, 14 in aliquo graviore actu. FRONTIN. aq. 2 neque enim ullum omnis actus certius fundamentum crediderim. 112 quibus circumscribi saluberrimas constitutiones in ipso actu deprehendimus. SVET. Aug. 78 residua diurni actus. APVL. apol. 7 omnem ... hominis actum sermo praeit. TERT. idol. 8 minor merces frequentiore actu repensatur. 10 ad quemcumque sensum vel actum. nat. 2, 11 ab actu Peragenorem (*cf.* AVG. civ. 4, 11). 2, 12 de actu ... constat hominem illum fuisse. anim. 11. 12 alterius erit et passio et sensus et sapor omnis et actus et motus. 27. 45 actu enim fiunt, effectu vero non fiunt. 53 *spiritus* actu elanguens. bapt. 2 simplicitas divinorum operum, quae in actu vide[n]tur, et magnificentia, quae in effectu repromittitur. cult. fem. 1, 8 et circa actum materiarum census a deo descendens propterea excusat. CYPR. cathol. 21 sit in actu cum disciplina modestus. domin. orat. 11 nec sit degener actus noster ab spiritu. 14 noster animus atque actus (laps. 21). epist. 8, 1 hoc verbum factum ex actu ipso quo cessit cognoscimus. 33, 2. 46, 1. 55, 3 *et* 21. 67, 5. 69, 14 in conversatione atque actu nostro. 77, 1 in operibus largior ... in actu bono innocentior. CYPR. GALL. iud. 1 postquam conspicuo Iesus decesserat actu. (NOVAT.) tract. 13 (141) iuxta carnalem actum. CARM. poet. min. V 50, 32, 6 te tamen et cultus damnat et actus eam. LACT. inst. 4, 3, 6 re et actu quod scierimus inplere. 7, 10, 8 in actu suo finiuntur *vitia*. CHALC. comm. 264 duplex ... philosophiae spectatur officium: consideratio et actus. VICTOR. rhet. p. 171 quae facta et dicta in actu atque opere constituta sint. p. 218 actus in vita aliquid agentium triplex est. ZENO 2, 21, 1 unicuique merces pro suo actu reddetur. 2, 41. GAVDENT. 7 *extr.* cum ... exieris de Aegypto huius mundi vel actu vel corpore. AVSON. 369, 1 omnia quae vario rerum metimur in actu. 419, 2 omni loco, actu, habitu et tempore *gratias ago*. SERV. Aen. 2, 266 *vigiles* non actus nomen est, sed officii. 4, 638 ut cum in actu sunt *numina*, mares sint, feminae cum patiendi habent naturam. COMM. Bern. Lucan. 2, 380 *Epicurus* exclaudit ab officiis actuque civili sapientem. AMBROSIAST. Rom. 8, 6 errores sive in sensu sive in actu contra legem dei. VVLG. Rom. 12, 4 omnia autem membra non eundem actum (πρᾶξιν) habent. III Esdr. 1, 25. 1, 33 gesta actus Iosiae. IV Esdr. 8, 2 actus praesentis saeculi. PRVD. cath. 4, 78. 6, 42 *mens in somno* tenui fruatur actu. psych. 767 quidquid gerimus mentisque et corporis actu. PAVL. NOL. carm. 10, 143 si quid in actu *deus* ingeniove meo ... dignum ... vidit. 23, 268. 24, 640 quae ... sanctis in figuram gesta sunt, nobis in actum scripta sunt. 31, 299 *et* 575. epist. 1, 7 quem etsi nomine confitentur, tamen actu negant. 30, 5 caro mea id est actus voluntatis. 38, 1 actu et opere. AVG. civ. 4, 11 de stimulis, quibus ad nimium actum homo inpellitur, dea Stimula. 15, 27 non hominis actu, sed dei nutu. duab. anim. 3 de anima conqueror, de spontaneo et vivido motu, de actu, de vita. c. Iul. 6, 19, 61 actus est enim qui opere ipso peragitur et non erit, et si iterum fit, alterum fit. MART. CAP. 9, 995 *rhythmus* opere quodam virilis actus tam formam sonis quam varios praestat effectus. OROS. hist. 3, 2, 14 novitates rerum actu adituque prurientibus. 6, 1, 1 etsi non actu praeferunt, iudicio tamen praeferendum sciant. CASSIAN. inst. 12, 19 experimento vitae sinceris actuque purissimo. conl. 21, 7, 1 pro qualitate actus sui. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 33 si quidem motum vel actum non sine querela accipiant. SIDON. epist. 7, 9, 16 utrique parti vel actu vel professione respondet. 8, 14, 1 etsi necdum vester vultus aspectus est, tamen actus inspectus est. 9, 16, 3 v. 51. carm. 7, 429 prisco ... in actu. SEDVL. carm. pasch. 1, 292 sancti coniuncto spiritus actu. ALC. AVIT. epist. 53 quod exercetis actu, ostendatur et habitu. carm. 6, 104 mater fecunda utero, fecundior actu. BOET. cons. 1, 4 quod ... dideram, in actum publicae administrationis transferre optavi. *ibid.* actu ipso reverendus (VEN. FORT. carm. 4, 12, 7). c. Eut. 4 in sanctis hominibus ... apertus divinitatis actus agnoscitur. 6 quae actum sibi passionemque communicent. subst. bon. p. 174 P. bonum esse essentiam, iustum vero esse actum. CASSIOD. var. 11, 37, 3. GREG. TVR. hist. Franc. 9, 10 in actu levis. 9, 38 glor. mart. 85. COD. Iust. 10, 32 (31), 64, 3 qui ... urbis administrationem in actu positi quandoque gesserunt. 10, 32 (31), 67 (66), 1 urbicariam — in ipso tamen actu — meruerit praefecturam. INST. Iust. 4, 4, 7 in medii actus homine ... in vilissimo. NOVELL. 147 pr. nullus misericordiam petens sine actu (ἄπρακτος) a nostra recessit facie. CORP. VI 14093 consorti actus et animi. VIII 4393 ob eximiam integritatem actus. EDICT. Diocl. 2, 13 inter venditores ... emptoresque ... haec communis actus debebit esse moderatio. CARM. epigr. 706, 4 moribus ac vita similes actuque modesto. INSCR. christ. Rossi II p. 52, 9 implebatque actu quicquid sermone docebat. *nota*: FRONTIN. aq. 103 senatus ... consulta ad instruendum actum pertinentia subiungam. TRAI. Plin. epist. 28 cum ad pristinum actum reversus fuerit. 97, 1 actum quem debuisti ... secutus es. SERV. Aen. 1, 1 p. 4 qualitas carminis patet; nam est metrum heroicum et actus mixtus.

iunctura: SEN. dial. 5, 3, 5 *iram* spiritus subministrantem in proelia, in actus rerum. 5, 6, 6 nec multarum ... rerum actu fatigandus *animus*. 5, 41, 2 adsidua meditatio actusque rerum boni. epist. 56, 8 ad rerum actus excitandi. 101, 4 in ipso actu bene cedentium rerum. SIL. 1, 581 rerum omnes pendent actus. QVINT. inst. 7, 2, 41 in vero actu rei. 10, 1, 31 ad actum rei pugnamque praesentem. 10, 6, 1 inter medios rerum actus. Ps. QVINT. decl. 6, 16 ablatas videndi voluptates, impeditos rerum actus *caecitate*. PLIN. epist. 9, 25, 3 me rerum actus modice sed tamen destringit. SVET. Aug. 32 triginta dies ... actui rerum accommodavit. Claud. 15 cum decurias rerum actu expungeret. 23. Nero 17 utque rerum actu ab aerario causae ad forum ... transferrentur. AVELL. p. 500, 16 quos rerum actus fidei declarant fuisse custodes. ACTA Firmi et Rust. 9 venerant ... videre actum rei. VEL. gramm. VII 73 (*fort. ex Varrone*) cum se a recto actu operis detorserint *boves*. OROS. hist. 2, 18, 4 quantos ... magis explicui actus operum quam inplicui globos miseriarum. (QVINT. inst. 2, 18, 1 nihilque post actum operis relinquit *genetivus pendet ex* nihil). VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 forti fine inlustrem professionis actum conprobavit. TERT. scorp. 9 non est diversus actus quotidianae confessionis a sensu dominicae pronuntiationis. poen. 1 in poenitentiae actu. MANIL. 3, 134 huic vicinus erit, vitae qui continet actum. VAL. MAX. 6, 3, 3 propter vitae inhonestum actum. 7, 1, 1 hunc vitae actum eius consentaneus finis excepit. SEN. dial. 5, 6, 4 in hoc vitae actu dissipato. 7, 26, 4 ne ad opiniones vestras actum vitae meae flecterem. benef. 4, 6, 3 actus vitae tuae disponis. epist. 76, 19 in omni actu vitae. 90, 18 animalibus facilem actum vitae *natura* daret. QVINT. inst. 11, 1, 47 in ceteris actibus vitae. MODEST. dig. 49, 16, 3, 12 inspecto vitae eius procedentis actu. Ps. CYPR. spect. 1 in vitae actu graves. LACT. inst. 6, 12, 3 omnis actus vitae nostrae. AVG. util. cred. 11, 25. INSCR. christ. Gall. Le Blant 425 vitae clarior actu. *cf.* GAVDENT. 11 aequitatem servantes in omni actu conversationis nostrae. VVLG. II Macc. 6, 23 optimae conversationis actūs. *cf.* IREN. 1, 25, 4 in omni vita et in omni actu fieri animas. CENS. 8, 1 *Chaldaei* dicunt actum vitamque nostram stellis esse subiectam. FIRM. math. 2, 19, 11 in hoc loco vitam et spiritum, actus etiam omnes ... invenimus. 3, 3, 4 *et passim*. LAMPR. Heliog. 6, 3 in omni vita et actu. LACT. inst. 4, 3, 7 ubi vita et actus omnis ad ... unam summam refertur (*v. p. 453, 26*). *de magistratu, sim.*: PANEG. 4, 14 ex actus nostri ... administratione. VOP. Car. 6, 2 si qualis Carus est ... plures haberem in actibus conlocatos. AMM. 26, 7, 6 ad aulae varios actus sunt admissi. AVG. de nupt. et concup. 1, 2, 2 actibus publicis eisdemque militaribus occupato. SVLP. SEV. dial. 3, 15, 4 *Martinum* militiae actibus sorduisse. COD. Iust. 12, 21 (22), 4, 1 qui ad principatus actum progressi sunt. 9, 49, 9, 2 qui fiscalibus actibus nexi sunt. 10, 32 (31), 43 actuum prae iudiciis. CORP. VI 1759 in actu publico fideli exercitatione versato. *cf.* STAT. silv. 3, 3,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

76 praecipuos ... *Etrusci patrem* ... surrexit (subv- *Heinsius*) in actus *Claudius*.

2 *de singulis factis*: *opus, factum, cf.* actio *I 2*: GRATT. 233 primos nequiquam effunderet (offend- *cod.*) actus *canis*. MANIL. 2, 140 per iter socios commune gerentibus actus. VAL. MAX. 3, 2 pr. quia iam initia procursusque virtutis patefecimus, actum ipsum persequemus. 5, 3, 4 ad alium consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar (6, 5, 5. 8, 7 ext. 2 industriae). SEN. dial. 8, 2, 2 ad alios actus animos referre. nat. 2, 45, 2 actus suos explicet. epist. 66, 6 in omnis eius (*mundi*) actus contemplationem suam mittens. 74, 30. 85, 38 nulla res actus sapientis excludit. 102, 21 in quo[d] (*caelo*) disposita tot numina in actus suos (*sapientis*) excubant. 114, 23 artes quoque eius actusque marcent. LVCAN. 2, 390 nullosque Catonis in actus subrepsit *voluptas* (CORP. V 5737, 12). 5, 659 licet ingentes abruperit actus festinata dies fatis. 6, 606. 8, 807 adde actus tantos monimentaque maxima rerum. PERS. 5, 99 vetitos. VAL. FL. 2, 6 placitos ... deis. 4, 163 nec vestros comes asperandus in actus. 5, 507 ne claros Minyis invideris actus. SIL. 1, 459 ingentis. 3, 78 tantos. 10, 135. STAT. silv. 4, 4, 38 solidos ... exultabis in actus. 4, 4, 72 dignos. 4, 6, 71 magnos fatis rumpentibus actus. 5, 1, 38 humanos propior Iove digerit actus *Caesar*. Theb. 12, 575 egregios. 674 veteres. Ach. 1, 578 auditum nomen et actus *Achillis* adsidue stupet *Deidamia*. 2, 137. PS. QVINT. decl. 1, 9 ponite ante oculos actum parricidii. 8, 2 vos mores, vos vitae genus, vos matrimonia ceterosque actus vestra persuasione firmetis. 15, 4 seriis actibus. PS. TVLL. in Sall. 1, 1 de mea vita atque actibus (*v. p. 452, 76*). FRONTIN. strat. 3, 11, 2 paulum regressus tamquam ad alios actus. PLIN. paneg. 45 vim effectumque censurae tuum propositum, tui actus obtinebunt. DIOM. gramm. I 484 *annales* singulorum annorum actus contineant. VENVL. dig. 45, 1, 137 continuus actus stipulantis et promittentis esse debet. GAIVS inst. 2, 168 paenitentia actus superante. APVL. Plat. 2, 6 voluptarios. 2, 12 gloriosis. 2, 23 ad deorum actus accedat. PS. APVL. Ascl. 24 lingua sola cognoscetur Aegyptius, actibus vero videbitur alienus. TERT. idol. 19 illicito. nat. 2, 13. bapt. 4 quamquam ad simplicem actum competat similitudo. 7 carnalis. HERM. vis. 1, 3, 1 saecularibus. IREN. 4, 20, 8 non ... solo sermone prophetabant prophetae, sed et visione et conversatione et actibus quos faciebant. PHOCAS poet. min. V p. 85, 2 regios actus ... docilis referre. MAXIM. eleg. 2, 35 *iuvenes* ante oculos statuunt primaevi temporis actus. PANEG. 7, 14 ipsa scelera mortalium actus esse fortunae. TREBELL. trig. tyr. 14, 6 in omni actu suo. 3, 1 custodi vitae et morum et actuum imperialium institutori. IVL. VAL. 1, 50 fortiores. ALEX. c. Dind. p. 174, 15 abortivis actibus procedere foeta nascentia. p. 182 actuum sordidorum squalor. ARNOB. nat. 2, 46 actus quibus vita transigitur et celebratur humana. 6, 26 sceleroso flagitiosoque. LACT. inst. 5, 9, 23 in omnibus vitae suae actibus. 6, 24, 26 boni. CAECIL. mort. pers. 9, 4 et verbis et actibus ... terrori omnibus fuit. IVST. 31, 2, 1 ad speculandos actus Hannibalis (AMM. 17, 9, 7). RHET. p. 71 *imaginatio* actum incorporeis oculis subicit. VICTOR. rhet. 160 exercitatio est suscepti actus continuatio. 171 *ars* nobis ad actus praecepta dat. HIL. hymn. 21 (Migne 10, 554) inter actus saeculi. OPTATVS p. 4, 5 falsorum vatum nomen et actus incurrerent. ZENO 1, 3, 2 *sapientia* omnes actus ad se trahit. 1, 16, 2. LVCIF. de non conven. 2 respice actus tuos. GAVDENT. 1 mundanorum. 11 bonis. 13 mortales. 15 immundorum. 18 iniquis. SYMM. epist. 1, 40 quem ... nulla actuum culpa fuscavit. AMM. 14, 1, 10 actus eius exaggerando. 14, 11, 24 crudeles. 16, 1, 4 *Iulianus* ad *Marci* aemulationem actus suos effingebat et mores. 16, 10, 3 magnificis. 16, 12, 70 gloriosis (21, 5, 2. 29, 5, 45). 26, 1, 2 cognitiones actuum variorum. 27, 6, 15 pravis. 27, 9, 8 integritatis multiplices actus et probitatis. 29, 2, 16 mirandis. 29, 3, 2 asperos. 29, 5, 27 *gentem* conscientia rapinarum et caedum actibus congregaverat Firmi. 30, 8, 4 mirabiles. 30, 9, 1 probandos. 31, 10, 18 ludibriosos. 35, 5, 10 post multiplices actus. 14, 1, 8 in Gordianorum actibus rettulimus (14, 4, 2. 21, 8, 1. 22, 9, 6. 22, 15, 1). 23, 5, 7 Gordiani actus digessimus. SCHOL. Pers. 3, 35 pravis. 5, 52 actus hominum diversos esse. SERV. auct. Aen. 2, 141 pontifices dicunt singulis actibus proprios deos praeesse. SCHOL. Stat. Theb. 5, 504 ludicros. AMBROS. fuga saec. 7, 44 quid adhuc vitae huius actus requirimus? HEGES. 1, 1, 2 potentiam prosperi actus dederunt. 1, 1, 10. AMBROSIAST. Rom. 6, 22 bonorum actuum aemuli. HIER. epist. 22, 37 ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat domini crucem (148, 15). 71, 19 veterum actuum memor. 148, 19 *et* 23. vir. ill. 22 ecclesiasticorum actuum texens historiam. VVLG. Sir. 35, 24 donec reddat hominibus secundum actus suos. IOSEPH. Cassiod. c. Ap. 1, 144 *Herculem* actuum magnitudine praecessisse. 2, 160. 2, 204 nosse progenitorum actiones, ut actus imitentur. PRVD. cath. 2, 108. PAVL. NOL. carm. 6, 284 veteres. 16, 26 aliosque vocasset *deus* ad actus. 19, 290 medicos operosi martyris actus. epist. 1, 6 quem in suis actibus spernunt, in nostris operibus oderunt. 27 sinit actus et sermones. CLAVD. 3, 284 Herculeos. 5, 480 cum *Rhadamanthys* gesta superni curriculi totosque diu perspexerit actus. 15, 291 ut sileam varios, mecum quos gesserit actus *Stilicho*. 17, 145. 19, 75. 20, 120. 21, 14 veteres actus primamque iuventam prosequar. Pros. 2 pr. 29 Herculis. AVG. civ. 4, 5 actuum suorum sarcinas baiulantes. 5, 2. 5, 4 tanta in actibus disparilitas. 18, 23 occultos. SVLP. SEV. chron. 2, 1, 1 prophetarum vaticiniis atque actibus. 2, 12, 1. 2, 26, 4 in cuius actibus nihil ... memoria dignum repperi. Mart. 1, 3. dial. 1, 18, 2 saeculi actibus abdicatis. 3, 11, 11. MACR. sat. 1, 24, 22 domesticorum actuum ministros. SORAN. 23 cotidianos. OROS. hist. 4, 6, 21 ad perscrutandos Alexandri actus. 7, 41, 3 sui suorumque actuum vel etiam cogitationum conscius. CASSIAN. conl. 6, 10, 4 in utroque actu triumphator. LEO M. sacram. 18, 34 pro nostris actibus. epist. 145, 12. AVELL. p. 522, 19 in me sancta synodus bonorum actuum ac clerus pastoris transtulit sortem. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 164 longioribus actibus immoratur. SIDON. epist. 4, 8, 5 votis nimirum tuis pariter atque actibus patrocinium invictum praeparaturus. 8, 7, 2 cum primum bonis actibus locus. carm. 23, 458 cuius si varios eam per actus. FAVST. REI. grat. 2, 2 humanorum actuum causa. SED. carm. pasch. 1, 281 tales deflevimus actus. ALC. AVIT. carm. 4, 340 varios. 6, 505 fortes. c. Eut. 2 p. 24, 25 in perficiendo miraculo actus divini. OREST. 70 vivam te membra docent actusque fatentur. BOET. cons. 3, 2 humanorum. 4, 6 actus ... fortunasque hominum. herm. sec. 1, 3 verbum ... cum principaliter actus passionesque significet. ENNOD. epist. 1, 9 clandestinorum actuum ... obscenitas. 2, 24. 4, 9 nemo dictum de aliquo inveniet quod in eius actibus non agnoscat. 7, 6 quod verbis destruit, actibus non vitare *quis ferat*? CASSIOD. var 1, 12, 4 bonis. 11, 40, 3 clemens. IORD. Get. 1, 1 volumina de origine actusque Getarum. 11, 69 in bonis actibus conversare. 48, 246 Ostrogothorum genealogia actusque exponere. ORIBAS. syn. 1, 6 venerios. COD. Iust. 8, 53 (54), 35, 5 d piis. LEX Burg. lib. const. 44, 2 actuum suorum vilitate. CORIPP. Iust. 4, 194 cunctorum noverat actus. ARATOR 2, 478 carnales. EVGIPP. Sev. 40, 3 iniquis. BENED. reg. 2 bonis. 4 saeculi. CORP. V 5737, 11 inlicitos. VIII 9249 pro meritis actibus. CARM. epigr. 302, 15 eximios. 623, 2 magnos. 707, 6 actibus urbanis miscebas gaudia ruris. 1414, 10 inlicitis. 1447, 12 egregiis. 1516, 14 mundanos. *nota*: CAPITOL. Aur. 6, 5 cum ... patris actibus interesset. 8, 13 omnibus rei publicae actibus incubaret. 21, 4 medios dies actibus publicis reddidit. LAMPR. Al. Sev. 29, 4. 5. 30, 1 post actus publicos. AVR. VICT. epit. 9, 15 publicisque actibus absolutio. 15, 5 ne ... actui rerum publicorum minime sufficeret. SERV. Aen. 1, 632 mos fuit ut magistratus ... in fine actus adderent 'diis honorem dico'. CASSIOD. var. 1, 3, 6 actus praefecturae recolere. COD. Iust. 6, 21, 16 apparitores qui ... magistrorum iussionibus vel actionibus obtemperant. *de navi*: CYPR. epist. 55, 28 fructum de actibus eius (*navis*) et cursibus non videbis. *πράξεις τῶν ἀποστόλων*, *cf.* actio *p. 439, 50*: ITIN. Silv. 43, 3 legitur ille locus de actus apostolorum. LVCIF. de non conven. 10. GAVDENT. 9 in principiis actuum apostolorum. AMBROS. off. 3. 18, 102 sacram. 3, 1, 2. HIER. *et* VVLG. *fere semper*. in Is. 6, 8 (96) in apostolorum actibus (*ibid.* in eisdem apostolorum actis). AVG. civ. 2, 19 per apostolicos actus. SVLP. SEV. chron. 2, 28, 1 apostolorum actus Lucas edidit. AVELL. p. 188, 8 evangelia, actus quoque et apostolus. 505, 10 apostolicorum actuum testatur historia. SED. op. pasch. 5, 35 liber eorum actuum. ALC. AV. c. Ar. 12 in actibus apostolorum (*cf.* c. Eut. 1 in apostolorum gestis). GREG. TVR. Andr. *pr.* quaedam apostolici actus narrant. *cf.* ITIN. Silv. 23, 5 lectus est omnis actus sanctae Teclae. PAVL. NOL. carm. 16, 17 liber edidit actus martyris.

3 *in re iudiciaria* **a** *de facto eius qui rem alterius agit*: SCAEV. dig. 15, 3, 20, 1 quo magis actus servorum confirmaretur, tutor spopondit. PAPIN. dig. 26, 7, 37, 1 si liber factus in eodem actu perseverat. VLP. dig. 27, 3, 1, 3 officio tutoris incumbit etiam rationes actus sui conficere et pupillo reddere. PAVL. dig. 7, 7, 1 opera in actu consistit. 14, 3, 18 institor est, qui tabernae locove ad emendum vendendumque praeponitur quique sine loco ad eundem actum praeponitur. **b** *de legis vel causae actione. cf.* actio *III 1*: PAPIN. dig. 50, 17, 77 actus legitimi, qui non recipiunt diem vel condicionem ..., in totum vitiantur per temporis vel condicionis adiectionem. VLP. dig. 49, 1, 12 si constet nullo actu ex lege habito duumvirum esse creatum. CAECIL. mort. pers. 7, 4 vicarii praefectorum, quibus ... civiles actus admodum rari, sed condemnationes et proscriptiones frequentes. SCHOL. Cic. Bob. p. 308 O. quo tempore exacto rerum actus redibat, id est agi omnia secundum civilem consuetudinem ... incipieba⟨n⟩t. COD. Iust. 8, 48 (49), 5 actus emancipationis. *cf.* QVINT. inst. 2, 10, 9 perplexae magis et longioris aliquando actus controversae fingerentur. TERT. apol. 44 vestros contestamur actus qui cotidie iudicandis custodiis praesidetis. *de novissimo iudicio*: COMM. instr. 1, 27, 1 nec mortuus effugis actus. 1, 28, 1 iustitia et bonitas ... vivere post fata faciunt et †queri de actu. 2, 21, 12 legitimus ... non sentit poenas ad actus. apol. 155 iustos per ipsos cernit ad actos.

c *i. q. acta publica*: OPTATVS p. 22, 4 quas (*litteras*) inter ceteros actus habemus in posterum. COD. Theod. 14, 13, 1 concessi gratia beneficii publicis actibus intimetur.

singulariter: PRISC. perieg. 479 cardinibus ternis laterum quam (*Siciliam*) terminat actus (DION. perieg. 467 *Τριναχίη δ' ἐπὶ τρῆσιν ... ἐκτέταται, πλευρῇσιν ἐπὶ τρισὶν ἑστηκυῖα*). 828 per totam *Asiam* medius mons ingens tenditur actu (DION. 889 *ἕως Ἰνδῶν Ἀσίην ὄρος ἄνδιχα τέμνειν*). COD. Iust. 7, 14, 6 in actu longi temporis.

opposita: *ad IIC 1*: effectus, contemplatio, consideratio, sensus, habitus, animus, cultus, iudicium, passio. *Klotz.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Āctus *cogn. vir.* CORP. II 6023 (= 3924, *Sagunti*) . . .)ecilio Acto. IX 6078, 94 (*in tegula*) Hieracis Acti, *nisi potius intellegendus* Actius. AMM. 31, 11, 3 per Actum comitem, quo per fraudem Magnentiacis militibus capto claustra patefacta sunt Alpium Iuliarum. **Āctius, -a** *nom. gent.* CORP. VI 29046 Visidia M. l. Rufa sibí et víiro L. Actio Nicomedi. IV 1646 (*cf.* add.) Chloe Acti Castresis. 2150 (*cf.* add.) *et* 2413d Acti Castresis va(le). XI 4806a (*Spoleti, periit et est dubiae fidei*) ⟨i⟩oudices C. Lucilius Q. f., P. Mucius P. f., C. Actius C. f. Spo., P. Claudius C. f. Tr. V 1054 (*periit*) L. Actius M. f. III 3688 (*periit*) Septimiae Mariae Iudeae . . . Actia Sabinilla mater. *noli hoc confundere cum eo nomine quod ex* Actium *promunturio et* Apollo Actius *originem habet.* **Āctiānus, -a** *cogn.* CORP. X 1121 (*Abellini, periit*) C. Arrio Spedio Actiano c(larissimo) v(iro). XV 4232 (*a. 149, titulus pictus amphorae montis Testacei*) Duroniae Actianae (*an* Attianae*?*). **Āctīnus** *cogn.* CORP. VI 32923b, 25 Septimius Actinu⟨s⟩.

Āctīva *nom. mul.* CORP. IX 6084, 3 (*Aeclani, in gemma*) Activa m(ater). **Āctulus** *nom. vir.* CORP. XII 632 (*in agro Arelatensi*) Aureliai Actuli f. Secundaí; *an barbaricum?* **Āctilius, -a** *nom. gent. cognominis locum habet in* CORP. VI 14448 (*periit*) Cartiliae Actiliae . . . M. Cartilius Dromo fecit filiae. **Āctōrius** *nom. gent., cf.* Fictorius *al.* SVET. Iul. 9 Curio sed et M. Actorius Naso auctores sunt conspirasse eum (*Caesarem*) etiam cum Gnaeo Pisone adulescente. CORP. XII 4509 (*Narbone, litt. saec. I incipientis*) ⟨L.⟩ Actorius L. l. Sp(h)aer⟨us*?*⟩. *errat* HIER. *cum dicit* adv. Iovin. 1, 48 M. Cato Censorius habuit uxorem Actoriam Paulam, *ubi intellegenda est* Aemilia Paulla *Catonis nurus.* *Otto.*

āctūtum *adv.* [*inc. orig. Th.*] *cito, celeriter.* GLOSS. *τὴν ταχίστην, εὐθέως, ἐξ αὐτῆς*, statim, continuo, festinanter, prope⟨re⟩, protinus, sine mora, celeriter, -ius, cito, maturatim (-um *codd.*), confestim, paulo. *Hand, Tursellinus I p. 73—74.* PRISC. gramm. III 76 actutum derivatum est ab actu id est celeritate. *ibid.* 89 *synonyma dicit* cito, propere, celeriter, actutum. *vocem cotidiani sermonis, familiarissimam* PLAVT., *exhibent bis* TER., *singulis locis* CIC. (*ubi tollunt editores*). VERG. LIV. SEN. trag. SIL. STAT. QVINT. FRONTO, *bis* OV., *quinquies* APVL., *hic illic recentiores. prima ac potissima est cum imperativis actumque praedicentibus verbis copulatio.*

1 *accedit ad verba eundi*: NAEV. trag. 22 ite actutum in frondiferos locos. PLAVT. Amph. 354 nisi actutum hinc abis. 530 redibo actutum. :: id actutum diu est. 544 actutum advenias. 969 actutum huc redi (Mil. 864 Pseud. 561 Stich. 154 Trin. 1108 Truc. 208). Asin. 705 inscende actutum. Bacch. 578 ite actutum ad fores. Capt. 950 ite actutum Tyndarum huc accersite (Merc. 741). Merc. 389 actutum abscesserit. 498 actutum face cum praeda recipias. 910 aliquis actutum hu[n]c foras exite (Mil. 1196). Mil. 359. Persa 653 actutum . . . aderit. 765 quin lectis nos actutum commendamus? Rud. 1223 Trin. 774. 983 Truc. 267. TER. Phorm. 852 congredere actutum. ACC. trag. 508 ite actutum. LIV. 29, 14, 5 *matrem Idaeam* actutum in Italia fore. SEN. Phaedr. 624 aderit sospes actutum parens. SIL. 15, 801 dum nostris manibus adsit actutum vindex. APVL. met. 7, 23 ad vos actutum redire. FRONTO p. 224 N. actutum inde balneas peteres. IVVENC. 2, 389 actutum . . . fugeret quod corpore tabes. *cf.* SIDON. epist. 3, 3, 9 actutum in patriam receptui canere festina. **2** *accedit ad alia verba*: PLAVT. Amph. 476 Amphitruo actutum uxori turbas conciet. 627 actutum nosces (Bacch. 786 Merc. 152 Nov. Atell. 47). 1002 actutum sufferet . . . poenas. 1119 iube vasa pura actutum adornari mihi (Bacch. 1118). Asin. 27 actutum istuc . . . eloquere (Persa 664 *cf.* 640 Asin. 328 Merc. 170). Bacch. 748 cedo tu ceram ac linum actutum (Capt. 838 Most. 248). 799 constringe tu illi . . . actutum manus. 1204 quam quidem actutum emoriamur. Capt. 733 Cas. 295 (Men. 218). 400 actutum virgis calefactabere. 785 Curc. 727. Men. 208 iube . . . prandium accurarier . . . atque actutum. 436. 856 eundem ex confidente actutum diffidentem *facis.* Mil. 967 vin tu illam actutum amovere? *cf.* 811. 1067 mitte me actutum. Most. 70. 71 tibi istuc credo nomen actutum fore. :: dum interea sic sit, istuc actutum sino. Most. 385 abripite hunc actutum. 604 daturin estis faenus actutum mihi? Persa 324. 656 liberta eris actutum. Poen. 346. 784 Pseud. 186. 994 propera accipere argentum actutum. Trin. 760. Truc. 219 actutum fortunae solent mutari. 631 Nerv. frg. 1. CAECIL. com. 5 actutum, voltis, empta est. TER. Ad. 634 aperite aliquis actutum ostium. [CIC. Phil. 12, 26 *non recte.*] VERG. Aen. 9, 252 tum cetera reddet actutum pius Aeneas. OV. her. 12, 207 quos equidem actutum —. met. 3, 557 quem quidem ego actutum . . . cogam. STAT. Theb. 1, 386 actutum regia cernit vestibula. QVINT. inst. 4, 3, 13 abrupto . . . sermone devertit actutum. APVL. met. 5, 24 dabunt actutum mihi poenas (6, 8). 9, 7 quin . . . lucernam . . . actutum mihi expedis? Socr. 161 *Calchas* simul alites . . . contemplatus est, ac⟨tu⟩tum (*?*) sua divinatione et tempestates flexit. PANEG. 12, 43 actutum . . . instruendo accinguntur triumpho. VOP. Aur. 14, 7 ipse actutum te iudice consularis. ANTH. 19, 11 actutum de vobis lampenam comtulam spero adiutandi. AVSON. 255, 140, 5. 18, 5 gratia actutum (aut totum *codd.*) perit. SYMM. epist. 1, 1, 4 te, simul atque haec legeris, actutum . . . plectra moturum. 1, 16, 1 actutum . . . respondi. 1, 41. 2, 64 (63), 2. 3, 43, 3 spero actutum fore. 5, 35. LICENT. 29 ferto . . . opem actutum. SIDON. epist. 1, 1, 4. 2, 9, 10 teque . . . actutum nobis invisere placet. 3, 13, 4. 6, 9, 1. 7, 2, 4. 8, 11, 3 v. 32 parato actutum hospitio. 9, 16, 2. ENNOD. epist. 4, 7 prosperitatis vestrae actutum secunda disquiro. *Klotz.*

acua *v.* aqua. **acuārius** *v.* aquarius *et l. 9.*

Acuca *opp. Italiae.* LIV. 24, 20, 8 a praetore Q. Fabio, cui circa Luceriam provincia erat, Acuca oppidum per eos dies vi captum (*a. u. c. 540*). *Otto.*

Acucēnsis, -e *v.* Aquincum.

acuclārium *ῥαφιδοθήκη* GLOSS. II 528, 49.

acuclārius (cudarius *cod.*, acuarius *Boucherie*) *ῥαφιδοποιός* GLOSS. III 309, 26.

acucula, -ae *f. ab* acus *deminutive.* GLOSS. *βελόνη, ῥαφίς*, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. *κνήστριον* scalp⟨r⟩um. aciola*?* CHIRON 2, 102. *ἀκονκλαμ* DIOSCOR. *v. infra l. 19.* acucla GLOSS. III 467, 8. cicicula (acicula*?*) V 560, 8. **1** *ῥαφίς ornamentum*: COD. Theod. 3, 16, 1 *feminam quae marito repudium misit* oportet usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere. *instrumentum medicorum*: CHIRON 2, 102 aciola (acicla *Buecheler*) nervis conligas et constringes. **2** *herba, graece σκάνδιξ*: MARC. med. 21, 6 pinus viridis aciculae contritae. DIOSCOR. (*cf. Stadler, Archiv 10, 1898, 89 et 11, 1900, 107*). PLIN. VAL. med. 2, 13 acuculas item pini viridis diligenter lectas cum vino optimo bibas.

acudēns, -tis *f.* [*cf. esse videtur c.* acus acuere aquifolium *et c.* dens. *Th.*] SCHOL. Bern. app. II ad Verg. georg. 2, 69 (inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu) quidam dicunt quod pro acudente posuerit illud Virgilius, quae est hispida et spinosa sicut et rumex, ut sit sensus: inseritur vero arbutus horrida sive acudens. *Klotz.*

Acufidēnsis *oppidi Mauretaniae Sitifensis incola.* NOT. Maur. Sit. 35 Iustus Acufidensis pr(es)b(y)t(e)r.

Acuinus *deus.* CORP. III 7889 = 1403 (*Aquis Daciae*) Acuino dom(estico) ⟨. . .⟩ Saturn⟨. . .*?*⟩ v(otum) l(ibens) s(olvit). *potest* Aquīnus *genius fuisse Aquarum, pagi Aquensis, cf. Wissowa, PW. I 337.* *Otto.*

acuitās, -ātis *f. ab* acuo. PS. GREG. M. in I reg. 5, 3, 32 acuitatem ingenii non acutam habent, sed retusam. *ibid.* velut retusa acie secant, quod per acuitatem ingenii abscindere velocius poterant. 6, 2, 18 rationis acuitas. *Dittmann.*

acula, -ae *f. deminutive ab* acus. CLEDON. gramm. V 41, 13 haec in diminutivo genus mutant, acus acula *al. cf.* 48, 13. SYMPH. anth. 286, 55 *tit.* acula (cocla *cod. Salm. i.* cucla, acucla, *unde* acla *Baehrens, var.* acus). *Klotz.*

acula *v.* aquola.

aculea *v.* aculeus.

aculeātus, -a, -um *adi. ab* aculeus. **1** ***proprie:*** *de bestiis: membra*: PLIN. nat. 10, 91 *piscium* spinis aculeatis. SOL. 12, 4 aculeatae . . . pinnae dorsuales *delphini.* AVG. epist. 130, 16 scorpius . . . ex ea parte cavendus . . . quam venenatam et aculeatam . . . habet. MARC. med. 27, 35 testam locustae, id est illam spinosam vel aculeatam, quae est iuxta caput. SERV. Aen. 6, 39 *bidentes* ne habeant caudam aculeatam (*cf. l. 55*). *ipsa animalia*: PLIN. nat. 20, 247 aculeata animalia, ut crabrones et similia. 22, 79 contra serpentium omniumque aculeatorum ictus. 23, 55. 11, 93 quiddam aculeatorum (-tarum *codd.*) linguis simile. 32, 145 *in piscium catalogo*: belonae, quos aculeatos vocamus (*cf.* GLOSS. III 437, 15 *βοόφθαλμος* aquiliata *inter piscium nomina enumerata*). 9, 158 plani piscium quibus cauda non est, aculeatique (cauda n. e. ⟨crassa⟩ aculeataque *Mayhoff, cf. l. 49*). VVLG. Ier. 51, 27 bruchum aculeatum. *nota*: PLIN. nat. 20, 223 aculeatos ictus (GARG. MART. 20) . . . praecipue scorpionum, vesparum. *cf. l. 67.* *de herbis: partes*: PLIN. nat. 12, 67 folium. 16, 90. 21, 28. 16, 38 folium mucrone aculeatum. 24, 108 foliis aculeatis per extremitates. PLIN. nat. 16, 18 bacam . . . cacumine aculeatam. 18, 156 granum . . . in cortice aculeato. 20, 172 pilosioribus ramis et aculeatis. SOL. 46, 4 *folium Medicae arboris* aculeatum spinulentis fastigiis. FVLG. myth. praef. p. 8, 16 aculeati herbarum vertices. *ipsae herbae*: 22, 76 *acanthi genus* aculeatum et crispum. 24, 182 aculeatum gramen. aculeatae (*sc. herbae*): PLIN. nat. 21, 90. 99. 22, 15. 18. 24. PLIN. nat. ind. 21, 54 aculeati generis herbae. *nota*: PLIN. nat. 21, 91 foliis (*urticae al.*) inest aculeata mordacitas. *cf. l. 57.* *generaliter*: NON. 448 sulcus omne, quicquid in longitudinem (-ne *al.*) aculeatum est (*laudantur* VARRO trisulcum fulmen. VERG. linguis . . . trisulcis). **2** ***translate:*** PLAVT. Bacch. 62 istaec lepida sunt memoratui: eadem in usu atque ubi periclum facias, aculeata sunt, animum fodicant, bona distimulant, facta et famam sauciant. CIC. Att. 14, 18, 1 satis aculeatas ad Dolabellam litteras dedi. ac. 2, 75 quorum (*Stilponis, al.*) . . . contorta et aculeata . . . sophismata. AVG. de beata vita 2, 14 contortum hoc et aculeatum.

aculeus, -ī *m.* [*cf. c.* acus, acuere, *fortasse c. anglosax.* awel awul '*fuscinula*'. *Th.*] GLOSS. *κέντρον* (*ζώου, βοῶν*). PROB. cath. gramm. IV 20, 27 *masculinum* acus: deminutio genus servat, hic aculeus, non haec aculea (*quamquam cf.* GLOSS. II 564, 8 aculea: clavis, stimulus). PRISC. gramm. II 162, 9. 259, 17 *al.* *vox hexametro non recipitur. cf.* acumen.

I ***proprie:*** **A** *bestiarum*: GLOSS. *κηφῆνος, μελίσσης, σκορπίων.* quo pungunt apes et vespae aliaque animalia eiusmodi. **1** *insectorum*: COLVM. 1, 5, 6 infestis aculeis armata . . . animalia, quae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in nos densissimis examinibus involant. PLIN. nat. 11, 96 *insecta* quae aculeis in alvo armantur (*ibid.* cui telum in ore). illis ... ultionis causa datum est, his aviditatis. 97. 100 quibusdam aculeus ... in ore (*ibid.* in cauda spiculum). 165 dentium vice ... insectis. 173 quibus ... in ore fistulosus, his nec lingua nec dentes. 20, 133 araneorum, apium, crabronum, vesparum. *apium*: CIC. Tusc. 2, 52 apis aculeum sine clamore ferre non possumus. SEN. clem. 1, 19, 3 COLVM. 9, 10, 1 PLIN. nat. 11, 27. 52. 58. 60 aculeum apibus dedit natura, ventri consertum, ad unum ictum (*cf. l. 15*). 173. *vesparum*: PHAEDR. app. 29, 8. *crabronum*: PLIN. nat. 11, 74. *muscarum*: PLIN. nat. 11, 100 hebetes neque ad punctum, sed ad suctum. HIER. vita Pauli 3 AVG. c. Iul. op. imp. 4, 129. SVET. vita Verg. p. 58 Reiff. *culicis* (*cf.* CVLEX 184 acumina. 186 telo). *in imagine*: CIC. Flacc. 41 mortuus est *testis* aculeo iam emisso ac dicto testimonio (*cf. p. 458, 23*). LIV. 23, 42, 5 te (*Hannibalem*) ad unum modo ictum (*cf. l. 9*) vigentem velut aculeo emisso torpere. CVRT. 4, 14, 13 quae (*temeritas*) ubi primum impetum effudit, velut quaedam animalia emisso aculeo torpet. AMM. 17, 4, 11 *Aegyptii* per ... speciem apis ... indicant regem, moderatori cum iucunditate aculeos quoque innasci debere ... ostendentes. *scorpionum*: CIC. fin. 5, 42 cornibus uti boves videmus, nepas aculeis. PLIN. nat. 11, 87. 163. 20, 133. 30, 100. SOL. 52, 37 *mantichorae* cauda velut scorpionis aculeo spiculata. VVLG. apoc. 9, 10. *Scorpionis sideris*: VITR. 9, 5, 1 FIRM. math. 8 p. 102 v. col. 2 in. *ed. pr.* MACR. sat. 1, 12, 11 aculeo velut potentissimo telo pars armata posterior. MART. CAP. 8, 830. 835 SCHOL. Germ. Bas. p. 63, 9. 64, 10. SCHOL. Arat. lat. *passim*. (*scorpionis herbae v. l. 58, scorpionis ballistae l. 45.*) *in imagine*: AMM. 29, 2, 6 Heliodorus ... iam funebres aculeos excitabat. **2** *piscium*: CELS. 6, 9 p. 247, 11 plani piscis, quam ... *τρυγόνα* Graeci vocant (*cf.* PLIN. nat. 9, 155 radius super caudam eminens trygonis). PLIN. nat. 9, 25 pennae aculeos velut vagina condens *delphinus*. 100 *echini marini* detritis saepe aculeis inveniuntur. 155 araneus spinae in dorso aculeo noxius. 32, 148 draco ... aculeos in branchiis habet. GREG. TVR. virt. Mart. 3, 1 *i. q. spina piscis*. **3** *aliorum animalium*: COLVM. 8, 2, 8 gallina ... calcis aculeis ova perfringit. PLIN. nat. 8, 125 hystricis (SOL. 30, 28 assiduis aculeorum nimbis canes vulnerat). 133 *et* 135 irenacei. 9, 54 *bestiola* se ... thynno sub pinna adfigit aculeo. 128 lingua purpurae ... qua pascitur perforando reliqua conchylia. tanta duritia aculeo est. 132. 130 *genus purpurae* clavatum ... ad turbinem usque aculeis in orbem septenis fere. **B** *instrumentorum*: GLOSS. stimulus. *κέντρον βοῶν*. ferreus. in aculeis (RVFIN. hist. eccl. 8, 10 *ubi* ecculeis) in ferris ligno in terra posito infixis et curvis. LIV. 38, 21, 10 sagittae aut glandinis. COLVM. 7, 3, 5 pastores ... tabulam *ad arietis frontem religandam* configunt aculeis. PLIN. nat. 19, 17 stuppa ... pectitur ferreis aculeis. AMM. 23, 4, 7 *ballista* scorpio appellatur, quoniam aculeum habet desuper erectum. 23, 4, 12. VEG. mil. 3, 24 ut in bracchiis *militum contra elephantos immissorum* aculei ingentes ponerentur e ferro. COD. Theod. 8, 5, 2 (*a. 316*) flagro, cuius in cuspide infixus brevis aculeus pigrescentes artus *iumentorum* innocuo titillo poterit admonere. OROS. hist. 4, 2, 5 *malleolo* uncis insuper aculeis tenaces. *in imagine*: PACIAN. epist. 2, 3 quasi aculeo fixus erigeris.

C *plantarum*: **1** *herbarum*: PLIN. nat. 22, 17 (*de natura*:) herbas muniendo aculeis telisque armando. *urticae*: COLVM. 8, 14, 8 PALLAD. 1, 30, 3. *cf.* PLIN. nat. 21, 93 sine ullis spinarum aculeis (*cf. l. 66*) lanuginem *urticae* ipsam esse noxiam. *carduorum*: PLIN. nat. 20, 262 *scolymi, item* 21, 96 *et* 22, 86 foliorum. *trifolii acuti*: SCRIBON. 163 in extrema parte *foliorum*. 165 in extremo *seminis*. *aliarum*: PLIN. nat. 21, 94 chamaeleon in foliis non habet aculeos. 22, 39 scorpio herba ... in cacumine aculeum habens et inde nomen. 24, 182 in cacumine *graminis aculeati* aculei ... quini. **2** *arborum*: *foliorum*: COLVM. 6, 3, 7 ilignea *folia* ... sed eius generis, quod spinas non habet. nam id quoque, uti iuniperus, respuitur a pecore propter aculeos. PLIN. nat. 13, 29 *palmae* foliorum aculeo (*cf.* 30 folia cultrato mucrone). *v. etiam l. 66*. *spinarum*: *ruborum*: PLIN. nat. 16, 176. 24, 124. 12, 33 spina *quaedam Ariana* difficili accessu propter aculeos adnexos (adnixo, anxio *al.*). 13, 62 aculei spinarum (*cf. l. 54*) et in foliis. APVL. met. 7, 18 ut *spinae* funestis aculeis infeste me convulnerarent. *in imagine* (*cf. II A 2 b*): APVL. flor. p. 89 Oud. haec sophistarum argumenta obversa invicem vice spinarum, quas ventus convolverit, inter se cohaerere, paribus utrimque aculeis, simili penetratione, mutuo vulnere. **D** *generaliter*: PLIN. nat. 20, 128 *semen nasturcii* extrahit ... corpori aculeos. 20, 223. 22, 107 aculeos et omnia infixa corpori. 22, 159. 24, 87. *in imagine* (*cf. p. 458, 25*): CELS. 8, 4 p. 235 *ext.* interdum ... ex fractura quibusdam velut aculeis pungentibus. 8, 10, 7 p. 350 fractura quibusdam velut aculeis carnem vexat.

II ***translate***: **A** *rerum animum pungentium*: *cf.* PLAVT. Trin. 1000 iam dudum meum ille pectus pungit aculeus, quid illi negoti fuerit ante aedis meas. *orationis*: *pungit animum* **1** *perstringendo*: CIC. Verr. 4, 95 habet ... quendam aculeum contumelia, quem pati ... viri boni difficillime possunt. de orat. 2, 222. Sull. 47 noli aculeos orationis (*cf. p. 458, 15*) meae, quia reconditi sunt, excussos arbitrari. Planc. 58 aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, ... mihi non ingrati acciderunt. ad Q. fr. 2, 1, 1 *in oratione* non nulli aculei in Caesarem. Brut. 173 *orator* in altercando cum aliquo aculeo et maledicto facetus. **2** *incitando*: **a** *affectus*: CIC. de orat. 3, 138 tantam in eodem (*Pericle*) vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. Brut. 38 VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 PLIN. epist. 1, 20, 18 (*v. l. 63*). CIC. orat. 62 horum (*philosophorum*) oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac forenses habet ... sedare animos malunt quam incitare. de orat. 2, 64. LIV. 45, 37, 11 haec (*dicta*) sicut ad militum animos stimulandos aliquem aculeum habeant. SEN. dial. 9, 1, 12 lectio fortior erexit animum et aculeos subdiderunt exempla nobilia. **b** *iudicium*: CIC. part. 60 quorum (*contrariorum positorum*) aculei pungent. ac. 2, 98 istos aculeos et ... tortuosum genus disputandi. fin. 4, 7 *Stoici* pungunt quasi aculeis interrogatiunculis angustis. PLIN. epist. 2, 19, 4 auditorum intentio relanguescit, nullis extrinsecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata (*cf. l. 30*). SYMM. epist. 7, 9 orationis (*cf. p. 457, 82; syn.* acuminibus atque sententiis) FIRM. math. 1, 2, 12 syllogismorum. 1, 3, 4 argumentorum (*cf. p. 457, 68*). HIL. in psalm. 63, 4 disputationum. AMBR. Ios. 9, 46. IVL. SEV. rhet. 356, 13 *Attici* pure inter res ipsas aculeosque versantur. *rerum gravium*: amaritudinis: SCHOL. Cic. Bob. p. 265, 36 B. asperitatis: *ibid.* 332, 17 *et* 363, 31 *cf.* 284, 19. 300, 14. auctoritatis: COD. Theod. 16, 5, 35. legis: *ibid.* 9, 36, 1 Nov. Theod. 2, 15, 2, 1. severitatis: CIC. Cluent. 152 *cf.* Cael. 29. testimonii: CIC. Flacc. 86 (*cf. p. 457, 14*). ultionis: VAL. MAX. 9, 10 *pr.* vigoris: COD. Theod. 2, 1, 3. *affectuum*: amoris: AMBR. Ios. 10, 57. doloris (*cf. p. 457, 74*): PANEG. 10, 12 HIER. epist. 108, 1 AVG. civ. 5, 20 (*cf.* IVL. VAL. 1, 6 cum ... secundis aculeis [*i. impetu dolorum*] pulsaretur mulier *parturiens*). irarum atque indignationum: ARNOB. nat. 1, 26 (indignationis IOH. II epist. 2 Migne 66, 19). PLIN. epist. 3, 15, 3 iudicii (*v. l. 69*). 4, 5, 3 Rhodii ... comparationis (*sc. inter Aeschinem et Demosthenem*) aculeis excitabantur (*cf. l. 15*). GELL. 5, 15, 9 talis argutae delectabilisque desidiae aculeos cum audiremus vel lectitaremus. **B** *rei sensus pungentis*: SIDON. epist. 9, 11, 9 cuius (*radii solaris*) lucis aculeo ... penetratur ... harena.

apud christianos: **1** *proprie*: Mortis (*cf. I Cor. 15, 55. 56* *κέντρον*, VVLG. stimulus). TERT. resurr. carn. 51 PACIAN. bapt. 4 AVG. civ. 13, 5. 20, 17. HIL. in psalm. 118 gimel 6 p. 381 (*v. l. 70*). AMBR. fug. saec. 9, 57 HIER. epist. 36, 8 (*v. l. 71*). *cf.* GLOSS. peccatum. **2** *translate*: carnis: HIER. epist. 22, 5 (et incentiva vitiorum, *item* in Gal. 6, 10 Migne 26, 432 commotionis aculeos et i. v.). CASSIAN. inst. 6, 4, 1. concupiscentiae: GREG. TVR. virt. Mart. 3, 42. conscientiae: HIER. epist. 98, 25 *cf.* AVG. in psalm. 36 serm. 2, 11. cupiditatum: HIL. in psalm. 66, 7. 91, 9. infirmitatis nostrae: HIL. in psalm. 118 aleph 8 p. 364. inlecebrarum: HIL. in psalm. 63, 6. paenitendi: AVELL. p. 125, 14. pietatis: AMBR. Abr. 1, 8, 67. *nota*: TERT. pudic. 14 *apostoli* invidia (*i.* indignatio) humilitatis aculeus.

iunguntur verba (*sollemniora*): aculeo pungere: CIC. part. 60 fin. 4, 6 CELS. 8, 4 p. 355 ext. PLIN. nat. 21, 96 PLIN. epist. 1, 20, 18 (*v. l. 63*) AMBR. Abr. 1, 8, 67 (*et* stimulare). compungere: COLVM. 8, 14, 8 AMBR. Ios. 10, 57 CANON. 35 (Migne 56, 576). *cf.* PLIN. nat. 11, 100 (*v. p. 457, 11*). stimulare: AMBR. Abr. 1, 8, 67 (*et* pungere). AVG. c. Iul. op. imp. 4, 129 *cf.* COLVM. 7, 3, 5 LIV. 45, 37, 11. exstimulare: PLIN. nat. 9, 132. *cf.* excitare: PLIN. epist. 2, 19, 4. 4, 5, 3. pulsare: IVL. VAL. 1, 6. urere: LIV. 38, 21, 10. adurere: GREG. TVR. virt. Mart. 3, 42 *cf.* MART. CAP. 9, 888, 19 incenso ... aculeo *Stimula*. aculeum convertere: CIC. Flacc. 86. erigere: CIC. Cael. 29 (dirigere COD. Theod. 16, 5, 35). excitare: AMM. 29, 2, 6. emittere: CIC. Cael. 29 *et* CIC. LIV. CVRT. *p. 457, 14 sqq.* exserere: AMM. 23, 4, 12 COD. Theod. 2, 1, 3. intendere: ARNOB. nat. 1, 26. infigere: PHAEDR. app. 29, 8 PLIN. nat. 11, 60 (conf- *M, syn.* adacto) *cf.* 22, 107 PLIN. epist. 1, 20, 18 (*v. l. 63*). figere: SVET. vita Verg. p. 58 Reiff. PACIAN. bapt. 4 AVG. c. Iul. op. imp. 2, 7. adfigere: PLIN. nat. 9, 54. relinquere (*sc.* in vulnere): CIC. VAL. MAX. (*v. l. 2 sqq.*) SEN. clem. 1, 19, 3. PLIN. epist. 1, 20, 18 relinquere ... aculeum in audientium animis is demum potest, qui non pungit, sed infigit. evellere: CIC. Cluent. 152 PLIN. epist. 3, 15, 3 (*ibid.* extorquere). *cf.* CIC. Sull. 47 (*p. 457, 81*).

adiectiva: acer (*v. p. 357, 38*). *cf.* FIRM. math. 1, 3, 4 argumentorum suorum aculeos ... exacuit. acerbus: NOV. Theod. 2, 15, 2, 1. molestus: HIL. in psalm. 63, 4. hebes: PLIN. nat. 11, 100 (*cf.* PLIN. epist. 3, 15, 3 non ... ut ... aculei iudicii mei ... refringantur: hebetentur fortasse et paulum retundantur. HIL. in psalm. 118 gimel 6 p. 381 *mortis* aculeo ... obtuso. AMBR. fug. saec. 9, 57. HIER. epist. 36, 8 mortis ... aculeum esse confractum). eminens: SCRIBON. 163. rectus: PLIN. nat. 24, 124. erectus: AMM. 23, 4, 7. uncus: OROS. hist. 4, 2, 5. ferreus: PLIN. nat. 19, 17 *cf.* VEG. mil. 3, 24. *Dittmann.*

synonyma (*ad I A poetis*): acumen, telum, spiculum.

Aculeo, -ōnis *cogn.* C. Furius Aculeo *L. Scipionis Asiatici in bello contra Antiochum gesto quaestor* LIV. 38, 55, 5. C. (Furius) Aculeo *eq. Rom. iuris peritissimus, qui M. Ciceronis materteram in matrimonio habuit* CIC. de orat. 1, 191. 2, 2. 262. Brut. 264.

Aculla *nom. mul., cf.* Aconius *sub* Acc-. CORP. V 2568 (*Ateste*) M. Arri M. l. El⟨e⟩gantis, Acullae matri. *Otto.*

1 *de animo* (*cf. etiam 2 et 4*): *accedit ad verba* **a** *cogitandi, investigandi*: cogito: CIC. off. 1, 156. *nota*: NEP. Dat. 6, 8 quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum neque celerius factum usquam legimus. colligo: CIC. Deiot. 33 de orat. 1, 243. concludo: CIC. fin. 1, 39. Tusc. 1, 78 aliquo ... acute concluso. conicio: CIC. Brut. 53 acute arguteque. *cf.* coniectura assequor div. 2, 12. distinguo: CIC. top. 31. divido: CIC. Brut. 303. excogito: RHET. Her. 2, 13. indago et odoro: CIC. Verr. 3, 135 acutissime (accuratissime *Lg. 42*). intellego: AMM. 25, 1, 5 acutius (*V*, ocius *b*). AVG. civ. 8, 4 p. 326 D. acutius atque veracius. invenio: CIC. Brut. 35. 202 nat. deor. 1, 49. puto: CIC. fin. 4, 63. reperio: RHET. Her. 4, 69 acute et cito. **b** *dicendi, scribendi*: argumentor: AVG. civ. 22, 4 p. 557 D. dico: CIC. de orat. 1, 94 acute atque dilucide. 2, 256. 340 breviter et acute et hilare dicto (epist. 9, 16, 3 acute aut facete dictorum. QVINT. inst. 6, 3, 7 acute ... ac venuste). orat. 99 acute et veteratorie. fin. 3, 47 nat. deor. 3, 25. SVET. gramm. 4 diligenter ... et acute scienterque ... dicere aut scribere. HYG. astr. 4, 1. disputo: CIC. Tusc. 5, 28. div. 1, 7 acute et copiose. disserō: CIC. fin. 3, 2 nec acutissime nec abscondite. 4, 62. Tusc. 4, 48 prudenter acuteque. leg. 3, 14. explano (coniectura): CIC. de orat. 2, 280 acute atque concinne. explico: CIC. ac. 1, 7. off. 1, 16 acutissime et celerrime ... et videre et explicare rationem. interrogo: CIC. Flacc. 82. loquor: CIC. Brut. 108 prudenter et acute. Att. 13, 12, 3. frg. E 2, 1 *M.* facete et breviter et acute. reprehendo: QVINT. inst. 5, 13, 34. respondeo: CIC. Cael. 19 acute arguteque. Lael. 6 multa *Catonis* responsa acute. scribo: CIC. Verr. 3, 20 acutissime ac diligentissime. ac. 2, 69. *v. etiam l. 48.* **c** *agendi*: defendo: CIC. div. 2, 150 acutissime ... prudentissimeque. iacio: AVG. doctr. christ. 4, 5, 7 haec ... in iis, quae eloquendo agunt ..., cum alii faciant obtuse, deformiter, frigide, alii acute, ornate, vehementer. resisto: CIC. ac. 2, 28. teneo (morem): CIC. Tusc. 5, 11 acutissime copiosissimeque. tracto (argumentationes): CIC. inv. 2, 51 tenuius et subtilius et acutius. transfero (*oratorias* argutias in tragoedias): CIC. Brut. 167. utor (*sc.* proportione): VARRO ling. 10, 42. versor (in quaestione): CIC. Tusc. 4, 11. **d** *verbum omittitur*: CIC. Phil. 13, 36 Tusc. 3, 10 fat. 23. **2** *de sensu*: CIC. div. 1, 65 sagire ... sentire acute est. FEST. 254. *videndi*: cerno: LVCR. 4, 802. 810 SOL. 12, 3 AMM. 22, 15, 20. intueor: AVG. civ. 16, 23 (*ibid.* acerrime cernentibus). *translate de animo* HIER. epist. 98, 3. perspicio (*translate de animo*): CIC. Att. 10, 8, 7. video: SOL. 32, 28 *crocodili* in aqua obtunsius vident, in terra acutissime. *translate de animo* CIC. de orat. 1, 116 acutius atque acrius. 3, 31 Brut. 227 ac. 2, 77 fin. 5, 78. *cf. etiam l. 52.* CAEL. Cic. epist. 8, 4, 1. *audiendi*: SOL. 19, 11 cervi ... rectis auribus acutissime audiunt. *odorandi*: *cf. l. 39.* **3** *de sono*: CIC. rep. 6, 18 ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. DON. Ter. Hec. 85 'me' acutius proferendum. SERG. in Don. gramm. IV 484, 5 acute producens. BEDA gramm. VII 229, 16 cum acute dicitur 'pater'. FRG. Bob. gramm. VII 540, 6. **4** *de motu*: *corporis*: PAVL. FEST 22 aquila ... ab acute volando. *animi*: CIC. epist. 15, 21, 4 acute movebatur. AVG. epist. 138, 20. *cf.* peracute, acutule. **5** *de sapore*: CASSIOD. var. 12, 4, 6 quod acute sapit, quod cito reficit. **6** *de medicaminis efficacitate*: ORIBAS. syn. 1, 17 agaricus purgat fleuma et cholera (καθαίρει φλέγμα καὶ χολήν), sed non acute (ὀξέως). *nota*: AVG. gen. ad litt. 8, 15 init. frustra ... nonnulli acute obtunsi sunt, cum requirunt.

subst. **acūtum**, -ī (acūta, -ōrum). *cum genet.*: HOR. carm. 4, 4, 76 acuta belli (periculosissima PORPH.). *cf. etiam p. 464, 29. absol.*: VARRO frg. 55 Wilm. p. 181, 7 cum pars verbi aut in grave deprimitur aut sublimatur in acutum. AMM. 25, 4, 22 barba in acutum desinente. MACR. sat. 1, 17, 67 prolixa in acutum barba. PHYSIOGN. 106 scapulis in acutum eminentibus. 81 (*cf. p. 463, 82*).

subst. **acūtus**, -ī *m.* GLOSS. III 313, 23 ἧλος acutus (*antecedit* ἧλος clavus). GLOSS. Plac. V 12, 17 = V 55, 24 clavus interdum acutus, interdum gubernaculum. V 11, 11 = V 51, 12 calcaria sunt acuti, qui in calce hominis ligantur ... ad stimulandum equos. GROM. p. 322, 1 acutum cyprinum. ISID. orig. 19, 34, 13 clavati quasi calivati (chalybati *Arev.*), eo quod minutis clavis, id est acutis sola caligis vinciantur. DIOSC. 5, 98 de acutis id est de clavibus navium. 5, 100 ex acutis cyprinis (ἐκ τῶν κυπρίων χαλκουργικῶν ἧλων). SERV. auct. Aen. 4, 262 *ext.* ensem ... 'stellatum' ... pro 'clavis (*sic cod. Ambros.*, acutis *Floriac.*) aeneis vinctum'. *cf. ital.* agudo. *Heraeus, Hermes 34 (1899) 167.* *subst.* **acūta**, -ae *f.* GLOSS. acuta: ὀξεῖα. BOET. mus. 4, 4 p. 312, 2 Fr. (*de musicis notis*:) hyperboleon diatonos ... my graecum habens acutam et pi deductum habens acutam ⊓′. nete hyperboleon iota habens acutam (-tum *Monac. 14523 et 18480*) et lambda iacens habens acutam (-tum *Monac. 14523*). <.

derivata, composita verbi: acuitas, acumen, acutela, acutor; exacuo, praeacuo. *adiectivi*: acuto, acutulus; peracutus, acutiangulum. *Dittmann.*

ὀξυποδία **acupedium** addensatio GLOSS. II 384, 56. 18, 47 aquipedum ὀξυποδία. 528, 39 aucupadium oxypodia.

acupedius. [*vocabuli compositi membrum prius potius cf. esse videtur c.* ocior, *gr.* ὠκύς, *ind.* āśúḥ 'celer' *quam c.* acuere acus. *Th.*] PAVL. FEST. 9 acupedius dicebatur, cui praecipuum erat in currendo acumen pedum.

acupes GLOSS. V 605, 56 ad eundum acutum pedem habens (*ubi* naucupes *cod.*) *cf.* ὠκύπους. V 44, 15 acu pedum velocitate pedum, acumine (agmine *codd.*: acupedum agmine velocitate pedum *Bücheler*: acupedius a pedum acumine; acupedium velocitas pedum *Nettleship, parum probabiliter; an* acumine pedum velocitate pedum*?*).

acūpictūra, -ae *f.* CAES. AREL. reg. ad virg. 42 (Migne 67, 1116) plumaria et acupictura et omne polymitum ... numquam in monasterio fiant. *cf.* acu pictus *sub* acus *I 4.* *Klotz.*

Acurio, -ōnis *nom. vir.* CORP. VII 1336, 12 (*Londinii*) Acurio f(ecit). INSCR. Schuermans, Sigl. figul. 51 (*Caesaroduni*) Acurioni(s) m(anu). *Otto.*

acus, -eris *n.* [*cf. c. got.* ahs 'spica', *lituan.* akũtas 'arista', *gr.* ἄχοστη (κριθὴ παρὰ Κυπρίοις Hes.). *Th.*] PAVL. FEST. 9 (*cf. l. 71*). PRISC. gramm. II 162, 17 'hoc acus', huius aceris quod Graeci σκύβαλον dicunt, id est purgamentum frumenti. PROBI app. gramm. IV 200, 23 acerbum immaturum significat, acervum vero acerum esse demonstrat. GLOSS. ἄχυρον purgamentum frumenti, σίτου λέπυρα, palea miliacea. *plur. fem.* acus COLVM. 2, 10, 14; aceres GLOSS. II 13, 29.

CATO agr. 37, 2 stercus unde facias. stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem iligneam querneam. 54, 2 *ad pabulum boum* paleas triticeas et hordeaceas, acus fabaginum, ⟨de⟩ vicia vel de lupino. VARRO ling. 5, 167 quod in eas acus (ea sagus *F*) aut tomentum aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. rust. 1, 52, 2 quod levissimum est in eo (*frumento trito*) atque appellatur acus. 1, 57, 1 parietes ... loricandum ... ex argilla mixta acere e frumento et amurca. 2, 9, 12 substernitur eis (*canibus*) acus (3, 9, 8). 3, 9, 12 *ova qui volunt diutius servare*, condunt in furfures aut acus. COLVM. 2, 10, 14 durissimae quidem acus reiectae separataeque erunt a cudentibus, minutae vero ... aliter secernentur. PLIN. nat. 18, 99 acus vocatur, cum per se pisitur spica tantum, aurificum ad usus, si vero in arca teritur cum stipula, palea.

derivata: acerale aceratus acerosus.

acus, -ūs *f. et m.* [*cf. c. armen.* aseln 'acus' *et c.* acies acer acēre. *Th.*] [*wal.* ac, *it.* ago. *M.-L.*] PAVL. FEST. 24 acies, acumen, acus et acuere dicuntur ab ἀχόνη, quam Latine dicimus cotem. 9 acus dicitur, qua sarcinatrix vel etiam ornatrix utitur. paleae etiam quaedam de frumento acus dicuntur; exercitus quoque instructio, quod ea pars militum vehementissima est ad hostem vulnerandum acumine telorum. totum autem ex Graeco sermone trahitur, quoniam sarcire apud illos ἀκέσασθαι dicitur. PRISC. gramm. II 262, 13 forsitan ... acus ab acutu. GLOSS. ῥαφίς, βελόνη, περόνη, βοῦκλα (*immo* κοῦκλα), calamistratorium. *de genere*: PRISC. gramm. II 259, 9 acus etiam quartae est, quod tam masculinum quam femininum invenitur. II 162, 10 *inter masculina* acus, unde aculeus diminutivum, teste Probo (*cf.* gramm. IV 20, 27 deminutio genus servat. hic aculeus, non haec aculea), sed in usu frequenter haec acus invenimus. *masc. commendant* CLEDON. gramm. IV 41, 13 haec in diminutivo genus mutant: acus acula. PHOC. *ibid.* 420, 5 CHAR. gramm. I 45, 6 GRAMM. IV 573, 21. *fem.* GRAMM. suppl. 47, 21.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. 192, 12 si masculini generis sit . . ., acus aci aco *declinatur* (acos '*pars codd.*' MART. 10, 37, 6. aco CHIRON 5, 508 VIRG. gramm. p. 31, 18). *masc. exhibet inter auctores solus* PLIN. nat. 26, 5 evulso acu (*ubi tamen* -su *V*, -sa *E*. *alibi apud* PLIN. *fem.*). acu *dat.* PLIN. nat. 28, 179 (aco RV^1, acu V^2, acui *vulg.*). acuum CELS. 7, 16 p. 293 D. acubus *ibid.* p. 294 D.

I *i. q.* ῥαφίς, βελόνη *instrumentum*: CIC. Scaur. 20 neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram (*cf.* HIER. adv. Ruf. 3, 42 linguam veriloquam discriminali acu confoderunt). VARRO rust. 1, 48, 1 arista, quae ut acus tenuis longa eminet e gluma. PLIN. nat. 28, 179 reperitur in latere leporis os acu simile. **1** *pungendi figendique instrumentum*: CIC. Mil. 65 quod (*vulnus*) acu punctum videretur. OV. am. 3, 7, 30 medium tenuis in iecur egit *saga* acus (epist. 6, 92). fast. 2, 577 quod acu traiecit aena. QVINT. inst. 2, 20, 3 grana ciceris ex spatio distante missa in acum continuo et sine frustratione inserebat. AVG. c. Faust. 8, 2 argute sibi videtur velut acu linguae divinarum scripturarum firmamenta conpungere. *imprimis medicorum*: CELS. 5, 28, 4 acu pusulae . . . aperiendae. 5, 28, 19 incidi . . . cutis debet aut acu pungi. 6, 18, 9 *capitulum per haemorrhoiam factum* acu conpungendum. 7, 7, 12 *clavos* ad imam radicem perforare acu commodissimum est. 7, 7, 14 p. 280 D. acus admovenda est *oculo*. 7, 8 p. 284 D. traicere id cavum celeriter candente acu satis est (7, 9 p. 285. 7, 14 p. 291 D.). 7, 22 p. 303 acus . . . oram vulneris perforat. 7, 30, 3. PLIN. nat. 26, 5 hic vero *obiit* pollici laevae manus evulso acu (*cf. supra l. 4*) ab semet ipso, tam parvo ⟨volnere⟩, ut vix cerni posset. 28, 198 fimumque ad eum usum acus aereae punctu[s] tolli iubent. 30, 28 vitiligines . . . acu conpunctas. 30, 31 cocleae acu transfossae. 32, 75 inutilibus pilis exemptis acu. PALLAD. 1, 27, 2 *grana sub oculis* nisi acu leviter apertis pellibus auferantur. CHIRON 5, 508 ante pungentes aco aut grafiolo loca. MARC. med. 8, 50 oculos erues acu cuprea. *cf.* HIER. epist. 112, 13 qui nostro vulnusculo medendum putas, quod acu foratum, immo punctum, ut dicitur huius sententiae medearis vulneri, quod lancea et . . . phalaricae mole percussum est. **2** *crinium comendorum instrumentum* (discerniculum), *quod* hasta recurva *est* OV. fast. 2, 560. OV. am. 1, 14, 15 non acus abrupit, non vallum pectinis illos (*capillos*). 1, 14, 30 erudit admotas ipse capillus acus. ars 1, 510 *Theseus* a nulla tempora comptus acu. SIL. 15, 26 fronte decor quaesitus acu. QVINT. inst. 2, 5, 12 inustas comas acu comentibus. IVV. 6, 497 admotaque lanis emerita quae cesset acu. SERV. Aen. 12, 100 calamistrum est acus maior, quae calefacta et adhibita intorquet capillos. CLAVD. 10, 284 *Venus* ipsa caput *nuptae* distinguit acu. Pros. 2, 16 *Veneri* multifidos crines sinuatur in orbes Idalia divisus acu. **3** *crinium retinendorum ornandorumve instrumentum*: PETRON. 21 Psyche acu comatoria . . . mihi . . . malas pungebat (*cf.* OV. am. 1, 14, 17 nec umquam bracchia derepta saucia fecit acu. ars 3, 239 odit quae sauciat ora unguibus et rapta bracchia figit acu. PAVL. FEST. 52 cnasonas, acus quibus mulieres caput scalpunt). MART. 2, 66, 1 unus de toto peccaverat orbe comarum anulus, incerta non bene fixus acu. 14, 24 splendida ne madidi violent bombycina crines, figat acus tortas sustineatque comas. SEPT. SER. frg. 1 aut zonulam aut ricam aut acum. APVL. met. 8, 13 mulier acu crinali capite deprompta (dempta *fort. F*) Thrasylli convulnerat tota lumina. VLP. dig. 34, 2, 25, 10 *inter ornamenta muliebria* acus cum margarita, quam mulieres habere solent (VVLG. Is. 3, 22). SERV. auct. Aen. 7, 188 septem fuerunt pignora quae Romanum imperium tenerent: acus (aius *F*) matris deum. HIER. in Is. 3, 22 habent acus mulieres quibus ornatorum crinium compago retinetur (ISID. orig. 19, 31, 9 acus sunt, quibus in feminis ornandorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant). **4** *suendi instrumentum*: HYG. fab. 274 Belone prima acum reperit quae graece βελόνη appellatur. PACIAN. epist. 3, 25 *vestis* sinu plicante subsuitur aut acu inserente reparatur. *apud medicos*: CELS. 5, 26, 23 quo saepius acus corpus transsuit. 5, 26, 24 extrema pars eius (*fasciae*) inferioribus acu adsuenda est. 7, 7, 4 *debet medicus* levare unguem eumque acu traicere linum trahente. 7, 7, 8 quidam aiunt acu transsui iuxta pilos exteriorem partem palpebrae oportere. 7, 7, 8 totiens acu traiecta. 7, 7, 11 ad ipsas radices per medium transsuere acu duo lina ducente. 7, 17, 1 per acum duobus linis . . . inmissis. 7, 21, 1. 7, 25, 2 cutis acu filum ducente transsuitur. HIER. epist. 64, 10 haec feminalia . . . solere, postquam invisa fuerint, acu consui. 64, 13 ut nulla acus vestigia forinsecus appareant. *praecipue in arte phrygionia*: TITIN. tog. 4 frygio fui . . . reliqui acus aciasque ero atque erae (*cf.* PETRON. 76 *v. infra p. 470, 33*). VERG. Aen. 9, 579 pictus acu chlamydem. 11, 777 pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum. OV. met. 6, 23 seu pingebat acu *Arachne*, scires a Pallade doctam. SEN. Herc. O. 665 nec Maeonia distinguit acu, quae Phoebeis subditus euris legit Eois Ser arboribus. PLIN. nat. 8, 196 acu facere id (*vestes pingere*) Phryges invenerunt. VAL. FL. 2, 410 *Hypsipyle* servati genitoris conscia sacra pressit acu currusque pios. 6, 526 barbarica chlamys ardet acu. SIL. 7, 79 ferimus . . . pulchrum . . . et acu et subtegmine fulvo, quod nostrae nevere manus, venerabile donum. 15, 427 *antrum* acus simulavit in ostro. MART. 8, 28, 17 Babylonos picta superbae texta, Semiramia quae variantur acu. 14, 150 victa est pectine Niliaco iam Babylonos acus. 9, 13, 3 nomen Acidalia meruit quod harundine pingi, quod Cytherea sua scribere gaudet acu. LAMPR. Heliog. 27, 4 ita ut de acu aut de textili pictura exhiberentur *mantelia*. CLAVD. 8, 590 auget acu meritum picturatumque metallis vivit opus. Pros. 1, 247 hic elementorum seriem sedesque paternas insignibat acu. carm. min. 27, 86 pertusam murice vestem Assyria signatur acu. CORIPP. Iust. 1, 280 subiectasque ordine gentes pictor acu tenui multa formaverat arte. CARM. epigr. 1150 pictor acu . . . notus in arte sua. *fort. huc pertinet* EDICT. Diocl. 7, 49 centunclum primum ornatum ab acu. *coaluit fere* acu pictus *cf.* acupictura: AVG. quaest. in hept. II 177, 11 (exod. 27, 16) *tegumen* de hyacintho et purpura et cocco neto et bysso torta, varietate acu picta. *ibid.* ut *velamen* opere acu picto quattuor illis coloribus variaretur. 177, 12 *et* 18. ISID. orig. 19, 22, 22 acu picta vestis, acu textilis vel acu ornata eadem et Phrygia. **5** *varii usus instrumenta*: *laxandi texta*: LVCAN. 10, 141 candida Sidonio perlucens *Cleopatra* pectora filo, quod Nilotis acus conpressum pectine Serum solvit et extenso laxavit stamina velo. MART. 11, 45, 5 oblinitur minimae si qua est suspicio rimae punctaque lasciva quae terebrantur acu. *findendi folia papyri*: PLIN. nat. 13, 74 praeparatur ex eo (*papyro*) charta diviso acu in praetenues . . philuras. *similiter* 25, 53 *medullam* acu in longitudinem findebant. IVV. 2, 93 ille supercilium madida fuligine tinctum obliqua producit acu. MORET. 11 producit acu stuppas umore carentes *ad ignem excitandum*. CARM. de dieb. Aeg. (poet. min. V 58, 8) **17** quinta *dies* Novembris acus *est, h. e. pro instrumento quo facile quis laeditur*. MARC. med. 8, 59 in lamella aurea acu cuprea scribes ὀρνω ὀυρωδη. BENED. reg. 55 dentur ab abbate omnia quae sunt necessaria id est . . . graffio, acu, mappula (*qualis acus sit nescio*). *in fibula*: TREBELL. Claud. 14, 5 fibulam auream cum acu cyprea unam. PALLAD. 1, 42, 2 *inter instrumenta agrestia* acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur. **6** *proverbialiter*: PLAVT. Men. 238 si acum credo quaereres, acum invenisses, si appareret, iam diu. Rud. 1305 tum tu mendicus es? :: tetigisti acu. PETRON. 76 ab acia et acu mi omnia exposuit. MART. 8, 71, 10 nonus *annus* acu levius vix cocleare tulit (*vix spectat ad* acus, -eris). VVLG. Matth. 19, 24 facilius est camelum per foramen acus transire (Marc. 10, 25 Luc. 18, 25). IVVENC. 3, 524. HIER. epist. 120, 1 *cf.* 123, 15 per angustias acus transire poterant. *al.*

II *i. q.* βελόνη *piscis*: PLIN. nat. 9, 166 acus sive belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem utero parit (*cf.* 32, 145 belonae, quos aculeatos vocamus). MART. 10, 37, 6 satius tenues ducere credis acus (acos *var.*). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 210 *aegrotis dabimus* ex mari mullos, squillas, bancos, acus, labraces. POL. SILV. chron. min. I p. 544, 17. *Klotz.*

? **Acusagorus** *insulae secundum* PLIN. nat. 4, 61 circumvectis . . . Criumetopon *Cretae promonturium* tres *insulae* Acusagorus appellatae (acusagonus *A*, Musagores *edd. vett.*). *corruptum esse apparet. latetne part. graec. in* -usai*?*

Acusīlās *vel* **Acusilaus,** -ī, Ἀκουσίλαος. CIC. de orat. 2, 53 qualis apud Graecos Pherecydes Hellanicus Acusilas fuit . . . talis noster Cato et Pictor et Piso. Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 13 Acusilaus Argivus. 1, 16 Hellanicus ab Acusilao de genealogiis discrepat. *v. Schwartz, PW. I 1222.* *Diehl.*

Acusius, Acurius *v. sub* Acc-.

? **acutarus** *quid sit nescio in* CORP. VI 9103 Martinus stabu(larius*?*) Cicinenses Felix acutarus Sissimus (*sic*) taber(narius*?*). *an* actuarius*?*

? **acutarius**. LEX Sal. 6 add. 1 si quis canem acutarium (agutaricium, argutarium *sim. codd.*) furaverit (*in E respondere videtur*: veltrem porcarium sive veltrem leporarium, qui et argutarius dicitur).

acūtēla, -ae *f.* PRISC. gramm. II 120, 7 tutus tuti tutela, acutus acuti acutela (cutus *etc. codd. plerique. cf.* gramm. suppl. 175, 16). *v. Lachmann ad Lucr. p. 204.*

acūtiangulum, -ī *n.*, *ab* acutus *et* angulus. Ps. BOET. geom. 378, 18 oxygonium . . . id est acutiangulum, in quo tres anguli sunt acuti.

acūtiātor, -ōris *m.*, *ab* acūt(i)o. GLOSS. II 223, 12 ἀκονητής samiarius cotiarius acutiator. *v.* acutor.

acūto, -āre *ab* acutus. GLOSS. IV 415, 10 limat acutat. VEG. mul. 1, 22, 4 sagittam duri chalibis . . . cotibus bene acutatam (adcuratam *L*, adcutatam *Chiron p. 6, 10*). CHIRON 7 acutatam sagittam.

acūtor, -ōris *m.*, *ab* acuo. GLOSS. III 307, 17 ἀκονητής auctor. 487, 20 *et* 506, 31 aconites auctor. NOT. Tir. 73, 52 *post* acus acutus. *V.*

Acutrī gens *Indica* PLIN. nat. 6, 94. *Diehl.*

acūtulus, -a, -um, *ab* acutus *deminutive*. CIC. nat. deor. 3, 18 Zenonis . . . breves et acutulas conclusiones. GELL. 17, 5, 3 sophista . . . ex istis acutulis et minutis doctoribus. *adv.* **acūtulē**. AVG. c. Iul. op. imp. 3, 188 sententiam tuam, quam . . . breviter et acutule collegisti. IVLIAN. Aug. c. Iul. 1, 71 quod . . . quasi acutule (utile *codd. Mar. et Clar.*) posuisti. AVG. c. Iul. 6, 9, 26 quam vanum est . . ., quod acutule te dixisse arbitraris. epist. 205, 4 garrire. nat. et gr. 28, 32 ne videantur ei nimis acuta, quae acutule sonant et discussa inveniuntur obtusa. conf. 3, 7, 12 quasi acutule movebar, ut suffragarer stultis deceptoribus. *V.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acūtus, -a, -um *v.* acuo.

(**acūtus,** -ūs) *m. vox ficticia* PRISC. gramm. II 262, 13 forsitan ... acus ab acutu. *Dittmann.*

Acūtus, -a *nom. servile ortum libera etiamtum republica, viris saepe, mulieribus rarissime impositum.* Aqutus: CORP. XI 6700, 584 (*in vasis Arretinis*) (a) Aqut(us) Saufei. (b) Acutus Saufe(i). XII 4549 (*Narbone*) L. Aemilio Philomusi l. Aquto. 5154 add. (*ibid.*) Varia ⟨Sy⟩nerotis l. Aquta. CORP. VI 5264 Iulia Restituta Acutí Aug. lí-b(erti) liber(ta). 10563 Acuto Iuliae Germanici Caesar(is) filiae ser(vo). 10633 T. Aelio Acuto. 9192 olla Acuti atr(iensis). 3527 (*Furfone*) Acuto Noni C. s(ervo). 5500 (*Falerione*) L. Apidio L. l. Acuto. X 647 (*Salerni*) P. Vetilius P. (et mulieris) l. Acutus. IV 2450 (*a. u. c. 751*) Acutus. XI 4402 (*Ameriae*) T. Travius T. l. Acutus. V 2872 (*Patavii*) L. Terentius Acutus *libertus.* 6093 (*Mediolanii*) Simpliciae Acutil⟨l⟩ae ... Felix qui et Acutus *pater.* 7060 (*Taurinis*) Acuto L. Aponi s⟨er-(vo)⟩. 8356 (*Aquileiae*) L. Cantio Acuto ... liberto. XII 517 (*Aquis Sextiis*) Sex. Acutius Vol. Aquila praetor Acuto patrí. 4523 (*Narbone*) T. Catius Teucri l. Acutus. 4969 (*ibid.*) L. Man. L. f. Acutus. III 2725 (*Delminii*) Aurel. Acutae. 4779 (*Viruni*) Campanius Acutus. 5576 (*Bedaii*) Acutus L. Mari Nobil. l. p. 849 (*a. 70*) L. Valeri Acuti Salonit(ani). 10282 (*Sopianis*) Aber(ius?) Acutus pater et Cl(audia) Matrona m(ater). INSCR. Rhen. 314 (*a. 187*) Ti. Ulpius Acutus. II 1213 (*Hispali*) C. Atenius Acutus. VIII 2564, 2, 94 (*castr. Lambaes., imperante Heliogabalo*) Gavius Acutus dup(larius). 5776 (*Sigus*) Q. Iulius Acutus. 6207 (*Arsacal*) Casia (*sic*) Acuta. 7513 (*Cirtae*) C. Iuli⟨o⟩ Acut⟨o⟩. 19613 (*ibid.*) Papiria Acuta. **Acūtius,** -a *nom. gentis plebeiae.* Aqutius *v. l. 34. 43. 54. 55.* LIV. 5, 10, 11 ut cooptarentur tribuni plebis C. Lacerius et M. Acutius (*a. u. c. 353*). CAES. civ. 3, 83, 2 postulavit etiam L. Afranium proditionis exercitus Acutius Rufus apud Pompeium. TAC. ann. 6, 47 Laelius Balbus Acutiam P. Vitelli quondam uxorem maiestatis postulaverat; qua damnata ... (*a. 37*). Q. Acutius Nerva *cos. suff. a. 100*: PLIN. epist. 2, 12, 2 Acutius Nerva; *cf.* INSCR. Rhen. 660. 662. 680. CORP. XIV (*cippi Praenestini*) 3047 L. Acuti(os). 3065 L. Aquti(os) C. f. IV (*aetatis liberae reip.*) 4 L. Aqut(ium) d(uom) v(irum) v(irum) b(onum). 12 L. Aquti(um) d. v. v. b. *Acuti aetate posteriore Acutias incohaverunt gentes. quas ex titulis collectas subiciam una cum eis, quarum origo fortasse altius repeti potuit.* CORP. XII 517 (*Aquis Sextiis, litt. saec. I ineuntis*) Sex. Acutius Vol. Aquila praetor Acuto patrí. VI 975, 2, 20 (*a. 136*) M. Acutius M. l. Eutychus. 1056, 1, 67 (*a. 205*) Acuti Saturnine *vigil.* 1057, 2, 73 (*a. 205*) M. Acuti(us) Hilarus *vigil.* 3348 C. Acutio Cl(audia) Severo Ara mil. fr. leg. VII gem. f. 3494 M. Aureli Veri Vettiani eq. R. a militiis, C. Acutius Valens frat. 5991 Aqutia Zosima. XIV 499 (*Ostiae*) Acutiae Successae. IX 5805 (*Cluenti*) M. Acutio P. [P.] filio Acutiano eq. R. X 1403 f, 3, 12 (*Herculanei*) Ti. Acutius Ti. l. Adauctus. 1996 (*Puteolis*) M. Acútius Aegipás. XI 845 (*Mutinae*) Q. Acutio Sp. f. Optato. INSCR. Not. scav. 1900 p. 217 (*Clusii*) A. Vensius A. f. Arn. Constans Acutia natus IIII vir. CORP. V 2553 (*Ateste*) M. Acutio M. f. Rom. Marcello. 2554 (*ibid.*) Acutiae Allages. 2783 (*Patavii*) C. Acutius C. f. Maturus. 4384 (*Brixiae*) L. Acutio L. f. Fab. Primo equo pub. 5935 (*Mediolanii*) L. Acuti Rubri. *acceptissimum fuit eis qui habitaverunt in Gallia Cisalpina.* XII 3366 (*Nemausi*) d. m. Q. Acutií Hermetis Q. Atí⟨l⟩ius Acutius patronus. 3843 (*ibid., litt. saec. II*) L. Acútius Ventidius. 4545 (*Narbone*) M. Aqutio M. l. Geniali, M. Aqutio M. l. Fido. 4546 (*ibid.*) ⟨M.⟩ Aqutio M. l. Thurani⟨o⟩, ⟨M.⟩ Aqutio M. l. Iucun⟨do⟩. 5679, 2 (*in tegulis agri Avenniensis*) L. Acut. Sex. f. *sim.* XIII 2046 (*Lugudunī*) Acutiae Amatricis. INSCR. Rhen. 1138 (*a. 220*) Acutius Vrsus et Acutia Vrsa. CORP. II 1745 (*Gadibus*) Acutia Marina. VIII 2618 b, 1 (*Lambaesi, a. 211/212*) M. Acutius Ingenus ex (centurione) leg. 3296 (*ibid.*) Acutiae Flaccinillae coniugi P. Aelius Processus eq. R. *cognominis locum habet* CORP. II 5013 (*in agro Olisiponensi*) L. Cassius T. f. Gal. Acutius. 5535 (*Cordubae, litt. saec. II*) C. Sar. Acutius anuclus et mesu du(orum). 5920 (*Salariae*) Flaminia Acutia. **Acūtiānus,** -a, -um *adi., quod Acutiorum est.* CORP. XI 1147, 1, 71 (*Veleiae, imperante Traiano*) *fundum* Vetutianum Acutianum. 4, 26 fund(os) sive agros Acutianos Vetulianos Virianos. Acutianus *quartum nomen* CORP. X 3910 (*Capuae*) M. Cornelio M. fil. M. nep. Publ. Iusto Acutiano IIII vir. q. q. í. d. *cogn.* CORP. IX 5805 (*Cluenti*) M. Acutio P. [P.] filio Acutiano eq. R. V 2796 (*Patavii*) C. Didius Acutianus. III 411 (*Smyrnae, a. 139*) Sextilio Acutiano. 1911 (*Novis, a. 239*) Acutianus bf. cos. 6458 (*Aquinci*) Aurelius Acutianus. VIII 9121 (*Auziae, c. a. 264*) Acutia⟨nus⟩ pater et Plautia mater. SYMM. epist. 1, 69 (*a. 380*) frater meus Acutianus. *nom. gent.* CORP. IX 649 (*prope Venusiam*) Acutiana Secunda. **Acūtiānius** *nom. gent.* CORP. III (*Augustae Vindel.*) 5830 Flabi⟨o⟩ Acu-⟨ti⟩anio Sereno ... Aqutianius Vrsacius ... fratri. 5834 Tib. Acutianio Vrsacio Veteranicino. **Acūtīnus** *cogn.* CORP. V 8138 (*Polae*) Acutinus cun suis. **Acūtillus,** -a *cogn.* CORP. V 6093 (*Mediolanii, periit*) Simpliciae Acutil⟨l⟩ae ... Felix qui et Acutus *pater.* XII 5686, 8 (*in vasculis*) of. Acutill(i). VII 1336, 13 (*in vasculo*) of. Acutil(li). **Acūtio** *cogn. vir.* CORP. III 4785 (*Viruni*) Matern(ius) Acutio. **Acūtilius** *nom. gent.* CIC. Att. 1, 5, 4 cum multos dies auris meas Acutilio dedissem. 1, 8, 1. CORP. VIII 12660 (*Carthagine*) P. Acutilius Ampliatus. **Acūtiliānus,** -a, -um *adi., quod ad Acutilium pertinet.* CIC. Att. 1, 4, 1 Acutilianam controversiam. 1, 5, 4 de Acutiliano ... negotio. *Otto.*

Acuvius *v. sub* Acc-.

Acylas *v.* Aquila. **Acylla** *v.* Achulla. **acylos** *v.* aculos.

Acyro *v.* Achyro.

acyrologia, -ae *f.*, *ἀκυρολογία.* CHAR. gramm. I 270, 23 de acyrologia. acyrologia est dictio inpropria (DONAT. gramm. IV 394, 29 POMP. gramm. V 293, 4). ISID. orig. 1, 34, 4 non propria dictio (GLOSS. III 487, 8. 506, 14 *cf.* IV 6, 34 *et Goetz in Thes. gloss.*). ISID. rhet. p. 516, 28 in verbis ... cavenda sunt vitia, ut non inpropria verba ponantur, quae Graeci acyrologian vocant. DIOM. gramm. I 449, 12 acyrologia est dictio minus convenienter elata, vel non propriis dictionibus obscurata sententia *cf.* MAR. PLOT. gramm. VI 453, 12. SERV. Aen. 7, 804. 9, 6 SERV. Don. gramm. IV 447, 20 GRAMM. suppl. 174, 2 ISID. rhet. p. 517, 9. *exemplum detritum:* VERG. Aen. 4, 419 sperare dolorem. SERV. *ad l.* pro timere: et est acyrologia (SERV. auct.: superflua dictio. *cf.* 5, 690), nam speramus bona, timemus adversa (CHAR. *l. c.* ISID. orig. 1, 34, 4 *alii*). *alia* SERV. Aen. 1, 198 'ignari' pro inmemores. 2, 628 'eruere' pro deicere. 3, 226 si clangorem dixit alarum sonitum. 6, 42 coloniae ... epitheton rei dedit immobili. 7, 622 acyrologiam fecit commutando Ennii versum. 12, 327 'molitur' regit. ... proprie 'molitur' est parat. ecl. 7, 7. HIER. adv. Ruf. 2, 6 istius modi nugis et acyrologiis omnis eius scatet oratio.

Acytos, *Ἄκυτος, insula.* PLIN. nat. 4, 70 Melos cum oppido, quam ... Heraclides *appellat* Siphin et Acyton (*sic Barb.*, acitia, acita, acida *libri*). *Diehl.*

ad [ad ar *i. q. umbr.* (asam-) ad (asam-) a 'ad aram', *got.* at *c. dat. et acc.* 'apud, ad', *hibern.* ad- *in verbis cps. ut* ad-glādathar 'appellat', ad-ella 'visit, devertitur'. *cf. c. osc.* az 'ad'. *Th.*] *πρός, ἐπί, παρά, εἰς. Fr. Pradel, de praepositionum in prisca latinitate vi atque usu, Jahrb. f. Philol. Suppl. 26 p. 466—484 et 558—563. E. Bourciez, de praepositione* ad *casuali in latinitate aevi Merovingici, 1886. a sequente vocabulo saepe non distinguitur, ut* LEX rep. (Corp. I 198) 65 adeam diem. LEX Iul. mun. (Corp. I 206) 150 (*bis*). CORP. I 1412 XI 6050. ***de forma:*** at *pro* ad: QVINT. inst. 1, 7, 5 illa quoque servata est a multis differentia, ut 'ad', cum esset praepositio, 'd' litteram, cum autem coniunctio, 't' acciperet (CAPER gramm. VII 95, 14. *al.*). *forma* at *legitur in inscriptionibus:* CORP. I 1252 usque at tegulas. LEX Iul. mun. (Corp. I 206) 7 atque(m). LEX Vrs. (Corp. II 5439) I 4, 21 at ea sacra. I 5, 34 at decuriones. III 2, 10 at it. III 4, 10 at II vir(um). IV 2, 25. CORP. III 568, 9. 11. 12. 13. III 959, 8. 9315. 10716. V 3342, 9. VI 33234. VIII 284. XI 1436. 3283. 3284. 6078, 6 *et* 7. XIII 1910. XIV 2795. CARM. epigr. 873, 1. 933. 1044 B 9. 1141, 19. 1551 D 4 *al. haud raro codices vel consentientes inter se vel pro varia lectione exhibent* at, *passim apud* PLAVT., *saepe variant apud* VERG.; at *frequentatur ante* t. *v. Neue, Formenlehre II³ p. 783, ad* LIV. *Fügner, lexicon Liv. I p. 325. I 5. de forma* **ar:** PRISC. gramm. II 35, 2 antiquissimi ... pro 'ad' frequentissime 'ar' ponebant: 'arvenas, arventores, arvocatos, arfines, arvolare, arfari' dicentes pro 'advenas' *etc.*, unde ostenditur recte 'arcesso' dici ab 'arcio' verbo, quod nunc 'accio' dicimus ...; 'arger' quoque dicebant pro 'agger'. VEL. gramm. VII 71, 22 apud antiquos in arvorso, in arvorsario. DIOM. gramm. I 452, 28 per ⟨par⟩allagen ... ut arvenire pro advenire. *addendum fortasse* arbiter. *legitur* S. C. de Bacch. (Corp. I 196) 2 arf(uerunt). 21 arfuise. 24 arvorsum. LEX rep. (Corp. I 198) 20 arvorsario (*bis*). *item in defixione plumbea Notizie d. Scavi 1901 p. 210.* CATO agr. 135, 7 arvectum. 138 arvehant. PAVL. FEST. 11 arferia (*cf. umbr.* adfertur, arsfertur, arfertur). TVRP. com. 5 arscedat *emendatur in* abscedat. *praeter composita* **ar** *formae exempla non exstant, coniectando induxit Dousa* LVCIL. 330ª (apud VEL. gramm. VII 47, 5) *loco dubio. de dialectis italicis v. Bücheler, lexicon Ital., s. v. cf. Neue, Formenlehre II³ p. 812. de assimilatione in compositis grammatici haec statuunt:* PRISC. gramm. II 47, 20 haec tamen ipsa consonans in 'ad' praepositione mutatur sequente 'c' vel 'g' vel 'p' vel 't', ut 'accumbo, accido, aggero, applico, appello, attingo, attinet'; 'f' quoque sequente rationabilius: 'affectus'; 'l': 'allido'; 'r': 'arrideo'; 'n : 'annuo'; 's': 'assiduus'. subtrahitur etiam in quibusdam cum sequens dictio a 'gn' vel 'sp' vel 'sc' incipit, ut 'agnitus, aspectus, ascendo'. aliis enim sequentibus litteris integra manet in compositione, ut 'adbibo, adhaereo, admitto, adquiro, advoco'. frequenter tamen invenimus 'f' vel 'l' vel 'n' vel 'r' vel 's' sequentibus 'd' scriptam, ut 'adfatur, adludo, adrideo, adnitor, adsisto, adsumo'. errore tamen scriptorum hoc fieri puto quam ratione. *cf.* II 35, 1. AGROEC. gramm. VII 123, 10 'attollit aggerat' scribendum est. in compositione enim sermonum ad praepositio ... corrumpitur, cum servire loquelis incipit, quando eam muta sequitur; integra autem permanet, quando semivocalis, ut est 'adficit, adripit'. TER. SCAVR. gramm. VII 25, 17 — 27, 2. CORNVT. Cassiod. gramm. VII 151, 12 CAEC. VIND. Cassiod. gramm. VII 207, 7 BEDA gramm. VII 263, 25. VEL. gramm. VII 61, 10 *scribitur* apparet, accipio *etc.* at si quis in his quaerat vocibus, quae incipiunt a littera 't', merito indifferenter scribuntur 'attinet attentus' et 'adtinet adtentus', quoniam utralibet littera scripta eundem auribus sonum reddunt. *idem scribi dicit* 62, 9 aggero, aspi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cio, ascendo, alligere, *sed* adluere et adloqui et adlabi (alibi *ed. princ.*). 62, 18 abbi⟨te⟩re etiam quidam geminata 'b' maluerunt et dicere et scribere intermissa 'd'... Lucilius ait: abbi⟨te⟩re non multum est d siet an b (frg. 330[d] *Lachmann*). PAPIN. Cassiod. gramm. VII 162, 9. *v. Neue, Formenlehre II*[3] *p. 784—812.* [*val. vet. ital. francog. hisp.* a. *M.-L.*]

de positione: *particula* que *adiungitur*: ENN. ann. frg. inc. 25 adque genua conpremit arta gena (genua *Par.*)(*?*). CORP. I 1166 (X 5807) in opidum adque (ADOV *lapis*) arduom (*ita Ritschl*). SIS. hist. 125 (Non. 93). VAL. MAX. 3, 7, 3 (atque ad *recc.*). CARM. epigr. 1111, 10. *postponitur vocabulo suo relativo*: PLAVT. Asin. 296 quo ad vires valent (CIC. top. 3, 13 de orat. 2, 291). Bacch. 196 quem ad. Vid. 90 quam ad redditurum te... diem. TER. Phorm. 524. CINC. Gell. 16, 4, 2 quem ad. CIC. top. 32 quos ad (ad quos *var. l.*). nat. deor. 2, 10 senatus quos ad soleret referendum censuit. VARRO ling. 7, 7 qua ad tuimur (*Lachmann*, attuimur *cod.*; CARM. epigr. 208). *alio*: APVL. apol. 68 eo ad. *inter subst. et adi. vel gen. saepissime ponitur a poetis, raro a prosaicis, ut* SIS. hist. 59 (Non. 205) mediam ad finem. CIC. inv. 2, 25 quietissimam ad partem (*del. Friedrich al.*). 2, 31 aliquam ad rem. orat. 190 S. Rosc. 153. Verr. 5, 119 quam (*urbem*) ad summam. *cum relativo saepius.* Mur. 64 off. 2, 9 leg. 2, 20 Tusc. 1, 5 Att. 13, 10, 1 *al.* TAC. *saepe. liberius ponitur*: PLAVT. Vid. 90 *cf. l. 13.* PANEG. Mess. 185 horrea fecundas (-is *var. l.*) ad deficientia messis (mensis *var. l.*). OV. Pont. 1, 2, 150 venit cultos ad sibi quisque deos. fast. 5, 551 ad ipse suos... honores. COPA 4 ad cubitum raucos excutiens calamos. MANIL. 4, 605 SIL. 11, 430. STAT. silv. 2, 1, 64 atque ipsos (ipso ς) revocabit ad oscula postes (-e ς). Theb. 5, 47 hos ad venias (*Baehrens*, advenias *alii*)... labores. *cf. Leo ad Culic. p. 44. ἀπὸ κοινοῦ duorum membrorum alteri adicitur*: VAL. FL. 1, 716 non Scythicas ferus ille domos nec ad ostia Ponti tendit iter (*nisi* domos *absolute intellegendum*). STAT. Theb. 4, 607 aut sanguinis haustum ... aliumve ... ad imbrem. 8, 384 Ach. 2, 104 PANEG. 4, 1. 8 PRISC. perieg. 419 *cf.* ARNOB. nat. 7, 39. *cf. Leo, anal. Plaut. I p. 42. cum licentia quadam ab adiectivo regenti separatur*: PLAVT. Men. 183 idem... aliis adscriptivis fieri ad legionem solet.

de constructione: *coniungitur cum accusativo, de recentiorum licentiis v. p. 559, 36.* ad *cum adverbiis v. p. 559, 20.* usque ad a. d. XVI K. Dec. *v. p. 555, 36.* ad *i. q. circa, fere adverbialiter cum numeris positum v. I F 2 a p. 516, 70. accusativo omisso cum genetivo dicitur*: CORP. I 1143 latum af muro ad L. Tondei (*sc. agrum*) vorsu(m) p. XVI. *saepe cum deorum nominibus templi vocabulo omisso. v. p. 486, 31. 522, 46. ex exemplis iis, in quibus substantivum ex eis, quae antecedunt, supplendum est, nota*: VELL. 1, 18, 1 transit admiratio ab (ad *cod.*) condicione[m] temporum et ad urbium. SCRIB. LARG. 118 TERT. orat. 22. *nota*: MART. 3, 20, 18 an Pollionis dulce currit ad quartum (*i. ad praedium ad quartum miliarium*). *cf. p. 528, 3. varia regit saepius, ut* PLANC. Cic. epist. 10, 11, 1 sententiae ... ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae (VELL. 2, 112, 3 ad arbitrium utilitatemque nostram. VAL. MAX. 2, 9, 3 ad arbitrium et spectaculum mulierculae). CAT. 85 ad Minoa venit sedesque superbas. OV. fast. 2, 69. VITR. 5, 5, 6 ad naturas vocis et (ab natura vocis ad *Rose*) audientium delectationes facilius valuerit theatrorum efficere perfectiones. *al., ut p. 494, 63. 497, 1. 500, 20. coniungitur cum adverbiis praepositionalibus* usque, versus *passim* (*de quorum positione v. sub* usque, versus). *nota*: BELL. Hisp. 34, 1 simul Caesar castra contra ad (contra *var. l.*). oppidum posuit (35, 1 ad oppidum. 27, 3 *et* 5 contra).

de significatione *grammatici haec proferunt*: LVCIL. 1134 sic ⟨item⟩ 'apud se' longe ali[u]d est (esse *codd.*), neque idem valet 'ad se' (te *codd.*): intro nos vocat ad sese, tenet int⟨us apud se⟩. TER. SCAVR. gramm. VII 30, 18 (*ex Varrone*) CAPER gramm. VII 92, 6 DON. gramm. IV 390, 13. SERV. Aen. 1, 24 'apud' semper in loco significat, 'ad' et in loco et ad locum, ut 'ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est', et Cicero 'decem fiscos ad senatorem quendam relictos', item 'ad Marcum Saccam te habitare velle dixisti'. SERV. gramm. IV 419, 4 PRISC. gramm. III 358, 15 POMP. gramm. V 273, 4 *al.* VARRO Ter. Scaur. gramm. VII 29, 9 'in' *significat* locum, quem inimus, ut 'in aream'; 'ad' locum, ad quem adimus, ut 'ad parietem'... 'ad caput additum' recte dicitur si est extra caput quod additur. PAVL. FEST. 12 'ad' aut proprie personam significat, ut 'eo ad Pompeium', aut locum, ut 'abit ad theatrum'. DIOM. gramm. I 415, 8 (*ex Varr.*) 'ad' et 'in' quae et ipsae non unum idemque significant, quia 'in forum ire' est in ipsum forum intrare, 'ad forum' autem 'ire', in locum foro proximum; ut 'in tribunal' et 'ad tribunal venire' non unum est, quia ad tribunal venit litigator, in tribunal vero praetor aut iudex. *similiter* PROB. gramm. IV 150, 9, *qui tamen addit*: sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine discretione uti reperiantur. *cf.* AVD. gramm. VII 354, 24. GRAMM. VII 34, 5. PRISC. gramm. III 37, 7 'ad' tam in compositione quam in appositione plerumque proximitatem significat, ut 'adeo, adcurro, advenio, assideo, ad Troiam' pro 'iuxta Troiam', 'ad urbem' pro 'iuxta urbem', 'ad balneas Pallacinas', hoc est 'iuxta balneas'. est etiam causalis, ut 'ad quid hoc fecisti?', hoc est 'cuius causa', et similitudinis, ut 'accommodatus, adaequatus, assimilis, ad unguem'. significat etiam contrarietatem, ut 'ad illum mihi pugna est', hoc est 'contra illum'. pro temporali quoque accipitur, ut Sallustius in I historiarum: 'ad bellum Persi Macedonicum', hoc est 'usque ad bellum Persi'. additionis quoque, ut 'ad haec mala'. PAVL. FEST. 147 'mortem obisse' dicimus ea consuetudine, qua dixerunt antiqui 'ob Romam legiones ductas' et 'ob Troiam duxit exercitum' pro 'ad...' et 'obviam' 'ad viam'. *cf.* FEST. 201.

Conspectus materiae.

DE LOCO

I de motu et directione:

A cum verbis movendi p. 474: **1** *ad personam p. 478,* **2** *ad locum p. 485,* **3** *ad ea quae aguntur p. 496,* **4** *translate p. 499.*

B cum verbis adligandi p. 505.

C cum verbis addendi p. 506.

D cum verbis respiciendi, dirigendi p. 507.

E cum verbis scribendi, deferendi, clamandi, dicendi p. 512.

F **1** *de distantia p. 514,* **2** *de numero, mensura, ordine p. 516.*

II de positione et situ p. 518:

A indicatur 'ubi' p. 519, **1** *ad personam p. 519,* **2** *ad locum p. 522,* **3** *ad actionem p. 526,* **4** *usu translato p. 526,* **5** *notanda p. 527* (**a** *de rebus comitantibus, ut* ad sonum, **b** *in nominibus,* **c** *de officiis,* **d** *cum verbis notandis*).

B cum verbis haerendi p. 528.

DE RELATIONE.

I de relatione finali:

A de fine et commodo: **1** *cum verbis adhortandi, impellendi* (**a** *conspectus verborum p. 529,* **b** *iuncturarum p. 530*), **2** *cum verbis apparandi, utendi* (**a** *conspectus verborum p. 530,* **b** *iuncturarum p. 535*), **3** *pendet ex nominibus* (**a** *substantivis p. 538,* **b** *adiectivis p. 541,* **c** *accedunt adverbia p. 543*), **4** *de medendo p. 543.*

B de consecutione et effectu p. 544.

II de relatione generaliter p. 545.

III de modo ratione comparatione accommodatione p. 547.

IV de causa p. 552.

V cum verbis respondendi p. 554.

DE TEMPORE.

I 'usque ad' *p. 554, II quando p. 556, III i. q.* post *p. 557.*

RECENTIORA ET SINGVLARIA *p. 557.*

DE LOCO

I de motu et directione: **A** *cum verbis* ***movendi.*** *conspectus verborum: proponuntur verba inprimis ea, quae iam a Plauto antiquioribusque scriptoribus usurpantur. coniungitur cum verbis movendi, eundi, vocandi, mittendi, adferendi, offendendi, premendi, sim.; usus translati exempla v. I A 4 p. 499, 18*: abduco: PLAVT. Bacch. 1178; abeo: PLAVT. Rud. 880; adcedo: PLAVT. Truc. 289; accelero: TVRP. com. 98; adcido: PLAVT. Poen. 484; accipio: PLAVT. Most. 1144. ITALA (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 342 *et* loc. hept. 4, 60 p. 59) num. 19, 2 accipiant ad te iuvencam rufam (*λαβέτωσαν πρὸς σέ*. VVLG. adducant); acclino *v. p. 479, 14*; adcurro: PLAVT. Cist. 710; adambulo: PLAVT. Bacch. 768; addo: CATO agr. 7, 3; adduco: PLAVT. Epid. 294; adeo: PLAVT. Pseud. 966; adequito: CAES. Gall. 1, 46, 1; adfero: PLAVT. Pseud. 1208; adfligo: PLAVT. Rud. 1010 CIC. Rab. perd. 25 FRONTO p. 89 N.; aggero: PLAVT. Truc. 111; adgredior: PLAVT. Rud. 601; adhibeo: CIC. Phil. 1, 2; adicio (aggerem): CAES. Gall. 5, 9, 7. VITR. 1, 6, 3 *intr.*; adito: ENN. trag. 394; adlego: PLAVT. Pseud. 1233; adlicio: PLAVT. Poen. 671; adlido: ACC. trag. 33; admitto: PLAVT. Asin. 236; admolior: PLAVT. Rud. 599; admoveo: RHET. Her. 3, 26; adripio: CIC. carm. frg. 33, 21; adscribo: *v. I A 3*; adsisto: LVCR. 3, 959; adspiro: LVCIL. 825 qui prope ad ostium aspiraverint. CIC. Verr. 2, 142 VARRO rust. 1, 57, 1 CELS. 2, 17 p. 63; advehor: PLAVT. Trin. 933; advenio: PLAVT. Epid. 456; advento: TER. Eun. 255; advolo: PLAVT. Rud. 333; ago: PLAVT. Mil. 266; ago me: PLAVT. Pers. 235. VERG. georg. 2, 363 dum se laetus ad auras palmes agit; ambulo: PLAVT. Truc. 369; amendo: CIC. Verr. 6, 69; amitto: PLAVT. Capt. 589; appello 3.: PLAVT. Rud. 1043; applico (navem): CIC. inv. 2, 153; appono: PLAVT. Men. 330; arcesso: PLAVT. Rud. 1199; aufero: PLAVT. Men. 847; aveho: PLAVT. Men. 27; avorto: PLAVT. Rud. 165; bito: PLAVT. Curc. 141; cedo: PLAVT. Cas. 443; cieo: CAT. 68, 88; circumfundo: CATO agr. 93; cito: LIV. 1, 47, 8; coemo: CARM. Sal. 3 ad patula (Patulci *Bergk*) coemisse (*cf. Corssen, origines poesis Rom., p. 57, 6 et 55, 7*); cogo: LVCR. 6, 463; comito: OV. Pont. 2, 3, 43; commeo: PLAVT. Rud. 322, *nota* Curc. 398 nam illaec catapultae ad me crebro commeant; commeto: TER. Haut. 444; comprimo: ENN. ann. frg. inc. 25(*?*); concedo: PLAVT. Aul. 666; concrepo: LIV. 28, 29, 10 exercitus... gladiis ad scuta concrepuit; concurro: CIC. Verr. 3, 133; me confero: PLAVT. Most. 931; confluo: POLIO Cic. epist. 10, 33, 5; congero: TER. Eun. 310; me conicio: PLAVT. Trin. 722; conitor: OV. hal. 27 muraena ... ad laxata magis conixa foramina retis; conquinisco: PLAVT. Cist. 657; conscendo: CIC. epist. 12, 25, 5; consequor: Plaut. Cist. 91 usque ad fores; contingo: OV. Ib. 509 si

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tua contigerit Minoas puppis ad undas; convenio: PLAVT. Men. 30; convertor: PLAVT. Persa 608; convoco: CIC. off. 3, 58; convolo: CIC. Rab. Post. 18; me corripio: TER. Hec. 518; curro: PLAVT. Capt. 652; cursito: CAEL. Cic. epist. 8, 3, 1; curso: TER. Eun. 287; declino: LIV. 38, 20, 8; decurro: VARRO rust. 1, 3; deduco: PLAVT. Mil. 790; defero: PLAVT. Asin. 885; degero: PLAVT. Men. 804; deporto: PLAVT. Asin. 524; deprimo: CIC. Pis. 14; depromo: PLAVT. Amph. 156; derepo: VARRO Men. 115; derigo: LIV. ANDR. trag. 30 (33); desido: VERG. Aen. 3, 565; desorbeo: TERT. idol. 24; despuo: PLIN. nat. 24, 172; destituo: CAECIL. com. 195; detrudo: PLAVT. Aul. 335; devehor: PLAVT. Merc. 259; devenio: PLAVT. Epid. 364; devertor: PLAVT. Mil. 1110 (di- *var. l.*); dimitto: CIC. Tull. 22; discedo: VARRO rust. 2, 11, 12; dispargo: LVCR. 4, 895; dispertio: CATO orat. 1, 21 (Charis. gramm. I 222) ad socios nostros sedulo dispertieram alio frumentum, alio legatos, alio litteras ... usquequaque; do: PLAVT. Epid. 38 ad hostis exuvias dabit. Stich. 140 *al. cf. p. 480, 24. 491, 10.* TER. Phorm. 653 in servitutem pauperem (*i. feminam*) ad ditem dari. CATO orat. 56 (Isid. orig. 20, 3, 8) quamplures ad praetores ... vinum honorarium dabant. LEX Tar. (Mon. Ant. VI 411) 9 *al.* LEX Vrs. (Corp. II 5439) II 1, 36 ad quam aedem. CORP. I 603, 7. 13. NEP. Paus. 5, 5 ad supplicium. OV. Met. 3, 679 bracchia *ad* funes. Pont. 4, 8, 59 ad Styga. LIV. 1, 4, 7 ab eo ad stabula Laurentiae uxori educandos datos. 27, 6, 19. 36, 2, 4. 45, 16, 8. MANIL. 5, 134 dedit et dignas ad fulmina vires. CELS. 7, 11 p. 286. 7, 26, 2 p. 308 SIL. 6, 252 ICTI *al., ut* ad bestias *p. 495, 33*, ad remum *p. 494, 65. nota*: NEP. Lys. 4, 1 petiit a Pharnabazo, ut ad ephoros sibi testimonium daret. *cf. p. 513, 32*; duco: PLAVT. Pseud. 1040; me duco: PLAVT. Amph. 1042; edo: SEN. dial. 12, 11, 3; educo: PLAVT. Truc. 782; effero: PLAVT. Epid. 633; egredior: PLAVT. Stich. 737; eicio: TER. Andr. 923; elicio: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 5 LIV. 6, 31, 7; emano: PAVL. FEST. 129; emergo: CIC. Att. 2, 12, 2; emitto: CIC. Att. 2, 12, 1; eo: PLAVT. Epid. 157; erigor: VERG. Aen. 9, 237; eruo: ACC. trag. 402; escendo: PLAVT. Mil. 1150; evoco: PLAVT. Most. 675; excurro: CIC. Att. 1, 1, 2; exeo: PLAVT. Mil. 1069; explico: CIC. Att. 4, 16, 8 LIV. 30, 44, 1 (cornu); exporto: PLAVT. Truc. 311; exsero: LIV. 8, 9, 5 manu subter togam ad mentum exserta; exsilio: TER. Haut. 657; extollo: TRAG. inc. 93; extorqueo: TERT. orat. 25; extrudo: CIC. dom. 65; fero: PLAVT. Men. 956. Bacch. 480 (manum); feror: PLAVT. Rud. 367; me fero: VERG. Aen. 9, 22; fluo: VARRO rust. 3, 5, 16; frequento (*trans.*): CIC. Cat. 4, 15; fugio: PLAVT. Truc. 880; fulcio: VITR. 9, 4, 5 pes ingeniculati ad eius fulcitur capitis tempus serpentis; fundo: LIV. 2, 49, 12 fusi retro ad saxa rubra. VAL. FL. 5, 16; glomeror: VERG. Aen. 6, 310; icio: PLAVT. Capt. 797; importo: CAES. Gall. 4, 2, 1; incedo: PLAVT. Trin. 1151; inclino: VARRO rust. 3, 5, 4 OV. met. 11, 208; includo: VITR. 10, 9, 2; incumbo *v. p. 479, 15*; incutio: FRONTO p. 19 N. neque poculo aut veneno quisquam tantum flammae ad amatorem incussisset; indo: CATO agr. 93; infundo: COLVM. 5, 10, 10; ingurgito: NAEV. com. 135; inlicio: PLAVT. Asin. 206 VARRO ling. 6, 94; inmitto: CIC. Verr. 4, 92; inpono: CATO agr. 157, 3; importo: CAES. Gall. 4, 2, 1; inrigo: CATO agr. 36; inrumpo: TAC. ann. 11, 17; me insinuo: PLAVT. Mil. 105; insinuor: LVCR. 6, 1031; intro: BELL. Afr. 79, 1; introfero: CIC. Verr. 5, 34; intromitto: PLAVT. Truc. 944; introvoco: CIC. Verr. 2, 66; inveho: VARRO rust. 1, 16, 6; inviso: PLAVT. Stich. 66; invito: PLAVT. Stich. 590; lego (-are): CIC. Verr. 4, 414; lido: LVCR. 5, 1001 (fligebant *Lachm.*); loco: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 14; mano: CIC. rep. 6, 20; meo: PLAVT. Stich. 442; migro: CIC. Verr. 2, 64; mingo: VVLG. reg. 1, 25, 22 *al.* (ad parietem); missiculo PLAVT. Epid. 131; mitto: PLAVT. Epid. 58; navigo: CIC. Att. 6, 2, 1; nitor: PROP. 3, 3, 14; obduco: PLAVT. Pseud. 587; me occulto: BELL. Hisp. 39, 2; occurro: CAEL. Cic. epist. 8, 8, 1; offendo: TRAG. inc. 140 TVRP. com. 174 VITR. 7, 2, 2 si ad eam (*asciam*) offenderint calculi. PHAEDR. 4, 15, 4 ad fortunam. COLVM. 2, 2, 26 QVINT. inst. 6, 3, 67; oppono: CATO agr. 157, 14; pellicio: CIC. Flacc. 72; pello: CIC. nat. deor. 2, 149; me penetro: PLAVT. Trin. 294; penetro: CIC. Mil. 59; percurro: TER. Andr. 355; perduco: PLAVT. Cist. 566; perfero: PLAVT. Truc. 444; perflo: CVRT. 9, 4, 21 LVCAN. 5, 419; pergo: PLAVT. Capt. 488; perlabor: CIC. Tusc. 1, 28; permanasco: PLAVT. Trin. 155; permano: TER. Ad. 283; persido: VERG. georg. 3, 442; pertineo: MART. 10, 90, 7 erras, si tibi cunnus hic videtur, ad quem mentula pertinere desit; pervehor: NAEV. com. 107; pervenio: PLAVT. Rud. 626; pervolo: CIC. frg. 9, 12; plaudo: VVLG. Ezech. 21, 17 plaudam manu ad manum (*κροτήσω χεῖρά μου πρὸς χεῖρα*); pono: CIC. Cluent. 101; porrigo: PLAVT. Pseud. 708 (bracchium). SEN. benef. 5, 14, 2 quamvis nemo (*sacrilegus*) usque ad deos manus porrigat; porto: CIC. Font. 19; praecipito: LVCR. 4, 1021; praecurro: CAES. Gall. 7, 37, 7; praemitto: CAES. civ. 3, 78, 5 praeripio me: VLP. dig. 21, 1, 17, 4 qui (*servus*) ... praeripuisset (pror. *Budaeus*) se ad amicam; premo: LVCR. 6, 733. *nota*: VERG. georg. 3, 412; me premo: VITR. 6, 8, 4 cunei ... per coagmenta ad centrum se prementes; procedo: PLAVT. Cas. 564; prodeo: PLAVT. Bacch. 1007; produco: LVCIL. 958; profero: CIC. Verr. 2, 117 (*ex edicto*); proficiscor: PLAVT. Truc. 860; profugio: CIC. Att. 15, 21, 1; me proicio: CIC. Sest. 26; promino: APVL. met. 9, 27; propero: PLAVT. Men. 666; prosterno: CIC. Phil. 2, 45; provehor: CAECIL. com. 1; proviso: TER. Ad. 889; quatio: CVRT. 8, 5, 22 *caput* ad terram; rapio: PLAVT. Poen. 369; recepto: TER. Hec. 743; recipio: PLAVT. Rud. 350; me recipio: PLAVT. Persa 678; reciproco: PLIN. nat. 2, 72 cur Veneris stella ... *et* Mercuri ... citra eas (*partes*) ad solem reciprocent; reclino: *v. p. 479, 16*; recondo: PRIAP. 6, 6; recurro: PLAVT. Cist. 594; reddo: VERG. Aen. 2, 259 (ad auras). *v. p. 486, 72*; redeo: PLAVT. Persa 659; redigo: PLAVT. Trin. 537; reduco: PLAVT. Cist. 630; refero: PLAVT. Poen. 1417; me refero: CIC. carm. frg. 32, 17; refugio: CIC. Deiot. 32; remitto: PLAVT. Capt. 375; resido: CIC. Arat. 45; restituo: LIV. 2, 49, 7; retraho: TER. Haut. 678; reverto: POMPON. atell. 81; revertor: PLAVT. Aul. 203; revideo: PLAVT. Truc. 320; reviso: PLAVT. Truc. 433; ⟨re⟩voco: PLAVT. Cist. 559; ruo: VERG. georg. 2, 308 *ignis* ruit atram ad caelum picea crassus caligine nubem; rupio: SIL. 4, 456 gemitum ... ad sidera rupit; sequor: PLAVT. Curc. 87; serpo: VARRO rust. 1, 31, 4; sevoco: CIC. Quinct. 13; sistor: CARM. epigr. 436, 14; spargo: CATO agr. 36; subdo: VERG. Aen. 7, 347; me subripio: PLAVT. Curc. 60; subsequor: PLAVT. Bacch. 723; succedo: LVCR. 3, 609; suffero: PLAVT. Curc. 376; summitto: CIC. Verr. 2, 105; supporto: CAES. civ. 3, 112, 6; tango (iactu): PROP. 2, 34, 60; tendo: ACC. trag. 318; tollo: NAEV. frg. poet. 25; trado: PLAVT. Rud. 857. FEST. 289 cum *virgo* ad virum traditur; traduco: PLAVT. Cas. 597; traho: PLAVT. Poen. 790; traicio: CAES. civ. 3, 112, 9; transcendo: PLAVT. Aul. 235; transcurro: PLAVT. Mil. 525; transeo: PLAVT. Epid. 657; transfero: SVLP. APOLL. Ter. Hec. 7; transfugio: PLAVT. Epid. 30; transilio: PLAVT. Truc. 249 transiluit (transit *A*); transvolo: PLAVT. Epid. 35; vado: TITIVS orat. p. 204 (Macr. 3, 16, 14); vador: CIC. Verr. 4, 38; vago: ENN. ann. 472; vehor: TIB. 2, 5, 36; venio: PLAVT. Stich. 127; ventito: CIC. rep. 1, 14; vergo: CIC. Phil. 11, 26; verto (*intr.*): PLAVT. Merc. 433. VERG. Aen. 281 munera ... vertite ad Aenean; viso: PLAVT. Truc. 498; undo: VERG. Aen. 12, 673; voco: PLAVT. Stich. 576; volo: CIC. Att. 2, 19, 3; urgeo: VERG. Aen. 7, 241.

adaequē *adv. ab* ad *et* aeque. GLOSS. II 6, 11 adaecue *πρὸς τὸ ἴσον*. *corrupte ibid.* 13 adaeque *ἐπιβουλεύων*. *in enuntiatis affirmativis non legitur ante* APVL. *et* IVBAM gramm. *Hense, acta soc. Lips. 4 (1875), 112. Haupt, opusc. II p. 356.* *cum abl.*: PLAVT. Cas. 683 neque est neque fuit me senex quisquam amator adaeque miser. Most. 30 quo nemo adaeque ... est habitus parcus nec magis continens. *casu eodem quo comparatum*: HIL. in psalm. 2, 44 *indices* adaeque reges oporteat eruditi (ut reges *edd.* ε). *sequuntur* atque, et: PLAVT. Capt. 999 nulla adaeque est Acheruns atque ubi ego fui. AMBROSIAST. I Tim. 3, 21 praecipit creari episcopum adaeque et diaconum. *cum* ut: PLAVT. Cist. 55 neque munda adaeque es, ut soles. *absolute*: PLAVT. Cas. 857 numquam ecastor ullo die risi adaeque. Capt. 828 quo homine ⟨hominum⟩ adaeque nemo vivit fortunatior. FRONTO p. 210, 3 N. vix quisquam Traiano ad populum, si qui adaeque, acceptior exstitit. MAR. VICTOR. gramm. VI 46, 11 adaeque in spondeo soluta in breves prior longa anapaestum, sequens dactylum procreabit. *cf.* 48, 13 (*haec ex Iuba desumpta*). CHAR. gramm. I 118, 14 Adam ... monoptoton est ... Abraham adaeque monoptoton esse censeto. *ibid.* 7. 146, 12. 209, 21 (*Charisiana ex Romano*). APVL. met. 4, 8 quos incunctanter adaeque latrones arbitrarere. 8, 31 canis adaeque venaticus. 10, 2. SOL. 52, 54 adaeque similis. OPT. PORF. 3 schol. item simili amfractu ... adaeque iterum pari amfractu. *ibid.* adaeque pari numero litterarum. SVLP. VICT. rhet. p. 349. OPTATVS p. 8, 13 Vind. si scismaticis non licet, adaeque vobis licere non debuit. ZENO (Migne 11, 265) 1, 1 *fides* dari non potest ... nosci adaeque non potest. 1, 3 p. 284. 1, 15 p. 364. 2, 6 p. 401. 2, 17 p. 447. AMM. 16, 12, 63 ceciderunt ... Bainobaudes ... adaeque Laipso et Innocentius. 17, 13, 19 COD. Theod. 8, 18, 4 (*a. 339*) LEO M. epist. 58. PELAGON. 220 pilulas cupressi virides undecim assas, nitri (uncias) tres adaeque torrefacis. 267. VICT. VIT. 2, 88 de spiritu adaeque sancto *ut de deo*, quod adsit ubique dicit propheta. CASSIOD. var. 1, 27, 3. *nota* LIV. 4, 43, 5 quemadmodum ... usi sunt, adaeque ... esset (*locus vix sanus*).

synonyma: (aeque, similiter), item.

adaequito, -āre. *ab* adaequo. AMM. 15, 13, 3 hunc (*Musonianum*) Prosper adaequitabat (*sic, at* huc, *cod. V.* adaequabat *Gelenius*).

adaequo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* aequare. [*vet. francog.* aiwer. *M.-L.*]

I *transitive*: **A** *re vera aequum reddere*: GLOSS. II 7, 45 adaequare *ἐξισοῦν* (303, 43). **1** *de rebus corporeis*: *rem rei*: CAES. Gall. 3, 12, 3 his (*molibus*) oppidi moenibus adaequatis. SALL. hist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frg. inc. sed. 11 dorso fluctus trieris adaequata. LIV. 1,29,6 Romanus ... tecta adaequat solo. COLVM. 4,29,11 *pampini propago* adaequetur plaga trunco. VVLG. Ezech. 13,14 adaequabo eum (*parietem*) terrae.

res, cui alia adaequatur, subintellegitur: COLVM. 5,5,4 dimidia fere pars eius (*scrobis*) sequente biennio paulatim adaequetur (PALLAD. 2,15,3). 5,4,5 oblaqueationem adaequato. FLOR. 1,45 (3,10,23) Alesiam ... flammis adaequavit *solo*. VLP. dig. 30,41,13 sigilla adaequata *parietibus* legari *non* posse *dicendum*. VVLG. Is. 28,25 cum adaequaverit faciem eius (*humi*), seret. *de rebus incorporalibus*: *rem* cum *re*: CIC. Arch. 24 *Magnus* cum virtute fortunam adaequavit. 29 non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam (*i. ut gloriam posterorum futuram aequet*). *rem rei*: LIV. 1,56,2 quibus duobus operibus vix nova haec magnificentia quicquam adaequare potuit. VAL. MAX. 6,4 ext. 5 quo sermone repulsam honori adaequavit. SVET. Aug. 46 Italiam ... iure ac dignatione urbi quodam modo pro parte aliqua adaequavit. CORP. VIII 2391,10 Atticam facundiam adaequanti Romano nitori. VVLG. Ier. 50,12 confusa est mater nimis et adaequata pulveri quae genuit vos (*de terra Babylonica*). Os. 10,1 vitis frondosa Israel, fructus adaequatus est ei. COD. Theod. 4, 19,1,2 quantitas sortis quantitati fenoris adaequetur. SIDON. epist. 4,18,6 quos (*versus satirographos*)) huic carmini lenitate adaequandos. *res, cui alia adaequatur, subauditur*: TAC. ann. 15,9 hastae longius permeabant, quam ut *iactus earum* contrario sagittarum iactu adaequarentur. COD. Theod. 13,11,13 loca, quae praestationem suam implere non possunt, praecipimus adaequari, ut quid praestare possint, mera fide .. scribatur. *absolute*: CIC. ad Q. fr. 2,4,6 senatorum enim urna copiose absolvit, equitum adaequavit (*sc. suffragia*), tribuni aerarii condemnarunt. **2** *de hominibus*: *hominem cum homine*: CIC. Balb. 63 in summa amicorum copia cum familiarissimis eius (*Caesaris*) est adaequatus. *hominem homini*: CAES. civ. 2, 16,3 se virtute nostris adaequare non posse intellegunt. TAC. ann. 12,11 seque divo Augusto adaequabat. 60 Claudius libertos ... sibique et legibus adaequaverit. PLIN. epist. 2,7,4 senes illos provocare virtute, quibus nunc honore adaequatus est. SVET. Dom. 2 fratri se et opibus et dignatione adaequaret. ACTA Montani. 7 ut patriarchis ... adaequari possimus. *absolute*: IREN. 1,2,6 spiritus vero sanctus adaequatos (*ἐξισωθέντας*) Aeonas (*i. forma et sententia similes factos*) gratias agere docuit. LACT. inst. 3,22,3 homines adaequare ... ut ... elati pares esse etiam mendicissimis sciant. *nota*: *hominem deo*: TERT. ieiun. 6 homo deo adaequetur. anim. 24 tantam illi (*animae*) concessit divinitatem ut deo adaequetur. **B** *aestimatione aequare*: TAC. ann. 2,73 erant qui formam, aetatem, genus mortis *Germanici* ... magni Alexandri fatis adaequarent. SIL. 12,278 Martis adaequant Marcellum decori. TERT. pudic. 8 multo aptius Christianum maiori et Iudaeum minori filio adaequassent secundum fidei comparationem. ieiun. 16 nostris xerophagiis blasphemias ingerens casto (sacco *cod.*) Isidis et Cybeles eas adaequas. scorp. 10 *nostrates homines* etiam inrationalibus iumentis adaequavit. anim. 32 quidam homines bestiis adaequantur ... quia et deus 'assimilatus est', inquit, 'homo inrationalibus iumentis' (*cf.* VVLG. psalm. 48,21 comparatus est ... et similis factus *παρασυνεβλήθη ... καὶ ὡμοιώθη*). resurr. 19 quia et dominus scribas ... sepulchris dealbatis adaequaverit (*cf.* VVLG. Matth. 23,27). CYPR. epist. 96,6 schismaticos gentilibus. 13 habeantur quidem christiani, non sint tamen ceteris adaequandi. ZENO (Migne 11, 455) 2,18,4 cui haec est comparanda confessio? ... Eleazari est adaequanda proposito. VVLG. Iob 28,17 non adaequabitur ei (*sapientiae*) aurum (*syn.* conferetur). *ibid.* 19 (*syn.* componetur). Is. 40,25 cui assimilastis me (*deum*) et adaequastis.

II *intransitive*: *de rebus res (rebus) adaequantibus*: CAES. Gall. 2,32,4 prope summam muri aggerisque altitudinem acervi armorum adaequarent. DON. (SVET.) Verg. p. 55 Reiff. *virga populea* multo ante satas populos adaequavisset. TERT. pall. 2 cum inter insulas ... in Atlantico Libyam aut Asiam adaequans quaeritur. VVLG. Ezech. 31,8 abietes non adaequaverunt summitatem eius (*cedri*). *cum dat.*: HIRT. Gall. 8,41,5 quae (*turris*) moenibus adaequaret. *de rebus incorporeis*: SALL. Iug. 4,6 virtus eorum (*maiorum*) famam atque gloriam. VVLG. I par. 4,27 universa cognatio non potuit adaequare summam filiorum Iuda. *cum dat.*: TERT. orat. 15 *quae sine apostolici praecepti auctoritate fiunt* certe vel eo coercenda quod gentilibus adaequent. anim. 8 quia *aliquid* ceteris corporalibus exemplis non adaequet. *de hominibus res (rebus) adaequantibus*: CAES. Gall. 7,22,4 nostrarum turrium altitudinem ... commissis suarum turrium malis adaequabant. CIC. Tim. 41 quae (*genera animalium*) a me ipso effecta si sint, deorum vitam possint adaequare (*ταῦτα ... θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν*). CAES. Gall. 1,48,7 equorum cursum. 5,8,4 navium cursum. LIV. 2,27,4 adaequasse (aequasse *cod. M*) eum Appii odium. TAC. Germ. 14 turpe comitatui virtutem principis non adaequare. ann. 1,32 sexageni *mulcant* singulos, ut numerum centurionum adaequarent. 13,46 quod (*genus vitae*) nemo adaequaret. 15,19 vota. PLIN. paneg. 72 arduum erat has precationes tuas laudibus adaequare: adaequavimus tamen. CORP. VIII 5276,18 statuas ... posuerunt, ut eximiam voluntatem eius tanti honoris titulis adaequarent. FLOR. 1,18,14 Leonidae famam. APVL. met. 4,15 tenui sarcimine summas oras eius (*ursae corii*) adaequamus. SIDON. epist. 9,14,7 quis opera Suetonii ... Balbi ephemeridem fando adaequaverit? *cum dat.*: BELL. Alex. 16,5 neque electi ad virtutem ... viri virtuti nostrorum possent adaequare. *de hominibus homines adaequantibus*: [AMM. 15,13,3 *v. sub* adaequito]. CLAVD. 8,430 natus adaequat te meritis. *absolute*: CAES. Gall. 6,12,7 quos (*Haeduos*) quod adaequare apud Caesarem gratia intellegebatur *Remos*. *de animalibus*: TERT. anim. 32 animalia nec modulis corporum nec ceteris naturae suae legibus adaequantia animae hominum.

synonyma: (aequare). *ad I*: similem facere, adsimilare, comparare, conferre, componere. *ad II*: (similem, parem esse). *Bickel.*

adaerātio, -ōnis *f. ab* adaerare. GLOSS. II 564,30 adiectio ad pretium militibus pro stipendiis (stipendio *Loewe, gloss. nom. p. 6*) datum (*sic Loewe ex glossis* adfectio *et* aderatio *inter se turbatis*). GLOSS. *ἀπαργυρισμός, ἐξαργυρισμός*. *Seeck, PW. I 340 (Mus. Rhen. 49, 1894, 22)*. *testificatio per tabulam aeneam?* FRONTIN. grom. p. 46,15 si inter ... rem publicam et Caesarem *agatur,* instrumentis forte veteribus continebitur, ut solet, adaeratio (adiuratio *cod.*). *idem* AGENN. grom. p. 77,6. *substitutio pretii in vicem rei erogandae* (*Dirksen*), *adnumeratio aeris*: COD. Iust. 1,47,1 (*a. 406*) nec adaerationem aliquam pro hac causa (*sc. balneis succendendis*) profligari *praecipimus*. COD. Theod. 7,4,30 (*a. 409*) siquis ... adaerationes statutas (*sc. limitaneis militibus debitas*) ausus fuerit immutare (= COD. Iust. 12,37,13). 7,4,32 (*a. 412*) adaerationis aestimatio per centum et viginti capita exactione solidi teneretur. 11,20,6,1 *cf.* adaero. 7,6,5 (*a. 423*) militaris adaeratio vestis a collatoribus exigatur (= COD. Iust. 12,39,4). NOVELL. Theod. II 26,1,5 (*a. 444*) nulli ... licere ... aut relevare suas possessiones aut adaerationem translationemque deposcere. Valentin. III 18,1,3 (*a. 445*) has ... militares annonas cum provinciales pro longinqua difficultate itineris in adaeratione persolverint, unius annonae adaeratio quattuor ... solidis aestimetur.

adaero, -āvī, -ātum, -āre. [*derivatum ab* ad *et* aes. *Th.*] EVTYCH. gramm. V 458,32 aes aeris adaero adaeras. GLOSS. *ἐξαργυρίζω, ἀποχαλκίζει*. **1** *in aere signare*: FRONTIN. grom. p. 32,5 subiectas ... extremitatum partes, areas tangentium nostrarum postulationum podismis suis adaeramus. **2** *ad aeris pretium redigere*: TREB. Claud. 14,14 'cetera ... pro moderatione praestabis, sed ita ut nihil adaeret *Claudius*'. AMM. 31,14,2 in adaerandis reliquorum debitis non molestus. COD. Theod. 7,18,8,1 (*a. 383*) illorum ... relinquatur habitatio, quos iamdudum fiscus adaeravit. 8,4,19 (*a. 396*) in speciebus primipilaribus adaerandis eadem pretiorum taxatio servetur. 7,4,28 pr. (*a. 406*) praeter eas annonas, quae adaerantur, id tantum in specie praebeatur, quod ... (*ibid.* 1 = COD. Iust. 12,37,12). 7,4,31. 7,4,32 (*a. 412*) pretium his, qui adaerare voluerint, dependsurus. 7,4,35 (*a. 423*) *annonas* ad similitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus (= COD. Iust. 12,37,15 *cf.* COD. Theod. 7,4,36). COD. Theod. 10,20,18 (*a. 436*) quoniam ... libras blattae ... coloratas et adaeratum conchylii non minimum pondus patefactum est. COD. Theod. 11,20,6,1 (*a. 430*) adaeratis ... et qualitercunque translatis (*possessionibus*) ..., translatione vel adaeratione servata, modum collationis imponi *praecipimus*. NOVELL. Theod. II 26,1,2 (COD. Iust. 10,28,1,1) indulgentiam ... in donatis, adaeratis translatisque (*sc. possessionibus*), seu quodlibet aliud nomen novae descriptionis excogitatum est, volumus observari. *nota* LEX Burg. const. extr. 21,7 omne aurum ... accipiatur praeter quattuor monetas ...: Gotici (*sc. solidi*), qui a tempore Alarici regis adaerati sunt (*i. ad vilitatem aeris redacti; cf.* ALC. AVIT. epist. 87). *Hey.*

adaestuo, -āre. *ab* ad *et* aestuare. STAT. Theb. 5,516 *serpens* saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae continuus squamisque incisus adaestuat amnis. *V.*

Adaeus, -ī, *Ἄδαῖος. Graeci varii. celeberrimus* SEN. contr. 9,1,12 Adaeus (*codd.* Addeus *ut* 9,1,13) rhetor ex Asianis non proiecti nominis. 1,7,18 *et* 9,2 (25),29 *et* 10,4,19 Adaeus. *v. Brzoska, PW. I 342*. LIV. 43,19,13 ad Genthium *Perseus* ... Adaeum Macedonem a Beroea mittit. IVST. prol. 27 (*codd.* Adeum). *in titulis nom. et cogn. vir.*: CORP. VI 12907 Q. Avillius Q. l. Menephron, Maria mater Adaei et Menephronis. *cf.* 128 (*a. u. c. 747/8?*) Q. Avillius Adaeus magister vící. *num idem est nomen quod exhibet Holder, Altcelt. Sprachsch. ex* INSCR. du Mège Archéol. Pyrén. 3 p. 348 Q. Atilius Adeus? *v.* Addaeus *et* Adius. *Diehl.*

? **Adafenius,** -a *nom. gent.* CORP. V 5464 (*in agro Comensi, periit*) Adafeniia Sals. M. f. *vix recte tradita, sed cf.* Addius, Adius, Adinius, Aprufenios. *Otto.*

adaggero, -ātum, -āre. *ab* ad *et* aggerare. *technice in horti cultura*: GLOSS. *προσεπισωρεύω, προσσωρεύω*. CATO agr. 94 cum ver adpetet, terram adaggerato bene. COLVM. 5,11,8 terram circa arborem adaggerato usque ad ipsum insitum. PLIN. nat. 17,263 terram adaggerari radicibus *fici*. 17,77 pedes terni undique e solido adaggerantur. GLOSS. *προσαθροίζω*. PLIN. nat. 12,69 *Aegyptum* adaggeratam Nilo. 36,81 nitro ac sale adaggeratis.

adagio, -ōnis *f. postea ex analogia* (*cf.* proverbium) **adagium,** -ī *n.* [*fortasse cf. c.* aio. *Th.*] VARRO ling. 7,31 apud VALERIVM SORANVM: 'vetus adagio est, o Publi Scipio'. quod verbum usque eo evanuit, ut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

graecum pro eo positum magis sit apertum, nam id est, quod *παροιμίαν* vocant Graeci.... adagio est littera commutata a⟨m⟩bagio, dicta ab eo, quod ambit orationem neque in aliqua una re consistit sola. PAVL. FEST. 12 adagio ad agendum apta. DON. Ter. Eun. 428 et dicta et proverbia et adagiones, quod rem agant, facetis hominibus adscribuntur. GLOSS. *παροιμία*. II 564,31 prima species (*?*). adagione: proverbio. adagiones: *προοίμια* (*sic*); proverbia. adagium: *προοίμιον* (*sic*). GELL. praef. 19 vetus adagium est. 1, 8, 4 illud frequens apud Graecos adagium. (Ps.*?*) APVL. mund. 14 est adagium de eo tale. CENS. 1, 7 p. 4, 13 ut vetus adagium (adgagium *Darmst.*) est ...'sus Minervam'. AVSON. 340 A ut, quod per adagionem coepimus, proverbio finiamus. SYMM. epist. 1, 3, 2 novi ego, quid valeat adagio.

adagnitio, -ōnis *f. ab* adagnoscere. TERT. adv. Marc. 4, 28 occulti revelationem et adagnitionem (agnit- *cod. Leid.*).

adagnōsco, -ere. *ab* ad *et* agnoscere. SEN. benef. 2, 13, 1 quo... altior te sublevasti, hoc depressior es (*o superbia*) ostendisque tibi non adagnoscere (*i. doces tibi non attribuenda esse*) ista bona, quibus tantum inflaris (adaugescere *coni. Gertz*). TERT. anim. 6 quod movebitur extrinsecus ab alio, ... corpus adagnoscam. [adagnoscis *ἐπιγινώσκεις Stephanus ex glossario graecolatino nunc deperdito, ubi qui extat cod. Parisin. 7651 habet* adgnoscis, *cf.* GLOSS. II 8, 23. *Traube.*] *cf.* accognoscere.

? **adagonista** incitator certatoris LIB. GLOSS. *non videtur esse* antagonista. *V.*

Adaia *indecl. et* **Adaias,** -ae *nom. vir. hebr.*, עֲדָיָה *et* עֲדָיָהוּ, *Ἀδαΐα, Ἀδαΐας, Ἀδία, Ἀδαΐ.* VVLG. I par. 6, 41. 8, 21. 9, 12 II par. 23, 1. I Esdr. 10, 29 *et* 39 Adaias *vel* Adias. II Esdr. 11, 5 *et* 12. IV reg. 22, 1 Hadaia (LXX *Ἐδαΐά*); *sed* HIER. nom. hebr. p. 44 Adaia: testimonium domini. *vide etiam* Addo.

Adali *indecl., nom. vir. hebr.*, חַדְלַי, *Ἐλδαΐ.* VVLG. II par. 28, 12.

Adalia *nom. vir. persicum*, אֲדַלְיָא. VVLG. Esth. 9, 8.

Adalia *oppidum. in* NOT. Gall. p. 587, 9 *ad* civitas Diablintum (*Noviodunum Galliae Lugudunensis*) *in quibusdam codicibus haec adscripta sunt*: quae alio nomine Adalia vocatur. quae alio nomine Aliud vel Adalia (adala, addala, alia) vocatur. id est Carifes. quae alio nomine Aliud vel Adalia nuncupatur. *quae quam recte tradantur dici nequit. Otto.*

adalligāmentum, -ī *n. ab* adalligare. PLIN. med. 3, 22 adalligatum habeas licet biduum vel triduum unum adalligamentum (*sic codd. praeter d*; alligamento *d*). *cf.* adalligo.

adalligo, -āvī, -ātum, -āre. *ex* ad *et* alligare *denuo compositum, cf.* alligo. GLOSS. II 421, 4 *προσεπιδεσμῶ. a* PLIN. *in* hist. nat. *solo usurpatum* (*recurrit* PLIN. med. 3, 10 *al.*); *dicitur de medicamentis primum in pellibus, sim. inligatis, deinde corpori adligatis, cf.* 21, 166 adligari florem panno russeo et in umbra adservari, ita cum opus sit adalligari. *aliter adhibetur nusquam praeter* 17, 211. 30, 85. 36, 66. 37, 142. *copulatur cum dat., nusquam cum* ad.

1 *corpus vel pars corporis, cui medicamentum adalligetur, expressum est*: 29, 85 vermiculi duo adalligati ... mulieribus pelle cervina (30, 141. 36, 151). 28, 115. 29, 64. 30, 140 in pelle canina fronti. 27, 89 *vermiculos* pyxide conditos. *plerumque rem, qua medicamentum involutum est, additam desideras*: 27, 30 folia ... parientibus adalligantur. 27, 66. 28, 257. 30, 97 pulmonem ... circa caput. 36, 56. 37. 50 infantibus *sucina* ... amuleti ratione (28, 258. 30, 138). 32, 6. 32, 113 (115). 36, 131. 37, 146. 24, 181 capiti (25, 143). 30, 125 collo (37, 51. 162). 20, 181 bracchio (225. 24, 170. 28, 211). 23, 138 lacerto (28, 107. 30, 100. 32, 139). 28, 217 femini (30, 62). 26, 53 inguini ... in tumore (28, 48. 121). 28, 138 genibus. 30, 128. 32, 81. 32, 133. 34, 166. 26, 24 clavo. 29, 129 tumoribus. 30, 54 doloribus. 32, 24 infantiae. *addito tempore*: 25, 88 *herba* viris ... quaternis horis.

2 *ubi remedium adalligetur, expressum non est*: 20, 225 radix ... adalligata in lana nigra. 30, 137 lana (26). 30, 91 in pelle (110). 30, 140 pelle. 29, 113 in pellicula (32, 52). 32, 139 in ... corio (29, 68). 32, 74 in putamine ovi (*cf.* 30, 101). 32, 114 in panno. 28, 259 panno (29, 132). 30, 104 calamo. *ibid.* in ... vase. 25, 134 hora vel diutius. 27, 141 triduo. 30, 36. 22, 38 in tertianis (27, 117). 22, 50 tertianis ... febribus. 30, 21 in ... dolore. 28, 88 pars proboscidis cum Lemnia rubrica. 28, 228. *deinde permultis locis aliis praecipue in libro* XXX *vox similiter usurpata legitur; nota sis etiam hos*: 20, 227 *coni.* iuxta. 28, 261 asini testis in vino potus portioneve adalligatus brachiali (vel *pro* ve *pars codd.*). 29, 67 in pelle dorcadum nervis cervinis ... in lacerto. 30, 139 ad eundem usum. 32, 6 ad maturitatem. *obiecto subaudiendo*: 30, 60. 32, 113. *in membranis confunditur cum* alligare 37, 150. *Bickel.*

Adalus, -ī *nom. Hispanum.* CORP. II 2543 (*Tarraconensis prov.*) Edovio Adalus (*aut* Adaius) Cloutai v. s. l. m. *Diehl.*

Ādām *indecl. fere*, אָדָם, *Ἀδάμ. primus homo. declinatio*: CHAR. gramm. I 118, 13 Adam ὁ *πρωτόπλαστος* monoptoton est proin latine ut et graece. GRAMM. suppl. 93, 24 nominativo et accusativo et vocativo et ablativo in 'am' terminantur ut hic Adam ... et hunc Adam ... et o Adam ... et ab hoc Adam. sed ideo primae declinationis sunt propter genetivum et dativum in 'ae' diphthongon desinentes ut huius Adae ... huic Adae. *cf.* 164, 6. *nomen plerumque non declinatur, nec gen., cuius rei videtur status constructus qui dicitur Hebraeorum in causa esse, velut* VVLG. gen. 5, 1 liber generationis Adam. 5, 4 dies Adam. 11, 5 filii Adam. deut. 32, 8 filios Adam, *hoc passim*, II reg. 7, 19 lex Adam. Sirach 49, 19 in origine Adam. Os. 11, 4 in funiculis Adam. Luc. 3, 38 Seth, qui fuit Adam *cf.* TERT. anim. 20 generis Adam. 19 ex matrice Adam *passim, nec post praepos.*: VVLG. gen. 2, 22 de Adam. Rom. 5, 14 ab Adam. I Cor. 15, 22 in Adam omnes moriuntur. *cf.* TERT. anim. 9 in Adam. 36 ex Adam. AVG. civ. 15, 20 cum Adam. INSCR. christ. Rossi II p. 69, 38, 6 cum Adam. *passim, ut omittam eas, quae acc. regunt. Thielmann, Beitr. z. Textkr. der Vulg. p. 4 exponit, in* VVLG. *partibus ab ipso Hieronymo confectis* Adam *non declinari et pro dativo legi* Adam *ter in Amiatino aliisque codicibus* VVLGATAE gen. 2, 20. 3, 21. *ex analogia acc.* Adam *formatur* Adae *pro dat. et gen., quae forma inflexam ex his casibus postea fere expellit* (*dat.* Adae TERT. pud. 16. Vind. I p. 254, 16, *ubi editores non recte reiciunt,* [VVLG. gen. 2, 20. 3, 17. 3, 21 *sic edd.*] FILASTR. 117, 1 *passim, gen.* Adae TERT. anim. 36 ex Adae latere, Adae portionem animatam. VVLG. Sirach 35, 24 Rom. 5, 14 HIL. in psalm. 14, 4 FILASTR. 97, 4 PRVD. apoth. 911 *passim*). *nom.* Adamus *v. infra l. 34. voc.* Ada EVCHERIVS instr. 1, 13 p. 70, 18. *prosodiaca: dactylorum plerumque explet pedem sextum*: Ādam PRVD. psych. 226 Symm. 2, 828 apoth. 926. 1007. 1009 PAVL. NOL. carm. 23, 308. 25, 183 MAR. VICTOR aleth. prec. 92 SIDON. epist. 7, 17 v. 29 carm. 16, 59 SEDVL. carm pasch. 1, 366 ALC. AVIT. carm. 1, 147. 2, 328 *passim, item* Ādae *gen.* PRVD. apoth. 911 ham. 697, *varius in aliis pedibus* Ādam ALC. AVIT. 2, 236 *in primo,* VEN. FORT. carm. 2, 4, 4 *post quinariam,* Adae VEN. FORT. carm. 2, 4, 7 *post ternariam; in his aliis versus sedibus plerumque corripitur prior* a, *velut* AVSON. 153, 34 deceptumque adiunxit Adam. 317, 14 PAVL. NOL. carm. 31, 66. 184. 334 *ter* Ādam *in fine pentametri.* 25, 19. 27, 608 PS. ORIENT. 3, 135. 2, 7 PAVL. PETR. Mart. 4, 526, *etiam* CARM. epigr. 301, 10 nomen Adae referens (adde *cod.*). *summa cum licentia nomen tractat* CYPR. GALL. gen. 44 Ādāmus *in initio versus,* 64 Ădăm̆us, 134 fidus Ădāmus (197 deut. 193 *hic in phalaecio*), 93 Ădāmum (*at* 192 Ādām).

nominatur saepissime ut primus homo: TERT. anim. 20 in ipso principe generis Adam. COMM. instr. 1, 35, 1 Adam protoplastus. FILASTR. 2, 1. 48, 1 pater noster protoplastus. AVG. civ. 13, 23 de homine primo qui est appellatus Adam (18, 40). 15, 10 homo primus Adam, *saepissime ab eo numerantur hominum generationes.* filii Adam *nominantur homines* VVLG. Sirach 40, 1 Ierem. 32, 19 *passim. nomen interpretatur* HIER. nom. hebr. p. 2, 17 Adam homo sive terrenus aut indigena vel terra rubra (*similiter* 64, 7. 73, 14. 23. 78, 17. 81, 9). EVCHERIVS instr. 2 p. 140, 16. AVG. civ. 15, 17 *Adam* homo interpretatur, sed commune perhibetur esse in illa lingua, id est Hebraea, masculo et feminae. nam sic de illo scriptum est (gen. 5, 2): 'masculum et feminam fecit illos ... et cognominavit nomen eorum Adam' ...ut Adam ...nomen esset amborum. *cf.* EVCHERIVS instr. 1, 16 p. 71, 10 *saepe* Adam *ponitur pro homine carnali*: PRVD. apoth. 926 ut veterem splendens anima exuat Adam. PAVL. NOL. carm. 25, 183 Christum induti deponimus Adam. 27, 608 ne maneam terrenus Adam *passim, cf.* VVLG. II reg. 7, 19 lex Adam, Os. 6, 7 in funiculis Adam traham eos; *et inde a* VVLG. I Cor. 15, 45 factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem, *loco saepe laudato, Christus ipse hoc nomine circumscribitur*: AMBR. inst. virg. 16, 98 in illa novissimi Adam ... membra. PAVL. NOL. epist. 30, 2 plus de primo quam de secundo Adam ... refero. carm. 31, 184 praefero victorem mortis et anguis Adam. PS. ORIENT. 2, 7 mitis Adam. 3, 135 secundus. ALC. AVIT. c. Ar. 4 p. 3, 22 novum (*opp.* veterem, *cf.* epist. 7 p. 37, 27). hom. 2 p. 105, 21 carm. 3, 21 novissimus. *singulariter*: ALC. AVIT. carm. 2, 328 proprium ... Adam (*Loth comparatur cum Evae marito*). *cf.* 2, 401. *qui seminudus est, vocatur iocose* alter Adam PAVL. PETR. Mart. 4, 526. *adi.* **Ādāmaticus,** -a, -um. PETR. CHRYS. (Migne 52, 550ᵃ) serm. 54 de Adamatica arbore (*opp.* crucem dominicae passionis). **Ādāmiānī,** -ōrum *m., Ἀδαμιανοί, Ἀδαμῖται, haeretici.* AVG. haeres. 31 Adamiani ex Adam dicti, cuius imitantur in paradiso nuditatem; *secuntur plura de moribus eorum* (ISID. orig. 8, 5, 14). **Ādām māximus** *gigantis nomen, nisi est* homo maximus. VVLG. Ios. 14, 15 Adam maximus ibi inter Enakim situs est. *V*

Adama, -ae *opp. Palaestinae*, אַדְמָה, *Ἀδαμά.* VVLG. gen. 10, 19 Adamam. 14, 2 regem Adamae. 14, 8 rexque Adamae. deut. 29, 23 subversionis Sodomae et Gomorrhae, Adamae et Seboim, quas subvertit dominus. Os. 11, 8 quomodo dabo te sicut Adama? HIER. in Os. 3 (11, 8) sicut Adama et Seboim ponam te, quae duae sunt quinque urbium, sicut in genesi legimus .... sicut delevi Adama et Seboim. nom. hebr. p. 2 Adama: humus vel terra sive terrena. 21, 25. sit. et nom. p. 84 Adama una de quinque civitatibus Sodomorum eversa cum ceteris. CYPR. GALL. gen. 373 atque Adama et Sebona, quis iunctim Lasa cohaeret. OROS. hist. 1, 5, 6 in confinio Arabiae et Palaestinae ... quinque civitates fuere Sodoma Gomorra Adama Seboim et Segor. *Otto.*

ἐράσμιος **adamābilis** GLOSS. II 313, 47. *V.*

Adamana *statio Syriae, Ptolemaeo Ὀδμάνα.* TAB. Peut. 10, 3/4.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

NOT. dign. or. 32, 11 Calamona *castellum*. 32, 26 equites sagittarii indigenae, Calamona. *v. Benzinger, PW. I 343. III 1329, 4. Diehl.*

adamānS *v.* adamo *et* adamas.

adamantēus, -a, -um. *ab* adamans *graeca terminatione in usum hexametri formatum. translate*: *praedurus*: OV. met. 7, 104 ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant aeripedes tauri. MANIL. 1, 923 adamanteis Discordia vincta catenis. AVIEN. Arat. 1555 sol ... curru adamenteo. 1509 axe adamanteo (adenteo *codd.*). HYG. fab. 22 p. 53, 8 tauros *Iason* ... iungeret adamanteo iugo. OREST. trag. 833 portas.

adamantinus, -a, -um, ἀδαμάντινος. *proprie*: *de lapide*: LVCR. 2, 447 adamantina saxa ... ictus contemnere sueta. PLIN. nat. 37, 189 duritiae (*inde* GLOSS. IV 471, 18. V 261, 10). APVL. mund. 26 firmitate. ZENO tract. (Migne 11, 361) 14, 5 lapidibus adamantinis meliores. VVLG. Ier. 17, 1 ungue (HIER. in Ier. 3, 17, 1 hom. Orig. in Ier. 14, Migne 25, 683 AMBR. apol. Dav. II 66. 87). HIER. hom. Orig. in Ier. 3 (Migne 24, 786) 17, 1 ut dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina. CASSIAN. conl. 6, 12 signatorium. VEN. FORT. Mart. 1, 136 adamantinus arte topazos. ISID. orig. 16, 13, 4. MART. CAP. 2, 110 cacuminis. *de ferro*: SCHOL. Germ. Sang. p. 147, 20 falce (ἐξ ἀδάμαντος). Bas. p. 82 harpen. *translate*: *praedurus*: HOR. carm. 1, 6, 13 Martem tunica tectum adamantina (*cf.* IREN. 1, 5, 5). 3, 24, 5 si figit adamantinos summis verticibus dira Necessitas clavos. PROP. 3, 11, 9 Colchis flagrantis adamantina sub iuga tauros egit. APVL. met. 9, 18 auro ... soleant adamantinae etiam perfringi fores. TERT. resurr. 44 portas adamantinas mortis (ANTH. 240, 13 adamantina regna. VEN. FORT. Mart. 1, 5 Stygis ... claustra). IREN. 1, 5, 5 tunicam (δερμάτινον). HIER. epist. 53, 8 murum litum vel adamantinum. in Amos 3 (Migne 25, 1072) 7, 7 vir stabat super murum adamantinum (ἀδαμαντίνου. VVLG. litum). in Mich. (Migne 25, 1163) 1, 10 *portae Ierusalem* firmae et adamantinae. epist. 66, 6 lapidem. adv. Pelag. 2, 25 vas adamantinum ... fictile. AVG. de duab. animab. (Vind. 25, 6 p. 79, 12) 23 quae illam propositionem adamantinis, ut dicitur, catenis nexam consequuntur (*cf. l. 7 et 63*). c. adv. leg. 1, 17, 36 nexibus (MART. CAP. 1, 7). c. Iul. op. imp. 3, 146 fundamento. VEN. FORT. carm. 9, 1, 81 turris. HYDAT. (chron. II) 59 Pelagiani sectam ... adamantino veritatis malleo contrivit. AVG. salut. doc. 55 sensus noster adamantinus, ut non mollescat. SCHOL. Pers. 1, 47 μεταφορικῶς duram ... et adamantinam dicimus frontem improbam. VEN. FORT. Mart. 3, 292 hostis (*i.* diabolus).

adamantis, -idos *f.* [*a vocabulo gr. non tradito tractum. Th.*] *herba*. PLIN. nat. 24, 162 adamantida, Armeniae Cappadociaeque alumnam. hac admota leones resupinari cum hiatu lasso. nominis causam esse, quod conteri nequeat. 1 ind. 24, 102 de adamantide. PS. APVL. herb. 5 adamantes *i. q.* symphoniaca. DIOSC. 4, 64 Iosquianum aut adamantu(m) dicunt.

Adamantius *v. sub* Adamas.

adamās *vel* **adamāns,** -ntis *m.*, ἀδάμας. GRAMM. suppl. 121, 4 in 'ans' ... masculina, ut hic adamans huius adamantis. *nom. graecus in* -as *legitur* OV. met. 4, 281 trist. 4, 8, 45 MANIL. 4, 926 SEN. dial. 2, 3, 5 PLIN. nat. 37, 55. 61. [144?] DIG. 39, 4, 16, 7 CLAVD. 22, 444. *at forma latina* adamans IVV. 6, 156 PORPH. Hor. carm. 1, 6, 13 AVG. civ. 21, 4, 4 p. 495 MARC. med. 26, 95 VEN. FORT. carm. 6, 1, 110. 6, 5, 107; *ludit in hac forma* SOL. 52, 57 (*p. 567, 46*). [*francog. vet.* aimant *i. q. magnes. M.-L.*] *graecae formae traduntur hae*: adamanta *apud poetas*: OV. epist. 2, 137. 10, 109 ars 1, 659 am. 3, 7, 57 fast. 4, 14 met. 9, 615 LVCAN. 6, 801 PLIN. nat. 20, 2 (*ex coni.*) STAT. Theb. 3, 268. 2, 277, *at* adamantem SOL. 52, 57 VVLG. AVG. adamantas: MART. 5, 11. *nota gen.* adamantium SOL. 52, 54. [*it. hisp.* diamante, *francog.* diamant. *M.-L.*]

ferrum durissimum: VERG. Aen. 6, 552 solido ... adamante columnae (ANTH. 16, 56). PROP. 4, 11, 4 non exoratae stant adamante viae. OV. met. 4, 453 carceris ante fores clausas adamante (STAT. Theb. 7, 68). 7, 412 nexis adamante catenis. 15, 813 incisa adamante perenni fata tui generis (CLAVD. 15, 202 voces adamante notabat Atropos). Pont. 4, 12, 32 duro tibi pectora ferro esse vel invicto clausa adamante putem. fast. 3, 805 facta ex adamante securi. trist. 4, 8, 45 adamas licet alliget illud. SEN. Herc. f. 808 adamante texto vincit. LVCAN. 6, 801 durum vinclis adamanta parat. VAL. FL. 3, 225 fractoque trahens adamante catenas. STAT. Theb. 3, 268 spumantem proni mandunt adamanta iugales. 4, 534 solido ... intorta adamante gigantum vincula (3, 16). HYG. fab. 166 p. 19, 16 *deorum* solia aurea[s] ex adamante. 148 p. 22, 1 catenam ex adamante. astr. 2, 12 falcem ex adamante factam. PRVD. psych. 125 conserto adamante trilicem induerat thoraca. CLAVD. 22, 444 reclusos laxavit postes adamas. 5, 470 turris ... solido ... rigens adamante (26, 213). 20, 166 adamante gravem hastam. 1, 99 Mavors adamante coruscat. 3, 119 notavit ... adamante comas *Megaera*. 22, 39 amicitias ... mansuro ... adamante ligat *Fides*. LICENT. carm. 134. GLOSS. lapis durissimus: PLIN. nat. 37, 55 maximum in rebus humanis, non solum inter gemmas, pretium habet adamas, *secuntur plura de origine duritia generibus, ex quibus affero* 37, 57 duritia est inenarrabilis simulque ignium victrix natura ..., unde et nomen [interpretatione Graeca indomita vis] accepit (HIER. in Amos 3, 7, 7 Migne 25, 1073[b]). 37, 61 adamas dissidet cum magnete in tantum, ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi (AVG. civ. 21, 4) ... adamas et venena vincit. 37, 200. 204. 20, 2 adamanta ..., infragilem omni cetera vi et invictum, sanguine hircino rumpente (AVG. civ. 21, 4 MARC. med. 26, 95 SERV. auct. Aen. 6, 552 ISID. orig. 16, 13, 2 GLOSS.). SOL. 30, 33 adamante scribitur et notatur *hyacinthus*. 52, 53 *sqq. multa*. HIER. hom. Orig. in Ier. hom. 3 (Migne 25, 607). PRISC. perieg. 1063 lymphantia pectora sanans. *gemma pretiosa*: MANIL. 4, 926 sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est. MART. 5, 11 sardonychas zmaragdos adamantas iaspidas uno versat in articulo Stella' ... meus. STAT. Theb. 2, 277 infaustas percussum adamanta figuras *in Harmoniae monili*. IVV. 6, 156 adamans notissimus et Berenices in digito factus pretiosior. CORP. II 3386 in digito minimo anuli duo gemmis adamant(ibus) *Isidi dedicati*. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7. IVL. VAL. 3, 42 coronam auream adamantibus coruscantem. SPART. Hadr. 3, 7 adamante gemma donatus. AMM. 22, 8, 31 AVG. doctr. christ. 2, 16, 24. PRISC. perieg. 1019 nitidum. MART. CAP. 1, 75. *nota*: IMP. AVG. Macr. sat. 2, 4, 12 adamas Supernas (*iocose adloquitur Maecenatem*). DRAC. carm. 10, 482 Allecto testis ceras adamante notavit. *duritiae exemplum ponitur*: OV. epist. 2, 137 duritia ferrum ut superes adamantaque. 10, 109 illic tu silices, illic adamanta tulisti. am. 3, 7, 57. ars 1, 659 lacrimis adamanta movebis. met. 9, 614 in pectore ferrum aut adamanta gerit. trist. 4, 6, 14 *tempus* adamanta terit. SEN. dial. 2, 3, 5 nec secari adamas aut caedi vel deteri potest, sed incurrentia ultro retundit. STAT. silv. 1, 2, 69 duro nec enim ex adamante creati, sed tua turba sumus (*Amores*). VVLG. Ezech. 3, 9 ut adamantem et ut silicem dedi faciem tuam. Zach. 7, 12 cor suum posuerunt ut adamantem. HIER. in Amos 3 (Migne 25, 1074[a]) 7, 7 Petrus ... erat fortissimus adamas. in Zach. 2 (Migne 25, 1463 A) 7, 8 ab adamante induratum est cor Pharaonis. AMBR. Hel. 7, 20 *Daniel* in adamantis rigorem ... membra duratus. SIDON. epist. 4, 23, 2 BOET. herm. 2, 5, 12 p. 414, 8. *in adamantem versus Celmis, Iovis parvuli tutor* OV. met. 4, 281. *V.*

Adamās, -antis, Ἀδάμας. **1** *homo perfectus Barbeliotarum*: IREN. 1, 29, 3 emittit Autogenes hominem perfectum et verum, quem et Adamantem vocant, quoniam neque ipse domatus est, neque ii, ex quibus erat. **2** *nom. et cogn. vir.*: CORP. VI 7006 (*e columb.*) C. Marium Priscum e⟨t ...⟩ Adamantem. II 1165 (*Hispali*) L. Licinius Adamas lib. III 1028 (*Apuli*) Herculi invict(o) ... Adamas exvot(o).

Adamantius, -ī, Ἀδαμάντιος. *complures Graeci et Latini, ethnici vel christiani*: COD. Iust. 4, 65, 32 (*a. 484*) Zeno A. Adamantio p(raefecto) u(rbis). *cf.* 8, 10, 13. 11, 43, 8. *v. Hartmann, PW. I 343, 2.* MARTYR. gramm. VII 165, 13 ab Adamantio meo patre, qui ... auctor doctorque elocutionis latinae visus est non futilis. *cf. inscript.* Adamantii sive Martyrii de 'b' muta et 'v' vocali. *errat igitur* CASSIOD. *ibid.* 147, 8 ex Adamantio Martyrio de 'b' et 'v' (212, 26). *cf. Goetz, PW. I 343, 4.* HIER. in Gal. 1, 3, 1 hoc ... in exemplaribus Adamantii non habetur (in Matth. 4, 24, 36). PATR. Nicaen. 1, 4 (*Aegypti episc.*) Adamantius Cynon. HIL. hist. frg. 4, 29 episcopus a Cio. *sic cognominatus fuit* Origenes: HIER. vir. ill. 54 Origenes qui et Adamantius. epist. 33, 3 ut ad Adamantium nostrumque Chalcenterum veniamus (43, 1). *ibid.* iuste Adamantii nomen acceperit. in Tit. 3, 9 vir doctus Adamantius. SIDON. epist. 2, 9, 5 Adamantius Origenes. Adamantius *quidam scripsit dialogum adversus Marcionitas, quem in linguam latinam transtulit* RVFIN. gnost. (*ed. Caspari, Anecdota I*). *v. Jülicher, PW. I 343.* **Adamastus,** -ī, Ἀδάμαστος. **1** VERG. Aen. 3, 613 comes infelicis Vlixi, nomine Achaemenides, Troiam genitore Adamasto paupere ... profectus. **2** *cogn. vir.* CORP. VI 24200 (*periit*) d. m. L. Pinni Adamasti Pinnia Paulina. **Adamastōr,** -is, *Ἀδαμάστωρ. *gigas*. SIDON. carm. 15, 20 Rhodopenque Adamastor Strymonio cum fonte levat (*v. l.* Damastor. *cf.* CLAVD. carm. min. 54, 101 Damastor). *Diehl.*

Adamastōr *et* **Adamastus** *v. sub* Adamas.

Ādāmaticus *v. sub* Adam.

adamātor puellarum amator GLOSS. II 564, 42. 315, 10 ἐρωτικός adamator. TERT. cult. fem. 1, 2 nihil ad castitatem adamatores ... monstrare potuerunt.

adamātōrius ἐρωτικός GLOSS. II 7, 44. 564, 26 adamaturius puellarum amator. FRONTO p. 19, 17 N. ⟨fla⟩mmae adamator⟨iae⟩ *suppl. Haupt.*

adambulo, -āre. *ab* ad *et* ambulare. PLAVT. Bacch. 768 adambulabo ad ostium, ut, quando exeat, extemplo advenienti ei tabellas dem in manum. APVL. met. 3, 12 ego vitans oculos omnium ... lateri eius adambulabam. 11, 8 asinum ... adambulantem cuidam seni debili. 8, 26 circumgestantibus deam cornu canens adambulabat. NOT. Tir. 90, 33 adambulat. *V.*

Adami *indecl., opp. Palaestinae.* VVLG. Ios. 19, 33 de ... Adami quae est Neceb (אֲדָמִי הַנֶּקֶב, Ἀρμὲ καὶ Ναβόκ). HIER. sit. et nom. p. 95 Adami in tribu Nepthali. *Otto.*

Ādāmiānī *v. sub* Adam.

adamita, -ae *f. v.* adpatruus.

Adammontem *statio Syriae.* TAB. Peut. 10, 2. *num eadem* RAVENN. p. 85, 5 Samachon, *Σαμαχωνῖτις Iosephi?*

Adamnanus, -ī *nom. vir. Britann.* ITIN. Hier. p. 221, 2 *sqq.* Arculfus sanctus episcopus gente Gallus ... mihi Adamnano haec ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dictavit. BEDA Itin. Hier. p. 323, 6 *sqq.* dictatus Arculfi . . . presbyter Adamnanus tribus libellis conprehendit. *v. Geyer, Itin. Hier. praef. p. XXXIII.* *Diehl.*

adamo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* amare. *amore rei (postea et hominis) affici. verbi, quod ante* CIC. *non legitur, omnino praevalent formae perfectae, a quibus vis incohativa orta videtur, praesentes sunt rarae, ut* CIC. fin. 1, 69 COLVM. 10, 199 PETRON. 110 BVC. Eins. 2, 10 PLIN. nat. 10, 119 QVINT. inst. 2, 5, 22.

I *incohative*: **1** *rem* (*nota*: SEN. epist. 71, 5 si . . . virtutem adamaveris — amare enim parum est): CIC. S. Rosc. 121 litteras . . . aut humanitatem. Flacc. 25 laudem patriae in libertatem vindicandae. Mil. 87. de orat. 3, 71 praeclaram . . . speciem oratoris perfecti et pulcritudinem. 3, 62 patientiam et duritiam in Socratis sermone maxime adamarat. epist. 2, 4, 2 quarum laudum (-em *M*) gloriam adamaris. ad Q. fr. 3, 5, 4 illud . . . quod a puero adamaram (*sequitur versus*). Tusc. 2, 26 hanc quasi senilem declamationem. off. 1, 117 id . . . genus aetatis degendae . . ., quod maxime adamavit. ac. frg. 4 qui . . serius honores adamaverunt (NON. 69, 5 *cf.* GLOSS. V 637, 5 adamare obligari inhaerere, ab 'amo' tractum). ac. 2, 9 *sententiam*. fin. 5, 73 cum alter (*Callipho*) voluptatem adamasset, alter (*Diodorus*) vacuitatem doloris. 1, 69 campum . . . equos . . . exercendi aut venandi consuetudine adamare solemus. CAES. Gall. 1, 31, 5 postea quam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent. BVC. Eins. 2, 10 deliciae somnusque solent adamare querellas. PLIN. nat. 10, 118 *psittaci* adamant verba, quae loquantur, nec discunt. QVINT. inst. 2, 5, 22 praedulce illud genus *scriptorum*. PS. QVINT. decl. 16, 2 genus ostentationis. FLOR. 1, 41, 5 Isaurici cognomen adamavit. Verg. orat. an poeta 10 eius, quam ferebat (*i. Europes*) oblitus, subito nostrum litus adamavit *Iuppiter*. HERM. mand. 8 res turpes. AVG. civ. 14, 9 hoc in se ipsis adamaverint, ut nullo . . . inclinentur affectu. c. Iul. op. imp. 2, 214 exemplum peccantis (*sexies*). lib. arb. 3, 20, 57 turpe stipendium *diaboli*. in psalm. 89, 12 adamandam esse terrenorum ac temporalium bonorum felicitatem. 111, 2 pacem illius coaedificationis. PAVL. NOL. epist. 23, 4 gratiam servitutis. 38, 10 familiare secretum taciti ruris. COD. Theod. 7, 1, 5 ignobile otium. 12, 1, 56 militare munus. *adiecto acc. praedicativo*: SEN. epist. 94, 8 cum virtutem unicum bonum hominis adamaverit, turpitudinem solum malum fugerit. *saepe de artis monumentis, sim.*: CIC. Verr. 3, 85 signa . . . pulcherrima. 5, 101 id concupisti, quod numquam videras, id . . . adamasti, quod antea non aspexeras. OV. trist. 3, 4, 28 si . . . Achilleos non adamasset equos. PLIN. nat. 34, 62 apoxyomenon . . . princeps . . ., quamquam adamatum, reposuerit. 34, 47 duo pocula . . . adamata donaverat. SIL. 13, 842 arcem . . . adamato prodidit auro Tarpeia. PLIN. epist. 3, 7, 8 adamatis . . . novis *villis* priores neglegebat. PAVL. NOL. epist. 32, 17 picturam. *in lusu verborum*: SOL. 52, 57 ut . . . quasi praedam quandam adamans *adamas* magneti rapiat atque auferat *ferrum*.
2 *hominem*: NEP. Dion 3 *Platonem* Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se ei totum traderet. SIDON. epist. 5, 10, 2 cui merito ingenii suffecisset adamari. PAVL. NOL. carm. 21, 373 Christum. *de amore venereo*: GLOSS. II 472, 6 φιλῶ amo adamo. OV. ars 2, 109 sit licet antiquo Nireus adamatus Homero. LIV. per. 30 captam statim adamavit. SEN. contr. 2, 7, 8 uxor mea . . . peregrinante me adamata est. COLVM. 10, 199 spiritus orbis . . . ipse suas adamat partes et fetibus implet. MELA 1, 86 Endymionis a Luna . . . adamati. PETRON. 110 quam facile adamarent *mulieres*. PLIN. nat. 8, 157 equum adamatum a Semiramide usque in coitum. 36, 22 *Cupidinem statuam* adamavit . . . Alcetas . . . atque in eo . . . amoris vestigium reliquit. QVINT. decl. 325 p. 278, 11 hic dives hanc speciosam adamavit. 291 p. 160, 17 SVET. Vesp. 22. APVL. Plat. 2, 22 cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur. IREN. 1, 6, 3. SOL. 12, 10 puerum delphinus adamavit. ITIN. Anton. p. 528 Ariadne a Theseo relicta a Baccho adamata est. HYG. fab. 21 p. 53, 2. 57 p. 60, 4 *passim apud* SCHOL. *et* MYTHOGR. AMBR. Ios. 5, 23 adamantur et qui nolunt amari. 5, 25 adamatus non redamavit. HIER. epist. 66, 8 VVLG. gen. 34, 2. deut. 21, 11 adamaveris eam voluerisque habere uxorem. II reg. 13, 1. III reg. 11, 1 mulieres alienigenas. Esth. 2, 17. Ier. 2, 25 adamavi . . . alienos et post eos ambulabo (*translate de Israel idola colente*). AVG. civ. 16, 30 *ult.* SIDON. epist. 7, 2, 8. 9, 9, 12. AVG. c. Iul. 1, 6, 22 mortalitas dicitur inferos adamasse (1, 7, 33).
II *non incohative, at aucta vi simplicis verbi (cf.* SEN. *l. 9), usus rarus. huc traho* PLIN. nat. 14, 37 *Vmbriae aliis regionibus* bananica (*vitis*) fallax est, adamant tamen eam. HYG. astr. 2, 20 p. 60 ut uxoris adamantem (amantem *codd. non minus boni*) et regem decebat. DON. Ter. Andr. arg.: quam Charinus adamabat unice. SERV. auct. Aen. 2, 797 adamat poeta ea quae legit diverso modo proferre (3, 10 *eadem vi* amat). CORP. VIII 12589 Scorpianus in adamatu(m) *sc. campum, cf.* 11150 campus dilectus. GLOSS. II 6, 12 adamat ἐρᾷ φιλεῖ. *part.* adamans valde amans vel cupiens GLOSS. (*v. tamen* SOL. *l. 46*).

synonyma: *ad I 1*: concupisco. *ad I 2*: velle uxorem habere. *opposita*: oblivisci, neglegere.

adamplio, -āvī, -āre. *ab* ad *et* ampliare. ITALA cod. Lugd. Monac. num. 33, 54 pluribus adampliabitis (πληθυνεῖτε. VVLG. dabitis latiorem) possessionem eorum. ITALA (Aug. serm. 44) psalm. 40, 10 qui edebat panes meos, adampliavit adversum me (magnificat super me VVLG.) supplantationem (*cf.* Ioh. 13, 18 *ubi* adampliavit super me *cod. Palat.*, ἐπῆρκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν, VVLG. levabit contra me calcaneum). ITALA cod. Sessor. Amos 8, 5 adampliemus (μεγαλῦναι) pondus. IREN. 1, 27, 2 succedens . . . ei Marcion . . . adampliavit (ηὔξησε) doctrinam. 4, 28, 2 poena . . . adampliata est. [AMBR. Iacob 2, 9, 40 filius meus ampliatus, *ubi* adampliatus *codd. Aug. et Einsidl.*] CORP. III 6423 aram adampliavit et tauro immolando dedicavit. VI 222 aedicula . . ., quam . . . vetustate corruptam adampliavit columnis . . . valvis . . . marmore. X 1578, 5 adampliante donis torquem et velum. XI 296 locum . . . restituit adque adampliavit. VI 24482 adiecto podismo et adampliato fecerunt *monumentum*. *V.*

Ādāmus *v. sub* Adam *p. 564, 34.*

Adan *indecl., nom. vir. hebr.*, עֵדֶן, Ἀδίν. VVLG. I Esdr. 8, 6 de filiis Adan. *Otto.*

Adana, -ōrum *et* -ōn, τὰ Ἄδανα, *opp. Ciliciae, nunc* Adana, *v. Hirschfeld, PW. I 344.* PLIN. nat. 5, 92 TAB. Peut. 10, 4. ITIN. Burdig. 580 civitas Adana. PATR. Nicaen. 4, 85 (*inter Ciliciae episc.*) Paulinus Adana (*abl.?*). ITIN. Theod. p. 150, 5 de Adana. CORP. VIII 3159 (*Lambaesi*) M. Iulius Col. Procul. Adan. veter. leg. III Augus. PATR. Nicaen. 3, 88 Adanorum. 1, 90 Adanon. *cf. laterc. graec. 5, 88* Ἀδάνων. *eandem exhibet formam* RAVENN. p. 93, 3. *adi.* **Adanēnsis,** -e. PATR. Nicaen. 2, 89 Paulinus Adanensis.

Adanatēs, -ium, *gens Alpina.* CORP. V 7231 (*in arcu Segusino populorum Cottianorum Augusti aetatis*) 3 *civitas* Adanatium . . . Quadiatium. *idem nomen fortasse restituendum* CORP. XII 80 (*in Alpibus Cottiis*) praef. Capill(atorum) A⟨danatiu⟩m . . . Quariat⟨ium⟩. *inter populos orae Galliae Narbonensis laudat* PLIN. nat. 3, 35 Quariates Adunicates, *in arcu Tropaeensi Augusti appellantur* Edenates (*cf.* CORP. V 7817, 33 *a. u. c. 747/8, quem titulum deperditum servavit* PLIN. nat. 3, 137). *v. Ihm, PW. I 344. 436.* *Diehl.*

Adanatius *nom. gent. etruscum.* INSCR. Corp. inscr. etrusc. I 3546 (= CORP. XI 1998) (*Perusiae*) Cafatiae | L. Adanatis (*traditur etiam* Adenatis). *intellege* L. Adanati(u)s Cafatiae (gnatus). *Otto.*

ad **īnsulam Adanum** SOL. 56, 7 *in sinu Arabico, ex* PLIN. nat. 6, 175 *ubi traditur* Sadanum. *recte autem* LIB. geneal. chron. I 165, 75 ad insulam Adano. *cf. Ptolemaei Ἀδάνου δύο. sed. v. D. H. Müller, PW. I 345.*

Adapera *statio Galatiae.* ITIN. Anton. 203, 7. *eodem loco memorant* TAB. Peut. 9, 5 Lassora. RAVENN. p. 98, 17 Lascora. *num est Ptolemaei Λασκωρία? v. Hirschfeld, PW. I 345.* *Diehl.*

adaperio, -ruī, -rtum, -īre. *ab* ad *et* aperire. GLOSS. ἐπανοίγω adaperio. παρανοίγω adaperio. IV 303, 39 adaperit effrangit.

I *clausas res vel claudendas: de corpore animali et partibus*: VARRO rust. 2, 1, 22 *morbi* signa . . . adapertum ⟨os⟩ umido spiritu crebro et corpore calido. OV. met. 5, 193 adapertaque velle ora loqui credas. PLIN. nat. 35, 58 Polygnotus . . . instituit os adaperire (*in picturis*). ITALA cod. Laud. act. 16, 14. VEN. FORT. carm. 11, 23, 3 os ⟨ad⟩aperiebam. MARC. med. 12, 2 suffixi dentes ore adaperto. VEN. FORT. Germ. 11, 37 violenter adapertis praemortuae dentibus. 60, 160 fauces. CVRT. 9, 7, 24 ad criminationem invidorum adapertae sunt regis aures. MARC. med. 8, 63 oculis adapertis. 8, 102 collyrium ad caligines oculorum adaperiendas. ITALA (Aug. gen. litt. 11, 30, 39) gen. 3, 5 adaperientur (διανοιχθήσονται VVLG. aperientur) vobis oculi (*ri mystica*). ITALA *et* VVLG. Marc. 7, 34 Ephpheta quod est adaperire (*imp. pars.*). ITALA cod. Sessor. prov. 4, 25 oculos tuos. ITALA *et* VVLG. II Macc. 1, 4 adaperiat cor vestrum in lege sua. AVG. c. Fel. 1, 16 pietas . . . spiritus sancti intima pectoris vestri adaperiat. AVG. civ. 18, 32 p. 302, 18 adaperient morsus suos sicut edens pauper absconse. *varie apud medicos*: CELS. 4, 11 p. 113 D. ore venae alicuius adaperto. 5, 27, 2 p. 201 desudare . . . vulnere adaperto. 5, 28, 6 p. 210 si nondum adapertum ulcus est. 5, 28, 8 furunculus . . . ubi adapertus est. 5, 28, 15 p. 218 inflammatio. COLVM. 6, 30, 8 obsessi naturales exitus adaperiuntur. PLIN. nat. 32, 96 vesicas exinanire, interanea destringere, omnia adaperire, renes purgare. ORIBAS. syn. 1, 5 multus aer . . . omnes corporis poros adaperit. *i. q. purgare?* ORIBAS. syn. 1, 30 quodsi adaperire volumus. *haud raro de partu* (*hoc etiam translate*): COLVM. 10, 145 at cum feta suos nexus adaperta resolvit *terra*. ITALA cod. Lugd. gen. 29, 31 *et* 30, 22 *deus* adaperuit (ἀνέῳξεν. VVLG. aperuit) vulvam eius. VVLG. Luc. 2, 23 omne masculinum adaperiens (διανοῖγον) vulvam, sanctum. ITALA (Aug loc. hept. Migne 34, 508) omne adaperiens vulvam (VVLG. quod aperit), *similiter* exod. 34, 19. *de portis et locis clausis*: OV. met. 14, 740 adaperta . . . ianua (am. 3, 12, 12). LIV. 25, 30, 10 adapertas fores portae (OBSEQ. 42 PLIN. nat. 15, 80. 36, 88). COLVM. 9, 8, 10 foramine adaperto *alvarii*. 9, 13, 10 pulli iam sedes suas adaperiunt. 9, 14, 1 adapertis alveis (9, 15, 4). OBSEQ. 13 valvae sua sponte adapertae. OV. am. 1, 5, 3 pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestrae. *in imagine*: FELIX epist. (Migne 13, 28 A) adaperiente nobis domino claves verbi. *varia*: LIV. 5, 21, 8 ut adaperto cuniculo exta raperent. SEN. nat. 6, 24, 5 cum . . . adapertum ingenti ruina solum est, totas . . . urbes et recipit hiatus ille et abscondit. HIL. carm. de Macc. 139 corpus . . . tellus adaperta recepit. CORP. VI 13016 hoc

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ippogaeo . . . adaperto sarcofagum . . . fecerunt. SEN. epist. 46, 1 librum . . . lecturus ex commodo adaperui (apperui *p*). ITALA (Iren. 5, 35, 2) apoc. 20, 12 libri adaperti (aperti VVLG.) sunt. COLVM. 8, 17, 13 viridis adaperta ficus. COLVM. 10, 239 *cinara* nunc adaperta manet, nunc pinea vertice pungit. 10, 261 virgineas adaperta genas rosa. HYG. mun. castr. 65 adaperto circino ad cardinem portae. SVET. Aug. 53 adaperta (adoperta *codd.*) sella per publicum incessit. Nero 12 toto podio adaperto spectare consuerat. OPT. PORF. 20^{b}, 23 plectra adaperta (*i. hydrauli foramina aperta*) sequi aut placidos bene claudere cantus. ANTH. 424, 4 ultima cesserunt adaperto (adop. *cdd.*) claustra profundo. ITALA cod. Verc. Marc. 1, 10 vidit adaperiri (apertos VVLG.) caelos. PS. VEN. FORT. Mauril. 16, 74 seratum est caelum iterumque . . . adapertum. *nota*: SEN. benef. 3, 37, 2 flamma recedente limitem adapertum.

II *res opertas, velatas*: LIV. 45, 39, 17 adapertis forte quae velanda erant, tumor inguinum proximis risum movit. VAL. MAX. 5, 2, 9 caput adaperuit (SEN. epist. 64, 10. OBSEQ. 43* *opp.* opertum). CELS. 6, 4 p. 224 cum paullatim summa pellicula excisa est, adaperiuntur pilorum radiculae. SEN. nat. 5, 18, 4 latentem frugem ruptis velamentis suis . . . adaperiret. COLVM. 4, 8, 1 *ablaqueandi* opus adapertas ostendit aestivas radiculas. 5, 5, 6 vites. 11, 2, 50 *si* sine operculis adaperti sunt *favi* (*opp.* operculati). PLIN. nat. 2, 129 nubes discussae adaperuere caelum. STAT. Theb. 4, 566 pectusque adaperta (adop. *codd.*) cruentum insequitur planctu. FRONTIN. strat. 2, 5, 34 subito acies Romana adaperta (*antea monte abdita*) . . . procurrit. ITALA cod. Wirc. lev. 18, 6 propin⟨qu⟩ae carnis . . . ⟨a⟩daperire ⟨t⟩urpitudinem (*i. pudenda*; ἀποκαλύψαι). ITALA (Priscill. tract. 1 p. 24, 24) Hiob 41, 9 adaperietur splendor (ἐπιφανήσεται φέγγος).

III *translate*: SEN. clem. 1, 13, 3 conscientiam suam plenam sceleribus . . . adaperuit. dial. 9, 4, 7 *virtus* angusto circumsaepta sive adaperta. 2, 1, 2 illa, quae in unum congesserat error oculorum, paulatim adaperiuntur. STAT. Theb. 1, 396 mox adaperta fides. ITALA cod. Leg. I reg. 3, 7 antequam adaperiret ei verbum domini (neque revelatus ei fuerat sermo d. VVLG.). ITALA cod. Verc. Luc. 24, 32 cum adaperiebat (aperiret VVLG.) nobis scripturas. ITALA (Iren. 3, 16, 5 Cypr. test. 1, 4) Luc. 24, 45 adaperuit (aperuit VVLG.) illis sensum, ut intellegerent scripturas. *cf.* AMBROSIAST. Rom. 3, 31 Gal. 2, 1. ITALA et VVLG. act. 17, 3 adaperiens et insinuans. IREN. 4, 9, 1 *deus est* pater familias . . . filiis adaperiens suam hereditatem. VVLG. IV Esdr. 13, 21. AVELL. p. 523, 5 adaperiente Christo recte per verbum veritatis incedere. *copulatur cum* quia: SERMO Arian. (Migne 13, 609) frg. 6 quia . . . dixit . . . , ipse filius nobis adaperuit. *nota adi.*: SYMM. epist. 9, 17 adaperta distributio *v. dilucidum villae diagramma.*

? **adaperītio,** -ōnis *f. ab* adaperire *v.* adapertio. PS. MAX. TAVR. epist. (Migne 57, 940 A) 2, 5 si . . . suavitatem pomorum pro adaperitione monstraveris oculorum (*de Eva*), *si modo recte editur* (PS. HIER. Migne 25, 83 A adapertione).

adaperītīvus, -a, -um. *ab* adaperire. ORIBAS. eup. 2, 1, 22 animones omnes acres et proiectivae et adaperitivae sunt virtute.

adapertilis, -e. *ab* adaperire. OV. trist. 3, 11, 45 latus hoc adapertile tauri *Phalaridis.*

adapertio, -ōnis *f. ab* adaperire. GLOSS. ἄνοιξις. **I** *proprie*: HIER. in Ioel (Migne 25, 949 B) 1, 6 ipsa . . . oris adapertio non in hominis, sed in dei potestate est. *ibid.* de latitudine et adapertione generatus. VVLG. Nah. 3, 13 inimicis tuis adapertione (ἀνοιγόμεναι) pandentur portae terrae tuae (HIER. in Nah. 3, 13, Migne 25, 1264 A). ISID. orig. 14, 9, 3 *ferarum* aviditas oris adapertione monstratur. **II** *translate*: IREN. 2, 27, 2 valde hebetes apparebunt qui ad tam lucidam adapertionem caecutiunt oculos et nolunt videre lumen praedicationis. 2, 28, 6 sive generationem sive nuncupationem sive adapertionem aut quolibet quis nomine vocaverit generationem *Christi.* 3, 17, 2 ad introitum vitae et adapertionem (apert. *alii*) novi testamenti. (NOV.) tract. 7 (85, 17) in adapertionem oris ac sensus mei. HIER. nom. hebr. p. 28, 13 Lagarde: Iafie adapertio vel ostensio sive superficies. in Mich. (Migne 25, 1189 C) 2 *praef.* oris (*mystice*). PAVL. NOL. epist. 12, 2 init. (*item*). AVG. gen. c. Man. (Migne 34, 218) 27, 41 secretorum. divers. quaest. (Migne 40, 51) 41, 3 legis. pecc. orig. (Migne 44, 364) 1, 7 oculorum cordis. *V.*

adapto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* aptare.

1 *i. q. accommodo*: SVET. Oth. 12 galericulo capiti . . . adaptato et adnexo. IREN. 1, 2, 6 haec apte compingentes et diligenter in unum adaptantes (ἐνώσαντες). VVLG. exod. 26, 5 ut ansa . . . altera alteri possit adaptari. IREN. 1, 1, 3 sicubi quid eorum, quae dicuntur in scripturis, poterunt adaptare et adsimilare (προσαρμόσαι) figmento suo (1, 3, 6. 2 praef. 1. 2, 7, 3. 2, 19, 6. 2, 19, 9. 2, 23, 2. 2, 34, 1). HIER. in Hab. (Migne 6, 1326 D) 2, 3, 11 cui sensui potest illud adaptari, quod egressus sit pater. IREN. 1, 3, 6 ad figmentum . . . adaptantes (ἐφαρμόζοντες) *parabolas.* BOET. top. Arist. 6, 5 non adaptabitur alterius terminus ad alterum . . . oportet enim in omne univocum adaptari. *inde i. q. adhibeo*: IREN. 2, 5, 3 haec autem omnia adversus omnes . . . adaptabuntur. GREG. TVR. Mart. 1, 22 ad solitum eum (*servum*) adaptat servitium. *sive tribuo*: IREN. 2, 7, 7 et numeros et emissiones superiorum aeonum, eosdem et similes ad eos, qui sunt conditionis, adaptant. 5, 6, 1 deus . . . conforme illud et consequens suo puero adaptans. PS. HIER. epist. (Migne 11, 152 B) 12, 3 nomen angeli convenienter sacerdoti adaptatur. *sive convenienter refero*: HIER. in Os. (Migne 6, 900 B) 9, 15 quomodo eis poterit adaptari 'non addam . . .'? (*antecedit* hoc quod scriptum est . . . ad regnum Iuda referri). in Mich. 2 praef. (Migne 6, 1189 C) ut de scripturis loquenti adaptari possit 'dominus dabit . . .'. RVF. bened. Iud. (Migne 21, 302) 2 valde convenienter adaptatur Christo *catuli sommus.* **2** *paro*: *absolute*: SVET. Claud. 33 ita essedo alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur. IREN. 1, 21, 3 quidam . . . sponsale cubiculum quoddam adaptant (κατασκευάζουσιν). *reflexive*: IREN. 1, 13, 3 adapta (ἐνταρέπισον) te ut sponsa sustinens sponsum suum. GREG. TVR. Franc. 7, 29 se ad percutiendum . . . aptat *vir.* *Prinz.*

adaquo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ad *et* aqua *derivatum. Th.*] [*val.* adăpá, *ital.* adacquare, *hisp.* adaguar. *M.-L.*] *cf.* aquor. GLOSS. II 8, 1 adaquat ποτίζει. *de plantis herbisve*: PLIN. nat. 17, 63 *amygdalas satas* denis diebus adaquari donec grandescant. HERM. sim. 8, 2, 8 cum sint adaquatae virgae (ποτισθέντα ὕδατι . . . τὰ ῥαβδία, *antecedit* aquam copiosam suffudit illis). IREN. 4, 25, 2 alter . . . est qui plantat et alter qui adaquat. PALLAD. 3, 33. *de pecore*: GLOSS. II 414, 50 ποτίζω κτῆνος adaquo. SVET. Galba 7 ad lacum, ubi adaquari solebat *iumentum.* ITALA (Aug. quaest. hept. 1, 63) gen. 24, 14 et adaquabo camelos tuos (tribuam potum VVLG.). *ibid.* VVLG. bibi et adaquavit camelos. ITALA cod. Lugd. et VVLG. gen. 29, 2 de puteo . . . illo adaquabantur greges (*active* ἐπότιζον τὰ ποίμνια). 29, 3 adaquabant oves (VVLG. refectis gregibus). 29, 7 adaquate . . . oves (VVLG. date potum). 29, 8 adaquabimus (VVLG. adaquemus) oves. 29, 10 adaquavit oves (VVLG. 11 adaquato grege). 30, 38 (Lugd.) in *alveis* adaquabantur oves. exod. 2, 16 (VVLG. Lugd.). 2, 17 (VVLG. Lugd.). 2, 19 (Lugd.). ITALA codd. Colb. Veron. Brix. Amiat. Fuld. VVLG.; *verbi aliae formae* Verc. Cant. Luc. 13, 15 *asinum* ducit adaquare. *inde saepius apud* ECCL. CHIRON 3, 250 adaquabis ita ut sitiat. PELAGON. 365 *equus* cum coeperit adaquari. LEX Visig. Recc. 8, 3, 15. *de hominibus*: ITALA cod. Lugd. num. 20, 8 *petra* adaquabit (*mutata structura* bibet VVLG.) synagogam et pecora eorum. ITALA cod. Sessor. Ioel 3, 18 fons . . . adaquavit agmen. VVLG. psalm. 77, 15 adaquavit eos. *sensu mystico*: IREN. 4, 33, 14 adaquare genus electum dei (CYPR. epist. 63, 8 *bis*). HERM. sim. 9, 1, 8 ex his fontibus adaquabantur omne genus domini creaturae (9, 25, 1). *de* CAES. *et* TAC. *locis incertis v. sub* aquor. *V.*

Adar *rex Idumaeorum*, הֲדַר, Ἀράδ. VVLG. gen. 36, 39 regnavit pro eo Adar.

Adar (villa Adar) *opp. Palaestinae*, חֲצַר־אַדָּר, ἔπαυλις Ἀράδ. VVLG. num. 34, 4 ad villam nomine Adar (*quod in latino est* villam, *in hebraeo pars est nominis*). HIER. nom. hebr. p. 16 Adar: sublimis vel pallium. ITALA cod. Lugd. num. 34, 4 in villam Arat. *vide etiam* Addar *et* Ar.

adar *indecl., Hebraeorum mensis duodecimus*, אֲדָר. IOS. ant. 4, 327 τῷ ὑστάτῳ μηνὶ τοῦ ἔτους, ὑπὸ μὲν Μακεδόνων Δύστρῳ καλουμένῳ, Ἀδάρῳ δ' ὑφ' ἡμῶν. 12, 412 τοῦ μηνὸς τοῦ λεγομένου παρὰ μὲν Ἰουδαίοις Ἀδάρ, κατὰ δὲ Μακεδόνας Δύστρου. GLOSS. adar Syrorum lingua Martius mensis dicitur. mensi⟨s⟩ feb(ruarius) qui e⟨s⟩t XII. adar zios(?) Hebraeorum lingua Martius mensis dicitur. EVCHERIVS instr. II (p. 153, 10) adar in libro Esther februarius qui apud nos duodecimus (*haec exscripta sunt in libro gloss.*). VVLG. I Esdr. 6, 15 diem tertium mensis adar. Esth. 3, 7 mensis duodecimus qui vocatur adar. 3, 13. 8, 12. 9, 1 duodecimi mensis quem adar vocari ante iam diximus. II Macc. 15, 37 tertia decima die mensis adar, quod dicitur voce Syriaca. *Otto.*

Adara *v.* Addar.

Adarb. *v.* Adherbal.

adarca, -ae *vel* **adarcē** (-ēs?), -ēs, ἀδάρκης, ἀδάρκη. *herba parasitica.* PLIN. nat. 16, 167 *harundo* in Italia palustris ex cortice tantum sub ipsa coma nascens, adarca nomine, utilissima dentibus (20, 241). 32, 140 calamochnus, latine adarca appellata. nascitur circa harundines tenues e spuma aquae dulcis ac marinae ubi se miscent. vim habet causticam, ideo acopis utilis et contra perfrictionum vitia. 1 ind. 20, 88 1 ind. 32, 50. DIOSC. 5, 195 adarcen nascitur in Galacia. PS. GAL. alf. 28 adarces (-cis *cod. Carn.*, -ca *Lucc.*) nascetur in Gallea. *mira in* GLOSS. III 536, 9 adarces (-cis III 542, 10) id est adipe ursinu. III 583, 4 gera id est adracis. III 580, 28 adarces id est capitellos de gariofilo. VEG. mul. 5, 47, 2 perungues oleo cum adarce trito. CHIRON 5, 492. MARC. med. 35, 23 adarces. 35, 31. 36, 57. THEOD. PRISC. log. 36 (adarches *cod. Reg.*). 54 acopa ex adarce. 55 unguentis . . . mordentibus ex . . . adarce . . . temperatis. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 39. 3, 2, 40. 5, 2, 39. CASS. FEL. 1 p. 8 adarces *et passim apud medicos, fere gen.* adarces *et abl.* adarce. ANTH. 910, 57 adarchen.

adārēsco, -āruī, -ere. *ab* ad *et* arescere. CATO agr. 98, 1 vestimenta ne tiniae tangant. amurcam decoquito . . . , ea unguito fundum arcae . . . . ubi ea adaruerit, vestimenta condito. *V.*

Adarezer *indecl., rex Soba Syriae* הֲדַדְעֶזֶר *et* חַדַדְעֶזֶר, Ἀδραζάρ (Ἀδραζάρ). IOS. ant. 7, 100 τὸν Ἀδράζαρον. VVLG. II reg. 8, 3 percussit David Adarezer filium Rohob regem Soba. 8, 5—12. 10, 16. 19. III reg. 11, 23. I par. 18, 3—10. 19, 16 *et* 19. HIER. sit. et nom. p. 140

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ad II reg. 8, 8*) regis Adrazar. Lib. geneal. 382 ab Arazar (Araxar *alter cod.*) rege Syriae hec (*arma aurea*) tulerat David. *Otto.*

Adaric *Gothus.* Cons. Ital. auct. Havn. chron. min. I 311, 478 Adaric adversum Odoacrem rebellans devictus . . . occiditur (*sim.* ord. post. *ibid. in mg.* Adarich). *ab hoc fortasse nomine derivatum est adi. a multis temptatum* **Adariciānus,** -a, -um. Leg. Burg. const. extr. 21, 7 *solidi* Gotici, qui a tempore Alarici regis adaerati sunt, et Adaricianos (*v. l.* ardaricaeannos). *cf.* Ardaricus 1.

Adarin (*acc.?*) *statio Syriae* Tab. Peut. 10, 3. Ravenn. p. 89, 4 Adatis. *Benzinger* (*PW. I 347*) *contulit* Not. dign. or. 32, 3 *et* 18 Otthara, *Ptolemaei* Ἄτηρα. *Diehl.*

adarmo, -āvī, -āre. *ab* ad *et* armare. Facvnd. pro def. trium capit. (Migne 67, 621[b]) 4, 2 rhetoris confectionibus odibilem adarmavit linguam adversus caelestes deos.

Adarsa *v.* Adasa.

adartat Not. Tir. 70, 6. *V.*

Adarus, -ī *nom. vir. barbaricum.* Inscr. Rhen. 187 C. Iulio Adari f. Primo Trevero eq. alae Noric. statori.

Adasa *indecl., oppidum Iudaeae, cf. Benzinger, PW. I p. 348.* Ios. ant. 12, 408 ἐν Ἀδασοῖς. Hier. sit. et nom. p. 93 Adasa in tribu Iudae (*male, in Iudaea*) usque hodie vicus iuxta Gufnas. Vvlg. I Macc. 7, 40 Iudas applicuit in Adarsa (ἐν Ἀδασά). 7, 45 ab Adazer (ἀπὸ Ἀδασά). *Otto.*

adasia ovis vetula recentis partus Pavl. Fest. 12, 13. Gloss. V 436, 30 ovis maior quae peperit. IV 404, 25 ovis maior natu. II 564, 18 adasa: pro (prae *Löwe*) senectute sterelis. *V.*

Adaspii, -ōrum *gens Caucasa.* Ivst. 12, 5, 9 Parimas Parapammenos Adaspios ..., qui in radice Caucasi morabantur, subegit (Oros. hist. 3, 18, 7).

Adatha *castellum Syriae sub duce Phoenicis,* Arachae (Adachae) *vicinum, neque tamen idem.* Not. dign. or. 32, 14. 29 equites sagittarii indigenae Adatha. *v. Benzinger, PW. I 348.*

Adathās, -antis, *nom. vir.* Frontin. strat. 2, 5, 30 Adathante quodam eminente viribus subornato. Plvtarch. Lucull. 16 Ὀλθανός, Appian. Mithr. 79 Ὀλπάβας. *Diehl.*

Adatilia *nom. gent.* Corp. III 10865 (*in Pannon. sup.*) Adatili⟨a⟩ A⟨. . .⟩nia. *Otto.*

Adatis *v.* Adarin.

adauctīvus, -a, -um. *ab* adauctus. Don. Ter. Andr. 663 interturbat: 'inter' modo nominis non exigit additamentum. est enim adauctiva particula. 694 adiuro: 'ad' adauctiva particula est ut 'admirabiliter' valde mirabiliter. *v.* auctivus.

adaucto, -āvī, -āre. *ab* ad *et* auctare. Non. 75 adauctavit auxit (Gloss. V 638, 19); Accivs Aeneadis (trag. 15): quibus rem summam et patriam nostram quondam adauctavit pater.

adauctor, -ōris *m. ab* adaugere. Tert. testim. 2 anima . . . si *datorem suum* novit, utique et timet et tantum postremo adauctorem (ad auctorem *i. cum auctor tantus sit. Hartel*).

adauctus, -ūs *m. ab* adaugere. Lvcr. 2, 1122 quaecumque vides hilar⟨o⟩ grandescere adauctu paulatimque gradus aetatis scandere adultae. *V.*

Adauctus, -a *cogn. aetatis imperatoriae hominibus humili loco natis inditum; mulieribus raro placuit.* Adautus: Corp. IX 3252 (*Corfinii, periit*) A. Vercius Auxiliaris et Adauta. VIII 4157 (*Lambaesi*) M. Vlpius Adautus. 12506 (*Carthagine*) Adautus. Corp. VI 2756 Tursini Adaucti míl. coh. X pr. 10462 Abuccia Adaucta. 12994 Aurel. Adauctus Aug. lib. 18744 M. Furio Adaucto M. liberto. 19437 Lyciscus et Adauctus parentes. 27937 L. Valerio L. f. Adaucto. 29131 M. Vlpio Adaucto *coniugi* fecit Flavia Gemella. XIV 246, 7, 2 (*Ostiae, a. 140*) P. Cartius Adauctus. 250, 3, 33 (*ibid., a. 152*) M'. Lollius Adauctus. 251, 4, 21 (*ibid., a. 192*) C. Iulius Adauctus. 33 L. Furius Adauctus. 309 (*ibid.*) L. Calpurnio Adaucto vern. lib. IX 152 (*Brundisii*) Valerius Adauctus. X 1403f, 3, 12 (*Herculanei*) Ti. Acutius Ti. l. Adauctus. 3109 (*Puteolis*) C. Vibidius Adauctus. V 1444 (*Aquileiae*) C. Venonius Reperti lib. Locuples, Petronia Adaucta. 1958 (*Portu Liquentiae*) Q. Licovio (mulieris) l. Adaucto. III 2571 (*Salonis*) C. Valer. Adaucto. 4520 (*in Pannon. sup.*) Adauctus l(ibertus). VIII 12662 (*Carthagine*) Adaucta. Felix et Adauctus *sub Diocletiano et Maximiano martyrium passi sunt*: Carm. epigr. 671, 5 ad caelum victor pariter properavit Adauctus. Ps. Leo lib. sacrament. 23, 1 sanctorum Felicis et Adaucti. **Adauctula** *cogn.* Corp. X 1998 (*Puteolis*) Adauctula. VIII 500 (*in prov. Byzacena*) Gabinia Adauc⟨t⟩u⟨l⟩a.

Adaugendus, -a *cogn.* Corp. VI 33786 Tucciae Adaugendae. IX 2386 (*Allifis*) Domitiae Ampliatae coniugi Adaugendus, con quem vixit.... X 3116 (*Puteolis, periit*) Viriae Corneliae ⟨. . .⟩aresiae Adaugendae castae pudicae domine coniugi. 4096 (*Capuae*) P. Cornelius Iconius . . . Adaugende filiae. *Otto.*

adaugeo, -auxī, -auctum, -ēre *ab* ad *et* augere. *tertii ordinis formae leguntur hae*: Itala Leptogen. gen. 17, 20 adaugam. cod. Lugd. lev. 27, 18 *et* 31 adauget *pro fut.* Itala (Lucif. non parc. 7) IV reg. 22, 20 adaugeris (συναχθήσῃ). Oribas. syn. 8, 14 adaugis. *perf.* adaugerunt(?) *v. p. 572, 63.* [*val.* adaoge, *francog. vet.* aoire. *M.-L.*]

I *cum obiecto rei auctae*: Gloss. ἐπαύξω προσαύξω. **a** *de rerum corporearum magnitudine vel numero*: Plavt. Stich. 386 Hercules, decumam esse adauctam tibi quam vovi gratulor. Lvcr. 2, 564 nec crescere adaucta *primordia.* 6, 508 semina aquarum . . . undique adaucta. Bell. Alex. 12, 2 sese ... *navium* numerum adaucturum. Afr. 1, 5 in dies et naves longae adaugeri. Vitr. 3, 2, 11 adaugendae sunt crassitudines scaporum. Gaivs dig. 40, 4, 57 si ipse testator adauctis postea facultatibus decessisset (Call. dig. 27, 1, 17, 2). Marc. med. 26, 39 adaucto numero bacarum. Ps. Boet. geom. p. 399, 11 *numerus* se . . . ipsum adaugens. p. 408, 19. 415, 3. Ven. Fort. carm. 9, 2, 131 Abrahae qui semen adauxit. Greg. Tvr. Mart. 1, 2 oleum . . . adauctum. Franc. 9, 5 flumina . . . granditer adaucta fuerunt. 9, 9 adaucta adhuc secum multitudine hominum. Hil. trin. (Migne 10, 137[a]) 5, 13 in gentem . . . magnam Ismael adauget. *adiecto ablativo rei additae*: Caes. civ. 3, 58, 4 pabulum . . . hordeo adaugere (adiungere α[1]). Vitr. 4, 3, 10 de adiectione, qua[e] media adaugetur *columna.* 4, 4, 2 quod detrahitur de corpore scapi, striarum numero adiecto adaugebitur. Mela 3, 21 obvius oceani exaestuantis accessibus adauctus est *Garunna fl.* **b** *de rerum incorporearum gradu vel intentione*: Ter. Haut. 434 propter peccatum hoc timet, ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta sit (Gloss. II 7, 43 adaucta sit ηὐξήθη, *ubi cod.* adauctagit). Rhet. Her. 2, 25, 29 illius modi signa adaugent suspicionem. 3, 11, 20 firmitudinem vocis . . . nonnihil adauget et maxime conservat exercitatio imitationis. 3, 14, 25 adaucto mediocriter sono vocis. 4, 33, 45 erit illic deminutus numerus (*grammaticus*) festivitatis, hic adauctus (*i. pluralis*) gravitatis gratia. Cic. inv. 1, 4 *studium eloquentiae* erat retinendum et studiosius adaugendum. sen. 36 nihil minuam de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. top. 98 ut adaugeat (augeat *Ottob.*) eorum (*animorum*) motus aut sedet oratio. ac. 1, 21 ad id (*summum bonum*) . . . aut adaugendum aut tenendum. [Lvcr. 5, 1225 adauctum *prave codd.*] Vitr. 5, 1, 10 columnae . . . magnificentiam inpensae et auctoritatem operi adaugere videntur. 9, 5, 3 *sol* e capricorno . . . transiens in aquarium adauget et (ex *codd.*) aequat sagittarii longitudine diei spatium. Homer. 927 vires successus adauget. Plin. paneg. 22 *laetitia* cum ingressu tuo crevit ac prope in singulos gradus adaucta est. Iren. 4, 26, 5 dilectionem. Ps. Ter. Andr. exit. suppos. 9 amicitia⟨m⟩ nostra⟨m⟩ quae est a patribus nostris tradita . . ., studui adauctam (adductam *codd. plerique*) tradi liberis. Itala cod. Leg. II reg. 5, 12 adauctum est regnum (ἐπήρθη. Vvlg. *active* exaltasset). Itala *et* Vvlg. Luc. 17, 5 adauge nobis fidem (*cf.* Ps. Hier. expos. IV evang. Migne 30, 563[c] si deest fides, adauge). Ps. Greg. M. in psalm. paen. 2, 2 qui adauxit peccata. 6, 2 precandi adauget affectum. Ivst. inst. 3, 7, 2 lege Papia adaucta sunt iura patronorum (*ex Gaio, qui* aucta *habet*). Don. Ter. Phorm. 606 adaucto metu. Carm. epigr. 1276 quaesitum ex pat⟨re⟩ ut potuit s⟨i⟩bi nomen adaux⟨it⟩. *notabile*: Itala (Lucif. non parc. 7) IV reg. 22, 20 adaugeris (συναχθήσῃ εἰς τὸν τάφον σου. Vvlg. colligeris ad sepulcrum tuum) in pace. *addito abl.*: Cic. S. Rosc. 30 *maleficia* haec aliis nefariis cumulant atque adaugent. [Caes. Gall. 6, 1, 3 adaugeri β.] Liv. 10, 23, 6 facto . . . egregio magnifica verba adauxit. Lact. epit. (I p. 736, 6 Vind.) 54 (59) commoda sua aliorum incommodis adaugere. Char. gramm. I 40, 12 *verba*, quae in genetivo adaugentur syllaba. *orando vel declamando*: Rhet. Her. 2, 30, 48 loci communes . . . sumentur adaugendi criminis causa. 3, 2, 2 causa erit adaugenda aut deprimenda. Cic. inv. 2, 55 locus communis, per quem facti utilitas aut honestas adaugetur. 2, 75 hoc (*alio facto*) extenuando maleficii magnitudinem simul adaugere (augere *pars codd.*). 2, 100 in ea re adaugenda. **II** *cum obiecto rei additae*: Gloss. II 423, 10 προστίθημι addo adicio . . . adaugeo. IV 9, 11 adauctus accommodatus. Itala cod. Lugd. gen. 29, 33 adauxit (προσέδωκε. dedit Vvlg.) mihi et hunc *filium.* lev. 27, 18 adauget (προσθήσει) quod adiectum. 27, 31 quod adiectum fuerit, adauget (προσθήσει) ad ipsum. III reg. (Lucif. Athan. 1, 18) 19, 2 haec mihi faciant dii et haec mihi adaugeant (addant Vvlg.). Sermo Arian. Migne 13 frg. 6 quaestiones vanissimas . . . sibi adauxerunt (adnugrunt *palimps. m. 1 corr. in* adaugerunt). Hier. in eccles. (Migne 23, 1008[c]) 49, 22 Ioseph . . . vocaris, quia adauxit te mihi deus (*cf.* Vvlg. gen. 30, 24 addat). Corp. XIV 1038 T. Flavius Vnio aediculam sibi concessam . . . adauctis ollis n. XVIII fecit. *c. inf.*: Itala cod. Leg. I reg. 3, 21 adauxit (προσέθετο. addidit ut Vvlg.) dominus nuntiari in Silom. *eandem vim coniunctio copulativa habet in his*: Lugd. lev. 26, 18 adaugeam et castigem vos septies in peccatis vestris (προσθήσω τοῦ παιδεῦσαι, *liberius* Vvlg.). *absolute*: Vvlg. II reg. 24, 3 adaugeat (προσθείη) dominus deus tuus ad populum tuum.

synonyma: *ad Ia et b* adaugeri: crescere. *c. abl.*: cumulo. *ad II*: addo. *opposita*: *ad Ia* adaugeri: detrahi de. *ad Ib*: deprimo. deminuo. minuo de. sedo. *ad II*: (detraho, demo).

Adaugendus *v. sub* Adauctus.

adaugēsco, -ere. *ab* ad *et* augescere. Lvcr. 2, 296 nam neque adaugescit quicquam neque deperit inde. Cic. Arat. frg. 3, 5 stridor . . . celso e vertice montis ortus adaugescit scopulorum saepe (*abl.*) repulsus.

Adaugmagdum *v.* ad Amadum.

adaugmen, -inis *n. ab* adaugere. Lvcr. 6, 613 *flumina* ad maris omnia summam guttai vix instar erunt unius adaugmen; quo minus est mirum mare non augescere magnum. *V.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Adausus *nom. vir.* CORP. XI 6699, 13 (*in lucerna*) Adausus. *Otto.*

? **adavunculus** [*cf. c.* adnepos, atavus. *Th.*] *et* admatertera *qua codicum fide apud* ISID. orig. 9, 6, 28 *nitantur nescio.* *V.*

Adax *v.* Adad.

Adazer *v.* Adasa.

Adbeēl *filius Ismahel,* אַדְבְּאֵל. VVLG. gen. 25, 13 I par. 1, 29. HIER. nom. hebr. p. 3 Abdel. LXX *Ναβδεήλ, quos secuti* HIER. nom. hebr. p. 9 Nabdehel: serviens deo vel ursus dei, LIB. geneal. 254 Nabdel. *Otto.*

adbibo, -bibī, -ere. *ab* ad *et* bibere. *cf.* appotus. *sibi bibere*: PLAVT. Stich. 382 quando adbibero, adludiabo (Mil. 217*?*). TER. Haut. 220 ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora. GELL. 2, 22, 25 *cum* rationes omnium vocabulorum, quoniam plus paulo adbibi, effutiissem. SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 68 siccat calices: adbibit. *translate*: PLAVT. Mil. 883 postquam adbibere auris meae tuae oram (tuam moram *codd.*) orationis. HOR. epist. 1, 2, 67 nunc adbibe puro pectore verba, puer.

adbīto, -ere. *ab* ad *et* baetere, bitere. PLAVT. Capt. 604 si adbites propius, os denasabit tibi mordicus. GLOSS. V 45, 6 adbiteret adveniret. *V.*

Adbitus *nomen vel fragmentum nominis in lapide fracto* CORP. XII 1386 (*Vasione*) . . .〉 ADBITVS. *Otto.*

adblandior, -īrī. *ab* ad *et* blandiri. HIL. in psalm. 140, 6 mulier . . . adblandiens pellexit et in voluptatem coegit. *vix antiquum*: ANTH. 931 (poet. min. V 108), 21 ut facili amissos adblandiar (abblandiar *unus de cod. testis Barth*; eblandiar *Oudendorp*) ore favores.

adblatero, -āre. APVL. met. 9, 10 haec et alias similis afannas frustra adblaterantis (abl- *cod.*) eos. *V.*

Adbogius *nom. vir. celticum.* INSCR. Rhen. 1230 Adbogius Coinagi f. na(tione) Petrucorius eq(ues) al(ae) Rusonis. *cf.* Adbucillus, Adbucietus, Adbugiouna.

adbreviātio, adbrevio *vide sub* abbr-.

Adbucietus *nom. vir. celticum.* CORP. XIII 582 (*Burdigalae, litt. saec. I incipientis*) Sironae Adbucietus Toceti fil. v. s. l. m. *cf.* Adbogius, Adbucillus, Adbugiouna.

Adbucillus, -ī *nom. vir. celticum.* CAES. civ. 3, 59, 1 Allobroges II fratres, Raucillus et Egus, Adbucilli (adbuci *Paris. Thuan.*, albucilli *Vindob. I*) filii, qui principatum in civitate multis annis obtinuerat. *cf.* Adbogius, Adbugiouna, Adbucietus.

Adbugiouna *nom. mul. barbaricum.* CORP. III 10883 (*in Pannon. sup., litt. aet. fere Traianae*) Deuso Agisi f. . . . Adbugiounae Atnamati f. coniugi suae. *cf.* Adbogius, Adbucillus, Adbucietus.

quae ab **adc-** *incipiunt praeter barbara v. sub* acc-.

Adceneicus *v.* Adganai.

Adcultus *nom. vir. barbaricum.* CORP. XII 1304 (*Vasione*) matribus Adcultus Vassedonis f. v. s. l. m.

Addace *ablat., nomen regis Alanorum.* HYDAT. 68 Alani . . . adeo caesi sunt a Gothis, ut extincto Addace (Atace ISID. Goth. 22, Addacher FREDEG. chron. 2, 50) rege ipsorum . . . Gunderici regis Vandalorum . . . se patrocinio subiugarent. *Otto.*

Addaeus, -ī, Ἀδδαῖος. *nom. vir.* COD. Theod. 6, 24, 5 Addeo comiti domesticorum. 6, 24, 6 Addeo comiti et magistro utriusque militiae (1, 5, 10. 1, 7, 2. 16, 8, 9 COD. Iust. 1, 26, 4). NOVELL. Iust. 129 *inscr.* idem Aug. Addaeo p. p. (*a. 551*). *num idem est atque* IOH. BICL. chron. min. II 211, 568, 1 Aetherius et Addeus patricii*?* *cogn. in titulo Tergestino*: CORP. V 579 L. B〈a〉rbia L. l. Addaeo. *vix huc pertinet* IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 157 Chelbis Addaei (*sc. filius*), *cum archetypum graecum exhibeat Χέλβης Ἀβδαίου. debuit commemorari sub* Abdaeus. *Diehl.*

Addar 1 *opp. Iudaeae,* אַדָּר, Σάραδα. VVLG. Ios. 15, 3 ascendens ad Addar. HIER. sit. et nom. p. 92 Addara in tribu Iuda iuxta desertum. est quoque et alia villa in finibus Diospoleos iuxta thamniticam regionem, quae a Thamna villa usque hodie sic vocatur. **2** *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 8, 3 (LXX Ἀδίρ).

Addas *nom. vir.* AVG. c. adv. leg. 2, 41 iam illud aliud, quod in eodem codice scribi coeperat, Adimanti opus est, illius discipuli Manichaei, qui praenomine Addas dictus est. *Otto.*

Addavalis *v.* Andabalis.

addax, -cis *m.* [*vocabulum barbarum. Th.*] *bestia cornuta.* PLIN. nat. 11, 124 strepsiceroti, quem addacem Africa appellat, mobilia eadem ut aures *cornua dedit natura.* POL. SILV. laterc. (chron. I) p. 543, 8 damma addax dorcas. SYMM. epist. 9, 144 (125. 115) addaces et pygargos . . . mihi opto praestari. *V.*

Addebar *nom. vir. barbaricum.* CORP. III 7835 (*in Dacia*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) D(olicheno) et deo Comma〈g〉eno Aurel. Maximus 〈et〉 Addebar Semei . . . sacerdotes. *Otto.*

addecet (*haec forma sola legitur*). *ab* ad *et* decet. *compositum iambis (ubique post syllabam elidibilem) aptissimum claudit versum exceptis 4 locis* (PLAVT. Merc. 415 Most. 902 Pers. 836 Rud. 112). ENN. trag. 257 sed virum vera virtute vivere animatum addecet. PLAVT. Amph. 1004 *me* eius studio servire addecet. Bacch. 128 *te* mutum esse addecet. Cas. 199 Most. 902 Pers. 836 Poen. 328. 1389 Pseud. 569. 738 (decet *P*). Rud. 112 (decet *codd.*). 115. 1391 Stich. 518 Trin. 78 frg. Nervol. 4. PVBLIL. N 58 necessitatem ferre non flere addecet. SEN. Oed. 294 haut te . . . mirari addecet. *sine inf.*: PLAVT. Merc. 413 emero matri tuae ancillam viraginem . . . forma mala, ut matrem addecet familias, *ubi quidem licet supplere 'habere'*. Pers. 220 mala es. :: scelestu's. :: decet me. :: me quidem addecet (haud decet *codd.*) *sc. scelestum esse. metro refutatur A, qui solus habet* addecet (condecet *cett.*), Truc. 227.

addecimo, -āre. [*ab* ad *et* decima *derivatum. Th.*] VVLG. I reg. 8, 15 vinearum reditus addecimabit (ἀποδεκατώσει), ut det eunuchis. 8, 17 greges . . . vestros addecimabit.

addēnsātio, -ōnis *f. ab* addensare. GLOSS. II 384, 56 ὀξυποδία acupedium addensatio.

addēnsātor, -ōris *m. ab* addensare. GLOSS. II 6, 36 (555, 10) addensantur αξυποδητης *i.* ὀξυποδητής. II 564, 34 addensator acutus in ambulan(do). *V.*

Addēnse municipium AMM. 29, 5, 28 (*Mauretaniae Sitif.*). *contulerim* RAVENN. p. 154, 9 Gaddo (*in eadem provincia*). *Diehl.*

addēnseo, -ēre. *ab* ad *et* densere. VERG. Aen. 10, 431 extremi addensent (*sic P*[1], -ant *cett.*) acies nec turba moveri tela manusque sinit.

addēnso, -āre. *ab* ad *et* densare. PLIN. nat. 20, 230 aquam radice ea addita addensari sub diu atque glaciescere (lactescere *codd. aliquot*). COMM. Bern. Lucan. 4, 780 Virgilius (Aen. 10, 431 *v. sub* addenseo) 'extremi addensant acies'. tantum autem ad〈d〉ensatur quantum eos acies constrinxerat retrocedens. APVL. met. 9, 18 validum addensat (*?* addens ad *F*) cuneum. GLOSS. II 384, 57 ὀξυποδῶ addenso denso. II 152, 39 oxipodi (*i.* ὀξυποδεῖ) anessat. [*francog. vet.* adeser. *francog.* adoiser *'haerere'. M.-L.*] *V.*

Addī *indecl.*, Ἀδδεί, *numeratur inter maiores Christi.* VVLG. Luc. 3, 28. LIB. geneal. 589. 590 Adi (Adi, Addi, Adda *codd.*). *Otto.*

addīco, -dīxī, -dictum, -dīcere. *ab* ad *et* dicere. GLOSS. προσκυρῶ, προσκρίνειν, συνπιπράσκειν. addictus: faerscrifen (*anglos.*), obnoxii, devoti (*cf.* NON. 69). PAVL. FEST. 13 addicere est proprie idem dicere et approbare dicendo, alias addicere damnare est. *imp.* addice PLAVT. Poen. 498. addixti MART. 10, 31, 1. 12, 16, 1. *vox extat inde a* PLAVT. *per totam latinitatem, sed ita ut naturalibus principalibusque notionibus fere abiectis latiores succrescant.*

I *t. t. augurum, i. q. approbare*: LIV. 1, 36, 3 neque mutari neque novum constitui nisi aves addixissent posse. 1, 55, 3 cum omnium sacellorum exauguratione admitterent aves, in Termini fano non addixisse. 22, 42, 8 cum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent. 27, 16, 15 aves semel atque iterum non addixerunt. FEST. 241 ubi aves addixissent. SEN. dial. 10, 13, 8. TAC. ann. 2, 14 addicentibus auspiciis vocat contionem. APVL. Socr. 135 Atto Navio auguria miraculum cotis addicant. VIRI ill. 3, 1 cum addicentibus avibus Romam venisset.

II *in iudicio*: **a** *iudicio adsignare*: *cf.* VARRO ling. 6, 30 dies nefasti per quos dies nefas fari praetorem 'do dico addico'. itaque non potest agi (MACR. sat. 1, 16, 14 *cf.* OV. fast. 1, 47). 6, 61 indixit funus, prodixit diem, addixit iudicium. LEG. XII tab. Gell. 17, 2, 10 praesenti litem addicito. **1** *aliquem alicui*: PLAVT. Poen. 185 ubi in ius venerit, addicet praetor familiam totam tibi. 564 leno addicetur tibi. 720 abduc intro, addictum tenes. 1341. 1361 quin egomet tibi me addico? quid praetore opust? Rud. 891. CIC. Q. Rosc. 41 addictus erat tibi? Verr. 4, 24 optimosque civis scitote hoc praetore traditos . . . atque addictos fuisse. Flacc. 48 addictus Hermippo et ab hoc ductus est. Sest. 38 quos aeris alieni magnitudo . . . tribuno plebis constrictos addixerat. Pis. 86 creditorem debitoribus suis addixisti. Mil. 87 *leges* nos servis nostris addicerent. Att. 7, 2, 8 me istos liberos non addixisse. LIV. 6, 14, 10 ne quem vestrum . . . iudicatum addictumve duci patiar. 6, 15, 9. 6, 20, 6. 6, 27, 8 se nec addici quemquam civem Romanum ob creditam pecuniam passurus. 6, 27, 9 *et* 10. 6, 43, 2. 6, 36, 12 gregatim cotidie de foro addictos duci. SVET. Aug. 24 *equitem R.* liberto suo addixit. SCAEV. dig. 20, 5, 14 debitore sibi addicto cessante in solutione. MODEST. dig. 25, 3, 6, 1 a praeside emptori addicentur *liberti.* GELL. 20, 1, 44 quibus erant iudicati *a praetore*, addicebantur. GAIVS inst. 1, 134 illo contra non vindicante 〈a〉 praetore vindicanti filius addicitur. 3, 189. ITALA (Aug. civ. 4, 3. 19, 15) II Petr. 2, 19 huic et servus addictus est (huius et servus est VVLG.). AMM. 22, 9, 8 consortiis se curiarum addictos iniuste. AVELL. p. 364, 20 deceptori suo competenter addictus. p. 415, 17. LEX Visig. Recc. 9, 1, 2 illi cuius servum laxaverit addicendus. SIDON. epist. 2, 1, 2 indicit ut dominus, exigit ut tyrannus, addicit ut iudex. *nota* PLAVT. Poen. 520 ne tuo nos amori servos [tuos] esse addictos censeas. *cf.* CIC. Quinct. 92 *parsimonia* cupiditati petulantiaeque addicatur. *iudicem*: CORP. I 205 (XI 1146), 7 iudex arbiterve addicatur detur. VAL. MAX. 7, 2, 4 M. Lutatio Pinthiae splendido equiti Romano iudex addictus de sponsione. SEN. epist. 65, 2 te arbitrum addiximus. PAPIN. dig. 5, 1, 39. PAVL. dig. 5, 1, 46 quia recte ab initio iudex addictus est. POMP. dig. 5, 1, 80. VLP. dig. 13, 4, 4, 1 qui huic actioni addictus est *iudex.* MODEST. dig. 10, 2, 30 familiae erciscundae iudicio addictus arbiter. *aliter* AMM. 14, 7, 6 rectorem ut sibi iudicio imperiali addictum. *part. subst.* **addictus,** -a: PLAVT. Poen. 832 equitem, peditem, libertinum, furem an fugitivom velis, verberatum, vinctum, addictum. Bacch. 1205 ducite nos, quo lubet tamquam quidem addictos. *titulus Plautinae* Addictus VARRO ling. 6, 61

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GELL. 3, 3, 14 SERV. auct. georg. 1, 124. VAL. MAX. 7, 6, 1 addictorum etiam et capitali crimine damnatorum sex milia. SEN. benef. 3, 8, 2 hic pecuniam pro addicto dependit. MART. 9, 2, 10 ducitur addictus te futuente cliens. QVINT. inst. 3, 6, 25 an is, quem dum addicta est mater peperit, servus sit natus. 5, 10, 60. 7, 3, 26 *et* 27 servus cum manumittitur, fit libertinus, addictus recepta libertate ingenuus. decl. 311 p. 232 addictus donec pecuniam solverit, serviat. PS. QVINT. decl. 3, 17. APVL. met. 3, 19 in servilem modum addictum atque mancipatum teneas. FORTVN. rhet. p. 103 H. persona ... consideratur ... condicione, ut servus, addictus. AVELL. p. 360, 24 ex condicione servili gignuntur addicti. MART. CAP. 5, 446 an servo vel addicto tribunos liceat appellare. *cf.* CLAVD. 18, 513 addictus sub verbere torpuit ensis (*i. addictorum, servorum ensis*). OROS. hist. 3, 17, 9 Cappadocia subacta Aegyptus addicta sit. DRAC. laud. dei 1, 415 *omne creatum* addictum vestro sub iure manebit.

2 *aliquid alicui*: CIC. Verr. 2, 137 mihi bona addicat. Pis. 37 lege autem ea ... omnes erat tibi Achaia, Thessalia, Athenae, cuncta Graecia addicta. agr. 2, 57 ceteri agri omnes ... sine iudicio senatus XVviris addicentur. VELL. 2, 25, 4 agrosque omnis addixit deae. VAL. MAX. 7, 7, 4 neque erubescis ei totum patrimonium addicere. 8, 1 damn. 2 ei poenas addictas pependit. AFRIC. dig. 18, 2, 18 cum in diem duobus sociis fundus sit addictus (IAVOL. dig. 18, 2, 19). POMP. dig. 18, 2, 15 praedio in diem addicto. VLP. dig. 18, 2, 16 fructus in dies addictae domus. 18, 2, 4, 1 si res in diem addicta interciderit. IVLIAN. dig. 18, 2, 10 si proponatur a creditore pignus in diem addictum. GAIVS dig. 29, 5, 9 cum fisco caduca bona defuncti addicantur. VLP. dig. 40, 5, 2. 40, 5, 5, 20. 42, 1, 15, 3 ut addicantur ipsi *pignora capta*. PAVL. dig. 48, 14, 13, 4 antequam id ... fisco addiceretur. 48, 20, 7 quasi lex tacita liberis parentium hereditatem addiceret. GAIVS inst. 2, 24. 3, 79 vivi bona ... emptori addici iubet *praetor*. CYPR. GALL. lev. 237 si rus addixerit illi. IVST. inst. 3 tit. 11. LEX Sal. 58 quantum lex addicat, illi tres solvant.

b *aliquem alicui rei dicare, idem fere quod damnare*: **1** *addita poenae notione*: CIC. Phil. 11, 16 gladiatorio generi mortis. off. 3, 45 morti. CAES. Gall. 7, 77, 9 perpetuae servituti (subicere α). HOR. epod. 17, 11 addictum feris alitibus atque canibus *Hectorem*. VAL. MAX. 7, 3 ext. 1 quidnam se immerentem capitali supplicio innocentemque addiceret. APVL. met. 2, 29 noxio poculo. 4, 34 cui *me* sors addixit scopulo. 5, 24 infimo matrimonio. 10, 23 bestiis. TERT. anim 34 omni contumeliae. apol. 29 crimini maiestatis. fug. 14 melius est turbas tuas aliquando non videas quam addicas *servituti*. IVL. VAL. 2, 13 captivitati addixerit *Graecos*. LACT. epit. 54 (59), 3 aeternis cruciatibus. IVVENC. 4, 565 morti. AMM. 14, 5, 5 poenae (HIL. carm. de Macc. 155 HIER. epist. 100, 7). 15, 3, 2 capitalibus ... suppliciis (15, 7, 5. 24, 3, 2). 28, 1, 23 morti. 22, 3, 12 poenae letali. 23, 6, 83 perenni servitio. SCHOL. Cic. Bob. p. 369 B. si reum poenae addixerint. AMBR. exam. 1, 7, 27 *terra* velut cuidam principiorum suorum addicta naufragio. Noe 13, 47 oneri servitutis. 32, 120 servituti (AVG. c. Faust. 7, 2). AVG. civ. 12, 22 morti. OROS. hist. 1, 8, 13 servitio. CASSIAN. inst. 10, 12 gladio carnali. AVELL. p. 455, 18 poenae. p. 455, 28 vindictae. 475, 20 perpetuis cruciatatibus. PROSP. chron. II 736 p. 462 Momms. gladio. FAVST. REI. grat. 2, 3 morti. 2, 12 suppliciis. ALC. AVIT. c. Eut. 2 p. 25, 9 credunt se solum hominem addixisse iudicio. ENNOD. epist. 8, 14 pro peccatis meis febribus frequenter addicor. GREG. TVR. Franc. 9, 3 tormentis. COD. Iust. 1, 4, 6 pr. supplicio. 12, 57 (58), 7, 2 (1) infamiae. LEX Visig. Recc. 8, 2, 2 verberibus. *cf.* AMBR. serm. 60, 2 tali ... iudicio non est addictus ad mortem, sed absolutus ad requiem. [CAES. Gall. 6, 13, 2 sese in servitutem dicant (addicunt *Aimoinus*) nobilibus.] PROP. 3, 11, 2 trahit addictum sub sua iura virum. 3, 11, 32 addictos in sua regna patres. LIV. 3, 56, 8 qui liberum corpus in servitutem addixisset. TERT. pudic. 13 quem in interitum carnis addixerat. LACT. inst. 6, 20, 22 addixit sanguinem suum vel ad servitutem vel ad lupanar. CAECIL. mort. pers. 21, 2 ut regibus suis in servitium se addicant. GREG. TVR. Mart. 3, 41 ad iugum servitutis. LEX Visig. Recc. 10, 1, 7 ad duplacione rei. *cf.* APVL. met. 3, 14 meditatus innoxios casus incertus ... culpae non potest ad⟨d⟩icere. PS. PAVL. NOL. app. carm. 2, 46 quem caecitas ... addixit alieno pedi. GREG. M. moral. 10, 50 hos ... morum protervia inter reprobos divites addixit. **2** *omissa poenae notione*: TERT. idol. 13 sin ... dissimulaveris, temptatus addictus es. CYPR. ad Demetr. 24 cremabit addictos ardens semper gehenna. AMM. 28, 6, 23 reliqui sententia vicarii addicti. 29, 1, 24 addici vidimus multos. 29, 2, 3 patris addicti. SCHOL. Cic. Bob. p. 234 B. Flaccum non oporteat ... addici. HEGES. 1, 41, 9 qui tam acerbe addicerentur. VVLG. Iac. 5, 6 addixistis et occidistis istum. CLAVD. 17, 231 addictoque hominum cumulent aeraria censu (*intellege*: *addictorum hominum censu*). 28, 278 ceu legibus exul addictusque reus. PS. PAVL. NOL. carm. app. 3, 92 qui potes addictam vivificare animam. 220 addicti vera salus populi. AVELL. p. 379, 7 Athanasium synhodus orientalis addixerat. p. 316, 23. 373, 16. 488, 21. 489, 15 defendens quos prius gloriosum putavit addicere. p. 492, 3 addictorum fugienda communio. LEO M. serm. 72, 1 quo iudicio sit addictus *Christus*. MAR. VICTOR aleth. 2, 508 addictos rursum vitae sententia reddit. SIDON. epist. 1, 7, 11 cum duceretur addictus. 2, 7, 2 dependunt tibi addicti reverentiam, gratiam liberati. 5, 7, 2. ENNOD. op. 3 quoscumque concessit aut addixit consensus principis sui, noster absolvat. dict. 18 si inpar poena impetitos addixerat. 20. 22 addicantur inmeriti. CASSIOD. var. 5, 12, 3 sine derogatione quilibet mediocris addicitur. 9, 18, 1. 11 pr. 2. *cf.* ENNOD. epist. 8, 11 putavit se addicere si quicquam mundo inpenderet liberam castitatem. dict. 19 crescentem certandi (*i. ludendi*) curam facultatum defectus addixit. *dubito de* op. 5 postquam cum porcis ... addixit immunda communio *prodigum filium*. AMBR. Cain et Ab. 2, 7, 24 non ... frater (*i. fratris nex*) ei addicitur. *similiter* LEO M. epist. 120, 3 quod odio iam fecisse addictus est (*i. iudicis sententia convictus est*). *huc spectare videtur etiam* MACR. sat. 5, 19, 20 accepto prius fide iussore a persona, quae iuratura est de solvendo eo quod peteretur, si addixisset eventus.

III *in auctione, emptione venditione, sim. i. q. licitanti attribuere, vendere*: PLAVT. Capt. 181 quasi fundum vendam, meis me addicam legibus. Merc. 615 cui est empta? :: nescio, iam addicta atque abducta erat. Poen. 497 die bono Aphrodisiis addice tuam mihi meretricem minusculam. CIC. Verr. 2, 150 opere addicto, praedibus acceptis. 4, 51 addictis iam et venditis decumis. 4, 77 addicitur *decuma* medimnum VIII C. 4, 83. 4, 88 addicuntur decumae M. Caesio. 4, 99. 4, 148 si doceo pluris aliquanto potuisse vendere *decumas* neque eis voluisse te addicere, qui contra Apronium licerentur. 4, 151. Caecin. 16 fundus addicitur Aebutio. agr. 1 frg. 3 venibit igitur sub praecone tota Propontis atque Hellespontus; addicetur omnis ora Lyciorum. p. red. 1, 16 civis optime meriti fortunas provinciarum foedere. dom. 107 cui meas aedis addiceret. orat. frg. B VIII 11 pecore omni vendito et saltibus prope addictis. Att. 7, 3, 6 quo ei vici Lucceii sint addicti. 10, 5, 3. CAES. civ. 2, 18, 5 eorum bona in publicum addicebat. OV. met. 1, 617 crudele suos addicere amores. VAL. MAX. 4, 8, 1 septem iugeribus ... addictis. SEN. benef. 1, 9, 5 nummarium tribunal audita utrimque licitatione alteri addici non mirum. PLIN. nat. 14, 4 domum. 35, 127 tabulas. MART. 12, 16, 1 addixti ... tres agellos; emisti ... tres cinaedos. PLIN. epist. 7, 11, 6 ut statim portionem meam sibi addiceret. FLOR. 2, 11, 3 damnatorum civium bona addicente Sylla. TERT. nat. 1, 10 *deos* in hastarium regessistis, publicanis subdidistis, omni quinquennio inter vectigalia vestra proscriptos addicitis. CORP. II suppl. 5181 tab. III 4 si instituta auctione universaliter omnia addicta fuerint. 7 si eas (*res*) non addixerit et intra dies decem ... ⟨vendiderit⟩. *addito pretio*: NOV. Atell. 115 quanti addictust? :: mille nummum. CIC. Verr. 2, 144 addicitur opus HS DLX milibus. 4, 90 cum eorum decumae magno addictae essent har. 29 *fanum* Brogitaro ... addictum pecunia tradidisti. SEN. contr. 1, 6, 6 an satis magno se possit addicere. PETRON. 14 vel minoris pallium addicere placuit. PLIN. nat. 14, 50 CCCC nummum emptori addicta pendente vindemia. 17, 8 fructu annuo addicto binis milibus nummum. 29, 96. MART. 10, 31, 1 addixti servum nummis here mille ducentis QVINT. decl. 298 p. 179 non vendes tu agellum meum, non paternos ... cineres ... alicui pretio cenae unius addices. PLIN. epist. 7, 11, 1 *agros* non exspectata auctione pro meo quincunce ex septingentis milibus Corelliae addixerit. SVET. Iul. 50 praedia ex auctionibus hastae minimo addixit. Cal. 38 tredecim gladiatores sestertio (-um *codd.*) nonagies ignoranti addicerentur. Galb. 15 nihil non ... pretio addici aut donari gratia passus est. VLP. dig. 7, 1, 27, 3 solent possessores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere (AFRIC. dig. 16, 1, 17). *nota*: CIC. Rab. Post. 45 qui bona C. Rabirii Postumi nummo sestertio sibi addici velit? (QVINT. inst. 11, 3, 172). HOR. sat. 2, 5, 108 dic, ex parte tua seu fundi sive domus sit emptor, gaudentem nummo te addicere. VAL. MAX. 5, 2, 10 ut exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis praebendus (-tibus *codd.*) addiceretur.

hinc translate i. q. vendere, proicere: CIC. Verr. 3, 78 ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem et religionem. Pis. 56 vendebas auctoritatem huius ordinis, addicebas tribuno plebis consulatum tuum. 83 cuius sanguinem addixeras. Mil. 56 *vitam* maximis praemiis propositam et paene addictam. Phil. 2, 52 de vendita atque addicta sententia. 7, 15 regna addixit pecunia *Antonius*. Att. 9, 9, 4 mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur. CIRIS 419 patriam carosque penates hostibus ... addixi. CVRT. 7, 7, 8 cui credulitatem suam addixerat. SIL. 15, 247 populumque addixit inermem. PS. QVINT. decl. 11, 7 prodidit vos imperator vester, addixit. 12, 4 salus publica addicitur. 12, 19. IVST. 22, 3, 4 civitates sociorum eidem titulo pacis addictas. HIL. in psalm. 52, 14 libertatem ecclesiae ... confessionem dei addicimus. SCHOL. Cic. Gron. p. 388 profligata *iudicia* autem violata, addicta. DRAC. laud. dei 1, 432 addicet (*sic cod. Brux.*: proicere *Eug. Tol.*) nec plasma suum *deus (hinc corrigas I p. 56, 34)*. PASSIO Perp. et Felic. 18 animam (*h. e. vitam*) nostram addiximus (*παρεδώκαμεν*).

IV *reliquae notiones translatae*: **1** (*se*) *tradere vel dedere*: **a** *alicui*: CIC. inv. 2, 5 sese uni alicui. Cael. 80 addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis. Planc. 93 *senatui* semper me addixi. HOR. epist. 1, 1, 14 nullius addictus iurare in verba magistri. VERG. Aen. 3, 652 huic me ... addixi. SEN. contr. 10, 3, 16 illi, se cui addixit, impendit. VELL. 2, 18, 6 ⟨se⟩ C. Mario. PETRON. 5 perditis addictus. QVINT. inst. 3, 1, 22 neque me ... cuiusquam sectae ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

addixi (LACT. inst. 7, 7, 6). 10, 2, 24 ne hoc quidem suaserim uni se alicui . . . addicere. SVET. Cal. 55 prasinae factioni. Claud. 29 his . . . uxoribusque addictus (Vit. 2). TERT. pudic. 16 *te* Christo . . . addicit (adiicit *cod.*). ieiun. 10 *domino* addicimur. PANEG. 11, 4 *nobilitas* immitibus addicta dominis. SPART. Car. 7, 3 mulieribus. OPTATVS 5, 12 fratribus frater. AMM. 21, 16, 16 uxoribus et palatinis. SCHOL. Cic. Bob. p. 319 B. ut perditorum manibus *Bibulum* addiceret. CLAVD. 1, 128 Roma consors addicta (ac d- *Birt*) tonanti. OROS. hist. 1, 13, 2 filios Minotauro devorandos . . . addicebant. AVELL. p. 26, 17 fideles falsis sacerdotibus ad⟨d⟩icendi sunt. SIDON. epist. 9, 6, 1 *ancillae* se totum . . . addixerat. SEN. contr. 9, 5 (28), 13 huic . . . animum meum addixeram. PETRON. 117 tanquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religiosissime addicimus. *haud scio an similia sint*: CELS. 1 pr. *vera* neque addicta alterutri opinioni sunt. POMP. in Don. gramm. V 172 esse nomina addicta casibus. SOL. 35, 10 locus ipse addictus pudicitiae est. 52, 2 *India* penitus cognitioni nostrae addicta est. **b** *alicui rei*: RHET. Her. 4, 27, 37 *pueritiam* omnium intemperantiae addixisti. 4, 16, 24 quae suum corpus addixerit turpissimae cupiditati. CIC. Phil. 5, 33 libidini cuiusque nos ita addixit. Tusc. 2, 5 qui certis quibusdam . . . sententiis quasi addicti et consecrati sunt (*cf.* NON. 69 addictum est quasi devotum vel obnoxium). LIV. 4, 60, 2 eo tempore quo corpus addictum atque operatum rei publicae esset. VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 se mirifice doctrinae operibus addixerat. CELS. 3, 18 ubi mens illis imaginibus addicta est. SEN. dial. 11, 11, 5 *ingenia* nimis corporibus suis addicta. epist. 28, 4 nulli loco debemus addicere animum. 71, 14 quae (*mens*) se corpori addixerit. 90, 19 animum corpori addixit et illius deservire libidini iussit. 95, 43 si honesto nos addixerimus. 100, 10 se rerum magnitudini addixit (addu- *codd.*). 110, 10 voluptati. 124, 3 gulae et libidini. PS. QVINT. decl. 14, 7 *meretrix* addicta petulantiae. SVET. Tib. 69 mathematicae. APVL. met. 6, 14 dracones inconivae vigiliae luminibus addictis. Plat. 2, 11 vitiis. 2, 18 aliorum potestati. TERT. anim. 43 serv⟨am⟩ sopori⟨s⟩ addicit *animam*. 40 *caro* addicta animae. PANEG. 12, 9 illos . . . angusta res familiaris addicebat labori. LAMPR. Comm. 3, 5 legibus hostium. TREB. Gall. 14, 5 theatro et circo. trig. tyr. 11, 2 aliquos corruptos fidei suae addixit. LACT. inst. 2, 1, 3 totos se libidinibus. 2, 17, 11 se potestati eorum. epit. 7, 3 vitiis genitoris. AMM. 15, 5, 28 alter odiis inimicorum addiceretur. 27, 12, 1 dulcedini rapinarum. 28, 4, 34 saginis. 29, 1, 5 turbarum cupiditati. AVG. civ. 18, 41 nec sententiae . . . addictus alienae. OROS. hist. 2, 17, 3 huic condicioni addictis et succumbentibus. SIDON. epist. 5, 19, 2 non ludibrio addicta, sed assumpta coniugio. 9, 9, 4 vitio. ENNOD. dict. 6 stilo piae districtionis. COD. Iust. 11, 68 (67), 2 colonos . . . iubemus . . . tantum colendis nostris rebus addici.

2 *i. q. attribuere*: QVINT. inst. 10, 1, 70 orationes, quae Charisi nomini addicuntur (GELL. 3, 3, 13 *fabulae* scriptae a Plauto non videntur et nomini eius addicuntur). GELL. 3, 2, 8 ea quae inter noctem fiunt, diebus addicuntur. APVL. met. 10, 31 si sibi praemium decoris addixisset. TERT. idol. 9 *idolis* omnem dei potestatem addixit. nat. 1, 5 qui rem nomini addicunt. 2, 7 si addicenda mortuis divinitas erat (2, 14). scorp. 3 orat. 22. ieiun. 4 arbor⟨e⟩um homini pabulum addixerat. anim. 12 *animum* animae ⟨ad⟩dicit 18 animus, cui addicitur intellectus. 52 arbitrio hominis addicens mortis eventum. fug. 4. FAVSTIN. MARCELL. 18 (AVELL. p. 25) ubi est iustitia verae religionis, si addicenda est impiae multitudini. SCHOL. Cic. Bob. p. 312 B. *Magnesiam Themistocli* rex addixerat. PRVD. Symm. 2, 157 ne corporeis addicat sensibus omne quod vult aut quod agit. MACR. sat. 1, 10, 2 Caesar huic mensi duos addixit dies. 1, 10, 23 *Augustus* trium dierum ferias Saturnalibus addixit. PHYSIOGN. 37 *oculi humidi* stolidum *animum* addicunt. LEO M. serm. 59, 12 addicens iniquo populo sanguinem iusti. ENNOD. dict. 16 dum mortes hostium ictibus tuis numinum favor addiceret. COD. Iust. 5, 37, 22, 5 plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt. 4, 66, 1 pr.: ius emphyteuticarium neque conductionis neque alienationis esse titulis addicendum. *aliter* 11, 3 (2), 2 pr.: *res* oneri addicta est. *cf.* PRISC. gramm. II 173, 17 ut cum sint numeri singularis *adverbia*, plurali addicantur (*var.* adiungantur).

3 *i. q. affligere*: AVG. c. Fel. 2, 10 qui addicti sunt pro ipsius (*Christi*) praecepto. NECTAR. Aug. epist. 103, 3 ut diuturnitatem calamitatis addicti non sentiant. GREG. TVR. Mart. 3, 51 donec ita addictus est, ut nec mammellam sugere valeret. GREG. M. moral. 5, 62 *anima* hilarescit post tristia, addicitur post laeta. 22, 22 cum nec de profectu *inimici* addicimur nec de ruina illius laetamur. epist. 2, 2 quae res nos nimis addixit. *Klotz.*

?**Addicta** *nom. mul.* INSCR. christ. Rhen. Kraus I 263 Adicta. *potest etiam* Adiecta *intellegi; sed fortasse non integra aut male descripta est.* *Otto.*

addictio, -ōnis *f.* GLOSS. *προσκύρωσις, πρόσκρισις.*

I *in re iudiciaria*: **a** *rei*: CIC. Verr. 1, 12 *Verris* praetura . . . fuit . . . in iure dicundo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio et condonatio (SCHOL. Gron. p. 390 B. addictio interdum potest e iure fieri ideoque ut iniquitatem ostenderet addidit, 'et condonatio'. *προσκύρωσις* est addictio). VLP. dig. 40, 5, 4, 2 post addictionem libertatium conservandarum causa factam. *et* 5 quod sine damno creditoris futurum est, addictionem admittendam. **b** *hominis*: GAIVS inst. 3, 189 utrum autem servus efficeretur ex addictione an adiudicati loco constitueretur. PS. AVG. serm. 103, 3 aliquid pretii pro iactura propriae libertatis et addictione perpetuae servitutis a suo consequatur emtore. **c** *iudicis*: CORP. I 205 (XI 1146), 15 iuris dict⟨i⟩o iudicis arbitri recuperatorum datio addictiov⟨e⟩. LEX Mamilia (grom. p. 265) deque ea re curatoris . . . iuris dictio reciperatorumque datio addictio esto. *ibid.* eius magistratus de ea re iuris dictio iudicisque datio addictio esto. **II** *in auctione*: PAVL. dig. 18, 2, 1 in diem addictio ita fit: ille fundus centum esto tibi emptus nisi si quis intra kalendas Ianuarias proximas meliorem condicionem fecerit, quo res a domino abeat. 49, 14, 50, 6 cum traque addictio *praedii* intra tempus vindemiarum facta fuisset. ULP. dig. 43, 24, 11, 12 si post in diem addictionem factam fundus precario traditus est. **III** *i. q. damnatio*: CYPR. singul. cler. 39 castitas . . . est . . . integritatis dignitas et fornicationis addictio. AVELL. p. 104, 19 caedes, turbae, presbyterorum vincla et totius civitatis addictio.

addictor, -ōris *m.* AVG. op. imp. c. Iul. 1, 48 pande igitur quis est iste innocentium addictor. *Klotz.*

[**addictus,** -ūs *m.*] *non recte editum est* FAVST. REI. grat. 2, 5 p. 68, 23; adictus *cod. P*; *lege* ad ictus.

?**addio** valde dic GLOSS. V 344, 3 (addic *Heraeus*, addiu ualde diu *Oehler*). *potest subesse salutatio Romanica.* *V.*

Addiris, -is *mons Africus, nom. Gaetulum.* PLIN. nat. 5, 13 Addirim (*acc.*) — hoc enim Atlanti nomen esse *Gaetulorum* lingua convenit (SOL. 24, 15. MART. CAP. 6, 667 *ubi* Adirim). *Straboni* 17, 825 *Ἄδρις. v. Ruge, PW. II 2118 sub* Atlas. *Diehl.*

?**addiscipulus,** -ī *m.* ITALA (Priscill. tract. 3, 69) act. 17, 11 addiscipuli pariter conferebant inter se scribturas (*variant textus graecus et* VVLG. *de* at discipuli *cogitat Schepss, quod tamen in graecis non habet cui respondeat*).

addīsco, -didicī, dīscere. *ab* ad *et* discere. GLOSS. *προσμανθάνω. vox legitur inde a* CIC. *raro, spreta poetis praeter* OV. *et* STAT. CHAR. gramm. I 257 DIOM. *ibid.* 368.

II *quasi* ***particula*** **A** *ad augenda enuntiata* (*conferenda utique quae p. 607, 45 de usu in oppositione dedimus*): **1** *effert enuntiatum non coniuncta cum aliis particulis*: PLAVT. Most. 629 adeo etiam argenti faenus creditum audio. Pseud. 215 ibi tibi adeo lectus dabitur. CELS. 3, 15 p. 96 quod ut sustinere aliquis possit, tamen etiam febre liberatus, vix refectioni valebit: adeo, si febris saepius accesserit, concidet. COLVM. 6, 24, 4 quamvis *vacca* plena fetu non expletur libidine, adeo ultra naturae terminos etiam in pecudibus plurimum pollent blandae voluptatis illecebrae. PLIN. nat. 17, 179 ut attingat *ritis* iugum s[u]peretque, non teneat, adeo non recumbat in eo. APVL. apol. 15 adeo vir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. TERT. nat. 1, 1 adeo nolunt suum esse, quia malum negare non possunt. 1, 5 adeo testimonium redditis non esse tales. bapt. 13 pudic. 13. ieiun. 9 adeo morientur qui non sobrii in ecclesia ministraverint. anim. 18 adeo contendam immo ipsam animam nec vidisse nec audisse. 43 sed nec refrigescentiam aut marcorem aliquem caloris, cum adeo corpora somno concalescant.

2 *sequitur particulas copulativas*: *post* **atque**: PLAVT. Cas. 366 mihi enim — ah, non id volui dicere: dum mihi volui, huic dixi atque adeo mihi dum cupio — perperam iam dudum hercle fabulor. 801 esurio hercle atque adeo hau salubriter (haud sitio *P*). Curc. 333 respondit mihi paucis verbis, atque adeo fideliter. Men. 11 atque adeo hoc argumentum graecissat. 123 Mil. 164. 1088 Pseud. 191. 291 atque adeo, si facere possim, pietas prohibet. Stich. 697 atque adeo, ut tu scire possis, pacto ego hoc tecum divido. Truc. 357 vapulo hercle ego nunc, atque adeo male. (*cf.* Trin. 203.) TER. Andr. 532 atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obviam. 977 memini: atque adeo longumst, illum me exspectare. Eun. 964 atque adeo autem cur non egomet intro eo? Phorm. 389 Hec. 397. 456 benefactum te advenisse, Pamphile, atque (et ς) adeo id quod maxumumst, salvom atque validum. ACC. trag. 470 atque adeo valvas sonere sensi regias. AFRAN. tog. 155 atque adeo nolo. RHET. Her. 4, 26, 36 vicerunt atque adeo victi sunt. 4, 43, 54 non mihi soli, sed etiam atque adeo multo potius natus sum patriae. CIC. Quinct. 46 mihi si quid deberetur, peterem atque adeo iam pridem abstulissem. 96. Sex. Rosc. 29 hoc consilio atque adeo hac amentia impulsi. 100 si prodierit atque adeo cum prodierit (Verr. 4, 70). Verr. 3, 190 atque adeo . . . procedite in medium. 4, 19 cum maximo detrimento atque adeo exitio vectigalium. 4, 21 tot annis atque adeo saeculis. 4, 33. 4, 40. 4, 71. 4, 118 quo id iure atque adeo quo id potius more fecisti? Cluent. 79. 172 Cat. 1, 5 Pis. 41. Tull. 31 hoc persimile atque adeo plane idem est. Cat. 2, 27 qui in urbe remanserunt atque adeo qui . . . in urbe . . . relicti sunt. Planc. 48 posco atque adeo flagito crimen. Att. 7, 22, 2 cum Philotimo loquēre atque adeo Terentiam habebis idibus. 1, 17, 7 ego

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

princeps in adiutoribus atque adeo secundus. 15, 13, 3 quod ad te antea atque adeo prius scripsi. epist. 4, 3, 1 aliquid atque adeo multa addunt. TREBON. Cic. epist. 12, 16, 1 adulescente tuo atque adeo nostro. VARRO ling. 8, 10 omnia nomina atque adeo (ideo *F*) omnia verba. rust. 3, 4, 1 atque adeo non dissimulabo. OV. trist. 3, 1, 77 di precor atque adeo ... Caesar ades. LIV. 10, 5, 14 non petentem atque adeo etiam absentem creatum. VAL. MAX. 2, 9 pr. ad rem igitur pertinet nosse atque adeo recordari acta censoriae potestatis. SEN. dial. 12, 2, 2 conqueramur atque adeo ipse hanc litem meam faciam. COLVM. 5, 1, 2 vicinum atque adeo coniunctum. PLIN. nat. 21, 35 omnino autem odoramentorum atque adeo herbarum differentia est in colore et odore et suco. 36, 6. VAL. FL. 2, 61 atque adeo (dei *Langen*) non illa sequi mihi sidera monstrant. SIL. 11, 561 atque adeo vosmet perpendite. 11, 574 submittite signa adque adeo temptate ... ac deposcite pacem 11, 578. STAT. Theb. 1, 15 atque adeo iam nunc gemitus et prospera Cadmi praeteriisse sinam. 1, 219. 5, 111 atque adeo primum hoc mihi noscere detur. 8, 69. 10, 218. 11, 108 atque adeo moror ipsa inrumpere Thebas. Ach. 2, 55 atque adeo lis illa tuis exorta sub antris. silv. 1, 4, 67 atque adeo breviter, dum tecta subimus, expediam (*quamquam cf. p. 605, 78*). QVINT. inst. 11, 1, 47 quae ... non sunt reprehendenda atque adeo (ideo *codd.*) interim sunt necessaria. TAC. dial. 10 atque adeo si quis requirit. 14 minime, minime *intempestivus venisti* ... atque adeo vellem maturius intervenisses. PLIN. epist. 1, 18, 4 prospere cessit atque adeo illa actio mihi aures hominum ... patefecit. 4, 1, 2 atque adeo iam sarcinulas alligamus. 4, 13, 5. 4, 27, 3. 5, 3, 10. 5, 6, 3. 6, 21, 2 adque adeo nuper audi⟨i⟩ Vergilium Romanum. 7, 6, 7. 7, 9, 10. 8, 7, 1 adque adeo tu in scholam revocas. 8, 14, 16. 9, 17, 3 paneg. 8. 27 atque adeo nihil largiatur princeps. APVL. met. 9, 12 fumosis tenebris vaporosae caliginis palpebras adesi atque adeo male luminati. apol. 40 atque adeo summe (-rum me *F*) miror. 91 Socr. 149. TERT. idol. 1 atque adeo scripturae sanctae stupri vocabulo utuntur. nat. 2, 16 testim. 2. bapt. 1 atque adeo nuper conversata istic quaedam de Gaiana haeresi ... plerosque rapuit. pudic. 8. 10. anim. 17 atque adeo licebit eas recognosci. 20. 27 atque adeo marcescimus et devigescimus. apol. 4 atque adeo quasi praefatus haec iam de causa innocentiae consistam. 22 atque adeo dicimus. SOL. 2, 1 ad locorum commemorationem stilus dirigendus est atque adeo principaliter in Italiam. 46, 2. CAPITOL. Pius 1, 9 atque adeo et consobrinorum et vitrici ... hereditate ditatus est. LAMPR. Alex. 18, 2 TREBELL. trig. tyr. 12, 9. 29, 4 septimo imperii die interemptus est atque adeo etiam inter obscuros principes vix elatus. VOPISC. Tac. 11, 3. *post* **que:** PLAVT. Amph. 677 quam omnium Thebis vir unam esse optimam diiudicat quamque adeo cives Thebani vero rumiferant probam. Capt. 824 mirumque adeost ni hunc fecere sibi Aetoli agoranomum. Merc. 26 *amori accedunt cum alia tum* ineptia stultitiaque adeo et temeritas. Persa 329 quae res bene vortat mi et tibi et ventri meo perennitatique adeo huic. Rud. 103 pater salveto, amboque adeo. Rud. 1166 qui te di omne perdant ... meque adeo scelestum (Men. 593 TER. Eun. 303). Stich. 12. Boeot. frg. 1 ut illum di perdant, primus qui horas repperit quique adeo primus statuit hic solarium. ENN. trag. 237 Iuppiter tuque adeo summe sol. TER. Hec. 695 sensitque adeo mulier. 848. TVRP. com. 118 te, Apollo sancte, ... invoco vosque adeo, venti! LVCIL. 892 quodque adeo fuerint qui temnere ... superbum. CIC. carm. frg. 3, 51 legum exitium constanti voce ferebant, templa deumque adeo flammis urbemque iubebant eripere. frg. 7. CAT. 64, 25 vos carmine compellabo teque adeo ... Peleu. VERG. georg. 1, 21 dique deaeque omnes ... tuque adeo ... Caesar. CIRIS 197 gaudete ... volucres, vosque adeo ... Dauliades, gaudete. SIL. 10, 583 quodque adeo nondum portis irruperit hostis, contemptu cessare putant. STAT. Theb. 4, 115 dubiumque adeo, cui bella gerantur. SVET. Claud. 25 et haec et cetera totumque adeo ex parte magna principatum ... uxorum libertorumque arbitrio administravit. APVL. Socr. 134 fulminibus iaculandis vel nubibus coruscandis ceterisque adeo, per quae futura dinoscimus. CENS. 4, 3 Pythagoram ... et Ocellum ... et Archytan omnesque adeo Pythagoricos. *huc pertinere videntur etiam* PLIN. nat. 14, 4 antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, adeoque et ingeniis. ALF. dig. 39, 2, 43, 1 damni infecti vicino repromisit adeoque restipulatus est. HERMOG. dig. 41, 1, 61 hereditas in multis partibus iuris pro domino habetur adeoque (ideoque F^2) hereditati quoque adquiritur. TERT. ieiun. 11 adeoque indifferenter hanc partem defendo. SOL. 1, 84. APOLL. TYR. 41 vers. contemptum habeo et iubeor adeoque laetari. *post* **neque:** PLAVT. Asin. 762 ne epistula quidem ulla sit in aedibus nec cerata adeo tabula. Bacch. 1209 neque adeo haec faceremus. Capt. 346 ne⟨c⟩ quemquam fideliorem ... potes mittere ad eum ... neque adeo cui suom concredat filium hodie audacius. 519 neque exitium (exilium *codd.*) exitio est neque adeo spes, quae mi hunc aspellat metum. Epid. 175 sacruficas ilico Orco hostiis neque adeo iniuria. Men. 296 ego te non novi neque novisse adeo volo. Merc. 859 neque mihi ulla obsistet amnis nec mons neque adeo mare. Poen. 642 nec pollicemur neque adeo volumus datum. Men. 19 ut mater sua non internosse posset quae mammam dabat neque adeo mater ipsa quae illos pepererat. Poen. 860. [Trin. 200 neque mendaciloquius neque adeo (*om. P recte*) argutum magis.] Trin. 181 neque adeo hasce (*aedis*) emi mihi nec usurae meae. TER. Hec. 261 neque adeo clam me est, quam esse eum graviter laturum credam. Ad. 987 id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo et bono. ACC. carm. 20 nec 'Geminei Le⟨n⟩ones' nec 'Condalium' ... nec 'Boeotia' umquam fuit neque adeo 'Agroecus' neque 'Commorientes' Macci Titi. VLP. dig. 48, 18, 1 non esse a tormentis incipiendum et divus Augustus constituit neque adeo fidem quaestioni habendam. 1, 16, 9, 2. *post* **et:** TER. Eun. 744 scin tu turbam hanc propter te esse factam et adeo ad te attinere hanc omnem rem? Hec. 240 et merito adeo. LVCIL. 1015 delici⟨i⟩s Luci efficta[e] atque cinaedo et sectatori adeo ipse suo quo rectius dicas. SEN. epist. 120, 2 tanta fit apud illos boni vilitas et adeo in sordida usque descendit. GELL. 20, 7, 1 mira et prope adeo ridicula diversitas ... deprenditur. *post* **itaque, ergo:** PLAVT. Men. 718 itaque adeo iure coepta appellari est canes. Boeot. frg. 1 itaque adeo iam oppletum oppidum est solariis. TER. Hec. 201 itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus. Ad. 710 itaque adeo magnam mihi ini[e]cit ... curam. AFRAN. tog. 110 itaque adeo extundo. CIC. leg. 2, 23 ergo adeo expectate leges.

3 *sequitur particulas disiunctivas*: PLAVT. Amph. 69 sive qui ambissint palmam histrionibus sive cuiquam artifici ... sive adeo aediles perfidiose cui duint. Aul. 645 di me perdant, si ego tui quicquam abstuli nive adeo abstulisse vellem. Cas. 76 Poenus dum iudex siet vel Graecus adeo. Men. 827 *quid debeo* tibi aut adeo isti? Merc. 993 si hercle scivissem sive adeo ioculo (loc- *codd.*) dixisset mihi. 1017 si quem scibimus si (seu *codd.*) maritum sive (seu *codd.*) hercle adeo caelibem scortarier. Rud. 1419 ni daturus nil sim ... nive adeo vocatos credam. Truc. 832 si qua[m]si bibit sive adeo caret temeto. PACVV. trag. 299 si te regeret (te- *codd.*) pudor sive adeo cor sapientia inbutum foret. TER. Phorm. 931 etiam nunc credis te ignorarier aut tua facta adeo? Eun. 213. LVCIL. 259 gizeria insunt, sive adeo hepatia. CIC. Verr. 2, 87 huius improbissimi furti sive adeo nefariae praedae ... civitatem testem futuram. 4, 110 qua (*via*) ad Apronii quaestum sive adeo qua ad istius ingentem ... praedam possim pervenire. LVCR. 1, 1017 materiai copia ferretur magnum per inane soluta sive adeo potius numquam concreta creasset ullam rem. PLIN. nat. 14, 22 ne Seras miremur aut Indos adeo. 35, 183 nec minor est aut adeo dissimilis aluminis opera (*an spectat ad IC 4?*). APVL. apol. 66 tempus est ad epistulas Pudentillae praeverti vel adeo totius rei ordinem paulo altius ⟨re⟩petere. *cf.* PLAVT. Amph. 169 quod facto aut dicto adeost opus. TER. Andr. 440 nihil hercle; aut si adeo, biduist aut tridui haec sollicitudo.

B *ad augendas singulas voces, quibus postponitur sicut yé*: **1** *effert verba*: PLAVT. Merc. 50 abnuere, negitare adeo me natum suom. Rud. 1387 dandum huc argentum est; id ego continuo huic dabo adeo, me ut hic emittat manu. TER. Andr. 759 propera adeo puerum tollere hinc ab ianua. Haut. 193 ibo adeo hinc intro. Phorm. 645 quod dixi adeo ei. Hec. 524 vir ego tuos sim? tu virum me aut hominem deputas adeo esse? PHAEDR. 1, 4, 6 et quem tenebat ore dimisit cibum nec quem petebat potuit adeo adtingere. VAL. FL. 8, 102 cede adeo inque aliis senium nunc digere lucis. SIL. 13, 655 cur ulla fuere adeo, quibus a te saevus abessem, momenta? STAT. Theb. 6, 400 stare adeo miserum est. MART. 4, 11, 5 excideratne adeo fatum tibi nominis huius? SVET. Iul. 14 obtinuisset adeo. GELL. 2, 24, 2 legi adeo nuper ... senatus decretum vetus. MIN. FEL. 34, 11 vide adeo quam natura meditetur. TERT. anim. 8 est adeo alteri quid invisibile, alteri non. *cf.* SIL. 7, 402 *cernes Hannibalem* iam vertere terga respectantem adeo atque iras cum fraude coquentem.

2 *effert substantiva*: PLAVT. Cas. 568 litem adeo perdidisse gaudeo (*ubi cum* gaudeo *coniungit Langen, Beitr. p. 143*). Stich. 664 ibi noster cenat cum uxore adeo et Antipho. TER. Eun. 203 me eius spero fratrem ... iam repperisse, adulescentem adeo nobilem. VERG. georg. 2, 323 ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis. OV. met. 10, 252 ars adeo latet arte sua. VAL. FL. 4, 63 nullumne malorum finem adeo poenaeque dabis? SIL. 11, 226 tempusque adeo cernebat adesse. STAT. Theb. 12, 661 noctem adeo placidasque operi iunxere tenebras. APVL. flor. p. 79 Oud. tragoedi adeo ni cotidie proclament, claritudo arteriis obolescit. apol. 51 Aristoteles adeo in problematis scriptum reliquit. MIN. FEL. 32, 5 in solem adeo ... videre non possumus. GENNAD. vir. ill. 60 per Augustinum adeo emendatus.

3 *effert pronomina* (*hic illic ad verbum pertineat* adeo *an ad pronomen, haud facile dixerim*): NAEV. com. 36 nolo ego hanc adeo efflictim amare. PLAVT. Amph. 254 hoc adeo hoc commemini magis. 468 ille adeo illum mentiri sibi credet. Asin. 403 atque hercle ipsum adeo contuor. Aul. 291 ei adeo obsoni hinc iussit dimidium dari. Bacch. 968 cum ego adeo uno mendacio devici. 829 ego adeo numquam accipiam. Epid. 169 is adeo tu es. Mil. 1192 ego adeo ... abibo tecum. 1293 hoc adeo fieri credo consuetudine. Poen. 268 quae tibi olant stabulum statumque ... quas adeo hau quisquam umquam liber tetigit. 782 idque in istoc adeo aurum inest marsuppio. Rud. 36 neque is adeo propter malitiam patria caret. 731 vos adeo. ... virgis circumveniam. 1199 ego eum adeo arcessi ... volo. Stich. 176 propter pauperiem hoc adeo nomen repperi. Trin. 203 atque ego-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met me adeo cum illis una ibidem traho. TER. Andr. 415 ipsum adeo praesto video. 579 tute adeo iam eius verba audies. Haut. 804 ipse adeo adest. 1054 ea lege hoc adeo faciam. Eun. 233 hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi. 247 ego adeo hanc primus inveni viam. Phorm. 944 haeo adeo ego illi iam denarrabo. Hec. 690 cui tu obsecutus facis huic adeo iniuriam. 821 hic adeo his rebus anulus fuit initium inveniundis. Ad. 41 is adeo. 629 haec adeo mea culpa fateor fieri. 797 ex te adeo est ortum. CAES. Cic. Att. 9, 16, 2 hanc adeo habebo gratiam illi. CIC. fin. 2, 37 quarum adeo omnium (*virtutum*) sententia *ratio* pronuntiabit primum de voluptate, nihil esse ei loci. carm. frg. 3, 71 haec adeo penitus cura videre sagaci. TIRO Gell. 6, 3, 28 hisce ad⟨eo⟩ eum verbis eluserit. VERG. ecl. 4, 11 teque adeo decus hoc aevi, te consule inibit, Pollio. Aen. 4, 96 nec me adeo fallit. 7, 427 haec adeo tibi me . . . fari . . . Saturnia iussit. 11, 275. CIRIS 400 has adeo voces atque haec lamenta per auras . . . volvebat. 407 vos ego, vos adeo, venti, testabor. LIV. 9, 26, 12 ipsos adeo dictatorem magistrumque equitum reos . . . esse. OV. trist. 3, 6, 31 et quaecumque adeo possunt afferre pudorem. VAL. FL. 5, 395 hac adeo duce ferte gradus. 8, 344 hoc adeo interea specta de litore pugnas. SIL. 14, 487 ipse adeo senis ductor Rhoeteius ibat pulsibus. STAT. Theb. 4, 745 tunc haec adeo stupefactus Adrastus. 12, 596 verte hunc adeo, fidissime Phegeu, cornipedem. AVR. Fronto p. 83 N. ego adeo perscripsi. APVL. apol. 54 tibi adeo permitto. 40 hunc adeo pisciculum . . . ostendi. 17 ego adeo . . . neque scio neque laboro. CONSENT. gramm. V 359, 18 haec adeo huiusmodi sunt. *usitatissimum* id adeo: PLAVT. Aul. 623 id adeo tibi faciam. 739 id adeo te oratum advenio. Curc. 680 id adeo ego hodie expertus sum. Epid. 53 id adeo argentum. 215 id adeo qui maxime animum advorterim? Most. 477 id adeo nos nunc factum invenimus. TER. Andr. 161 quem ego credo . . . omnia facturum, magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato. 585 idque adeo metuens vos celavi. Haut. 1004 idque adeo miror. Eun. 545 idque adeo visam, si domist. Phorm. 906 idque adeo venio [ad vos] nuntiatum. Hec. 259 id adeo gnati causa. CIC. Verr. 4, 120 id adeo sciri facillime potest. 5, 141 id adeo . . . sic vos ex me cognoscite. 5, 143. 6, 9 Cluent. 80. Caecin. 87 id adeo sic considerate. CAES. Gall. 5, 54, 5 idque adeo haud scio mirandum sit. SALL. Cat. 37, 2 id adeo more suo videbatur facere. 37, 11 id ⟨ad⟩eo malum . . . revorterat. Iug. 65, 3. 110, 4 id adeo experiri licet. 111, 1. PS. SALL. rep. 2, 7, 6 id adeo haud mirandum est. LIV. 2, 29, 10 id adeo malum ex provocatione natum. 4, 2, 1 id adeo non . . . tribunorum magis quam consulum culpa accidere. SEN. epist. 94, 10 id adeo sic disce. QVINT. inst. 2, 16, 18 id adeo manifestum erit. PLIN. epist. 7, 17, 8 idque adeo sic habe. APVL. apol. 16 id adeo (ideo *Krüger*) factum, quod . . . . 49 id adeo evenit. AVSON. 302, 18 id adeo sic est. CONSENT. gramm. V 357, 7 id adeo duplici modo evenit. 364, 23 id adeo fere his modis evenit.

4 *effert adiectiva et adverbia*: PLAVT. Amph. 1133 quae futura et quae facta eloquar, multo adeo melius quam illi. Most. 280 verum illud esse maxima adeo pars vestrorum intellegit. Stich. 212 quot adeo cenae quas deflevi mortuae. CAECIL. com. 101 mirum adeo nisi frater . . . turbam . . . dedit. TER. Haut. 109 nulla adeo ex re istuc fit nisi ex nimio otio. Phorm. 679 opportune adeo argentum nunc mecum attuli. CIC. de orat. 2, 15 magis adeo id facilitate quam alia ulla culpa mea contigit. LVCR. 3, 182 nil adeo fieri celeri ratione videtur (5, 572. 6, 1170). VERG. georg. 1, 94 multum adeo . . . iuvat arva. 1, 287. 3, 242 omne adeo genus . . . in furias ignemque ruunt. Aen. 3, 209 tris adeo incertos . . . soles erramus pelago. 7, 629 quinque adeo magnae positis incudibus urbes tela novant. 12, 548 totae adeo conversae acies. LIV. 22, 61, 10 mirari magis adeo discrepare inter auctores quam . . . discernere queas. MANIL. 2, 109 mitto alias artes, quarum est permissa facultas, infidas adeo. PHAEDR. 2, 8, 11 nil adeo videt. PLIN. nat. 26, 98 venerem *satyrion* . . . stimulare, ⟨magis⟩ adeo si bibatur. VAL. FL. 5, 40 magna adeo comitum numerosaque pubes. SIL. 7, 88 tanta adeo, cum res trepidae, reverentia divum nascitur. 8, 12 *Fabius* cum multa adeo, tum miles egenus cunctarum ut rerum Tyrius foret . . . egerat. 10, 487 multa adeo nequicquam ausi. 10, 653. 11, 89. 13, 798 quae tanta adeo gratantum turba? 16, 34. STAT. Theb. 11, 527 nil adeo mediae telluris. 11, 661 primum adeo saevis imbutum moribus aulae indicium speciemque sui iubet igne supremo arceri Danaos. IVV. 6, 50 paucae adeo Cereris vittas contingere dignae. SVET. Claud. 37 nulla adeo suspicio . . . tam levis extitit. Galba 14 maiore adeo et favore et auctoritate adeptus est. Nero 35 nullum adeo . . . genus est. FRONTO p. 67 N. multa adeo alia didicimus. TERT. bapt. 2 nihil adeo est, quod ⟨tam⟩ obduret mentes hominum. CENS. 1, 9 aliquid . . . sacrabant magis adeo ut . . . adprobarent, quam quod . . . .
SIL. 3, 379 hic adeo . . . concubitus servans tacitos grex perstat equarum. STAT. Theb. 2, 568 quattuor hic adeo disiecti (-a *P*) mole sub una congemuere. VERG. ecl. 9, 59 hinc adeo media est vobis via. COMM. apol. 310 hinc adeo nobis est spes in futuro quaerenda. CAECIL. com. 34 iamne adeo (abeo *Leo*)? manta. LVCR. 2, 1150 iamque adeo f⟨r⟩acta est aetas. VERG. Aen. 2, 567 iamque adeo super unus eram. 5, 268 iamque adeo donati omnes. 8, 585 iamque adeo exierat portis equitatus apertis. 11, 487 iamque adeo rutilum thoraca indutus aenis horrebat squamis. CIRIS 468 iamque adeo tutum longe Piraeea cernit. 206 iamque adeo dulci devinctus lumina somno Nisus erat. VAL. FL. 3, 70 iamque adeo nec porta ducem nec pone moratur excubias sortita manus. SIL. 1, 20 iamque adeo magni repetam primordia motus. 3, 128 iamque adeo ⟨e⟩gressi steterant in litore primo. 12, 534. STAT. Ach. 1, 551 iamque adeo aut aderit mecum Peleius heros aut verum penitus latet. TER. Haut. 54 inde adeo quom (quod *codd.*) agrum in proxumo hic mercatus es. OPIL. Gell. 1, 25, 17 inde adeo nomen factum videtur. MIN. FEL. 6, 1 inde adeo . . . videmus . . . sacrorum ritus gentiles. 7, 6 inde adeo . . . vates futura praecerpunt. VELL. 2, 115, 5 imperatori numquam adeo ulla opportuna visa est victoriae occasio. PLAVT. Asin. 532 nunc adeo nisi mi huc argenti adfert viginti minas, . . . hinc trudetur . . . foras. Cas. 534 nunc adeo nequaquam arcessam. Curc. 715 nunc adeo, ut tu scire possis, leno, meam sententiam (Rud. 728). Men. 119 nunc adeo, ut facturus, dicam. Merc. 329 nunc adeo ibo illuc. Mil. 159 nunc adeo edico omnibus (Pseud. 143. 855 TER. Eun. 806). Trin. 855 Truc. 267. TITIN. tog. 63 nunc adeo visam. TER. Andr. 775 nunc adeo ut tu sis sciens . . . iam ego hunc in mediam viam provolvam. Ad. 989 nunc adeo . . . missa facio. VERG. Aen. 9, 154 nunc adeo . . . laeti bene gestis corpora rebus procurate. 11, 314 nunc adeo . . . expediam. GELL. 2, 23, 4 nuper adeo usus huius rei nobis venit. APVL. flor. p. 87 Oud. semper adeo et ubique vos ut parentis . . . celebro. VERG. Aen. 4, 533 sic adeo insistit secumque ita corde volutat. VAL. FL. 4, 239 sic adeo insequitur. SIL. 2, 278 sic adeo increpitat studia. 12, 646 sic adeo orantes pressere silentia. 13, 662 sic adeo incipiunt. PLAVT. Cas. 1002 si ego umquam adeo posthac tale admisero. TERT. nat. 1, 16 unde adeo mimis et comoedis argumentorum venae fluunt.
VERG. Aen. 6, 498 vix adeo adgnovit pavitantem.

nota finalem sensum i. q. propterea (*cf. p. 612, 16*): TERT. idol. 9 quod igitur isdem magis somnium . . . ex dei voluntate suggessit, . . . adeo viam . . . intellegere debemus. VICT. VIT. 3, 7 adeo in his est necessarium ac iustissimum retorquere, quod . . . . 3, 12 diem praestitutum adeo pietas nostra constituit, ut praedamnantibus errorem indulgentia non negetur (*quamquam hic locus fortasse ad IC 3 pertinet*). *Klotz.*

adeo, -īī (-īvī), -itum, -īre. *ab* ad *et* ire. GLOSS. *πρόσειμι, προσέρχομαι* (CHAR. gramm. I 173, 11), accedo. *vocabulum legitur apud* PLAVT. *fere 100ies*, TER. *26ies*, CIC. *130ies*, CAES. *32ies*, VERG. *20ies*, OV. *90ies*, LIV. *120ies*, CVRT. *60ies*, *saepe apud* ICTos, *raro apud* VITR. (*ter*), PLIN. nat. (*9ies*), *semel apud* COLVM., *deest apud* MANIL. CELS. *de motu (I) legitur inde a* PLAVT., *apud* PLAVT. *et nude positum et fine indicato sive per accusativum (hominum,* Trin. 931 *loci) sive duplicata praepositione* (ad *homines, loca) sive adverbiis loci, raro inde a* CIC. *per* in; *de consilio (II) inde a* TER. (periculum), VARR. (hereditatem). *usus intransitivi exempla apud posteriores rarescunt, transitivi significationes a propria se admovendi notione recedentes diutius manserunt, ceteroquin in verbi locum fere succedente* accedere. *cf. Thielmann, Phil. 42 (1884) 356, Haussleiter, acta seminarii Erlangensis 3 (1884) 467.*

PAVL. FEST. 19, 7 cum prima acuta enertur, idem significat, quod accedo . . ., cum . . . secunda, idem quod usque eo. PS. PROB. gramm. IV 184, 12 non adio. *cf.* GLOSS. IV 7, 25. V 162, 39. 261, 16. 344, 6.
formae perfecti: S. C. de Bacch. (Corp. I 196 = X 104) 7 adiese. 8 adiesent. 17 adieset. adiisse: PLAVT. Aul. 815 (-isse *codd.*, *item* Mil. 1224. Trin. 931 -isti.). TIB. 1, 2, 81 NEP. Timol. 5, 2 *cod. Gūd.* (-isse *cod. Parc.*). SVLP. SEV. chron. 2, 17, 2. adii: PLAVT. As. 141 Aul. 378 Poen. 457 TER. Hec. 251 CIC. Scaur. 25 Phil. 12, 21 POLLIO Cic. epist. 10, 31, 2 PAVL. FEST. 53 QVINT. decl. 270 p. 108, 1 PLIN. epist. 2, 9, 1 PANEG. 11, 16 p. 257, 17 AVS. 319, 26. adiit: PLAVT. As. 82 Cas. 696 (-it *A*). Mil. 1222 (*B*, -it *CD*). Most. 1154 Poen. 652 CAT. 63, 3. 74. 87 VERG. Aen. 10, 516 georg. 4, 469 PANEG. Mess. 59. OV. *9ies* (adīt *ante vocalem vel* h: met. 4, 317. 9, 611 *M*. 10, 15. 15, 63 Pont. 1, 3, 74). GERM. frg. 4, 10 SEN. Phaedr. 221 SIL. 3, 496 STAT. Theb. 9, 540 *in scriptorum libris passim. forma contracta*: MON. Ancyr. 5, 16 adít (i *longa*) *cf.* 5, 45. *metro vindicatur* SEN. Herc. f. 321 Herc. O. 1062 LVCAN. 9, 347 STAT. Theb. 10, 205 CLAVD. 28, 74. CARM. epigr. 1346, 2 *a. 393* (adiit *schedae cf.* 1438, 8 abiit). *sitne perfectum, incertum* OV. met. 4, 258. 13, 772. *in scriptorum libris tradita* VARR. rust. 2, 10, 4 CIC. har. resp. 24 *PGE.* 37 *I*[1] Phil. 5, 23 *V*[1] CAES. Gall. 4, 20, 3 *β*. 6, 6, 1 *β* NEP. Dion 8, 2 LIV. 25, 40, 6 *P*. 36, 42, 3 *B*. 37, 20, 6 *B* TAC. ann. 15, 5 hist. 4, 13 SVET. Vit. 10 CAPITOL. Aur. 27, 1 Pert. 3, 8 SPART. Sev. 11, 2 Car. 5, 8. *item contractae* (*de crebrioribus scriptorum locos non recenseo*): adi: VAL. FL. 5, 502. adisti: (PLAVT. Trin. 931 *cf. l. 54*). VERG. Aen. 10, 459 STAT. Theb. 9, 66 PAVL. NOL. carm. 21, 532. adimus: CIC. Att. 16, 16, 5. adistis: LIV. 37, 54, 20. adisse: PROP. 3, 12, 34 SIL. 15, 511 MART. 1, 93, 2 (ab- *al.*). PAVL. NOL. carm. 16, 197. 19, 441. adissem: STAT. Theb. 3, 351 silv. 4, 3, 150. adisses: MART. 9, 65, 9. adisset: OV. ars 1, 330 trist. 1, 5, 20. adissemus, adissent. *formae in* v: adivit: APVL. met. 8, 1 VEN. FORT. Mart. 4, 102 GREG. TVR. *passim* (*et* adiit). adivi: AVS. 398, 48 VEN. FORT. carm. 6, 5, 289 GREG. TVR. virt. Iul. 34 p. 578, 21. 41 p. 580, 31.
PRISC. gramm. III 463, 27 aditus *ὁ προσελευθείς* . . . aditus *ἡ προσέλευσις* . . . quidam autem stulte et contra usum auctorum participii paenultimam producunt et dicunt se hoc facere differentiae causa.
praes. adît (PLAVT. Cas. prol. 41) *altera correpta primum legitur* CAT. 63, 30. CORP. I 1215 = X 4480 adeitur. PRISC. gramm. II 557, 17

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

antiqui . . . adeibam, queibam (-ibam *rec. Scot. bis*) pro adiebam, quiebam. *part.* adiens: PRISC. gramm. III 472, 3 GREG. TVR. virt. Mart. 2, 54 p. 627, 29 glor. conf. 16 p. 756, 29 GLOSS. II 6, 51. *de constructione cf.* ARVS. gramm. VII 453, 13 adit ad illum (CIC. epist. ad Ax. frg. 1, 1 TER. Andr. 639), adii illum (CIC. Scaur. 25), adii in illum (CIC. Verr. 5, 26). PRISC. gramm. II 353, 13 *sqq.*

I ***de motu*: A** *animantium* (*adeunt homines*): **1 *intransitive*: a** *absolute*: **α** *intellege ad homines* (*bestiam personatam* OV. met. 2, 860) *sive ambulantes sive domi sedentes contingendi, alloquendi, conveniendi* (*cf.* PLAVT. Curc. 303. 304) *causa*: PLAVT. Aul. 116 adeunt, consistunt, copulantur dexteras, rogitant me, ut valeam. LIV. 33, 33, 2 adire, contingere dextram. APVL. flor. p. 101 Oud. expedita dextra adeunt ac salutant. *coniunguntur verba alloquendi, appellandi*: adloquor (*ubique per* atque): PLAVT. Bacch. 978 Capt. 540 Men. 277. 465 Merc. 712 [TER. Andr. 974 adibo et conloquar *Call.*, a. e. *om. A recte*]. CVRT. 10, 8, 9 suspecti . . . invicem non adire propius, non conloqui audebant. appello (*cf.* PLAVT. Curc. 113. 114) *per* atque: PLAVT. Cist. 321 Poen. 992 Trin. 1041. *asynd.*: PLAVT. Mil. 420 CIC. Verr. 3, 134 (*temptandi causa*). percontor (*cf.* PLAVT. Rud. 309) *per* atque: PLAVT. Men. 1091. *item* rogo: PLAVT. Persa 600. perquiro (*asynd.*): PLAVT. Stich. 202. *similia*: PLAVT. Men. 707 adibo atque hominem accipiam quibus dictis meret. Mil. 1117 tute adeas, tuam rem tute agas. TER. Eun. 461 adibo atque adsimulabo. 557 atque gratiam . . . inibo. Andr. alt. exit. 11 adi (abi *codd.*) atque age homini gratias. OV. met. 14, 353 quid cuperet, fassura fuit: ne posset adire, cursus equi fecit. 4, 317. *accedit ablativus*: PLAVT. Pseud. 450 adire blandis verbis atque exquaerere. *coniunguntur verba accedendi*: PLAVT. Bacch. 535 adibo contra et contollam gradum (Rud. 242 accede ad me atque adi contra). Mil. 1266 adi obsecro et congredere. *cf.* Epid. 543. 545ª. *opponuntur*: PLAVT. Aul. 720 abeam an maneam an adeam an fugiam. Cist. 33 abitum quam aditum malis. TER. Phorm. 737 adeo [-n an] maneo. *ita positum apud* PLAVT. *praeter locos supra allatos 20ies* (*accedit* propius: Poen. 582. adeundi tempus: Persa 469 Trin. 432. *nota* Most. 566 occupabo adire. Pseud. 922 tu prior ut occupes adire. *cf. l. 37*), *apud* TER. *8ies* (*7ies* adibo), *raro apud ceteros*: CIC. *v. l. 18*, OV. *v. l. 24*, LIV. *v. l. 11*, CVRT. *v. l. 16*, APVL. *v. l. 12*. TIB. 1, 5, 61 pauper *amator* adibit primus (*cf. l. 34*). PROP. 2, 23, 16 *scortum ambulans non* sinit esse moram, si quis adire velit (MACR. somn. 1, 2, 19 deas habitu meretricio . . . passim adeuntibus prostitutas. PS. QVINT. decl. 15, 7). OV. am. 2, 19, 53 *intellege ad nuptam.* MART. 1, 90, 4 *Bassa tribas cum feminis versans* non adeunte viro. TERT. pudic. 22 ambiunt moechi . . . adeunt fornicatores. APVL. flor. p. 78 Oud. *intellege ad amicum, item* AVS. 398, 48. **β** *intellege vel ad homines gradu ordine dignitate a ceteris distinctos vel ad deos, appellandi exorandi causa*: GLOSS. adeuntium *ἐντυγχανόντων*. PLAVT. Mil. 1037 adeat, si quid volt. :: si quid vis, adi (*sc. ad militem*). 1224 adiisse atque exorasse. 1226 copia adeundi atque impetrandi (1222. 1225 *c. acc.*). OV. trist. 1, 1, 95/96 (*ad principem*). Pont. 3, 1, 119 (*ad principis coniugem*). SEN. dial. 10, 2, 5 (*ad superiores*). *ad magistratum*: CIC. Verr. 2, 138 simulac potestas . . . data est, adeunt. 3, 38 *ci.* postulo. 3, 59 *ci.* peto. 4, 183. 6, 56 (te *add. dett.*). LIV. 3, 46, 9 SEN. dial. 6, 22, 8. 9, 3, 4 PIVS Marcell. dig. 4, 1, 7 pr. si citatus . . . pro tribunali te sedente (-tem *dett.*) adiit. SEV. *et* ANT. Mod. dig. 27, 1, 10, 4 adire . . . et postulare. PAP. dig. 48, 16, 10, 2. VLP. frg. Vat. 155 tutor *se excusans* adeat ex more. 165. 161 adversus eum, quem nominavit. *aliter* SIL. 6, 453 consul adire acciriique iubet Libyas (*i. senatum convocat*). *ad regem*: OV. met. 7, 651 adeunt regemque salutant. CVRT. 8, 9, 27. 9, 3, 19. *accedit* propius: CVRT. 10, 5, 4. *ad imperatorem*: PLIN. paneg. 79 adeunt statim, dimittuntur statim. SVET. Aug. 53 adeuntium desideria. Tib. 40. Claud. 38 in publico parum tempestive. Otho 11. Vit. 2 primus C. Caesarem adorare ut deum instituit, . . . reversus ex Syria non aliter adire ausus . . . quam capite velato circumvertensque se, deinde procumbens. Vesp. 23. Cal. 22 consistens . . . inter fratres deos medium adorandum se adeuntibus exhibebat. *cf. l. 71. de legatis*: LEX Iulia munic. (Corp. I 206) 155 OV. met. 9, 573. 9, 611 non . . . apte *cf.* 572 *et p. 618, 66.* LIV. 21, 9, 3 tuto. TAC. ann. 3, 61. *nota*: CAES. Gall. 6, 4, 2 *legati* adeunt per Haeduos. ius adeundi: CIC. epist. 4, 7, 6 *cf.* potestas *l. 50.* copia: PLAVT. Mil. 1226 OV. Pont. 3, 1, 137. facultas: MARCVS Vlp. dig. 49, 4, 1, 7 VLP. dig. 49, 4, 1, 9 *bis. ad deos* (*cf. l. 64*): AMM. 22, 14, 8 adeuntes quosdam . . . averti videtur *Apis.* **γ** *intellege ad loca sacra* (*deorum appellandorum causa*): VITR. 3, 3, 3 matres . . . familiarum cum ad supplicationem gradibus ascendunt, non possunt per intercolumnia amplexae adire, nisi ordines fecerint. PRIAP. 14, 4 quod metuas adire, non est. VAL. FL. 8, 243 ubi . . . cum coniuge venit ad aras Aesonides, unaque adeunt pariterque precari incipiunt. SVET. Aug. 6 temere. Cal. 15 venerabundus. *accedit* propius: CVRT. 4, 7, 25. **δ** *intellege ad loca aliquid spectandi causa*: OV. her. 12, 151. SEN. dial. 2, 1, 2 propius. **ε** *inest notio ad difficilia accedendi*: *ad metuenda*: PLAVT. Capt. 615 Aiacem, hunc (*sc. insanum*) cum vides, ipsum vides. :: nihili facio. tamen adibo (613 *c. acc.* 604 si adbites propius). Cas. 696 non adiit atque ademit *Casinae gladium?* (697 nemo audet prope accedere). STAT. Theb. 9, 540 Hypseus adiit (539 accedunt comminus) capulumque in morte tenenti extrahit. *ad homines* (*bestias* LIV. 21, 35, 3) *loca, oppugnandi aggrediendi causa*: PLAVT. Epid. 163 adeundum⟨st⟩. senem oppugnare certumst consilium. TER. Phorm. 229 prior adito tu (DON. quasi ad proelium). ego in insidiis hic ero subcenturiatus. *cf.* PLAVT. Persa 469/481. HOR. sat. 2, 5, 88 (*de testamentorum captatore*:) cautus adito. SEN. epist. 111, 2 *philosophus* fit . . . inexsuperabilis et maior adeunti. *de sicario*: RHET. Her. 4, 53 occasio adgrediendi . . . tempus adeundi. *de exercitu, hoste*: CAES. Gall. 6, 6, 1 Caesar . . . effectis . . . pontibus adit tripertito. 6, 34, 4 silvae incertis occultisque itineribus confertos adire prohibebant. 7, 83, 5 adeundi tempus. VERG. Aen. 12, 760 Aeneas . . . minatur exitium, si quisquam adeat. LIV. 31, 17, 1 terra . . . adeuntes aditu arcebant. SIL. 11, 197 hostis adire si parat. 15, 241. *accedit* propius: BELL. Alex. 16, 7 (*navibus*). LIV. 21, 35, 3. 22, 42, 1 AMM. 20, 7, 4. adeundi copia: AMM. 24, 4, 10. *ad privata, clausa* (*de his et sqq. cf.* GLOSS. ingredior, intro, introeo): CORP. I 1215 = X 4480 privatum. precario adeitur. VARRO ling. 5, 160 aedis ab aditu, quod plano pede adibant (ab- *codd.*). CIC. Verr. 6, 118 (*loquitur ianitor carceris*) ut adeas, tantum dabis (ORIENT. comm. 2, 110). VLP. dig. 4, 11, 3 (*ex rescripto divi Pii*) eum, qui fugitivum vult requirere in praediis alienis, posse adire (*ibid.* facultatem ingrediendi). NERAT. Vlp. dig. 8, 3, 33 ius hauriendi et adeundi (*sc. ad fontem. ibid.* ius . . . adeundi ad fontem). *ad finem prohibitum, impeditum*: CAES. Gall. 5, 48, 5 si adire non possit *nuntius* (LIV. 27, 50, 9). LIV. 22, 5, 1 quacumque adire audirique potest, adhortatur. 28, 20, 2 qua adire poterant. locus adeundi: LIV. 3, 49, 2 TAC. hist. 1, 36 PLIN. epist. 4, 16, 1. copia: APVL. met. 6, 15. adire potestas: STAT. Theb. 12, 342. *accedit* iuxta: AMM. 31, 11, 3. *in imagine*: LVCR. 6, 919 nimium longis ambagibus est adeundum. **ζ** *intellege navibus*: OV. her. 7, 139 'iubet ire deus': vellem, vetuisset adire (*sc. Libyam*).

imperativus adi *est impellentis*: PLAVT. Capt. 540 Mil. 1037. 1265 Persa 600 Poen. 992 TER. Andr. alt. exit. 11 OV. trist. 1, 1, 96. *invitantis*: PLAVT. Persa 791 (Rud. 242 contra). OV. her. 12, 151. adito *est impellentis*: TER. Phorm. 229 HOR. sat. 2, 5, 88. *invitantis*: PLAVT. Persa 310. iubeo adire *ad alium*: PLAVT. Mil. 1034 CIC. Verr. 4, 183. *ad me*: PLAVT. Mil. 1268 Persa 790 CVRT. 10, 5, 4 SIL. 6, 453. IVVENC. 3, 563.

b *indicatur quo adeatur*: *praepositionibus*: **ad: α** *ad homines, deos*: GLOSS. adeo ad eum vado ad eum (PLAVT. *15ies*: ad me: As. 722 Aul. 746 Curc. 262 Pseud. 966 Stich. 243 Truc. 891. *item* ENN. trag. 303. ad nos: PLAVT. Poen. 652. ad se: Cas. 663. ad eum: Trin. 386 (Poen. 330 ad eas *e coni. inc.*). ad illas: Rud. 831. ad hominem: Bacch. 773 Men. 486 Stich. 237 Truc. 502. ad mulierem: Cas. 41. *cf.* ACC. trag. 77 ad virum. TER. *quater*: ad eum: Andr. 315. 639 Eun. 578. ad precatorem: Phorm. 140). *generaliter, alloquendi appellandi causa*: PLAVT. Aul. 746 cum istacin . . . oratione huc ad me *indicatur finis coniunctis*: PLAVT. Poen. 652 salutat. As. 722 experire, exopta. Cas. 41 orat. Trin. 386 concilies, poscas. Men. 486 turbare gestio. TER. Andr. 639 cum eo iniuriam hanc expostulem. *cf.* TER. Andr. 315 adeon ad eum? :: quidni? si nihil impetres, ut. *synonyma*: PLAVT. Bacch. 773 adeundi ad hominem tempus (774 accessero). Rud. 831/36. Stich. 237 quis haec est quae advorsum it mihi? *item* Truc. 502/3. *accedunt adverbia*: recta: PLAVT. Pseud. 966. proprius: PLAVT. Rud. 831. palam: CAES. Gall. 6, 18, 3 suos liberos . . . palam ad se adire non patiuntur *Galli. domi conveniendi causa*: PLAVT. Truc. 891 sine eumpse adire, ut cupit, ad me (890 huc). TER. Eun. 578 ne vir quisquam ad eam adeat. CIC. Verr. 6, 21 adeundi ad illum (*captivum*) potestatem. 6, 117. GELL. 1, 8, 5 ad hanc (*Laidem*) ille . . . clanculum adit. *ad potestate dignitate praeditos* (*cf. ad parentes l. 54*): PLAVT. Stich. 293 ad me adiri (adire *A*, iri *P*) et supplicari . . . mi. TER. Phorm. 140 ad precatorem . . . qui mihi . . . oret. CIC. de orat. 3, 133 ad quos (*viros sapientia excellentes*) olim et ita (*sc.* transverso foro) ambulantes et in solio sedentes domi sic adibatur, non solum ut de iure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur. epist. 11, 16, 1 qui ad nos intempestive adeunt, molesti saepe sunt. Att. 16, 16, 5 ad Caesarem, verba fecimus pro. frg. epist. ad Ax. 1, 1 ad M. Bibulum. NEP. Dion 8, 2 ad Dionem et ait. Hann. 2, 3 tempore dato ad regem. GELL. 1, 19, 2 ad Tarquinium. 3, 8, 5 ad consulem. 9, 2, 1 ad Herodem Atticum. TERT. nat. 1, 7 initiari volentibus mos est prius ad magistrum sacrorum vel patrem adire. idol. 19 ad Iohannem. *ad concilium*: CIC. Verr. 5, 137 ad *Syracusanorum* senatum. NEP. Them. 7, 1 ad magistratus. 7, 4 ad magistratus senatumque Lacedaemoniorum. *de legatis*: CIC. S. Rosc. 25 *et* 110 ad Sullam. Phil. 7, 26 ad Brutum adeundi . . . potestatem. *de tabellario*: CIC. epist. 11, 16, 1 satis scite et commode tempus ad te (*Brutum*) cepit adeundi. *ad magistratus in ius*: *nota formulam*: LEX agr. (Corp. I 200) 17 quei . . . de ea re (CIC. Q. Rosc. 12 de quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti) . . . in ius (CIC. Verr. 5, 147 ad praetorem. CAES. civ. 1, 87, 2 ad Caesarem) adierit ad eum, quem . . . ius deicere oportebit (LEX Malacit. Corp. II 1964, 65, 65 ad quem de ea re in ius aditum erit. *item* LEX Vlp. dig. 2, 12, 6. S. C. Vlp. dig. 16, 1, 2, 1 in iure). SENT. Minuc. (Corp. I 199) 45 ad nos (*arbitros, cf. l. 79 et p. 619, 53*). CIC.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Verr. 2, 123 ad Verrem, *coni.* doceo, impetro. 4, 152 ad Metellum, *coni.* postulo. 5, 113 ad Verrem, *coni.* reposco, impetro. Flacc. 49 ad quem (*praetorem*), *coni.* causam defero. *ibid.* legatus, ad quem est aditum, actionem se daturum negavit. epist. 3, 7, 3 *et* 3, 10, 6 ad me (*proconsulem*). LEX Vrson. (Corp. II 5439) 99, 10 ad IIvir(um), *coni.* postulo. CAEC. mort. persec. 15, 5 ad iudices tamquam ad deos. *formula evocationis*: CIC. Phil. 8, 33 qui ab armis discesserint et aut ad ... C. Pansam aut ad A. Hirtium cos. aut ad D. Brutum imp. cos. des. aut ad C. Caesarem pro pr. ante id. Mart. primas adierint (= frg. epist. ad Caes. iun. 1, 1). *ad deos*: LEX Cic. leg. 2, 19 ad divos adeunto caste. 2, 24. TERT. orat. 15 sic (*sc.* expositis paenulis) adeunt ad idola nationes. ieiun. 7 *Ezechias* eodem ... habitu (*sc. veste scissa, sacco induto*) *sacerdotes* ad deum per Esaiam adire iussit, utique ieiunio preces prosequente. HERM. rec. Palat. sim. 2, 5 ad deum. LACT. inst. 4, 3, 4. *accedit abl.*: TERT. orat. 1 agmine verborum ... ad dominum. HERM. rec. Palat. sim. 2, 8 pauperes pro locuplete adeuntes orationibus suis ad dominum (ἐντυγχάνοντες).

inest notio ad difficilia accedendi: *ad metuenda*: PLAVT. Cas. 663 prope ad *Casinam gladium tenentem*. ACC. trag. 77 tibi cautim est adeundum ad virum. ENN. trag. 303 nolite, hospites, ad me adire ..., ne contagio mea bonis umbrave obsit (306 quid te adiri abnutas?). CAES. Gall. 4, 2, 5 ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent. HERM. rec. Palat. mand. 11, 4 *fideles* minime ad eos (*haereticos*) adeunt. *ad occulta, remota*: HYG. Gell. 10, 16, 12 qui ad inferos adissent ac redissent (13 qui descenderint illuc atque inde rursum evaserint). TERT. nat. 2, 14 HIL. in psalm. 141, 5. *translate*: TERT. anim. 2 etiam ad ipsos prophetas adisse ... indagatorem quemque sapientiae ex negotio curiositatis. *ad impedita*: ITALA Palat. Luc. 8, 19 p. 298ᵇ, 3 non poterant adire ad eum per turbas (VVLG. eum). *β ad loca*: PLAVT. Aul. 102 ad aedis nostras. Curc. 145 quid si adeam ad fores atque occentem? Bacch. 578. Merc. 132 ad ostium. VARRO Ter. Scaur. gramm. VII 29, 10 'ad' *significat* locum, ad quem adimus, ut ad parietem (*opp.* 'ab' locum a quo discedimus). CIC. Caec. 82 qua adibam ad istum fundum (POMPON. dig. 8, 4, 11, 1 spatium ... qua dextra et sinistra ad rivum adeam. *ibid.* adire, qua proxime possim, ad reficiendum *rivum*. *cf. ibid.* pr. accedendi ad ea loca facultas. NERAT. Vlp. dig. 8, 3, 33 *p. 618, 21*). Phil. 14, 2 ab ... aris, ad quas togati adierimus, ... discedere (VITR. 4, 5, 1 immolantes aut sacrificia facientes). CAES. Gall. 6, 25, 4 ad initium ... silvae *inaccessae*. SIL. 13, 455 maestum, quod adire nequires saucius ad muros et Martis honore careres. GELL. 12, 13, 18 terras ... ad quas a nostris hominibus adiri potest. 16, 5, 12 iter angustum, per quod ad vestibulum orci adiretur. AMM. 16, 11, 11 ad intima Galliarum ... adire Germanos. CYPR. epist. 30, 6 ad limen ecclesiae. VVLG. Hebr. 4, 16 ad thronum gratiae. GREG. TVR. virt. Mart. 3, 18 ad (*eras. 1a*; *om. p*) basilicam. 4, 31 ad *villam*. *intellege navibus*: CIC. Verr. 5, 26 ad quam (*urbem, sc. Messanam*) cum adirent ex Italia. 6, 167 homines ... navigant, adeunt ad ea loca, quae numquam ante viderunt. *in imagine*: SIL. 15, 511 usque ad sidera adisse invideat ... nobis deus. *γ ad ea quae in certis locis vel fiunt vel sunt*: PLAVT. Aul. 201 eam rem volt ... mecum adire ad pactionem. *cf. p. 618, 78 sqq., item* CIC. Q. Rosc. 10 ad iudicium ... venimus, ... ad arbitrium ... hoc animo adimus, ut. Sest. 106 ad quas (*contiones*) nemo adibat incorruptus, nemo integer. Brut. 311 ad causas et privatas et publicas ..., non ut in foro discederemus, sed ut ... docti in forum veniremus. GRAMM. VII 34, 7 ad simulacrum. CIC. Verr. 5, 108 aditum est ad libros Sibyllinos (GELL. 1, 19, 11 quasi ad oraculum. AVG. civ. 3, 17). LACT. epit. 70, 15 ad ... sacrarium caelestium litterarum. SVET. Nero 38 ad reliquias rerum suarum (*exscripsit* OROS. hist. 7, 7, 7). *nota δ* ad *c. gerund.*: CAES. Gall. 7, 25, 1 deustos pluteos turrium videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animadvertebant. **in:** *conventum*: CIC. Verr. 5, 26 Romam atque in horum conventum. PAVL. NOL. epist. 13, 16 in tale ... consilium. *loca*: CIC. Caec. 21 omnes introitus, qua adiri poterat ... in eum fundum. SEN. dial. 12, 16, 5 *Fortuna* eas quoque domos ausa ... intrare, in quas per templum aditur. LEX Salp. Corp. II 1963, 25 (I 35) in id municipium alter uter ex II viris. TERT. orat. 25 in templum. GREG. TVR. virt. Mart. 3, 60 in (*ras. 1a*) territorium ... urbis. in ius: *v. p. 618, 80 et p. 619, 77*. CIC. Verr. 3, 55 ante quam aditum in ius esset. p. red. 1, 22 in ius adeundi potestatem. Att. 11, 24, 4 de suis controversiis. *adverbiis loci*: **huc:** PLAVT. Aul. 746 huc ad me. Truc. 620 (*verba minitantis*:) accede hu[n]c modo, adi huc modo. 890 eumpse adire huc (891 ad me). HOR. sat. 2, 3, 80 huc propius me, dum doceo insanire omnes, vos ordine (*cf. p. 621, 40*) adite. PRIAP. 77, 3 fures prohibetis huc adire (*cf. etiam p. 626, 45*). **quo:** *sc. ad magistratum*: LEX agr. (Corp. I 200) 24 pr(aetor) consolve, quo de ea re in ius aditum erit. *item* 30 (93 *et* 102 *ex parte suppl.*). 37 (*omisso* de ea re, *item* VLP. dig. 30, 12, 12, 4). LEX Ant. de Term. (Corp. I 204) 2, 1 LEX Rubria de Gall. cisalp. (Corp. I 205 = XI 1146) 1, 10 LEX Vrson. (Corp. II 5439) 105, 23. LEX Rubria 1, 16 quo quomque d. e. r. in ius aditum erit. LEX Iulia munic. (Corp. I 206) 44 quo quomque de ea re aditum erit. *sc. ad loca*: *ad difficilia, impedita*: LVCR. 5, 36 *loca remota, maria,* quo neque noster adit quisquam nec barbarus audet

(*sc.* adire). CIC. Verr. 6, 98 eo ... pirata penetravit, quo simul atque adisset. Mur. 34 Bosporum ... quo exercitus adire non posset. CAES. Gall. 7, 14, 5 quo pabulandi causa adire posse videantur. [2, 7, 3 *v. p. 623, 53*] civ. 1, 49, 2 loca trans flumen ... quo omnino Caesar adire non poterat. MON. Ancyr. 5, 15 quo neque terra neque mari quisquam Romanus ante id tempus adit (προσῆλθεν). *ad vetita, sacra*: CIC. Verr. 5, 101 fanum ... quo liberos adire ne orandi quidem causa fas erat. har. resp. 24 quo (*ad ludos*) matrona nulla adiit. 44 loco, quo eum adire fas non fuerat. CAES. civ. 3, 105, 4 in occultis ac reconditis templi, quo praeter sacerdotes adire fas non est, quae Graeci ἄδυτα appellant. VITR. 1, 7, 2 loco, quo minime semper homines nisi per sacrificium necesse habeant adire. *cogitantur diversa*: CIC. dom. 72 omnem locum, quo adisses. SALL. Iug. 14, 17 exul ... quo adcedam aut quos appellem? ... an quoquam mihi adire licet, ubi non .... TAC. ann. 2, 43 quoquo adisset *Germanicus*. VEN. FORT. carm. 3, 9, 82 sequitur liber (*sc. populus*), quo (*sc. ad lucem*) suus auctor adit. *cf. B 1 et 2 a b*. **illo:** CAES. Gall. 4, 20, 3 neque temere praeter mercatores illo (*sc. Britanniam*, adit ad illos *β*) adit quisquam. AMM. 31, 13, 12 nullus ... illuc adire ... ausus. *cf. B 2 b*.

2 *transitive*: a *adeuntur homines* (*bestiae v. γ*), *dei*: (PLAVT. *22ies active*: me: As. 82 Most. 1154. hunc: Bacch. 241. Trin. 1041 Truc. 824. Poen. 982 hosce. hanc nostram: Amph. 453. hunc insanum: Capt. 613. hanc amatricem: Poen. 1304. eum (eas): Men. 360 Cist. 33. eampse anum: Aul. 814. istam: As. 141. quem: As. 150 Bacch. 616ᵃ. dignos indignos: As. 247. hominem: Poen. 841. hospitem: Merc. 104. matrem: Epid. 570. patrem: Bacch. 442. Philtonem: Trin. 736. Lesbonicum: Trin. 749. *ter* passive: Rud. 1298 adeundus mihi illic est homo. Truc. 895 adeundae[st] hae mihi. Mil. 1225 quasi regem adiri eum. *cf.* ENN. trag. 306 quid te adiri abnutas? TER. *6ties active* [Phorm. 609 *acc. del. Bentl.*]: me: Andr. 534. te: Hec. 251. hunc: Hec. 429. hominem: Phorm. 252. magistratus: Phorm. 403. senem: Phorm. 285. *semel passive*: Hec. 716 meretricem hanc ... adeundam). *α generaliter, alloquendi appellandi causa*: GLOSS. appello. me ⟨a⟩dierunt: ad me venerunt. PLAVT. Epid. 570 ut matrem tuam videas, adeas (PLIN. paneg. 26 te viderent adirentve), ⟨ad⟩venienti des salutem atque osculum. *coniunguntur*: adloquor: PLAVT. Men. 360. TER. Phorm. 252 blande. CIC. Cluent. 170. LIV. 33, 29, 12 copia adeundi adloquendique. SEN. Med. 418 TAC. hist. 4, 65 PLIN. paneg. 48. conloquor: PLAVT. As. 150. appello: PLAVT. Poen. 982 Trin. 1041 LVCIL. 643 *cf.* 644. CIC. Verr. 3, 36 TAC. hist. 4, 2. *cf.* PLAVT. Truc. 895/96. dico: PLAVT. Trin. 736 OV. met. 13, 772 (*adit vates, item* ars 1, 649 *coni.* monstro). LAMPR. Hel. 10, 3. aio: TER. Andr. 534 OV. met. 9, 108. inquam: OV. fast. 2, 605 (*adit index, item* met. 7, 825 *coni.* refero. CVRT. 6, 7, 28. 6, 10, 8). edoceo: PLAVT. Trin. 749 SALL. Iug. 93, 6. doceo: OV. met. 10, 651. promitto, polliceor: SALL. Catil. 41, 5 CVRT. 8, 11, 3 TAC. hist. 5, 18 AMM. 22, 7, 5 VVLG. II Macc. 4, 8 SVLP. SEV. chron. 2, 18, 2. *similia*: PLAVT. Amph. 453 tuae (*erae*) si quid vis nuntiare (*sc. licet*). hanc nostram adire non sinam. Aul. 814/15 (*cf.* 793 i intro, exquaere). Poen. 841 *coni.* ausculto. OV. met. 4, 317 *cf.* 320 orsa loqui. SVET. gramm. rhet. 25 piscatores. MACR. somn. 2, 1, 10 fabros. TER. Hec. 251 de filia. 429 si quid velit (CIC. epist. 3, 9, 2). *accedit abl.*: SEN. dial. 4, 36, 5 *irati* non sermone, non officio adiri faciles. *nota in societatem coeundi causa*: S. C. de Bacch. (Corp. I 196 = X 104) 7 Bacas vir nequis adiese velet. *amice appellandi causa*: PLAVT. Bacch. 616ᵃ quem quisquam homo aut amet aut adeat. *cf.* CIC. Cluent. 170. *puellam*: PLAVT. As. 141 priusquam istam adii atque amans ego animum meum isti dedi. CAT. 8, 16 quis nunc te adibit? cui videberis bella? OV. met. 4, 258 Clytien ... non amplius *Sol* adit venerisque modum sibi fecit in illa. *cohortandi causa*: CAES. Gall. 7, 4, 3 quoscumque adit ex civitate, ad suam sententiam perducit; hortatur. 4, 21, 8 civitates, *coni.* hortor (*item* civitates: 7, 21, 2 HIRT. Gall. 8, 38, 2 LIV. 26, 20, 1). VAL. MAX. 5, 6, 8 publicani ultro aditos censores hortati sunt. *imperator milites*: CIC. Att. 7, 20, 1 *Pompeius* cohortes legionum Appianarum non firmissimarum. CAES. Gall. 7, 86, 3 *coni.* cohortor. LIV. 10, 20, 3 ordines, *coni.* hortor (TAC. ann. 15, 12. hist. 2, 82 *omisso obiecto, item* ann. 3, 45 inter primores equo insigni adire, memorare veteres Gallorum glorias). CVRT. 3, 10, 8 Graecos, *coni.* admoneo. SIL. 5, 150 nunc hos, nunc illos adit atque hortatibus implet. SVET. Iul. 70 VOP. Prob. 8, 2. *consolandi causa*: OV. trist. 1, 8, 12 afflictum. SEN. Med. 418 TAC. ann. 13, 19 *coni.* solor. *turbandi, temptandi causa*: PLAVT. Bacch. 241 adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem Phrixi. CIC. Cael. 53 ubi sit congressus cum servis Luccei Caelius, qui ei fuerit aditus. si per se, qua temeritate? si per alium, per quem? TAC. ann. 1, 69 ubi femina manipulos intervisat, signa adeat, largitionem temptet. 2, 40 simulata conscientia adeant (*sc. servum*), offerant pecuniam. hist. 4, 2 inrepere ... militares animos adeundo, appellando. TERT. scorp. 1 *haeretici* numquam magis adeundos *christianos* sapiunt, quam cum aditus animae formido laxavit. *accedit abl.*: OV. epist. 15, 258 blandis ... sonis. SEDVL. carm. pasch. 2, 177 insidiis. *β orandi, supplicandi causa*: *homines*: GLOSS. rogat, interpellat. PLAVT. As. 150 *coni.* supplico. 247 dignos, indignos, *coni.* experiri (246 supplicabo, exobsecrabo). Cist. 33 (*cf.* 32 sibi simus supplices). Merc. 104 *coni.* oro. Most. 1154 *precatorem*. TER. Hec. 716 *coni.* oro (*nota* 719/20:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arcessitur Bacchis, ut adeatur). *potestate, dignitate praeditos*: PLAVT. As. 82 *patrem filius* (74 oravit). *item* QVINT. decl. 286 p. 152, 15 petiturus. PLAVT. Bacch. 442 patrem *paedagogus* postulatum (*supin.*). LVCIL. 644 *erum* servuli. 643 cum pacem peto, cum placo, cum adeo et cum appello *meam*. CIC. Verr. 3, 36 patronum, quem suo iure adire aut appellare posset. Ov. met. 8, 778 dryades ... Cererem cum vestibus atris maerentes adeunt poenamque Erysichthonis orant. *regem, principem, imperatorem exorandi, appellandi, salutandi causa*: PLAVT. Mil. 1225 per epistulam (*cf. l. 30*) aut per nuntium quasi regem adiri eum (*sc. militem*) aiunt. 1222 quam laeta est, quia ted adiit (te adit *CD*, ad te *B*). 1224 *et* 1226 *absolute*. SALL. Iug. 21, 4 reges (*legati, item* LIV. 27, 4, 9. 35, 13, 6. 44, 19, 4 CVRT. *6ies* AMM. 17, 4, 1 VVLG. II Macc. 4, 36 *gr. ἐνετύγχανον*). VERG. Aen. 10, 149 Ov. ars 1, 649 met. 7, 7 LIV. 37, 20, 6 CVRT. *5ies* PLIN. nat. 37, 124 VAL. FL. 5, 501 TAC. ann. 13, 9. 15, 5 VVLG. II Macc. *ter* SVLP. SEV. chron. *passim*. CASSIOD. var. 3, 37, 1 nos (*Theodericum regem*) aditos flebili allegatione. 5, 32, 1 adiit nos innumeris vicibus Patzenis repetita conquestio. Ov. met. 11, 278 tyrannum. CVRT. 4, 5, 20 *satrapen*. CIC. epist. 6, 14, 2 omnem adeundi et conveniendi illius (*Caesaris*) indignitatem et molestiam. LVCAN. 8, 232 solus ... e numero regum telluris eoae ex aequo me (*Pompeium*) Parthus adit. 10, 82 *Caesarem* Cleopatra. SVET. Iul. 78 adeuntis se cum plurimis honorificentissimisque decretis ... patres conscriptos sedens (*quo sibi invidiam movit*) pro aede Veneris Genetricis excepit. CORP. XI 1420, 34 imp. Caesare(m) Augustum (*legati, item* SVET. Tib. 16 Cal. 49). VAL. MAX. 7, 7, 4 aditus divus Augustus. PLIN. nat. praef. 11 te (*Titum imperatorem*) religiose adiri etiam a salutantibus. 8, 135 nullo ... non principe adito querimoniis provincialibus. TAC. ann. 1, 17 principem precibus vel armis. 4, 39 quamquam praesentem scripto (CALL. dig. 42, 1, 33 aditus per libellum. *cf. l. 9*). PLIN. epist. 7, 6, 10 paneg. 26. 56 (*ample describitur apud barbaros aditio*). 77 adibat aliquis ut principem. respondebat se consulem esse. SVET. Tib. 40. 75 *post mortem Tiberii* absente adhuc Gaio nemo extabat, qui adiri interpellarique posset. Vesp. 7. ICTI *passim, v. Vocab. iurispr.* AMM. *passim*. HIER. epist. 1, 15 SVLP. SEV. dial. 2, 5, 6. *magistratus*: GRAMM. IV 568, 7 adeo consularem *πρόσειμι τῷ ὑπατικῷ*. S. C. de Bacch. (Corp. I 196 = X 104) 8 *et* 17 pr(aetorem) urbanum (SEV. Vlp. dig. 27, 9, 1, 2). CIC. Verr. 6, 21 te (ad te *dett.*) senatum adisse supplicem. ad Q. fr. 1, 2, 15 BELL. Alex. 56, 6 LIV. 23, 15, 15. 24, 23, 6. 34, 1, 7. FEST. 185, 2 qui ... in ordine (*cf. p. 619, 74*) staret adeuntium praetorem. GAIVS inst. 1, 29 praetorem vel in provinciis praesidem provinciae. ICTI *passim, v. Vocab. iurispr.* TER. Phorm. 403 magistratus. LIV. 34, 1, 7 *coni.* rogare. QVINT. decl. 270 p. 108, 1. 279 p. 139, 9. 247 p. 13, 28 potestas adeundi magistratus. 301 p. 189, 23 ingenuitas, quae aditura erat magistratus. PLIN. epist. 7, 27, 11. LEX Iulia munic. (Corp. I 206) 152 *censores*. LIV. 34, 1, 7 consules (2, 25, 6 *consulem* legati, *item* 8, 1, 7. 25, 6, 2. 34, 56, 5. 37, 6, 7. 37, 34, 3. 37, 34, 8. 37, 45, 6 per *Scipionem*. PLIN. nat. 33, 142 SVET. Tib. 31). TAC. ann. 2, 28 PLIN. epist. 7, 33, 4 PIVS Vlp. dig. 35, 1, 50. *cf. etiam l. 32*. EPIST. Vesp. a. 78 (Corp. II 1423) 12 proco(n)s(ulem). CORP. X 7852 PLIN. epist. 10, 56, 4. LIV. 40, 29, 12 tribunos plebis. AT. CAPITO Gell. 13, 12, 4 SVET. Claud. 12. *cf. etiam l. 79*. TAC. ann. 4, 36 praefectum urbis. VLP. dig. 1, 12, 1, 10 PAVL. dig. 1, 12, 2. PIVS Vlp. dig. 25, 3, 5, 7 competentes iudices. DIVI fratres Vlp. dig. 50, 12, 8 nomine publico. CORP. V 2781 (*a. 314*) 1 adeundi iudicis potestatem. 13 facultas. VLP. dig. 4, 8, 21, 8 arbitrum. *alios v. Vocab. iurispr. nota: ius dicentes apud inferos*: SEN. Herc. f. 733 aditur illo Cnosius Minos foro, Rhadamanthus illo, Thetidis hoc audit socer. *generaliter*: COMMOD. Call. dig. 35, 3, 6 is, cuius de ea re notio est. *item* VLP. dig. 36, 4, 5, 16 pro tribunali. VLP. dig. 4, 2, 23 pr. aliquem potestate praeditum. 49, 4, 1, 9 *et* 10 *eum a quo provocamus*. 49, 5, 5, 1 (*ubi syn.* supplico) *eum quem* appellamus. 2. 3. CINCIVS Gell. 16, 4, 4 (*de milite scripto*) eum, qui eum pagum, vicum, oppidum delegerit. *nota*: CALL. dig. 1, 18, 19, 1 observandum est ius reddenti, ut in adeundo ... facilem se praebeat. *senatum*: CIC. Vert. 3, 146 Ov. met. 15, 645 concilium Graiosque patres *legati*. LIV. *passim, saepe legati, v. Fügner, lex. Liv.* VAL. MAX. 5, 1, 1 f. adeundi *senatus* diem. TAC. ann. 15, 9. *concilium*: Ov. met. 15, 645 *legati* (*item* LIV. 10, 12, 2. 27, 35, 3 *ubi* cons- *P.* 39, 33, 8). *collegium*: PLIN. epist. 10, 68 collegium pontificum. TRAI. Plin. epist. 10, 69 pontificum adeundorum. ACTA Arv. a. 120 v. 45 fratres Arvales. *adeunt legati* (*cf. l. 12. 25. 46. 66. 68*): CIC. Att. 1, 19, 2 civitates (LIV. 21, 19, 6. 42, 26, 8. 42, 46, 7). Phil. 6, 6 BELL. Alex. 69, 2 BELL. Hisp. 3, 2. 19, 5 SALL. Cat. 41, 5 LIV. 24, 20, 14 (*cf.* 24, 13, 2) 30, 19, 2. 35, 31, 2. 37, 6, 6. 42, 26, 5 ita ... magistratum, ut ex instituto loca lautia acciperent. SIL. 1, 692. 17, 170 STAT. Theb. 3, 351 FRONTIN. strat. 4, 7, 31 TAC. ann. 1, 39. *adeunt milites querentes petentes*: CAES. civ. 1, 64, 3 centuriones tribunosque militum. civ. 3, 59, 4 Caesarem. LIV. 2, 12, 7 *scribam cum rege sedentem*. 34, 56, 9 tribunos plebis, uti causas cognoscerent. PHAEDR. app. 8, 19 sedentem pro tribunali ducem. CVRT. 10, 4, 3 copiarum duces atque amicos *Alexandri*. TAC. hist. 1, 9 legiones ... Verginium legationibus. *indicatur status eius qui aditur*: PHAEDR. app. 8, 19 sedentem pro tribunali. SVET. Vesp. 7. *cf. p. 617, 53. item sedentes*: LIV. 2, 12, 7. 3, 46, 9 SVET. Iul. 78. *cf. p. 618, 63 et* VLP. frg. Vat. 161 *et* 165 sessionibus adire. PLIN. nat. 33, 142 prandentem in fictilibus *consulem legati*. *locus, ubi adeatur*: LIV. 34, 56, 5 in Capitolio. SVET. Claud. 12 *et* VLP. dig. 36, 4, 5, 16 pro tribunali. SEN. Herc. f. 733 foro. LIV. 26, 51, 10 protinus in via. SVET. Cal. 49 in itinere *cf.* Tib. 40. *accedit* adversus *aliquem*: AT. CAPITO Gell. 13, 12, 4 DIVI fratr. Vlp. dig. 50, 12, 8 VLP. dig. 50, 13, 1, 9 PAVL. dig. 1, 12, 2 VVLG. act. 24, 1. 25, 2. contra *aliquem*: AVG. epist. 70, 2. in *aliquem*: TAC. ann. 4, 36. de *aliquo vel aliqua re*: TER. Hec. 251 PLIN. nat. 8, 135 EPIST. Vesp. Corp. II 1423, 12 TAC. ann. 13, 9 SATVRN. dig. 40, 14, 2, 2 VLP. dig. 2, 12, 2 *et* 28, 7, 9, 8. per *hominem*: PLAVT. Mil. 1225 LIV. 24, 23, 7. 37, 45, 6. TAC. ann. 1, 47. *cf. p. 617, 68 et 619, 13*. per *scriptum*: PLAVT. Mil. 1225 CALL. dig. 42, 1, 33. *cf.* PAVL. NOL. epist. 6, 1 alloquio ... familiari per litteras (*idem* litteris, epistulis *passim*). *ablativus*: TAC. ann. 4, 39 scripto. 1, 17 precibus vel armis. PANEG. 11, 16 verbo. TAC. hist. 1, 9 legationibus. CASSIOD. var. 3, 37, 1 allegatione. PLIN. nat. 8, 135 querimoniis provincialibus *videtur esse dativus*. *pendet* ut: TER. Phorm. 404 LIV. 34, 56, 9 SCAEV. dig. 40, 5, 19 VLP. dig. 27, 2, 1 pr. SVLP. SEV. chron. 2, 47, 5. *deos adorandi, precandi causa*: CIC. nat. deor. 1, 77 simulacra, quae venerantes deos ipsos se adire crederent. VERG. Aen. 8, 543 larem *et* penates (*cf. p. 624, 50 et 626, 16*) laetus adit. PROP. 2, 34, 26 te nostros laetor adire deos. Ov. am. 3, 7, 54 *item claudit hexametrum*. EPIC. Drusi 290 cur adeo fratres, heu, sine fratre, deos? SEN. Ag. 778 deos ... lauru cinctus Agamemnon. CVRT. 4, 7, 8 cupido ... adeundi Iovem. TAC. ann. 3, 59 urbis deos. VVLG. sap. 8, 21 (*ἐντύχον*). CLAVD. 18, 239 Minervam virginitas Vestalis. *nota*: Ov. Ib. 99 quisquis ades sacris, lugubria dicite verba, et fletu mididis Ibin adite genis. *accedit ablativus*: PROP. 3, 21, 18 cogor undisonos ... prece adire deos. SEN. Phaedr. 108 castis precibus aut ritu pio ... deam. STAT. Theb. 2, 251 lumine (*p*, limine *PBM*) ... Pallada. *consulendi causa*: Ov. fast. 4, 583 Sol aditus *a Cerere*. TAC. hist. 4, 83 Pythicum Apollinem. *divinos*: VERG. Aen. 3, 456 vatem. *coni.* oracula posco. GELL. 14, 1, 35. APVL. met. 2, 18 Fotis erat adeunda deque nutu eius consilium velut auspicium petendum. *ad β: adeundo expetere*: LVCR. 5, 1229 divom pacem votis adit a⟨c⟩ prece quaesit. APVL. met. 6, 3 cuiuscumque dei veniam. ANTH. 653, 38 praecepta Sibyllae. COD. Theod. 6, 22, 8, 1 nostra adire responsa. *γ inest notio ad difficilia accedendi: ad metuenda, verenda*: PLAVT. Capt. 613 insanum (*cf. p. 617, 81*). PROP. 1, 3, 12 *puellam dormientem* molliter inpresso conor adire toro (*cf.* 15 temptare. 16 osculaque admota sumere et arma manu. 17 turbare quietem). VERG. Aen. 5, 378 nec quisquam ... audet adire virum manibusque inducere caestus. 11, 636 *Remulum* horrebat adire. SIL. 9, 272 Servilius obvia adire arma ... iubetur. 13, 592 non ... Alecto, non ... Megaera audet adire ferum (*Cerberum*). RVT. NAM. 1, 627 *aprum* Meleagrei lacerti. *ad longinqua, diversa* (*cf. b α*): CIC. fin. 5, 87 Pythagoras ... Persarum magos. QVINT. inst. 1, 12, 15 Plato ... Aegypti quoque sacerdotes. APVL. flor. p. 56 Oud. *Pythagoras* Chaldaeos atque ... Brachmanos. *de peregrinantibus, errantibus*: HOR. carm. 2, 6, 1 aditure mecum ... Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. PANEG. Mess. 59 *Vlixes* incultos ... Laestrygonas Antiphatemque. Ov. fast. 4, 571 Hesperios *Ceres errans*. met. 4, 296 Caras *Hermaphroditus*. 11, 408 Magnetas ... vagus exul *Peleus*. HIER. epist. 53, 1 quosdam ... novos adisse populos. *gentes exercitu*: GLOSS. adgreditur. CAES. Gall. 3, 7, 1 *Caesar* eas quoque nationes (*sc. Illyrici*) adire et regiones cognoscere volebat. 3, 11, 2 *Labienus* Remos reliquosque Belgas adeat atque in officio contineat. [VERG.] catal. 9, 51 Afros. LIV. 25, 40, 6 cum *auxiliaribus* socios ad retinendos in fide animos eorum ferendo in tempore cuique auxilium adiit. 38, 16, 10 gentibus ... quas adissent quasque non adissent *Galli*. 39, 2, 9. VELL. 2, 40, 2 victor omnium quas adierat gentium. 2, 107, 3. CVRT. 4, 55. 7, 6, 13 et iam perdomitorum et quot deinde adire decreverat. 7, 8, 19 omnium gentium, quas adisti, latro es. 9, 8, 4 SIL. 3, 4. 16, 678. TAC. hist. 1, 63 Treveros ... ut socios securi adiere. TREB. trig. tyr. 26, 7 *Isauri* in editis positi adiri nequeunt. *inferos*: VERG. georg. 4, 469 *Orpheus* manesque adiit regemque tremendum nesciaque humanis precibus mansuescere corda (*idem* Ov. met. 10, 15 Persephonen adiit inamoenaque regna tenentem umbrarum dominum. SEN. Herc. O. 1062 manes). Ov. met. 13, 465 Stygios ... manes *Polyxena*. SEN. Phaedr. 947 manes *Hippolytus*: APVL. met. 8, 1 manes *Charite*. TERT. anim. 55 Christus inferos adiit, ne nos adiremus. *superos*: SEN. Herc. f. 16 nec ipse tantum Bacchus aut Bacchi parens adiere superos: ... mundus puellae serta Cnosiacae gerit. Ov. met. 15, 63 *Pythagoras* licet caeli regione remotos mente deos adiit. *cf. p. 625, 20*.

membra hominum: *nota proverbium*: PLAVT. Aul. 378 ita illis impuris omnibus adii manum. Cas. 935 satin lepide adita (add- *codd.*) est vobis manus? Persa 796 quo modo de Persa manus mi aditast (add- *codd.*). Poen. 457 eo pacto avarae Veneri pulchre adii manum. 462 Veneri ut adierit leno manum. *sensus 'subdole fallendi' qui natus sit, parum liquet. sed cf. locos sub I A 1 a init. enotatos et* CLAVD. 5, 308 quisnam conatus adire has iactat vitasse manus.

aliter: Ov. Pont. 3, 1, 145 cum tibi contigerit vultum Iunonis adire. VAL. FL. 5, 408 radiantis ... ora dei. ANTH. 415, 40 pueri regis adire pedes. TAC. ann. 11, 32 pontificis maximi aures adire, clementiam expetere.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *adeuntur loca α diversa cf. ay l. 46 sqq. de peregrinantibus, navigantibus: mari*: PLAVT. Trin. 931 quos locos adisti? :: nimium mirimodis mirabiles (*cf.* 933 advecti). VAL. FL. 5, 501 arva ... Bebryciae. TAC. Germ. 3 *Vlixes* Germaniae terras. *accedit abl.*: OV. ars 2, 51 his ... patriast adeunda carinis (*sc. alis ceratis*). *ipsum mare*: PROP. 1, 20, 14 neque expertos ... lacus. OV. fast. 4, 278 Phrixeae stagna sororis. LIV. 10, 2, 14 nulla regione maris Hadriatici prospere adita. AVIEN. ora 115 aequora. 383 freta. VVLG. sap. 14, 4 mare (ἐπιβῇ). COR. Ioh. 1, 115 occiduas ... aquas. *periculosa maris*: HOR. carm. 2, 6, 3 barbaras Syrtes. SEN. epist. 31, 9 nec Syrtes tibi nec Scylla aut Charybdis adeundae sunt. Herc. f. 321. VAL. FL. 5, 481 tot adire voluptas monstra maris. *accedit abl.*: PROP. 3, 12, 34 Sirenum surdo remige lacus. CVRT. 9, 3, 22 mille navigiis oceanum. MELA 1, 65 maria navibus. TAC. hist. 1, 23 Campaniae lacus ... classibus. *aquas infernas*: ENN. trag. 202 Acherontem. CVLEX 372 Ditis opacos cogor adire lacus. OV. trist. 1, 5, 20 infernas ... aquas. MART. 1, 78, 4 *et* 5, 25, 6 Stygios ... lacus. *terra*: OV. fast. 4, 477 *et* 571 *Ceres filiam quaeritans urbes, fluvios, alia.* met. 4, 296 *Hermaphroditus* urbes (*cf.* 291 ignotis errare locis gaudebat). Pont. 1, 3, 74 Patroclus ... Thessalicam ... hospes Achillis humum. LIV. 45, 28, 3 *et* 4 *Paulus Gracciam peragrans* urbes. APVL. met. 2, 21. CYPR. Gall. gen. 818 adeat ne regna Canopi *Isaac*. *item de negotiantibus: mari*: CIC. Manil. 34 obeundi negotii aut consequendi quaestus studio tot loca. EDICT. Diocl. S. II 13 *mercatores* adire portus et peregrinas obire provincias. *terra*: VERG. georg. 3, 402 *caseos* exportans ... adit oppida pastor. PRVD. perist. 9, 105 *obeundi negotii causa* Vrbem. *de imperatore, exercitu, classe: mari*: CIC. Manil. 34 Siciliam. CAES. Gall. 4, 20, 2 insulam. civ. 3, 105, 1 Syriam. LIV. 32, 21, 32 terras, quascumque adeunt, extemplo dicionis suae faciunt (CVRT. 4, 4, 20). 37, 54, 20 adistis Graeciae, adistis Asiae urbes. 36, 42, 3 Corcyram. CVRT. 10, 1, 18 Hispanias. TAC. hist. 1, 23 Achaiae urbes classibus adire. *nota*: LVCAN. 8, 251 te primum, parva Phaselis, Magnus adit (*notione, ut videtur, ad 2aβ declinante, sed cf.* CAES. civ. 3, 105, 1). TAC. hist. 2, 12 non Italia adiri nec loca sedesque patriae videbantur. ann. 2, 54 adito Ilio quaeque ibi veneranda (*utroque loco notione ad β l. 27 sqq. declinante*). *terra: regiones* (*potissimum longinquas*): CIC. Mur. 34 omnia quae ille (*Mithridates*) tenuerat, adierat, speraverat (CVRT. 4, 9, 11 quaecumque adierat). CAES. Gall. 6, 35, 6 Eburonum fines ... Sugambri. civ. 3, 85, 2 movendis castris pluribusque adeundis locis. HIRT. Gall. 8, 46, 1 Aquitaniam. [VERG.] catal. 9, 52 flumina ... Tagi. VELL. 2, 5, 1 aditis quae vix audita erant (CVRT. 4, 7, 10 vastis nudisque solitudinibus. 9, 4, 18 quae mortalium oculis natura subduxerit). 2, 107, 3 victor omnium gentium locorumque, quos adierat. CVRT. 4, 9, 2 regionem (4, 9, 8. 8, 4, 1 FRONT. strat. 2, 5, 31). 4, 5, 5 Mediam *alia.* 4, 6, 30 Aegyptum. *urbes*: CAES. civ. 3, 78, 1 Caesari ad saucios deponendos necesse erat adire Apolloniam. 3, 102, 6 ne Antiochiam adirent qui se ex fuga in finitimas civitates recepisse dicerentur. SALL. Iug. 89, 1 consul ... oppida castellaque munita. LIV. 43, 9, 3 consul ... cum equitibus ... oppida.. CVRT. 4, 5, 5 Bactra. 5, 8, 1. 5, 2, 8. AMM. 31, 16, 3 urbem ... nec adire nec temptare sunt ausi. DICT. 2, 13 civitates cum parte exercitus adeant easque omni modo incursent. *vicos*: CAES. Gall. 2, 7, 3 omnibus vicis aedificiisque, quos (quo β) adire potuerant, incensis. *de magistratibus, legatis, aliis incolentes nomine publico appellaturis: municipia coloniasque*: CIC. p. red. 1, 31 qui pro salute mea municipia coloniasque adisset (dom. 30 Pis. 80). Phil. 5, 23 Caesar ... colonias patrias. HIRT. Gall. 8, 50, 3 municipia et colonias ... ut iis gratias ageret. TAC. ann. 2, 39 municipia. SVET. Iul. 8 colonias Latinas adiit et ad audendum aliquid concitasset (*cf. l. 69*), nisi. *urbes, oppida*: CIC. Verr. 3, 52 urbem *praetor.* PLIN. epist. 8, 24, 4 (*Maximo, legato Augusti in Achaiam misso*) Athenas esse, quas adeas, Lacedaemonem esse, quas regas. SVET. Cal. 3 libera ac foederata oppida sine lictoribus *Germanicus.* Tib. 52 Alexandream propter ... famem *Germanicus.* CIC. Verr. 3, 65 oppida *Cicero in Verrem inquirens.* 2, 54 urbes ... legationis iure et nomine (*de legatis* Verr. 5, 26 Romam. LIV. 37, 16, 1 Rhodum. 42, 19, 8. STAT. Theb. 9, 65 Thebas). LIV. 31, 3, 5 quemadmodum *Philippus* circa omnes non continentis modo urbes, sed etiam insulas partim ipse adeundo partim per legatos conciret (*cf. l. 59*) homines ad arma (SIL. 15, 306). *hiberna exercitus*: LIV. 26, 20, 1 TAC. hist. 1, 52. *terras*: CIC. Att. 8, 15, 3 *consules* provincias (SVET. Aug. 47 *bis.* ACT. Arv. a. 101 I 22 terra marique). TAC. ann. 3, 34 principibus adeunda saepius longinqua imperii. LIV. 29, 11, 4 *legati quinque navibus* ex dignitate p. R. adirent eas terras, ad quas concilianda maiestas nomini Romano esset. 39, 33, 5 Peloponnesum. *locis inest vel inditur notio finis, termini*: GLOSS. non adit non contingit. HOR. carm. 2, 6, 1 Gades (SIL. 3, 3 positos ... cardine mundi ... populos cognataque limina Gades. TAC. Germ. 34 Hercules *columnas inde vocitatas*). OV. met. 1, 779 *solis* ortus *Phaethon.* CVRT. 5, 2, 16 *Alexander* Persidis finem aditurus. 7, 1, 24 Indiam et Oceanum. 10, 5, 36. 9, 2, 28 humanarum rerum terminos. 9, 9, 1 terminos mundi. FRONT. strat. 1, 4, 14 portum (*aliter* portus *l. 24*). *in proverbio*: HOR. epist. 1, 17, 36 non cuivis homini contingit adire Corinthum (*οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς*). *in imagine*: [VERG.] catal. 9, 61 si adire Cyrenas, si patrio Graios carmine adire sales possumus. **β** *saepta* (*muris, natura loci, religione*): *templum, sim.* (*venerandi, precandi causa*, TIB. 1, 2, 81 *violandi, cf.* CIC. Verr. 3, 52): ACC. trag. 232 templum. CAES. civ. 2, 5, 3 OV. Pont. 4, 4, 29 trist. 3, 1, 70. LIV. 7, 13, 10 gratantes ovantesque. 21, 63, 8. 45, 27, 8 TAC. ann. 2, 75. 14, 10 hist. 2, 2 TERT. nat. 1, 11. anim. 44 (*obi. suppl.*). SVLP. SEV. chron. 2, 17, 2 PAVLIN. epigr. 1. LVCR. 6, 75 delubra deum. VERG. Aen. 4, 56 delubra adeunt pacemque per aras exquirunt (SERV. auct. 'adeunt' proprie dixit). GELL. 4, 9, 9 templa ... ac delubra ... quae non volgo ac temere, sed cum castitate caerimoniaque adeundum (*sc. est*; adeuntur *Momms.*). CIC. Verr. 3, 52 fanum (AVIEN. ora 367). CAT. 63, 3 opaca silvis redimita loca deae. TIB. 1, 2, 81 incestus sedes ... deorum. TAC. hist. 4, 82 sacram sedem. VAL. MAX. 6, 5 pr. Iustitiae sancta penetralia. QVINT. inst. 1, 4, 6 interiora velut sacri huius. PLIN. paneg. 81 pia mente adire lucos et occursare numinibus (PRVD. cath. 10, 163 nemus). LAMPR. Hel. 6, 7 penum Vestae ... solae virgines solique pontifices adeunt. VAL. FL. 5, 408 *templum intrant* quam si radiantis adirent ora dei verasque aeterni luminis arces. STAT. silv. 2, 6, 46 teneri sic integer aevi Elin adit primosque Iovi puer adprobat annos. *oraculum*: VERG. Aen. 7, 81 OV. met. 13, 677. 15, 631 Delphos ... oracula Phoebi. LIV. 23, 11, 5. 29, 11, 5. 41, 22, 5 CVRT. 4, 7, 5 LVCAN. 6, 772. STAT. Theb. 8, 199 nec Clarias ... fores Didymaeaque quisquam limina nec Lyciam supplex consultor adibit. TAC. hist. 5, 3 SVET. Tib. 14 Tit. 5. ANTH. 653, 38 praecepta Sibyllae. *sepulchrum*: PLIN. epist. 3, 7, 8 monimentum *Vergili* ut templum. POMPON. dig. 47, 12, 5 etiam post venditos fundos adeundorum sepulchrorum sit usus. GREG. TVR. *passim.* *loca veneranda*: HOR. sat. 2, 4 fontis ... remotos (LVCR. 4, 2 accedere). OV. met. 1, 369 Cephisidas undas. CLAVD. 28, 508 *fontem mirabilem* tacito passu. PRVD. apoth. 76 intuitu fontem deitatis. SVLP. SEV. chron. 1, 17, 6 *legis* si quis erit curiosior, fontem ipsum adeat. TAC. ann. 2, 53 sinus Actiaca victoria inclutos et sacratas ab Augusto manubias castraque Antonii cum recordatione maiorum suorum. *cf. etiam p. 623, 34.* SVET. Vit. 10 campos, in quibus pugnatum est. *in imagine*: GELL. praef. 20 ea (*commentaria mea*) ne attingat neve adeat profestum et profanum vulgus. *domum, sim.* (*saepe habitantium appellandorum causa*): CIC. Verr. 3, 52 domum. Scaur. 25 casas aratorum *Cicero inquirens in Verrem.* VERG. georg. 4, 445 domos, *coni.* peto (*item* OV. met. 8, 628). LIV. 23, 2, 10 ne quis adire curiam iniussu suo neve inde egredi possit. CVRT. 7, 3, 15 si qui tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt. PLIN. epist. 3, 21, 5 *Martialis* mandat *Musae*, ut domum meam ... adeat reverenter: 'sed ne tempore non tuo ... pulses ebria ianuam videto'. paneg. 62 *iuvenes* adeant, frequentent securas tandem ac patentes domos (FLOR. 1, 7, 14). SVET. Nero 47 hospitia singulorum adiit. verum clausis omnium foribus, respondente nullo in cubiculum rediit. PRVD. apoth. 890 SIDON. epist. 7, 24. *accedit abl.*: PLIN. nat. 35, 116 terra ... villas adeuntium asellis aut vehiculis. *domus partes, interiora* (*passim pro domo ipsa posita*): OV. met. 14, 9 atria ... Circes. MART. 1, 70, 11 tibi (*libello personato*) penates atriaque excelsae sunt adeunda domus. STAT. Ach. 1, 745 totos ... penates, ceu miretur, adit. Theb. 9, 65 me propter ... impia fratris tecta (TAC. ann. 6, 15 tecta ... urbis). CAT. 61, 183 cubile adeat viri *nova nupta* (VICT. VIT. 1, 31 cubiculi secreta silentia). VAL. FL. 8, 282 thalamos ... mariti. IVVENC. 3, 740 regales thalamos, pocula *conviva.* *domos infernas*: VERG. Aen. 6, 534 tristes sine sole domos, loca turbida (OV. met. 14, 125 loca mortis). OV. fast. 3, 620 Tartareas (fast. 4, 605 Tartara). SEN. Phaedr. 221 silentem nocte perpetua domum. SIL. 10, 9 sedes imas. MART. 1, 93, 2 Elysias gaudet adisse (abisse *pars codd.*) domos. CARM. epigr. 1340, 4 ⟨ae⟩thereas. 1447, 4 superas. *significanter christiani*: TERT. spect. 8 templa. *ibid.* circum. 26 theatrum. orat. 25 lavacrum. HIER. epist. 147, 5. CYPR. hab. virg. 19 *virgines* promiscuas balneas. HIER. epist. 50, 3. 77, 4. 107, 8. 108, 15. 125, 17. SVLP. SEV. Mart. 17, 2 profani et gentilis domum. *similiter conclusa, privata*: LIV. 37, 29, 5 vix suas quisque *naves* noscere aut adire poterat. SEN. epist. 21, 10 hortulos. TAC. ann. 6, 1. VEN. FORT. vita Amant. 48. PAVL. NOL. carm. 21, 418 censum meum ... sector. *natura loci saepta, impedita*: CAT. 63, 54 *ferarum* latibula. LIV. 9, 36, 1 silva ... invia atque horrenda ... nulli ... ne mercatorum quidem adita. CVRT. 6, 5, 11 interiora regionis eius haud sane adiri sine magna vexatione exercitus poterant. QVINT. inst. 12, 9, 3 iuris anfractus aut eruendae veritatis latebras (RVT. NAM. 1, 522. ANTH. 878, 23 mortis). COD. Theod. 16, 5, 14 (*a. 388*) *haeretici* adeant loca, quae hos ... quasi vallo quodammodo ab humana communione secludant. SVLP. SEV. Mart. 10, 4 locus ... secretus et remotus ... una tantum eademque arta admodum via adiri poterat. *montibus, mari, fluviis clausa*: CVRT. 3, 9, 6 quidquid in illis angustiis adiri poterat. FLOR. 1, 33, 3 *Hispania* ita undique mari Pyrenaeoque vallata est, ut ingenio situs ne adiri quidem potuerit. AMM. 23, 6, 20 *Adiabena* adiri vado numquam potuit. *ripis saepta*: LIV. 1, 4, 4 Tiberis ... nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis. CVRT. 4, 10, 3 nec flumina posse adiri. MELA 3, 97 Nilum ... iterum se ubi adiri possit ostendere. **γ** *saepientia*: VERG. Aen. 6, 115 ut te supplex peterem et tua limina adirem. OV. met. 3, 274 trist. 3, 5, 8. 5, 4, 34 epist. 19, 174. LAVS Pis. 110 pauper. *cf.* SIL. 3, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*p. 623, 77*). STAT. Theb. 8, 199 (*p. 624, 23*). ORIENT. comm. 2, 102 clausas ... fores. LIV. 23, 16, 9 muros portasque. 25, 25, 1 muros. SVET. Tib. 72 prospectis modo nec aditis urbis moenibus (*cf.* TAC. ann. 6, 15 ne tecta quidem urbis ... adiit). *hostiliter*: LIV. 3, 7, 2 moenia (SIL. 16, 679). 24, 1, 5 muros (SEN. dial. 6, 9, 3). 7, 7, 2 spes adeundi valli. 37, 39, 5. 25, 9, 9 portam. *portas infernas, sim.*: SIL. 13, 465 portas ... Acherontis. TERT. anim. 56 portas inferum. CARM. epigr. 1346, 2 (*a. 393*) limina mortis. ANTH. 653, 39. SEDVL. carm. pasch. 5, 229 infernas adit ille fores, adit iste supernas. litus: OV. met. 14, 157. 597 HOMER. 97 VAL. FL. 3, 308. ripas: CLAVD. 8, 444. VERG. Aen. 6, 375 ripam *Cocyti* (ab- *v. l.*). **δ** *ardua, excelsa*: CAT. 63, 30 Idam ... chorus *Gallorum*. OV. met. 14, 9 colles (QVINT. inst. 12, 9, 2 adeundi ... asperi colles). CALP. ecl. 4, 88 montes (*v. p. 626, 20*). PETRON. 122 v. 145 descendunt rupes et se patiuntur adiri. SIL. 3, 496 inexpertas ... arces (*i. Alpes*). TAC. hist. 1, 33. 14, 13. 15, 36 Capitolium (*cf.* **β**). HIER. epist. 125, 3 montes aureos. SVLP. SEV. dial. 1, 17, 2 Sina, cuius cacumen ... nequaquam adiri potest. OV. Ib. 485 gradus ... altos. FEST. 194 caelum posse adiri per oscillationem (PRVD. Symm. 2, 1062 perist. 12, 19. VEN. FORT. carm. 4, 4, 2 polos). APVL. mund. praef. cum mundum homines eiusque penetralia corpore adire non possent. *item* VERG. Aen. 4, 322 qua sola sidera adibam fama prior (SIL. 10, 578 fama ... gliscente sono iam sidera adibat). MART. 9, 65, 9 securus ... astra. *nota* LIV. 24, 34, 3 submissa quaedam et quae planis vallibus adiri (-re *P*) possent (*opp.* difficilia aditu). *cf. l. 59*. *notione hostiliter adeundi*: LIV. 21, 30, 10 cepisse ... Gallos ea, quae adiri posse Poenus desperet (*ibid.* adeo asperum atque arduum videri). 25, 13, 13 munimenta ... quae nulla ex parte adiri nisi arduo ac difficili ascensu poterant. LIV. 25, 23, 13 cum adiri locus, quia ... intentius custodiebatur, non posset. SEN. dial. 6, 9, 3 obsessum multo hoste locum et arduum ascensu semermis. FLOR. 2, 33, 50 quem (*montem*) undique simul adeunte Romano. AMM. 14, 2, 3. 27, 12, 6 SVLP. SEV. chron. 2, 15, 10. 2, 22, 2. **ε** *obsessa, defensa* (*cf. l. 4. 25*): HIRT. Gall. 8, 40, 4 erat ... oppidanis difficilis et praeruptus eo descensus, ut prohibentibus nostris sine vulneribus ac periculo vitae neque adire flumen neque arduo se recipere possent ascensu. SEN. dial. 6, 9, 3 (*v. l. 30*). *de speculatoribus*: VERG. Aen. 12, 349 castra ... speculator. FLOR. 1, 33, 15 temeritate. LIV. 10, 34, 9. *cf.* TAC. ann. 2, 13. *nota*: adiri *i.* adiri solere: *ad* **β**: PLIN. epist. 2, 17, 2 *villa* aditur non una via. COLVM. 1, 6, 10 granaria ... scalis adeantur. PLIN. epist. 5, 6, 31 hac (*porticu*) adeuntur diaetae duae. 6, 16, 14 area, ex qua diaeta adibatur. PAPIN. dig. 32, 91, 4 domus esse portionem balneas, si per domum ... intrinsecus adirentur. *montibus saepta*: CVRT. 3, 8, 13 fauces, quibus Syria aditur. *cf.* LIV. 42, 54, 8 faucibus ..., qua Tempe adeunt. CVRT. 6, 4, 3 valle, qua Hyrcaniam adeunt. *cf. etiam l. 81*. VOPISC. Prob. 16, 6 quae anguste adeuntur loca. *mari saepta*: PLIN. nat. 5, 128 Alexandria tribus omnino aditur alveis mari (SOL. 32, 43 insidioso accessu). 6, 148 *insulam* adiri uno alveo angusto (SVET. Tib. 39, 40 uno parvoque littore). SOL. 11, 24 Euboea ... per fabricam brevissimae machinae aditur pede. *ad* **δ**: CVRT. 7, 11, 2 petra ... undique abscisa et abrupta semita perangusta aditur. TAC. hist. 3, 71 Tarpeia, rupes centum gradibus. 3, 52 si qua Apennini iuga clementius adirentur (*cf. p. 255, 62*). FEST. 213 qu[i]a mollissime adibatur Vrbs. SVET. Aug. 30 quo ... facilius undique Vrbs adiretur. *in imagine*: SEN. epist. 84, 13 quaecumque videntur eminere in rebus humanis, ... per difficiles ... et arduos tramites adeuntur. benef. 4, 22, 3 quae (*virtus*) saepe tuta ac facili aditur via (facile daturus N^1). *nota*: SEN. dial. 4, 13, 1 nec ... arduum in virtutes et asperum iter est: plano adeuntur. dial. 2, 1, 2 TAC. hist. 4, 23 aequo. *cf. l. 24*.

c *adeuntur ea quae in certis locis vel sunt vel fiunt*: **α** *res corporeae (sacrae, venerandae potissimum)*: VARRO Cens. 17, 8 libros Sibyllinos Xviri. LIV. *passim, v. Fügner, lex. Liv.* 22, 36, 6 adire atque inspicere. 31, 12, 9 de portento. 10, 47, 6 quinam finis aut quod remedium ... daretur. TAC. ann. 1, 76. 15, 44 FRONTO p. 122, 8 N. VERG. Aen. 10, 459 mensas ... advena. 10, 515. QVINT. decl. 301 p. 187, 16 mensam, ad quam cum venire coepimus, deos invocamus. PAVL. PETR. Mart. 3, 67 regalis fercula mensae. *cf. p. 624, 55*. SEN. Ag. 645 festi patres ... aras. AMM. 23, 6, 35. *cf. p. 626, 17*. OV. am. 3, 7, 21 flammas ... pias ... sacerdos. VAL. MAX. 3, 7, 1 a tribunal. SEN. dial. 6, 22, 7 VEN. FORT. vita Hil. 30. PAVL. PETR. Mart. 5, 498 diram tali sub iudice sedem. OV. ars 1, 488 lecticam dominae dissimulanter adi. **β** *res incorporeae*: CIC. har. resp. 37 sacrificium (OV. met. 6, 648 sacrum. PAVL. FEST. 71. APVL. met. 11, 28 caerimonias. CAPITOL. Aur. 27, 1 initialia Cereris. AVG. civ. 7, 5 doctrinae mysteria). OV. am. 1, 4, 1 epulas. *cf. p. 626, 16*. met. 11, 764 remotus ab aula secretos montes *colens* Iliacos coetus (*cf. p. 626, 12*) nisi rarus adibat. TAC. ann. 6, 15 publicum consilium. TERT. spect. 8 conciliabula spectaculorum. idol. 2, 10 de ... sollemnitatibus inquinamenta (*syn.* frequento). SIDON. epist. 6, 8, 1 nundinas. SEN. dial. 1, 4, 12 certamen. TAC. Germ. 38 bella. *cf.* CLAVD. 17, 181 lituos. SEN. Herc. f. 1772 fauces ... qua mors aditur. TERT. scorp. 8 illa (*mors*) quae in ipso (*deo*) aditur. SIDON. carm. 16, 50. *cf.* SERV. auct. Aen. 9, 399. TERT. nat. 1, 7 per talia scelera adire (*sc. vitam aeternam*). SIL. 14, 242 Stygius ... rector ausus adire diem. IVVENC. 4, 115 sublimia lucis.

nota: adire iter: PROP. 3, 6, 2 per te (*pecuniam*) ... mortis adimus iter. TAC. ann. 15, 30 tantum itineris aditurus. 15, 36 (itineris *om. cod.*). VEN. FORT. Mart. 3, 78. *aliter* TAC. ann. 2, 13 nocte ... adit castrorum vias, adsistit tabernaculis. CLAVD. carm. min. 18, 4 certas adeant voce regente vias *mulae*. CARM. epigr. 1552[b] (*Afr. s. II*) 6 COR. Ioh. 6, 768. 7, 233 PS. CYPR. carm. 6, 388. PAVL. NOL. carm. 19, 494 diversa viarum. SEDVL. carm. pasch. 4, 11 tenuem ... callem.

adeunt dei: **1** *intransitive*: OV. ars 2, 496 vates ille (*Apollo*) videndus adit (abit *R*) ... dixit. MAR. VICTOR aleth. 3, 643 *dominus*. ad: PLAVT. Curc. 262 neque eum (*Aesculapium*) ad me adire neque me magni pendere. **2** *transitive*: CIC. har. resp. 62 ut deus aliqui delapsus e caelo coetus (*cf. p. 625, 76*) hominum adeat ... cum hominibus colloquatur (CVRT. 6, 11, 25 qui gravetur mortalium adire concilium. SIL. 13, 291 concilia ... Erinys). VERG. Aen. 8, 302 et nos et tua dexter adi pede sacra secundo. GERM. 124 nullius ... larem, nullos adit illa (*Virgo*) penates. VAL. FL. 2, 96 epulas ... templa ... laetus *Vulcanus*. STAT. Theb. 7, 94 Arcadas aras ... Pelops (PRVD. psych. 843 spiritus ... trinis ingressibus aram cordis). 1, 256 *Thebas Iuppiter Alcmenen visurus. cf.* CVRT. 4, 7, 9 ut *Alexander* adiret urbes suas petentes *Cyrenenses*. CALP. ecl. 4, 88 montes neu dedignetur adire *Caesar*, quos et Phoebus amat, quos Iuppiter ipse tuetur. OV. met. 14, 597 *Venus* per ... auras ... invecta litus adit Laurens. HOMER. 97. OV. met. 10, 651 *Venus* nulli videnda nisi ipsi Hippomenen. 11, 626 Somnia ... Alcyonen. SIL. 12, 682 nec ... Somnus ... ausus adire virum (*nominis vi imminuta* CARM. epigr. 307, 5 testarum fragmenta parant, ne somnus adiret *cf.* ORIENT. comm. 1, 547 *cubiculum* blanda quies). STAT. Theb. 10, 202 me ... adsurgens iterum tellure soluta ... Amphiaraus. PRVD. Symm. 1, 358 Proserpina ... Quirites. apoth. 581 credentes ... Christus. SEDVL. carm. pasch. 370 discipulos. MAR. VICTOR aleth. 3, 586 hunc *deus* alloquio dignatus. PAVL. NOL. carm. 16, 197. *accedit abl.*: MAR. VICTOR aleth. 3, 331 monitis. *nota*: CASSIAN. conl. 7, 15, 1 illas (*cogitationes*) quae necdum de internis animae prodierunt, *spiritus immundi* adire ... non possunt.

adeunt bestiae: CAT. 63, 87 loca littoris *leo*. OV. fast. 3, 266 nemus nullis illud (*sc. Hippolyti*) aditur equis. MELA 3, 43 ad frequentiora quam adire audeant *tigres*. PLIN. nat. 37, 41 aves ... quae a Graecia, ubi Meleager periit, ploratum adierint Indos. APVL. met. 6, 15 *aquila*. AVIEN. Arat. 1701 hirundo stagna. 1844 *haedi* caulas. *cf. etiam p. 628, 42 sq.*

B *de motu rerum*: **1** *personatarum*: *intransitive*: LVCR. 5, 743 (*in anni processu velut pompa descripto*) inde Autumnus adit. PROP. 2, 27, 2 qua sit mors aditura via. GRATT. 311 ratio ... vitiis adeuntibus obstat. *cum adv.*: OV. fast. 4, 85 quo non livor adit (*RV*, abit s)? LACT. Phoen. 16 non huc ... morbi ... senectus ... mors ... metus ... adit (adest *v. l.*). *cum* ad: LACT. opif. 4, 3 ad eum morbus et aegritudo. AVG. epist. 71, 2 ad animum tuum animus meus. *transitive*: LVCAN. 8, 161 vigiles Pompei pectore curae nunc socias adeunt ... urbes et varias regum mentes, nunc invia mundi arva. *accedit abl.*: SIL. 10, 578 Fama ... gliscente sono iam sidera adibat.

2 *earum, quibus motus natura vel arte inest*: **a** *navium*: *intransitive*: *cum adv.*: CIC. Verr. 5, 21 oppidum opportuno loco, quo saepe adeundum sit navibus. *accedit* propius: CAES. civ. 2, 43, 4. *cf. etiam p. 627, 13*. *transitive*: OV. trist. 1, 1, 85 mea cumba ... illum, quo laesa est, horret adire locum. 4, 4, 58 placidos portus hospita navis (*inde, ut videtur*, STAT. silv. 4, 3, 149 annos ..., quos fertur placidos adisse Nestor). CVRT. 4, 4, 19 mare ... classes. LVCAN. 9, 345 pars ratium ... Tritonos adit inlaesa paludem (CLAVD. 15, 518). TAC. Germ. 2 Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. AVIEN. ora 364 navigia ... adire non valent locos. **b** *siderum*: *intransitive*: *cum adv.*: OV. met. 11, 595 quo numquam radiis Phoebus adire potest. her. 12, 68 vix illuc radiis solis adire licet. *transitive*: LVCR. 5, 615 sol aestivis e partibus Aegocerotis brumales ... flexus. OV. ars 1, 68 terga Leonis. 1, 329 curruque retorto Auroram versis Phoebus adisset equis. trist. 4, 7, 1 bis me (*sub Arcto positum*) sol ... post frigora brumae. PRVD. Symm. 1, 332 portas Aquilonis. GERM. frg. 4, 9 *Iuppiter* ... Geminos. AVIEN. Arat. 876 *Centaurus* fluctu tantum discedat eoo, quantum adit occasum (Arat. 431 εἰ ... ἑσπερίης μὲν ἁλὸς ... ἀπείη ... ὅσον προτέρης. schol. ἐὰν μεσουρανήσῃ). *nota*: ORIENT. comm. 1, 486 *terrae*, quas ... dies adeunt (*opp.* tegunt tenebrae). **c** *fluviorum*: LVCAN. 3, 207 qua celer ... Marsya ... errantem Maeandron adit. TAC. Germ. 1 Danuvius ... pluris populos. RVT. NAM. 1, 570 pontum ... Arnus. VEN. FORT. carm. 7, 4, 16 *fluvius* Mettis. *similiter viae*: SEN. Oed. 282 una (*via*) bimares Sisyphi terras adit. **d** *soni*: *intransitive*: *cum* ad: CAT. 63, 74 sonus adiit geminas deorum (matris *Lachm.*) ad aures, nova nuntia referens. *absolute*: HIER. epist. 128, 4 quae (*sc.* vocis dulcedines ... puellarumque lascivia) quanto licentius adeunt, tanto difficilius evitantur. *transitive*: VAL. FL. 6, 165 aethera ... lituum concentus. SIL. 6, 252 voces ... repente profusae aetherias ... domos. STAT. Theb. 1, 590 nuntius aures matris. 2, 39 (*an Statii sit, incertum*) summos ... praepetis alae plausus ... colles. *cf. etiam p. 625, 22*. **e** *rerum impetu nocentium*: *intransitive*: SER. SAMM. 923 *febris* continuis non cessat adire diebus. vitia *v. l. 43*. somnus *v. l. 26*. *transitive*: SEN. Herc. O. 536 virus in vestem datum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mentem per artus adeat . . . intret medullas. APVL. mund. 17 (*de specuum mortiferis spiraminibus*) *antistitibus* cognita est vis mali . . . inferiores . . . facilius adire atque percellere. OROS. hist. 2, 19, 15 quod immissa . . . flamma non adiit, missus e caelo ignis evertit. 7, 7, 5. VEN. FORT. Mart. 4, 429 domum . . . lues. *nota*: CASSIAN. conl. 1, 17, 1 mentem cogitationibus non adiri (*syn.* interpellari).

nota: *c. dat.*: VEN. FORT. carm. 1, 13, 12 lapsae fabricae flos redivivus adit.

II ***de consilio***: **A** *intransitive*: CIC. Manil. 70 ad rem publicam. Sest. 87 (*ibid.* ad causam rei publicae). rep. 1, 9. 1, 12. GELL. 5, 3 *tit.* ad philosophiae litteras. 15, 30, 1 ad litterarum disciplinas. *accedit abl.*: SIL. 8, 261 lingua sperabat adire ad dextrae decus (*cf.* CIC. Balb. 54). *nota*: CAES. civ. 2, 7, 1 non enim has (*naves*) aut conspectus patriae aut propinquorum praecepta ad extremum vitae periculum adire cogebant. **B** *transitive*: **1** *gravia*: GLOSS. suscipio, subire, pati, perferre. periculum (*passive primum* CIC. Sest. 23): *apud scriptores excepto* CAES. (*cf. A, at* HIRT. Gall. 8, 48, 7) TAC. (*cf.* discrimen) *passim inde a* RHET. Her., *semper fere aut addito genetivo* (capitis, mortis, vitae. CIC. Flacc. 91 navigandi. LIV. 3, 44, 12 famae prius quam libertatis. SEN. benef. 3, 2, 3 situs. 3, 13, 1 causae dicendae. 4, 12, 2 proscriptionis. epist. 90, 7 *sunt* vivaria piscium, . . . ut . . . tempestatum p. non adiret gula. SCRIB. LARG. pr. p. 5, 28 iudicii, stili. SVET. Aug. 84 memoriae. APVL. flor. p. 29 Oud. conservandae existimationis. SPART. Car. 5, 8 naufragii) *aut indicata periculi quantitate* (tantum, quantum, plurima, magnum, maximum, summum, quodvis, ingens *sim.* POLLIO Cic. epist. 10, 31, 2 plane pericula non dubitanter adii). *apud poetas non nisi* TER. Andr. 677 capitis. 821 satis pericli. OV. met. 12, 161 inque vices adita atque exhausta pericula. *additur* pro *quo*: RHET. Her. 3, 5. 4, 57 CIC. Sest. 23 epist. 12, 29, 1. 13, 60, 2 LIV. 23, 15, 2. 31, 34, 1. ob *quem*: CIC. Sest. 62. *cuius* causa: CIC. fin. 2, 56 nat. deor. 3, 50. propter *quem*: CIC. Phil. 12, 21 SCRIB. LARG. pr. p. 5, 28. *coniungitur* laborem suscipere, perpeti: RHET. Her. 3, 5 CIC. fin. 2, 79. 2, 113 off. 1, 65 *cf.* Tusc. 5, 41. discrimen: CVRT. (*ter* periculum) 3, 1, 10 totis viribus tanti belli discrimen aditurus. 4, 13, 25 metu discriminis adeundi (AMM. 27, 10, 12). TAC. hist. 2, 52 summum. 2, 60 nullum. 3, 80 extremum. 3, 59. 4, 35 quantum . . . discriminis adeundum foret. ann. 14, 7 hactenus adito discrimine, ne. hist. 4, 13 sub Vitellio rursus d. adiit. PLIN. (*bis* p.) epist. 9, 22, 3 tantum. SVET. (*quater* p.) Tib. 6 *et* Cal. 4 vitae. CLAVD. 28, 460 discrimina nullas nostra dabant adeunda moras *Stilichoni*. PAVL. NOL. epist. 34, 1 damnum animae et dispendium salutis. labores: NEP. Timol. 5, 2 maximos l. summaque pericula. LIV. 26, 48, 2 tantum laboris periculique. VERG. Aen. 1, 10 tot. VAL. FL. 1, 320 indignos. PRVD. apoth. 1021 (*de Christo*) carnis onus. *similia*: CIC. Sest. 139 sudandum est pro communibus commodis, adeundae inimicitiae (TAC. ann. 4, 70 tantam invidiam. 1, 39 ext. quantum dedecoris). CVLEX 210 acerbas cogor adire vices. LIV. 25, 10, 7 omnem adeundam simul fortunam (SEN. benef. 3, 11, 1 incertam. *ibid. et* clem. 1, 1, 7 aleam. VELL. 2, 60, 1 nomen invidiosae fortunae Caesaris). TAC. Germ. 24 voluntariam servitutem (CARM. epigr. 688, 10 servile obsequium ⟨non⟩ dedignatus adire. AVIEN. Arat. 598 *Merope* adiit . . . ⟨Si⟩sypheia vincla (*syn.* thalamos . . . sortita est). *cf. l. 76*. PAVL. NOL. carm. 21, 532 paupertatem). PLIN. epist. 2, 9, 1 adficior cura et quam pro me sollicitudinem non adii quasi pro me altero patior paneg. 39 laeti . . . adite honores, capessite civitatem (60 adi rem publicam? adire *codd.*, audi *Lipsius*). PS. QVINT. decl. 4, 19 eiusdem peregrinationis . . . comitatum. AVSON. 269, 4 praemia regni saepe indignus adit, non nisi dignus habet. *aliquid aggredi, agendum, tractandum suscipere*: LIV. 26, 20, 4 omnibus, quae adeunda agendaque erant, mature aditis peractisque (*sed cf.* 1 civitates sociorum et hiberna exercitus adiit). 34, 18, 3 ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret. SEN. epist. 82, 12 quicquid . . . virtus adiit tractavitque. APVL. mund. 25 potestatem *divinam* nec penetrantem atque adeuntem specialiter singula, nec indecore attrectantem comminus cuncta. HIL. in psalm. 118 Heth 11 p. 419 cum de consilii sententia omnia, quae accidere solent, sperantur, praefiniuntur, adeuntur. PAVL. NOL. carm. 19, 441 crimen. 27, 452 oratum (*vix supinum*). CORIPP. Iust. 1, 15 carmen . . . impellit adire quaestor. *cum inf.*: SEV. MIN. Migne 20, 742ᵃ prodigia . . . sicut eloqui digne non adeam, silere non audeo. GREG. TVR. vit. patr. 19 p. 736, 15 regina . . . quae audire sapientiam Salomonis adivit (*notione ad I declinante*). *accedit* in *c. acc.*: CORP. VI 1783, 15 (*a. 431*) quidquid in restitutionem ⟨. . . nom⟩inis . . . Flaviani . . . adimus. **2** *grata*: LVCR. 2, 171 mortales quae suadet adire ipsaque deducit dux vitae dia voluptas. TIB. 1, 5, 39 iam cum gaudia (*sc. in puella*) adirem. CARM. adv. Marc. 5, 68 *homo* delectus adest, conubia adire (PAVL. NOL. carm. 24, 548 foedera). *cf. l. 52*. SCHOL. Hor. epist. 1, 17, 36 amicitas. SEDVL. pasch. carm. 2, 288 adire sectarique bonum. **3** *remota, difficilia, arcana*: GRATT. 105 illum . . . dea . . . iussit adire suas et pandere gentibus artes. GELL. 16, 8, 1 adire atque cognoscere quas vocant dialectici εἰσαγωγάς. 17, 19, 3 physica. COMM. instr. 1, 39, 7 Thamar partum geminorum adite (1 inspice. 5 intuite. 8 intendite). CARM. epigr. 1394, 16 cuius (*dei*) consilium nullus adire potest. *in sermone* ICTorum (*cf Kalb, Juristenlatein² p. 13 sq.*): heredita-

tem: VARRO rust. 2, 10, 4 iustam. RHET. Her. 1, 23. 4, 67 CIC. Q. Rosc. 55 Verr. 2, 125 (*bis*). leg. agr. 2, 41 hereditatis aditae. Arch. 11 Phil. 2, 42 off. 3, 93 Att. 14, 10, 3 SEN. contr. 2, 7 (15) pr. *et* 8 (*item* exc.). VELL. 2, 120, 3 aditam. VAL. MAX. 7, 8, 9 SEN. clem. 1, 15, 4. 6 epist. 64, 7. QVINT. decl. 278 p. 133, 26 TAC. ann. 2, 48 PLIN. epist. 2, 4, 1 SVET. Aug. 8. Tib. 6 adita (FLOR. 1, 35, 3). FRONTO p. 38, 7 N. adibitur. CAPITOL. Pert. 7, 3. SIDON. epist. 5, 1, 3 aut ineat litem aut adeat hereditatem. LEX Burg. lib. const. 53, 1. *saepe* ICTI (*obiecto omisso* CELS. dig. 28, 5, 60 pr. VLP. dig. 28, 5, 15, 1 al.) *cf. Vocab. iurispr.* adire et restituere *saepe* DIG. 36, 1 *alibi*. COD. Iust. 6, 30 de adeunda vel adquirenda hereditate. *formula cretionis*: GAIVS inst. 2, 166 quod me P. Mevius testamento suo heredem instituit, eam hereditatem adeo cernoque. VLP. reg. 22, 28. PLIN. epist. 10, 75, 2 rogavit . . . testamento, ut hereditatem suam adirem cerneremque. PAVL. FEST. 53, 8 crevi . . . significat hereditatem adii. AMBR. off. 1, 243 aditae successionis. LEX Burg. lib. const. 75, 1. annos *v. p. 626, 56*. mortem *v. p. 625, 81*. virtutem *v. p. 625, 56*.

formulae: aditu: difficilis: *de locis*: SALL. Iug. 91, 7 locus Iugurthae opportunus, nobis a. d. LIV. 24, 34, 3 alta et difficilia a. (*v. p. 625, 23*). 34, 38, 2 altiora loca et d. a. 43, 19, 8 mons praealtus et a. d. 44, 31, 2 *urbs* munitissima . . . et difficilis a. *duobus fluminibus cincta*. FEST. 356 aspera, difficilia a. PLIN. nat. 6, 46 regio . . . d. a. propter harenosas solitudines (MART. CAP. 6, 691). TAC. hist. 1, 11 provinciam. *de gentibus*: VELL. 2, 95, 2 *Raetos Vindelicosque* gentes locis tutissimas, a. difficillimas. CVRT. 6, 4, 15 gens . . . naturae situ difficilis a. FLOR. 2, 28, 19 gentem a. difficillimam. *de homine*: SIDON. epist. 8, 11, 4. *de re*: PANEG. 5, 13 bellum. facilis: LIV. 38, 5, 2 tria ⟨opera⟩ . . . faciliora (-re *edd. vett. recte?*) aditu a campo. *cf.* SIL. 12, 163 facilem . . . adiri planitiem. PANEG. 12, 21 facilis adiri *princeps*. arduus: LIV. 7, 34, 3 editum . . . collem . . . aditu arduum. planus: LIV. 1, 33, 7 fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis. tenuis: MELA 2, 81 lacus . . . spatiosus admodum, sed qua mare admittit, tenuis aditu. (*substantivi potius quam in supini loco habenda*: SEN. clem. 1, 13, 4 sermone adfabilis, aditu (-uti *codd.*) accessuque facilis, vultu . . . amabilis. CLAVD. 28, 550 clemens aditu. *cf. etiam p. 701, 38.*) non (vix, nunc) adeunda (-de) *in altero pentametri membro vel* (OV. met. 8, 785 CLAVD. 22, 426) *hexametri initio*: non a.: *loca, res locales*: TIB. 3, 5, 2 unda sub aestivum n. a. Canem. OV. fast. 6, 412 pede velato n. a. palus. *accedit dat.*: TIB. 1, 6, 22 sacra bonae maribus n. a. deae. OV. fast. 6, 450 vir intrabo n. a. viro. trist. 3, 10, 76 loca felici n. a. viro. fast. 4, 496 non homini regio, n. a. ferae. 5, 374 arvaque pugnaci n. a. ferae. Ib. 477 quibus (*sc. canibus*) est Latonia Delos . . . n. a. trist. 1, 4, 18 loca iam nobis n. a. 1, 8, 38 urbe mea (meo *codd.*), quae iam n. a. mihi (*Marc.*, pede est *vel* pede *cett.*). 3, 1, 70 haec quoque (*sc. templa*) erant pedibus n. a. meis. *nota ablativum* (*cf. l. 53*): OV. fast. 4, 470 te, verticibus non adeunde Gela. *dea*: OV. met. 8, 784 quae (*Fames*) quatenus ipsi non adeunda deae (*Cereri*) est, neque enim Cereremque Famemque fata coire sinunt. *res verenda*: STAT. Theb. 11, 744 *leoni senio confecto* magna tamen facies et n. a. senectus. vix a.: OV. epist. 17, 7 freta . . . turbida perque cavas v. a. rates. *accedit dat.*: CLAVD. 22, 424 ignota . . . impervia . . . v. a. deis . . . spelunca. *nota ablativum* (*cf. l. 47*): OV. Pont. 1, 8, 11 urbs . . . positu v. a. loci. MART. 7, 93, 2 Narnia . . . ancipiti v. a. iugo. RVT. NAM. 2, 34. nunc a.: MART. 9, 45, 3 ecce Promethei rupes et fabula montis quam prope sunt oculis n. a. tuis. *formula comoediae*: quid si adeam(us): PLAVT. Capt. 613 Cist. 321 Curc. 145. 303 Epid. 543 Poen. 330.

structurae: adire (*ad*) *homines* adversus: *v. p. 617, 55 et 622, 5*. contra *v. p. 622, 7*. de: *v. p. 618, 78. 619, 71. 77. 620, 51. 622, 7* (*625, 62 libros Sibyllinos*). in *alqm*: *v. p. 622, 7*. adire *alqd* in *aliquam rem*: *v. p. 627, 72*. adire *alicui rei*: *v. p. 627, 7*. adire *c. inf.*: *v. p. 627, 69*. *pendet supinum*: PLAVT. Bacch. 442 PLIN. nat. 37, 41. ut: *v. p. 622, 16*. si: TER. Hec. 429 CIC. epist. 3, 9, 2. *enuntiatum interrogativum*: LIV. 10, 47, 6.

accedit propius: PLAVT. Rud. 831 CAES. civ. 2, 43, 4 BELL. Alex. 16, 7 HOR. sat. 2, 3, 80 LIV. 21, 35, 3. 22, 42, 1 SEN. dial. 2, 1, 2 CVRT. 4, 7, 25. 10, 5, 4. 10, 8, 9 AMM. 20, 7, 4. *alia adverbia loci*: contra: PLAVT. Bacch. 535 Rud. 242. recta: PLAVT. Pseud. 966. iuxta: AMM. 31, 11, 3. *accedunt adverbia adeundi modum indicantia*: caste: CIC. leg. 2, 19. cautim: ACC. trag. 77. cautius: OV. Ib. 485. dissimulanter: OV. ars 1, 488. religiose: PLIN. nat. praef. 11. reverenter: PLIN. epist. 3, 21, 5. temere: CAES. Gall. 4, 20, 3 SVET. Aug. 6. 16 *cf.* FLOR. 1, 33, 15. ultro: VAL. MAX. 5, 6, 8. *adeundi locum vel tempus indicantia*: coram: TAC. hist. 4, 65 *cf.* CIC. epist. 11, 16, 1. palam: CAES. Gall. 6, 18, 3. intempestive: CIC. epist. 11, 16, 1 *cf.* SVET. Claud. 38. *cf. adiectiva (selecta) statum adeuntis indicantia*: cautus: HOR. sat. 2, 5, 88. citus: CAT. 63, 30. dexter: VERG. Aen. 8, 302. incestus: TIB. 1, 2, 81. laetus: VERG. Aen. 8, 544 VAL. FL. 2, 98 PLIN paneg. 39. primus: TIB. 1, 5, 61 ORIENT. comm. 2, 102. securus: MART. 9, 65, 9 TAC. hist. 1, 63. supplex: CIC. Verr. 6, 21 CLAVD. carm. min. 46, 3 PAVL. PETR. Mart. 4, 298. STAT. Theb. 8, 200 supplex consultor. PAVLIN. epigr. 1 supplex peccator. *cf.* OV. met. 11, 279. tristis: LVCAN. 10, 83. *similia* OV. met. 8, 778 Ib. 100. venerabundus: SVET. Cal. 15. *item sub-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stantiva: advena: VERG. Aen. 10, 459. 516. exul: OV. met. 11, 408 RVT. NAM. 1, 522. hospes: OV. Pont. 1, 3, 74 *cf.* trist. 4, 4, 58. speculator: VERG. Aen. 12, 349.

additur, unde adeatur: ex: CIC. Verr. 5, 23 LVCR. 5, 615 LIV. 25, 13, 13 PLIN. epist. 6, 16, 14. ab: PLIN. nat. 37, 41 PLIN. epist. 4, 16, 1. undique: SVET. Aug. 30 FLOR. 2, 33, 50. *ubi aut qua via adeatur*: qua: CIC. Caec. 21. 82 LIV. 10, 34, 9 *Dig.* 22, 5, 1. 28, 20, 2. 42, 54, 8 FEST. 213, 15 SEN. Herc. O. 1773 LVCAN. 3, 207 TAC. hist. 3, 71. 3, 52. qua parte: LIV. 37, 39, 5. qua via: PROP. 2, 27, 2. *item* via *sim.*: SEN. benef. 4, 22, 3 (epist. 84, 13 per tramites) CVRT. 7, 11, 2 PLIN. epist. 2, 17, 2. 5, 6, 31 SVLP. SEV. Mart. 10, 4. ambagibus: LVCR. 6, 919. accessu: SOL. 32, 43. ascensu: LIV. 25, 13, 13. gradibus: TAC. hist. 3, 71. vallibus: LIV. 24, 34, 3 CVRT. 6, 4, 3. faucibus: CVRT. 3, 8, 13 *cf.* LIV. 42, 54, 8 SEN. Herc. O. 1772 SIL. 14, 242. plano: SEN. dial. 2, 1, 2. 4, 13, 1. aequo: TAC. hist. 4, 23. terra, mari: LIV. 31, 17, 1 MON. Anc. 5, 15 PLIN. nat. 5, 128 ACT. arv. a. 101 I 22. alveo: PLIN. nat. 5, 128. 6, 148. vado: AMM. 23, 6, 20. litore: SVET. Tib. 40. *per quae adeatur* (per *homines, scriptum v. p. 622, 10 sq.*): VITR. 3, 3, 3 SEN. Herc. O. 537. 1061 dial. 12, 16, 5 epist. 84, 12 PLIN. epist. 4, 16, 1 PAPIN. dig. 32, 91, 4 GELL. 16, 5, 12. *cf. l. 10 et l. 27. quibus instrumentis adeatur*: pede: VARRO ling. 5, 160 plano. CAT. 63, 30 properante. VERG. Aen. 8, 302 secundo. OV. fast. 6, 412 velato. SOL. 11, 24 (*cogita oppositum* nave). *cf.* OV. trist. 1, 8, 38. 3, 1, 70 (*p. 628, 44*). equo: OV. ars 1, 330 TAC. ann. 3, 45. asellis aut vehiculis: PLIN. nat. 35, 116. nave *sim.*: OV. ars 1, 330 CVRT. 9, 3, 22 MELA 1, 65 TAC. hist. 1, 23. scalis: COLVM. 1, 6, 10. mente: OV. met. 15, 63. PANEG. 10, 5. intuitu: PRVD. apoth. 76. corpore: APVL. mund. praef. per oscillationem: FEST. 194, 19. fabricam: SOL. 11, 24. sensus corporis: AVG. epist. 71, 2. *nota translationes*: fama: VERG. Aen. 4, 322. carmine: [VERG.] catal. 9, 61. lingua: SIL. 8, 261. sono: SIL. 10, 578.

synonyma: accedo; *distinguit* DON. Ter. Andr. 534 ('aliquot me adierunt') non accesserunt, quia aditus arduus difficilisque est. *cf.* Phorm. 252. adbito, adequito (LIV. 10, 34, 8/9), adgredior, adversum eo (PLAVT. Stich. 237 Truc. 503), me committo (LVCAN. 8, 250), congredior (PLAVT. Epid. 545[a]), intro (OV. fast. 6, 450 SEN. Herc. f. 537 dial. 12, 16, 5), pervenio, venio. *nota* supplico (VLP. dig. 49, 5, 5, 1 *cf.* PLAVT. Stich. 293). deprecor (PANEG. 11, 16).

oppositа: abeo: GRAMM. VII 34, 7 PLAVT. Aul. 730 Cist. 33 Truc. 824 LIV. 10, 12, 2. dimittor: PLIN. paneg. 79. discedo: VARRO Ter. Scaur gramm. VII 29, 8 CIC. Verr. 2, 138 Phil. 14, 2. egredior: LIV. 23, 2, 10. eo: OV. her. 7, 139. evado: OV. met. 14, 126. fugio: GERM. frg. 4, 9. fugor: LIV. 37, 6, 7. maneo: TER. Phorm. 737. reicior: LIV. 7, 20, 3. 8, 1, 8. repellor: SVET. Claud. 38.

derivata: adibilis, aditialis, aditiculus (-a), aditio, adito, aditus. *compositum*: transadeo. *Dittmann.*

Adeodatus, -a *nom. christianum, cf.* Deusdedit, Deodatus *et ex graecis* Θεόδοτος, Θεοδόσιος, Θεόδωρος *al.* PS. AVR. VICT. epit. 48, 2 huic (*imp. Theodosio*) ferunt nomen somnio parentes monitos sacravisse, ut latine intellegimus, Adeodatum. *Adeodatum Augustinus filio naturali dixit nomen*: AVG. conf. 9, 6 puerum Adeodatum ex me natum carnaliter de peccato meo. 9, 12 beat. vita 6. *adiungo hic Africanos ceteros*: AVG. epist. 175 *praescr.* Palatinus, Adeodatus ... et ceteri qui in concilio ecclesiae Carthaginiensis adfuimus. 181 praescr. *Adeodati complures episcopi Africani interfuerunt collationi Carthaginiensi a. 411*: CONC. Mansi IV p. 103. 105. 107 *al. octo exhibet* NOT. Afr. GREG. M. epist. 3, 48 (*a. 593*) Gregorius Adeodato episcopo primati provinciae Numidiae. *al. Italici*: LEO M. epist. 159 filius meus Adeodatus sedis nostrae diaconus. ACT. synhod. a. 499 (Cassiod. var. ed. Momms. p. 410) Adeodatus (Deudatus *et* Adeudatus *duo codd.*) episcopus ecclesiae Formiensis. CASSIOD. var. 3, 46 (*a. 507/511*) Adeodato Theodericus rex. Adeodato *presbytero ecclesiae Romanae scripsit* ENNOD. epist. 3, 7. 6, 31. 7, 28 *al. ceteros, qui sunt multi, praetermitto.* Adeodatus *vocatur in* VVLG. II reg. 21, 19 *et* I par. 20, 5 *is cui in hebraeo nomen est* אֶלְחָנָן (LXX Ἐλεανάν, *i. deus benignus est*). GLOSS. V 549, 6 Adeodatus id est deo datus, qui a deo est electus in regno. CORP. VI †10030 Adeodata. XIV †231 (*Ostiae, a. 386*) *Fabio* Adeodato *centurioni.* X †1365 (*Nolae*) Adeodatus indignus archipresviter s(an)c(ta)e Nol(anae) eccl(esiae). 8061, 4 (*in gemma*) Adeodatae. XI †300 (*Ravennae, a. 596/97*) Adeodatus prim(us?) strator inl(ustris) p(raefecturae?). V †5683 (*in agro Mediolan., a. 525*) Adeodatus prebs. †6267. VIII †992 (*in provinc. procos.*) Adeodatus. †5488 (*ibid.*). †13439 (*ibid.*) Adeodata. †13440 (*ibid.*) Adeud⟨at⟩a. †13784 (*ibid.*) Adeudatus. †14120 (*ibid.*) Adeodata (*Δ graeca*). †8348 (*in provinc. Numidia*) Tulius Adeodatus sacerdotalis. †10714 (*ibid.*) Adeudatu(s) e(piscopus). INSCR. christ. Rossi I 372 (*a. 388*) filiae Adeodate. 391 (*a. 391*) Adeodata. 1065 (*a. 538*) ⟨Ade⟩odatus dulcissimus. CARM. epigr. 1561, 12 (*a. 474*) a deo sic datus altaris fuit ille minister, nomen ut aequaret vita decora viri (*intellege virum nomine Adeodatum*). INSCR. Graec. Sic. It. †66 (*Syracusis*) ἐνθάδε κῖται Ἀδεύδατα. INSCR. ap. Wuensch, Seth. Verfluchungstaf. p. 19 Ἀδεύδατον τὸν υἱὸν Κρησκωνίας.

Adeōna, -ae *dea quae aditui praeest, ut Abeona abitui* TERT. nat. 2, 11 statuendi infantis Sta⟨tina. adeundi Adeona, ab abeun⟩do Abeona e⟨s⟩t. AVG. civ. 4, 21 *et* 7, 3 *v. sub* Abeona. *Otto.*

adeō tenus. CLAVDIAN. MAM. stat. an. 2, 10 p. 141, 9 Vind. adeo tenus non est corpus anima ut sit imago divina. *V.*

Adepiadēs *v.* Asclepiades.

[**Adepris**] *nom. corruptum* CORP. V 2689 (*Ateste, periit*) Picae Septumi matri Adepris. *Diehl.*

adeps *vel* **adips,** -ipis *m. et f.* [*cf. c. umbr.* adepes adipes *abl. plur.* 'adipibus' *aut* 'adipeis'; *a gr.* ἄλειφα *tractum esse videtur. Th.*] GLOSS. στέαρ. σταίς. λίπος. πιμέλη. adipem pinguedinem. adipibus arvinulis. *quattuor inveniuntur formae*: adeps adipes *passim*, adips: PLIN. nat. 1, 32. 11, 213. 28, 254. 29, 96. 32, 117 *cet.* ITALA cod. Lugd. lev. 3, 16 GLOSS. GRAMM. IV 581, 12. aleps: GLOSS. PROBI app. gramm. IV 199, 3 adipes non alipes. PRISC. gramm. II 321, 19 'adeps' vel 'adipes' in utroque genere invenitur. II 169, 9 (*auctor est Caper ex Probi de dubiis generibus libro*) vetustissimi ... inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate. II 168, 15 masculina ... 'adeps', 'forceps' ..., quae tamen veteres etiam feminino genere protulerunt. Varro in II rerum rusticarum: adipe suilla (*codd. Varr.*: suillo). *genus fem. unum valere videtur usque ad* CELS. *et* COLVM., *deinde apud quosdam scriptores medicos rarius quam masc., quod semper legitur apud* PLIN., SCRIB. LARG. (*exceptis* 260. 271 *ter*), SER. SAMM. SORAN. THEOD. PRISC. *pluralis* (*singularis notio amplificatur vel summa partium indicatur*): CIC. Cat. 3, 16 LVCR. 4, 641 COLVM. 6, 2, 15. 8, 14, 11 PLIN. nat. 8, 127. 11, 213. 17, 42. 28, 89. 32, 69 QVINT. inst. 2, 10, 6 VOPISC. quatt. tyr. 6, 2 THEOD. PRISC. eup. 18 *saepius.* VVLG. gen. 4, 4 lev. 6, 12 APIC. 159 *cet.; gen. plur. nusquam legitur nisi* GRAMM. V 562, 11. NOT. Tir. 96, 87. 119, 14. 15. [*bergom.* alef; *sard.* abile. *M.-L.*]

I ***proprie*: 1** *de animalibus. adipis natura*: PLIN. nat. 11, 213 *omnibus animalibus adips* sine sensu *est*, quia nec arterias habet nec venas (MACR. sat. 7, 9, 11 adeps, medulla et cerebrum ita in humore atque mollitie sunt, ut ... effectum animae ... mollities ista non teneat). 11, 212 cornigera una parte dentata et quae in pedibus talos habent sebo pinguescunt, bisulca scissisve in digitos pedibus et non cornigera adipe. concretus hic et, cum refrixit, fragilis, semperque in fine carnis. *incrementum*: CELS. 4, 1 *omento* adeps ... innascitur. PLIN. nat. 28, 98 renium. HIER. epist. 64, 1 adeps, quo pectus obvolvitur. CASS. FEL. 27 p. 43 steatomata dicuntur durities ... adipis callosi qualitatem intra se continentes. LVCR. 4, 641 veratrum ... capris adipes et coturnicibus auget. COLVM. 8, 14, 11 *pulli* sint calido et tenebricoso loco: quae res ad creandas adipes multum conferunt. 6, 2, 15 corporatura pecoris operarii debet esse nervis ... et musculis robusta, non adipibus obesa. PLIN. nat. 17, 219 intereunt ... animalia nimio adipe. *contra* PLIN. nat. 32, 96 sanguinem adipemque minuere. 11, 213 L. Aproni ... filio detractos adipes levatumque corpus inmobili onere. *varia*: LVCIL. 134 Tisiphone Titini pulmonibus atque adipei (adirem *codd.*) unguen ... attulit. VARRO rust. 3, 16, 6 *apes* unctus qui accessit, pungunt ... in carne aut sanguine aut adipe. *adipis species*: *c. genet. poss.*: CYPR. GALL. gen. 145 adipem ... nivalem *agni.* VVLG. deut. 32, 14. PLIN. nat. 29, 114 anatis. 29, 122 anguium. 29, 135 anseris *ac saepius.* 37, 204 Commagenum anserum *insignis, cf.* 10, 55. VVLG. levit. 3, 35 arietis. PLIN. nat. 1, 29 avium. 29, 56. 29, 134. VVLG. levit. 7, 23 bovis. PLIN. nat. 30, 69 bovae. 29, 122. SCRIB. LARG. 175 canis. MARC. med. 9, 121. LVCR. 4, 641 *caprarum et coturnicum.* PLIN. nat. 32, 53 colubrae. 28, 108. 111 *crocodili.* VOPISC. quatt. tyr. 6, 2. PLIN. nat. 30, 30 cygni. 30, 69. 70. 131. 32, 117 delphini. 29, 128 draconis. 30, 117. APIC. 2, 44 fasiani. SCRIB. LARG. 39 gallinae. PLIN. nat. 30, 27. 29. 29, 124. 139. 30, 107 gruum. 28, 98 *hyaenae.* 28, 89 leonis. 28, 247 lupi. 30, 61 otidis. VVLG. levit. 7, 23 ovis. COLVM. 6, 2, 15 *pecoris.* PLIN. nat. 1, 32 piscium. 32, 10, 69. SER. SAMM. 1048 porcae. COLVM. 8, 14, 11 *pullorum.* PLIN. nat. 32, 78 MARC. med. 9, 6. PLIN. nat. 28, 253 serpentium. 30, 22. 32, 111 siluri. 24, 170 suis. 25, 133. 37, 46. 32, 87 thynni. MARC. med. 34, 4 ursi, *cf.* PLIN. nat. 8, 127. SCRIB. LARG. 201 vituli. PLIN. nat. 32, 57. 28, 254 vulpium. 28, 265 SER. SAMM. 971 vulturis. CELS. 2, 33 adeps ex fele. PLIN. nat. 28, 234 e lupis. *varia*: VVLG. exod. 23, 18 adeps sollemnitatis (*i. hostiarum sollemnium*). levit. 6, 12 pacificorum. 7, 30 hostiae. Is. 43, 24 victimarum. AVG. civ. 3, 20 sacrificiorum. *c. adi.*: anguinus: PLIN. nat. 30, 37. anserinus: SCRIB. LARG. 189. 238 PLIN. nat. 20, 40. 53. 123. 129. 22, 125 *saepius.* (anserina: CELS. 5, 21, 4. 5, 24, 3. 8, 4.) aprunus: PLIN. nat. 28, 167. PELAGON. 92 adipes ... berbecinos. THEOD. PRISC. eup. 26 adipes ... bubuli. 28. (bubula: MARC. med. 4, 36.) caninus: PLIN. nat. 30, 74. caprina: COLVM. 6, 12, 5. caprunus: MARC. med. 27, 30. THEOD. PRISC. eup. 26 adipes caprini. PELAGON. 92 cervinos. SER. SAMM. 150 cygneos. gallinaceus: PLIN. nat. 30, 30 MARC. med. 11, 2. leoninus: PLIN. nat. 24, 165 (*f.* CELS. 5, 21, 7). lupinus: PLIN. nat. 28, 142. 172. porcina: SCRIB. LARG. 211. suillus: VARRO rust. 2, 11, 7 SCRIB. LARG. 38. 222 PLIN. nat. 20, 141. 28, 135 adipi laus est ... maxime suillo, apud antiquos etiam religiosius. (suilla: VARRO rust. 2, 2, 16 CELS. 4, 27. 4, 31 COLVM. 7, 5, 22. 7, 13, 1.) taurinus: SCRIB. LARG. 202. 211. 260. 262. 263. ursinus: PLIN. nat. 21, 125. 22, 34. 24, 13. 28, 192. 28, 198. CASS. FEL. 5 p. 13. (ursina: GARG. MART. 54 MARC. med. 35, 4.) verrinus: PLIN. nat. 28, 140. viperinus: PLIN. nat. 30, 77. vitulinus: SCRIB.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LARG. 255. (vitulina: CASS. FEL. 10 p. 18.) vulturinus: PLIN. nat. 30, 110. (vulturina: MARC. med. 35, 1.) *adi. varia*: adeps recens: CELS. 3, 7, 2 PLIN. nat. 26, 155. 32, 87 EDICT. Diocl. 4, 2, 10. vetus: PLIN. nat. 26, 93. vetustus: PLIN. nat. 20, 90. 22, 123. vetusta: DOMIT. MARS. carm. frg. 6 CELS. 4, 6. SER. SAMM. 792 adipes vetulos (*nota* PLIN. nat. 22, 141 cum adipis suilli vetustate). PLIN. nat. 30, 110 cum adipe suillo inveterato. 28, 135 cum sale aut sincerus. praesulsa: COLVM. 6, 2, 7. callosus: CASS. FEL. 27 p. 43. SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 51 nescientes adipes ... glutinosos ... lucernae. CYPR. GALL. gen. 142 adipem ... nivalem *agni*.

usus et vis salubris: *variarum bestiarum* adeps: PLIN. nat. 28, 254 exulcerationibus vulvarum ... prodest *impositus*. 30, 74. 32, 69 piscium ... adipes ... oculorum claritati plurimum conferunt. MARC. med. 11, 2 rimas labiorum egregie curat. PLIN. nat. 30, 139 iuvat aures. 32, 111 perniones emendat. 30, 70 adtritis medetur. 30, 106. 32, 117. 30, 27 *sanat* rimas. 28, 89. 121. 30, 30. 28, 221 rimas ... sarcit. 30, 29 cutem in facie custodit. 28, 89. 30, 131. 28, 163 capilli defluvia ... continet. 28, 177 parotidas ... conprimit. CELS. 5, 15 molliunt ... sebum, adeps, oleum. *cf.* PLIN. nat. 30, 107. 30, 131 vulvarum duritias ... emollit. CELS. 2, 33 calefacit ... adeps ex fele. 5, 3 concoquunt et movent pus. 5, 5 purgant ... sebum, adeps, oleum. PLIN. nat. 30, 30; *ibid.* faciem purgat atque erugat. 29, 133 sedat ... gravitatem. 32, 78 dolores tollit. 29, 134 remedium est ... si aqua intraverit *in aures*. 30, 69 sedis vitiis efficacissima ... adeps cygni, adeps bovae. 29, 96. 8, 127 adipes medicaminibus apti contraque defluvium capilli tenaces. 30, 131 mammis puerperio vexatis *utilis* 17, 234 pix, oleum, adeps inimica praecipue novellis. 18, 152 contraria seminibus. adipis: PLIN. nat. 1, 28 usus et observationes. COLVM. 6, 2, 7 praesulsae adipis liquamine. 6, 13, 3 offa adipis. DOMIT. MARS. carm. frg. 6 adipis pondo viginti vetustae; *similia persaepe in praeceptis de parandis cibis et medicamentis, ut* CATO agr. 121 CELS. 5, 19, 28. SCRIB. LARG. 211 emplastrum nigrum ... recipit haec: cerae, picis ... paria pondera, adipis taurini dimidium. adipem conficere: PLIN. nat. 1, 29. praeparare: PLIN. nat. 29, 134. 10, 50. inveterare: PLIN. nat. 28, 135. mollire: CELS. 5, 21, 7. liquare: CELS. 4, 22. liquefacere: SCRIB. LARG. 39. 222. PLIN. nat. 32, 69 piscium ... adipes liquefacti sole. CASS. FEL. 10 p. 18. SER. SAMM. 971 vulturis excisos adipes ... remittes (*i. liquefac*). SCRIB. LARG. 271 cum gelaverit se adeps. purgare: SCRIB. LARG. 201. curare: *ibid.* 222 PLIN. nat. 29, 56. coquere: CELS. 3, 7, 2. 4, 14. percolare: PELAGON. 49. consolvere: CAEL. AVR. chron. 4, 7, 95. resolvere: MARC. med. 9, 103. tundere: *ibid.* 34, 4. PLIN. nat. 10, 55 rigore gelido maceratum. 30, 197 draconum ... adeps siccatus in sole. miscere: CELS. 4, 27. COLVM. 6, 30, 3 adeps vino mixta. SCRIB. LARG. 222 PLIN. nat. 29, 122. 30, 37 THEOD. PRISC. eup. 28. admiscere: VARRO rust. 2, 7 PLIN. nat. 28, 73. 28, 137. 28, 261 adipe admixto. 29, 108. 34, 168. SER. SAMM. 1089 commiscetur adeps, sed non ullo sale tactus. PELAGON. 92. addere: PLIN. nat. 30, 105. SER. SAMM. 792 necte adipes vetulos. 964 iunges adipes ... vetustos. PELAGON. 370 caprinos adipes ... adiungis. *pro medicamento datur*: PLIN. nat. 28, 265 *traditur* boum ... morbis sebum, sulpur rivum ... danda aut vulpis adipem. PELAGON. 49 adipes gallinae ... in auriculas mittito. demittere: COLVM. 6, 38. inmittere: SER. SAMM. 178. adponere: CELS. 4, 27. inponere: PLIN. nat. 29, 30. 100. 30, 37. 139. ingerere: PLIN. nat. 30, 112. infundere: CELS. 4, 22 SCRIB. LARG. 39 PLIN. nat. 29, 113. 29, 139 auribus purulentis ... infunditur gallinarum adeps. MARC. med. 9, 6. 9, 103. inlinere: PLIN. nat. 28, 105. 234. COLVM. 6, 12, 5 supra ... caprina instillatur adeps. PLIN. nat. 32, 78 MARC. med. 9, 121. PELAGON. 356 adipem ... tepefactum perungis. *varia*: PLIN. nat. 28, 99 adipe *hyaenae* accenso serpentes fugari. 32, 53 *colubrae* adipem ... habentes, qui crocodilos venentur, ... adiuvari dicunt. *de hostiis* adipem offerre VVLG. gen. 4, 4. adolere: VVLG. levit. 4, 26. 6, 12. cremare: VVLG. levit. 9, 20. 10, 15. incendere: VVLG. I reg. 2, 16. comedere: VVLG. levit. 3, 17 deut. 32, 38. *inde translate* ENNOD. op. 5 (p. 398 Vind.) ingenioli mei ... adipem litarem. adipe: PLIN. nat. 28, 172 fricari oculos contra lippitudines. COLVM. 4, 6 cervicem ... perfricare. PLIN. nat. 38, 192. 198. 30, 142 inhiberi venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe inlitis. 20, 99 olla ... inlita. 28, 253 medicatis locis (*i. genitalibus*). 28, 111 *crocodili* tactus pilus defluit. 28, 135 novae nuptae intrantes ... sollemne habent postes eo (*suillo*) attingere. VARRO rust. 2, 2, 16 labra agni unguere. VOPISC. quatt. tyr. 6, 2 CORP. II 5181, 26. PLIN. nat. 28, 167 inungui. 28, 108 Aegypti perungunt ... aegros suos. 28, 89. 28, 142 novas nuptas illo (*lupino*) perungere postes solitas. 30, 22. 77. 32, 10. 57. 28, 46 poliri ... adipe suis lactentis *sucinum*. 28, 102 a lumbis suffiri parientes difficulter. 29, 128 incipientes caligines discuti. PLIN. nat. 33, 104 utuntur *stibi* coquentes ... adipe. 32, 87. CELS. 8, 4 folia vitis contrita ... adipe anserina mixta. 32, 67. CELS. 26, 155 peristereos adposita in adipe suillo recenti. CELS. 20, 54 alium ... cum adipe vetusto decoctum. 21, 126. 23, 68. 24, 165. 29, 135. 36, 181 glaeba ... tunditur. 26, 93 sideritis ... contusa. 20, 16 folia *cucurbitae* ... trita. GARG. MART. 54 abellanae ... contritae. SCRIB. LARG. 201. 221 ceram cum adipe liquefacere. PLIN. nat. 32, 119, *talia passim de adipe admixto*. CELS. 2, 18 opus pistorium ... ex frumento, adipe, melle, caseo constat. 5, 28 *ceratum* ex adipe suilla coactum. PLIN. nat. 29, 55 *Commagenum* fit ex adipe anserum. NON. 427 sebum fit ex adipe ruminantium. 24, 13 roboris pilulae ex adipe. 30, 61. **2** *de herbis*: PLIN. nat. 16, 182 *arborum* adipes ... vocantur a colore alburnum. 16, 183. VVLG. psalm. 147, 4 adipe frumenti satiat te *dominus*. 80, 17 PAVL. NOL. epist. 34, 8. GREG. TVR. curs. stell. 11 *grana* lacteo extrinsecus adipe saginantur. *cf.* GLOSS. III 575, 56 siterian. **3** *de terra*: PLIN. nat. 17, 42 spissior ubertas in ea (*marga*) intellegitur et quidam terrae adipes ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo.

II ***translate*:** *de homine obeso*: CIC. Cat. 3, 16 non mihi esse ... L. Cassii adipes nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam. *de verborum tumore*: QVINT. inst. 2, 10, 6 declamator ... sciat ... sibi ... tenuandas adipes. *apud* ECCL. *subauditur abundantia in bonam partem*: VVLG. psalm. 62, 6 sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea (EVCHER. form. 6 adeps: pinguedo gratiae divinae). *cf.* SIDON. epist. 6, 6, 2 exhortationibus tuis interioris hominis maciem ... mysticus adeps et spiritalis arvina distendat. PAVL. NOL. epist. 44 animam inanem adipe verbi sui tamquam cophino stercoris opimare. *in malam, lascivia, petulantia*: VVLG. psalm. 16, 10 adipem suum concluserunt (EVCHER. form. 6 adeps crassitudo malitiae). 72, 7 prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. *cf.* TERT. ieiun. 6 corde ... adipibus obstructo. HIER. epist. 147, 2. adv. Iov. 2, 11 *athletarum* animas ... nimio sanguine et adipibus quasi luto involutas ... nihil caeleste cogitare.

syn. (arvina). *opp.* sebum *cf.* PLIN. nat. 11, 212. *Weynand.*

adeptio, -ōnis *f. ab* adipisci. *vocabulum Ciceronis acceptum eius imitatoribus philosophis iuridicis.* CIC. part. orat. 32, 113 adeptione alicuius commodi vitationeque incommodi. dom. 36 haec simulata adeptio (aditio, adoptio *pars codd.*) filii. fin. 4, 47 summi boni. 2, 41 non depulsione mali, sed adeptione boni. QVINT. inst. 5, 10, 33 circa bonorum adeptionem incrementum, conservationem usum aut malorum evitationem liberationem, imminutionem tolerantiam. VLP. reg. 19, 8 dominii (BOET. in Cic. top. 2, 4, 23 p. 308 O. ISID. orig. 5, 25, 30; *etiam* MODEST. dig. 41, 3, 3 *ex* adiectio *corrigendum est* adeptio). TERT. anim. 42 (*v. sub* ademptio *p. 605, 6*). PANEG. 10, 33 novorum. CHALC. comm. 164 secundorum. EDICT. Valent. a. 372 (Cod. Theod. 6, 7, 1 = Iust. 12, 4, 1) codicillorum. AVG. civ. 12, 21 ut hic felicior sit expectatio quam illic adeptio summi boni. serm. 21, 1 lib. arb. 1, 13, 29 mor. eccl. cath. 1, 30, 62 *dei.* gen. litt. imperf. (Vind. 28, 2 p. 464, 14) rerum visibilium. in Iob (Vind. 28, 3 p. 512, 20) 1, 3 adeptionem fructus peccati. epist. 130, 3 adeptionis ardore (*opp.* timore amissionis). CASSIAN. Nest. 7, 31, 5 (= RVRIC. epist. 1, 9 p. 362, 13 Vind.) summarum rerum non adeptio tantum, sed etiam imitatio ipsa laudanda est. BOET. cons. 3, 3. 3, 10 beatitudinis ... divinitatis ... iustitiae. 3, 11 unitatis. ENNOD. epist. 7, 14 palmae. op. 4 p. 393, 6 Vind. perpetui luminis. dict. 6 p. 442, 20 *praemiorum*. GREG. TVR. conf. 70 adquisitionis iniquae. PRIMAS. in epist. ad Hebr. (Migne 68, 725[b]) 6 expletio ... spei est adeptio rerum, quas nos consecuturos speramus. LEX Burg. l. r. 7, 6 tyrannidis.

adeptus, -ūs *m. ab* adipisci. PAVL. NOL. epist. 32, 18 ex adeptu fidei. NOT. Tir. 32, 84 adeptus *modo sit subst.* COD. Theod. 6, 10, 3 quod adeptu honoris praecesserint (adepti *cod.*, adepti honores *Haenel*). *V.*

Adeptus, -a *nomen aetatis imperatoriae servis inditum humillimisque.* CORP. VI 17327 Eugrapho f(ilio) ... Adeptus. 23975 C. Petil[ius] Sp. f. Adepti. 25992 Scantia (mulieris) l. Adepta. 28275 Licinius Adeptus. X 904 (*Pompeis, a. 40/41*) ⟨...⟩s Adeptus. 2366 (*Puteolis, periit; traditur*:) P. Domitius Adestus. 4319 (= 4193 *Capuae*) ⟨...⟩rullia (mulieris) l. Adepta. IV 3340, 61 (*testis in tabula cerata*) M. Helvi Adepti. XI 1147, 5, 73 (*Veleiae, imperante Traiano*) Solonio Adepto. V 2782 (*Patavii*) Adeptus. 4245 (*Brixiae*) C. Mucius Adeptus. 5973 (*Mediolanii*) C. Caecilius C. l. Adeptus. 7760 (*Genuae*) M. Iulio Adepto. XIII 1820 (*Lugudun*i) Nobilis Tib. Caesaris Aug. ser. ..., Iulia Adepta coniunx. *eadem in* 2177. III 7209 a (*in vasculo Asiae*) Adept. *Otto.*

adequitātio, -ōnis *f. ab* adequitare. ITALA psalt. Veron. Habac. 3, 8 consedens super equos tuos et ad[a]equitatio tua salus (*ἱππασία*. VVLG. quadrigae tuae salvatio).

adequito, -āvī, -āre. *ab* ad *et* equitare. **1** *equo vehi ad aliquem vel aliquid*: *cum* ad *et acc. hominum*: CAES. Gall. 1, 46, 1 equites Ariovisti propius tumulum accedere et ad (*om. aliquot libri*) nostros adequitare. LIV. 35, 35, 14 morem ... in dextrum cornu (*cf. l. 80*) ad suos adequitandi (eq- *cod. Mogunt.*). CVRT. 4, 9, 25 ad iam (etiam *codd.*) perarmatos adequitare. *cum dat. rei*: LIV. 1, 14, 7 adequitando ipsis prope portis (10, 34, 8. 22, 42, 5. PLIN. nat. 15, 76 portae ... Collinae). 9, 22, 4 vallo (FRONTIN. strat. 2, 5, 23). FRONTIN. strat. 1, 5, 16 faucibus. TAC. ann. 6, 34 castris (FLOR. epit. 2, 20, 4). *varie iunctum*: LIV. 9, 22, 6 aegre patiens, quo[d] tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique. CVRT. 7, 4, 33 in primos ordines (*cf.* LIV. *l. 73*). EPIT. Alex. 40 circum moenia adequitans suos adhortatur. *absolute*: LIV. 22, 48, 2 specie transfugarum cum ab suis ... adequitassent. 35, 11, 10 Numidae adequitare (*om. Bamb.*), dein refugere. **2** *equo vehi cum aliquo*: SVET. Aug. 64 neque iter

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fecit, nisi ut vehiculo anteirent aut circa adequitarent *nepotes*. Cal. 25 galea ornatam ac iuxta adequitantem *Caesoniam*.

Ader *v.* Adad.

Ader, מִגְדַּל־עֵדֶר. Vvlg. gen. 35, 21 Turris gregis *prope Hierosolyma*. Hier. epist. 108, 10 ad turrim Ader id est gregis (Itin. Hier. 312, 9 *at* 258, 10 Gader).

? **Ader**. Corp. VIII 10686 (*descr. Bossedon*) *inter nomina martyrum peregrinorum* Ader, *quod potest esse* Adherbal.

Aderbal *v.* Adherbal.

Adernum *v.* Aternus.

aderro, -āre. *ab* ad *et* errare. Stat. silv. 2, 2, 120 blandi scopulis dephines aderrant. Stat. Theb. 9, 178 oberrat *legendum est* (aderrat *codd. dett.*).

adēscātio, -ōnis *f. ab* adescare. Ps. Soran. quaest. med. (Rose, anecdota II p. 251) 31 quid est diaetica? diaetica dicitur adescatio et est artificiosa victus factitatio.

adēsco, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ad *et* esca *derivatum. Th.*] [*sard. merid.* aiscai. *M.-L.*] Itala cod. Lugd. deut. 8, 16 qui te adescavit mannam (*ψωμίσαντος*. Vvlg. cibavit) *cf.* Gloss. adesco *ψωμίζω*. Serv. auct. Aen. 3, 67 ad adescandas (adescendas *cod. Floriac.*) defunctorum animas. Cael. Avr. acut. 1, 11, 95 volatilia, sed non pinguia neque cibis nutribilibus adescata. *c. acc. rei*: Didasc. apost. 38 quae dat ut adescentur. *V.*

Adesi〈... *figulus*. Corp. XII 5686, 10. *Diehl.*

Adesio *v.* Edisionius.

adespotos, -on, *ἀδέσποτος*. Serv. auct. georg. 1, 227 in quodam adespoto Graeco sic positum est: *φακοὺς δὲ καὶ φάσηλον κτλ.*

Adestum *v.* Ateste.

adēsurio, -īvī, -īre. *ab* ad *et* esurire. *maiorem quam antea subire famem*. Plavt. Trin. 169 adesurivit magis et inhiavit acrius lupus, observavit, dum dormitarent canes. *V.*

Adeus *v.* Adaeus.

composita ex **ad** *et verbis latinis ab* **f** *vel* **g** *incipientibus vide sub* aff- *vel* agg-. **adgnātus, adgnōsco** *sub* agnatus, agnosco.

Adganaī *vicani videntur fuisse Galliae cisalpinae*. Corp. V 5671 (*in agro Mediolaniensi*) Niger Tertullius Severus matronis et Adganais v. s. l. m. matronis et vicanis *tituli* V 5716 *confert Mommsen. adi.* **Agganaicus** *cognomen Iovis*. Corp. V 6409 (*Ticini*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Agganaico M. Nonius Verus cum suis v. s. l. m. *idem* **Adceneicus**. Corp. V 5783 (*Mediolanii*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Adceneico v. s. l. m. Firmasius Mansu〈...〉

Adgandestrius, -ī *Chattorum princeps*. Tac. ann. 2, 88 reperio apud scriptores senatoresque eorundem temporum Adgandestrii principis Chattorum lectas in senatu litteras, quibus mortem Arminii promittebat, si patrandae neci venenum mitteretur. *Otto.*

Adgeleius, (-eus*?*) -ī, *nom. Illyr.* Corp. III 4844 (11509, *in Norico*) Ti. Iulius Adgeleí f(ilius) Buccio mil(es) coh(ortis) Mont. prií. *Diehl.*

Adgennus *nom. vir. celticum*. Corp. XII 3369 (*Nemausi*) Adgennus Cassici f. fecit sueis parentibus et sibi vivus. **Adgennius,** -a *nom. gent.* Corp. XII (*Nemausi*) 3175 (*litteris saec. II*) Sex. Adgenií Macriní trib. leg. VI vict. 3188 (*litteris saec. II*) IIIIII vir. Aug. Sex. Adgenní Hermétis, Valeria M. f. Márcella uxor. 3368 Sex. Adgennius Solútus et Adgennia Licinilla. *ex hoc fortasse spectandum* Ag(g)enius. **Adgennonius,** -ī *nom. vir.* Corp. XII 6632 (*Nemausi, periit*) Success〈ae*?*〉 Adgennoni ux(ori) *Aeli Optati*. *ex eadem stirpe est* **Adgennorīx** *tituli* Corp. XII p. 822 (*Aptae*) *Ἀδγεννόριγ(ος) Οὐερετε//μαρε/νι*. *cf.* Adginna, Adginnius.

Adgentiī *pagani vel vicani, cf. Ihm, PW. I p. 359*. Corp. XII 3084 (*Nemausi, litteris saec. II*) Marti Aug. Lacavo sacrum Adgentií ex aere colláto.

Adginna *nom. mul. celticum*. Corp. III 11586 (*in Norico*) Postum〈i〉a P.(*?*) l. Adginna, P. Postumius Calon. l. Donatus. **Adginnius** *nom. gent.* Corp. XIII 1674 (*in provinc. Lugudunensi, saec. I, cf.* n. 1675) Q. Adginnius Vrbici fil. Martinus Seq(uanus) sacerdos Romae et Aug(usti) ad confluentes Araris et Rhodani. *cf.* Adgennus, Adgennius *al.*

Adgonna *nom. mul. celticum*. Corp. XII 3370 (*Nemausi, periit*) Adgonna Excingilli f.

Adgubillus *nom. vir. barbaricum*. Corp. XII 3042 (*Nemausi, periit*) L. Cornelius Adgubilli f. Adgubioun. Aescolapio v. s. l. m. *titulus editori suspectus.*

(*?*) **Adgubioun.** *nom. vir. barbaricum*. Corp. XII 3042 (*Nemausi, periit*) L. Cornelius Adgubilli f. Adgubioun. Aescolapio v. s. l. m. *titulus editori suspectus.* *Otto.*

adgȳrat Not. Tir. 96, 17ª *inter* gyrum *et* degyrat.

προσοικῶ **adhabito,** accolo Gloss. II 422, 26. II 563, 8 *παροικεῖ προσοικεῖ* adabitat, in proxime (*sic*) habitat.

? **adhaerentia,** -ae *f. ab* adhaerere. Tert. adv. Marc. 4, 24 *Iesus* pulverem iubet excuti in illos, in testificationem, et adhaerentiam terrae eorum nedum communicationis reliquae. *sic edd. Gangnei et Gelenii* (*ex codicibus?*); et haeret etiam terrae *codd.*, et haerentia terrae *Oehler*.

adhaereo, -haesī, -haesum, -ēre. *ab* ad *et* haerere. *perfecti formas sensu incohativo praeditas exhibui sub* adhaeresco. *nota usum part.*: Ps. Ven. Fort. Maur. 17, 99 manubrio in manibus adhaeso. *cf. sub* adhaesus *p. 637, 84*. adhaerens *pro adi. p. 635, 60*. *tertii ordinis(?)* Oribas. eup. 4, 113 *et* Galen. alf. 127 adherit. *sculptum* adesit *i. adhaesit* Corp. XIII 2478 (*saec. VII*), adereuti *i.* adhaerenti X 8247. Gloss. II 421, 58 *προσχολλῶμαι* adhaereo. *verbum inde a Plauto usitatum admodum crebrescit apud christianos ex* Itala *et* Vvlgata.

I ***proprie:*** *cum dat.*: Plavt. Stich. 236 adhaesit homini ad infimum ventrem fames (*quae subsit imago, non liquet*). Ov. epist. 12, 122 nostra ... adhaererent ossibûs ossa tuis *elisa Symplegadibus*. Liv. 5, 47, 5 saxa, quibus adhaerebant *Galli*. Pavl. Fest. 100 hedera dicta ... quia id, cui adhaeserit, edat. 101 hilum putant esse, quod grano fabae adhaeret. Val. Max. 4, 7, 4 exanimi amico adhaesit. Colvm. 2, 3, 1 *pellem boum* corpori adhaerere (6, 13, 2). 4, 22, 7 *vites*, quae summa parte terrae vix adhaerebunt. 4, 24, 4 si soboles *vitis* ... radicibus adhaeret (12, 10, 1. 12, 49, 9. 12, 51, 1). 5, 5, 11. 6, 18, 1 hirudo ... adhaerens faucibus (Scrib. Larg. 199). 6, 26, 2 extrema pars *testium* adhaerens ... nervis. 9, 14, 2 pestes (*i. tineae papiliones*) plerumque favis adhaerentes decidunt. 9, 15, 7 favi semper cavearum tectis ... adhaerentes dependent. Scrib. Larg. 151 bestiolas adhaerentes saxis quasi verrucas. Lvcan. 4, 248 ut dextrae iusti gladius dissuasor adhaesit. Petron. 102 vestem atramento adhaesuram *ita ut detergatur*. 97 sic ut olim Vlixes 〈Cyclopis〉 arieti (pro ariete *codd.*) adhaesisset. Plin. nat. 9, 79 *echeneide* carinis adhaerente. 9, 130 bucinum nonnisi petris adhaeret. 10, 189 et ostreis ... et ceteris adhaerentibus vado vel saxo *animalibus* (13, 137). 13, 50 qua racemo adhaeserint *poma*. 14, 16 praegrandibus *uvis* adhaerent parvi comites. 15, 115. 16, 124. 25, 45. 26, 22 petris totum adhaerens ut muscus. 27, 85. 27, 93. 98. *passim*. Stat. Theb. 3, 727 siccis cruor aeger adhaeret visceribus. Apvl. mund. 5 ut adhaereant [et] gravioribus leviora *elementa*. Tert. ieiun. 1 ventri pudenda. Lampr. Hel. 23, 4. Vvlg. psalm. 136, 6 adhaereat (*κολληθείη*) lingua mea faucibus meis (*cf.* adhaeresco *p. 637, 15; item* Ezech. 3, 26). *passim*. *aliae structurae* (*et proprii et translati usus*): *cum* **ad:** Itala (Wirc.) *et* Vvlg. Ier. 13, 11 sicut ... adhaeret (*κολλᾶται περί*) lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel. thren. 4, 4 adhaesit (*ἐκολλήθη πρὸς*) lingua lactentis ad palatum eius in siti. *cf.* Marc. 10, 7 *p. 636, 12*. Svlp. Sev. Mart. 10, 3 adhaerenti ad ecclesiam cellula (Greg. Tvr. glor. mart. 103). Ven. Fort. Hil. 14 ad obsequium eius ... adhaeserunt. *cum* **circa:** Greg. Tvr. glor. mart. 16 circa eum sulphur adhaeret. *c.* ***acc.*:** [*falso huc rettulerunt*: Cic. Arat. 192 *v. p. 635, 12*. Tert. pall. 5 *ubi falso legitur* humerum, *cum* uberum *habeant codd., fortasse* uber *legendum*.] Gild. (chron. III) 95 labiis tantum et non corde deum adhaeretis. *cum praep.*: **in:** Ov. met. 4, 694 vincto ... in corpore adhaerent *Andromedae parentes*. 9, 565 summus ... in margine versus adhaesit. Sen. epist. 65, 18 sapiens ... adhaeret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest. Itala cod. Monac. num. 36, 8 unusquisque in hereditate sua adhaerebit (*προσκολληθήσονται*. Vvlg. ut hereditas permaneat in familiis). Vvlg. IV reg. 3, 3 in peccatis . . adhaesit (*ἐκολλήθη ἐν*) nec recessit ab eis. Pavl. Nol. epist. 24, 1 in luto faecis infernae adhaerentem. Ven. Fort. app. 9, 7 in cruce Christus adhaesit (*cf. l. 67*). carm. 2, 10, 19 totus in affectu divini cultu adhaerens. Greg. Tvr. Iul. 11 Mart. 3 capit. 3. *absolute*: Lvcr. 3, 557 conexu corpus adhaeret *sc. animae*. 6, 914 unus ubi ex uno dependet supter adhaerens *anellus vi magnetis* (Avg. civ. 21, 4). Hor. epod. 15, 6 lentis adhaerens bracchiis *mihi Neaera*. Pavl. Fest. 100 hariiuga dicebatur hostia, cuius adhaerentia inspiciebantur exta. Sen. epist. 70, 20 lignum ... adhaerente spongia. Colvm. 12, 50, 3 spongia ... *olivas* detergent, ne quid adhaereat salis. Plin. nat. 2, 235 *limus flagrans* cum quid attigit solidi, adhaeret. 8, 140 adhaerente operculo eiusdem testae se operiens *genus cochlearum*. 9, 150 *spongeae* adhaerent nec parte nec totae. 16, 29 pilulas corpore, non pediculo adhaerentes. 27, 15 lacrima adhaerens *aloes*. 28, 99. 29, 62 sanguisugas adhaerentes. 31, 123 *spongeae* inversae, hoc est qua parte adhaesere. 32, 49. Apvl. met. 11, 4 corona. 11, 11 ansa. Galen. alf. 127 gessania ... linguam adplicita vihementer adherit. Ven. Fort. carm. praef. 1, 1 inambulantis in se ... redemptoris adhaesura vestigia.

acuta vi haerendi i. q. manere, non moveri: Plin. nat. 2, 106 adhaerentium caelo *siderum* (*opp.* meantium) (18, 219). 8, 139 *cochleae* adhaerentes maxime saxis aut ... avolsae. 11, 171 piscibus paulo minus quam tota adhaerens *lingua est*. 15, 113 *bacae* quaedam statim a ligno recedunt (*i. solvi possunt*) ut nuces et palmae, quaedam adhaerent ut olivae laurusque. 15, 113 duracinis *pomis* adhaeret corpus ac ligno avelli non quit. 32, 2 *echeneis navim retinet* non renitendo aut alio modo quam adhaerendo (32, 4. 5). 37, 46 *formicas* adhaesisse musteo ... et inclusas durescente eodem (*sucino*) remansisse. Stat. Theb. 5, 526 *unguis* pronus adhaeret humo. Tac. ann. 2, 23 *naves* non adhaerere ancoris ... poterant. Apvl. met. 10, 31 *lacinia* adhaerens pressule. Anth. 405, 11 saxis telluris adhaerens. Pallad. 3, 24, 7 fimo ... adhaerente *plantae dimovendae sunt*. Amm. 19, 12, 12 diu adhaerens eculeo. 24, 4, 15 *Persae obsessi* muris obstinatius adhaerentes. 24, 6, 7 scutis firmius adhaerentes *milites nantes*. 16, 12, 57 nandi strenuis quosdam nescios adhaerentes. Vvlg. Iob 29, 10 vocem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suam cohibebant ... et lingua ... gutturi suo adhaerebat (*ἐκολλήθη*). 41, 8 *squama* una alteri adhaerebit (*κολλῶνται*) et tenentes se nequaquam separabuntur. *audacius*: LACT. inst. 6, 21, 3 aeris et nervorum suaves soni possunt facile contemni, quia non adhaerent nec scribi possunt. *de umidis viscosis*: PLIN. nat. 7, 65 *bitumen* ad omnem contactum adhaerens praeterquam filo *ipso infecto*. 13, 66 cummim ... dentibus adhaerentem. 17, 27 terra ... pinguis, adhaerens digitis, quod in argillis arguitur. 25, 118 sucus ... caulibus adhaerens. TAC. ann. 13, 35 oneri adhaerentes *manus frigore*. PALLAD. 1, 5, 3 si glutinosa est et adhaeret *glaeba*. 1, 35, 9. *cf.* VVLG. Dan. 2, 43. ‖ *vi latiore i. q. continere cum, adesse, vicinum esse, pertinere ad*: CIC. Arat. 292 Hydra tenet flexu Crateram, Corvus adhaeret (SCHOL. Germ. Sang. p. 226, 12 *Sagittario* adhaeret Capricornus; *cf.* 14 haeret, 15 iunctum est. VEG. mil. 4, 38). nat. deor. 2, 137 *cibi* vias, quae pertinent ad iecur eique adhaerent. VVLG. lev. 1, 8 cuncta quae adhaerent iecori (*nil in graeco*). 1, 12. HOR. sat. 2, 2, 56 cui Canis ... cognomen adhaeret (PAVL. FEST. 12 *s. v.* Attae. SER. SAMM. 1093). OV. met. 6, 641 lateri qua pectus adhaeret. LIV. 6, 10, 8 pestem adhaerentem lateri suo (*i. populum vicinum hostilem*). 34, 41, 4 lateri adhaerens tyrannus (39, 25, 11). VAL. MAX. 5, 5, 4 si militis summa ... pietas huic parti voluminis adhaeserit. SEN. dial. 3, 6, 2 membris ... si adhaerentia nocent. 11, 8, 1 incommodis, quae exilio adhaerent. 4, 22, 4. nat. 3, 27, 12 editissimis quibusque adhaerebant reliquiae generis humani. PLIN. nat. 11, 48 *apium vermiculus* adhaerens ... ita ut pars cerae videatur. 11, 128 nec tamen cornua ceterorum ossibus adhaerent. 11, 206 summis adhaerent lumbis *renes*. 11, 263 ova parientium *testes* lumbis intus adhaerent. 13, 33 laxe ... distans tantum cacuminis filo adhaeret *lignum*. 28, 190. 32, 26 *testes* adhaerentes spinae. VVLG. psalm. 93, 20 numquid adhaeret (*συμπροσέσται*) tibi sedes iniquitatis? 100, 3 non adhaesit (*ἐκολλήθη*) mihi cor pravum. MART. CAP. 7, 732 prima *dyas* poterit ab adhaerente separari. 8, 814 suis fluctibus adhaerentes naturas. ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 16, 36 *Christus corpori* unitus adhaeserat. *notabilis usus de vicinitate terrarum* (*cf.* LIV. *l. 18*): LIV. 29, 35, 13 *promunturium* tenui iugo continenti adhaerens (32, 21, 26). CVRT. 3, 1, 13 MELA 2, 32. 2, 86. PLIN. nat. 2, 129 adhaerentis Liburniae. 5, 47 adhaeret Asia *sc. Africae*. FLOR. 1, 19, 4 Liguras imis Alpium iugis adhaerentis. 1, 24, 9 AMPEL. 7, 4. IVSTIN. 4, 1, 1 Siciliam ... quondam ... Italiae adhaesisse diruptamque. AVIEN. ora 224. AMM. 18, 2, 8 eius pagi Rheni ripis ... adhaerebant (HYD. chron. II 190 regionem Gallaeciae adhaerentem flumini Durio). TAC. hist. 2, 25 vineis modica silva adhaerebat. PLIN. epist. 2, 17, 9 adhaeret dormitorium membrum *villae*. CORP. VIII 946 (*lectionis incertae*) ⟨curator viarum Aureliae et⟩ Cor⟨neliae et⟩ adherentis triump⟨halis⟩. SVLP. SEV. chron. 1, 44, 1 vineam ... adhaerentem sibi concupivit. *cf. p. 634, 38 cum* ad. *technice*: QVINT. inst. 5, 10, 46 secundum tempus subtilius quidam ... diviserunt ... iuncti ... adhaerentis ... insequentis. IVL. VICT. rhet. p. 395, 13 loci certi quidam unicuique statui familiariores et magis adhaerentes. *in grammatica*: TER. MAVR. 1741 dactylus in primo positus, spondeus adhaerens. EVTYCH. gramm. V 451, 5 verbum ... non habet adhaerens sibi nomen (*i. eiusdem stirpis et formationis*). 450, 13. 452, 4 adhaerentia verbis nomina. 459, 30 *passim*. PS. PROB. gramm. IV 254, 27 *praepositiones* sive separatim seu adhaerentes praeponantur. *ibid.* 32 'a' loquellis adhaerens. IV 219, 23 adhaerentibus ex qualibet parte consonantibus. MART. CAP. 3, 269 *accentus* inflexi proprium est ut nisi longis natura syllabis non adhaereat. SIDON. epist. 9, 15, 1 v. 14 geminae brevique longa adhaeret syllaba. *in iure*: SEN. contr. 9, 5, 16 non potest filia tam anguste paternis tabulis (*i. testamento*) adhaerere. PAVL. dig. 6, 1, 43 quae religiosis adhaerent, religiosa sunt. VLP. dig. 32, 52, 7 adhaerentia esse membro armaria vel adfixa. MARCIAN. dig. 30, 112 inquilinos sine praediis quibus adhaerent. PAP. dig. 40, 7, 34 causa ... personae ... adhaeret.

II ***translate***: *adhaerent res*: PLIN. nat. 30, 7 populis famam eius (*i. artis magicae*) ... adhaesisse. TERT. anim. 9 coloris proprietas omni corpori adhaeret. 39 *homini* adhaerebit spiritus nequam. 52. 51 animas adhaerere corporibus. IREN. 1, 30, 3 humectationi ... luminis eius omnia accurrisse et adhaesisse dicunt et circumtenuisse eam. SYMFOS. (rec. altera) 242 intus mihi (*i. silici*) virtus adhaeret. VVLG. lev. 15, 3 *vitium* cum per singula momenta adhaeserit carni eius (*συνέστηκε τὸ σῶμα αὐτοῦ διὰ τῆς ῥύσεως*). deut. 28, 60 afflictiones Aegypti ... adhaerebunt tibi (*κολληθήσονται ἐν σοί*). IV reg. 5, 27 lepra Naaman adhaerebit tibi (*κολληθήσεται ἐν σοί*) et semini tuo. Iob 31, 7 si manibus meis adhaesit macula. Ier. 42, 16 fames ... adhaerebit (*καταλήψεται ὑμᾶς*) vobis in Aegypto. Baruch 1, 20. *i. q. proprium esse, in possessione esse*: ITALA (Tert. scorp. 2) deut. 13, 7 nec adhaerebit (*προσκολληθήσεται*) quicquam manibus tuis (in manu tua VVLG.) ex devotamento eius. *adhaerent homines*: *i. q. una esse, coniunctum esse cum aliquo*: PLAVT. Asin. 209 quasi columbae pulli in ore ambo meo usque eratis ..., usque adhaerebatis. OV. am. 3, 11, 17 quando ego non fixus lateri patienter adhaesi, ipse tuus custos, ipse vir, ipse comes? VELL. 1, 9, 6 quam sit adsidua eminentis fortunae comes invidia altissimisque adhaereat. VAL. MAX. 3, 5, 3 adhaerens ... Fulvianae stolae *Clodius Pulcher*. SEN. Herc. f. 357 laterique *Megarae* adhaeret verus Alcidae sator.

PLIN. nat. 10, 51 comes perpetuo adhaesisse Lacydi philosopho dicitur *anser*. MART. 5, 41, 1 uxori semper adhaeret. SVET. Galba 14. Otho 6 obvio quoque non aliter ac si ... particeps foret adhaerente. gramm. rhet. 14 Curtius Nicia ⟨ad⟩haesit Cn. Pompeio. APVL. met. 2, 2 huius adhaerebat lateri senex (9, 22). TERT. idol. 17 servi ... sacrificantibus dominis adhaerentes. bapt. 12. anim. 1 daemonium illi (*Socrati*) a puero adhaesisse. PANEG. 2, 11 adhaerere lateri tuo non obsequia timoris, sed vota pietatis. IVVENC. 2, 670 genitor mihi testis adhaeret (*verba Christi*). LVCIF. CAL. de non conv. 11 cum propter haeresim vestram secerneremur a vobis, quomodo iterum adhaerere potueramus? VVLG. gen. 2, 24 *vir* adhaerebit (*προσκολληθήσεται*) uxori suae (*locus saepe laudatus*; Marc. 10, 7 ad uxorem suam). Luc. 16, 13 *servus domino* uni adhaerebit (*ἑνὸς ἀνθέξεται*) et alterum contemnet. CLAVD. 3, 35 adhaerens ... comitatur. CASSIAN. conl. 8, 17 singulis hominibus duo angeli adhaereant. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 3 virginem adulescenti ... indecentius adhaerentem. OROS. apol. 5, 3 communioni. SIDON. epist. 8, 6, 5 adhaerebam sellae curuli. CORP. X 8247 tota mente aderenti felicissimae filiae. PS. VEN. FORT. Amant. 30 genibus adhaerent (36). AVG. civ. 10, 16 p. 427, 28 serpens Aesculapio naviganti Romam comes adhaesit. *cum re*: LVCR. 4, 962 quo quisque fere studio devinctus adhaeret. LIV. 41, 20, 2 nulli fortunae adhaerebat animus. CVRT. 10, 5, 37 qui etiam minimae parti tantae fortunae adhaeserunt *i. Alexandri comites*. PS. QVINT. decl. 15, 10 *amor* quo perditis visceribus adhaeremus. CYPR. GALL. gen. 903 memor eloquiis cari genitoris adhaere. LVCIF. CAL. de reg. apost. 3 talibus nos adhaerere volueras, qualibus Salomon fecerat adhaerere Israelitas. VVLG. Ios. 23, 12 gentium ... erroribus adhaerere (*προσθῆσθε*). Rom. 12, 9 odientes malum, adhaerentes (*κολλώμενοι*) bono. ENNOD. opusc. 2 (p. 316, 1 Vind.) mendaciis adhaerentia verba. *i. q. consentire, oboedire, obsequi*: IREN. 4, 26, 4 his (*opp.* absistere) CONSTANT. ad Euseb. Migne 13, 565^{b} consensui fratrum. TYCON. reg. 6 (p. 68, 17 Burk.) adhaereat deo (HIER. hom. Luc. 36 *ubi sequitur* qui domino copulatur). VVLG. deut. 4, 4 vos ... qui adhaeretis (*προσκείμενοι*) domino deo vestro (10, 20. 11, 22 *passim*). 13, 4 ipsi servietis et ipsi adhaerebitis (*προστεθήσεσθε*). IV reg. 18, 6 adhaesit (*ἐκολλήθη*) domino et non recessit a vestigiis eius. psalm. 118, 31 adhaesi (*ἐκολλήθην*) testimoniis tuis. *sic* deo adhaerere *sescenties apud christianos*. SCHOL. Arat. p. 149, 14 adhaerere *conscripto* (*ἕπεσθαι συγγράμματι*). *i. q. operam dare*: AMM. 19, 3, 1 obsidioni fortiter adhaerentes. 21, 2, 4 cultui Christiano. ENNOD. epist. 4, 33 obsequiis principalibus. COD. Iust. 10, 30, 3. 12, 26, 2 famulationibus. 12, 57, 12, 3 ergasteriis. GREG. M. epist. 4, 21 quia colendis terris ... diutius adheserunt. *acuta vi manendi*: TAC. ann. 3, 21 *barbarus* inligatus praeda stativis castris adhaerebat *i. castra non relinquebat*. APVL. met. 8, 10 *nutrix* claustris adhaerens. AMM. 27, 6, 9 signis militaribus et aquilis adhaesurus *Gratianus*. VVLG. Ruth 1, 14 Orpha ... reversa est, Ruth adhaesit (*ἠκολούθησεν*) socrui suae. II reg. 20, 2 separatus est omnis Israel a David ... viri autem Iuda adhaeserunt (*ἐκολλήθη*) regi suo. CORP. XIII 2478 (*Ambarri a. 632 vel 633*) altarebus sacris prelictus (*i.* praelectus) adesit. *i. q. insistere*: VVLG. iud. 16, 6 cumque molesta esset *Dalila Samsoni* et per multos dies iugiter adhaereret spatium ad quietem non tribuens (*ἐστενοχώρησεν αὐτόν*).

audacter formatum et dictum adv. part. **adhaesē**. GELL. 5, 9, 6 oris vinclo solutus ... non turbide neque adhaese locutus est *i. ut lingua non adhaerescat titubetque*.

synonyma: *ad I*: dependere. remanere. glutinosum esse. haerere (*v. p. 636, 4*). proprium esse. *ad II*: comitem esse. devinciri. copulari. servire. non recedere a. circumtenere. *oppositа*: *ad I*: meare. avelli, recedere, separari. dirumpi. *ad II*: absistere. secerni. contemnere. odisse.

adhaerēsco, -haesī, -ere. *vis incohativa aevo sequiore aliquantum debilitatur. constructio cum dativo non aeque bene servatur atque post verbum* adhaereo; *inde* a CATONE *iam variae in usu sunt praepositiones*: in *c. abl.* (*semel c. acc.? l. 72*), subter, ad, circa. *in usu translato praevalet dat., interdum* ad *et* in (*in imagine*), *semel* post (*p. 637, 43*) *ex graeco, semel* circa *l. 77*.

I ***proprie***: CATO agr. 152 ne faex in lateribus adhaerescat (CAEL. AVR. acut. 3, 17, 141 *humores* in ventriculo). CIC. Arat. 178 *lumen* delapsum ... supter caudam Pistricis adhaesit. dom. 63 in me omnia ... coniurationis nefariae tela adhaeserunt. 13 ne in hanc tantam materiam seditionis ⟨iacta *add. CFWMüller*⟩ ista funesta fax adhaeresceret. CAES. civ. 2, 9, 1 ne quid emineret, ubi ignis hostium adhaeresceret. Gall. 5, 48, 8 *tragula* casu ad turrim adhaesit. VERG. georg. 3, 443 cum tonsis *ovibus* inlutus adhaesit sudor. HOR. sat. 2, 4, 80 veteri creterrae limus adhaesit. OV. met. 5, 38 fronte ... cuspis adhaesit. VITR. 7, 10, 2 fuliginem, quae circa parietem et camerae curvaturam adhaerescit. SEN. nat. 4, 3, 3 foliis si quae guttae adhaeserunt. 7, 23, 1 materia, cui *ignis* adhaesit et quam depascitur (AMM. 22, 13, 3 scintillae ... materiis. VEG. mil. 4, 18 *malleoli*). COLVM. 8, 3, 7 *stercus* cum pedibus uncis adhaesit. SCRIB. LARG. 240 quod ei (*specillo*) quasi pulvis adhaeserit. PLIN. nat. 18, 358. 21, 104. 8, 28 *tela* facilius adhaerescere. 9, 85 haustu quodam adhaerescunt *polypi*. 9, 133. 12, 74. 18, 361. 22, 41. 24, 176 philanthropon herbam Graeci

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appellant nasute, quoniam vestibus adhaerescat. 26,47 (*bis*). 34,123. 34,130. 34,173. 35,43. 35,46. 35,179 *de bitumine*. 37, 110. PLIN. epist. 8, 20, 7 saepe minores *insulae natantes* maioribus velut cumbulae onerariis adhaerescunt. SYMFOS. 23 corporis extremi [digito] non magnum pondus adhaesi (inhaesi *B*). PALLAD. 12, 7, 6 HIL. in psalm. 65,20. VVLG. II reg. 18,9 adhaesit caput eius (*Absalòm*) quercui (*περιεπλάκη ... ἐν τῇ δρυΐ*). Luc. 10, 11. *vi latiore*: TRAG. inc. 182 axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhaesi. CAES. civ. 1, 28, 4 naves cum militibus, quae ad moles Caesaris adhaeserant. OV. met. 1, 319 hic ... Deucalion ... parva rate vectus adhaesit. 14,440 nactusque hoc litus adhaesi. SIDON. epist. 2,2,4 balineum radicibus nemorosae rupis. *vi acuta firmiter coniungendi*: PLIN. nat. 9,109. *margaritae* crassescunt in senecta conchisque adhaerescunt nec his evelli queunt nisi lima. VVLG. Iob 19,20. psalm. 21,16 lingua mea adhaesit faucibus meis (*κεκόλληται τῷ*). psalm. 101, 6. 118, 25 thren. 4,4. MARC. med. 33,60 ut modo glutinis adhaerescat. MYTHOGR. 1, 58 *vestis Nessi* adhaesit cuti *Herculis*. *cum consilio*: AVG. gen. ad litt. (Vind. 28,2 p. 256,9) 8,16 quis *docuit* parvulum puerum adhaerescere baiulo suo, si eum fuerit ex alto iacere minitatus? de bon. coniug. 3,3 quod sibi vir et mulier adhaerescunt (*de ipso actu venereo*).

II *translate*: *adhaerescunt res*: CIC. de orat. 2,214 argumentum ratio ipsa confirmat, quae simul atque emissum (-sa *codd.*) est, adhaerescit. 1, 258 parva ... fastidiis adhaerescere. 3, 37 ut ... omnia ... ad omnium vestrum studium ... adhaerescerent. SEN. epist. 21,6 quicquid illorum memoriae adhaesit. COMMOD. apol. 164 cessit prius facinus, sed alter⟨a⟩ clades adhesit. HIL. in psalm. 136,12 ne quid sibi ... ex vitiis adhaerescat (HIER. epist. 18, 12 pulvis *i. reatus*). AVG. doctr. christ. 4,25,55 ut rebus ... accedat vel tenacius adhaerescat assensus. BOET. de diff. top. 2 (Migne 64,1188ᵃ). VVLG. psalm. 118,23 adhaesit (*ἐκολλήθη*) pavimento anima mea *i. fracta iacebat*. ISID. orig. 2,2,2 (rhet. p. 507,12) membranis retentis quasi adhaerescit memoriae series dictionis ac mox repositis recordatio omnis elabitur. *homines* (*hominibus vel exemplo sententiae moribus*): CIC. Vatin. 11 te ... extremum adhaesisse *altero consule facto*. ac. 2,8 ad eam (*disciplinam*) tamquam ad saxum adhaerescunt. off. 1,86 iustitiae honestatique *fortis civis* adhaerescet. TAC. ann. 3, 33 *uxoribus* statim adhaerescere deterrimum quemque. 11,12 illa egressibus adhaerescere. ITIN. Alex. 11 de Macedonia sibi eques pedes miles adhaerescit. HEGES. 1, 30, 3 *Herodi* universi adhaeserant. ITALA (Aug. op. imp. 4,31) gen. 2,24 homo ... adhaerescet uxori (VVLG. adhaerebit). VVLG. gen. 34, 8 Sichem filii mei adhaesit anima filiae vestrae (*προσίλετο τῇ ψυχῇ τὴν θυγατέρα*). psalm. 62, 9 adhaesit anima mea post te (*ἐκολλήθη ... ὀπίσω σου*). AVG. c. Iul. op. imp. 3, 46 pestilentibus moribus. 6, 16 errori vestro. c. Crescon. 2, 12, 15 ecclesiae. de mus. 6, 1 uni deo. vera relig. 38, 71 aeterno spectaculo ... veritatis. SIDON. epist. 4, 6, 2 sententiae cautiori. MART. CAP. 6,578 PS. VEN. FORT. vita Maur. 79. ISID. orig. 7,4,7 Babylonicis mulieribus. 9,7,16 circa consortium alterius viri.

i. q. remanere, non procedere, non moveri (*imagine saepe a navi sumpta cf. l. 8 sqq.*): CIC. Sest. 18 in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam [in] fretu ad columnam adhaeresceret. Brut. 320 *Hortensius* in ceteris eloquentiae partibus ... adhaerescens. fin. 5,49 ut homines ad earum (*Sirenum*) saxa discendi cupiditate adhaerescerent. Att. 4, 4ᵇ, 2 fac venias, si potes in his locis adhaerescere. VAL. MAX. 6, 9, 14 praeturae candidatus supremo in loco adhaesit (ita haesit *codd.*). SEN. dial. 4, 24, 1 ille osculo meo non adhaesit (SIDON. epist. 3, 3, 6 complexibus). STAT. Theb. 10,932 *Capaneus fulminatus* stat tamen extremumque in sidera versus adhaesit *scil. scalis vel muro*. PANEG. 10,27 ut ... miseriarum vadis adhaerescerent. *similiter de rebus*: CIC. epist. 8,5,3 tamquam in quodam incili[c] ia⟨m⟩ omnia adhaeserunt. Brut. 274 *oratio M. Calidi* ita libere fluebat, ut nusquam adhaeresceret.

synonymum ad II: accedere. *opposita*: avelli. *ad II*: cedere. elabi.

adhaesibilis, -e. *ab* adhaesum. SCHOL. Hor. carm. 3,19,28 lentus amor: adhaesibilis.

adhaesio, -ōnis *f. ab* adhaerere. GLOSS. Plac. V 3, 8 adhaesio bene dicitur ab eo quod est haerere. CIC. fin. 1, 19 complexiones et copulationes et adhaesiones atomorum inter se. APVL. mund. 2 *stellae* mutuis adhaesionibus nexae (*ἐν ἀλλήλοις περιέχεσθαι Aristot.*). HIER. epist. 178,9 *vocabulum hebr. Dephca* adhaesionem remissionemque transtulimus. *translate*: AVG c. Iul. op. imp. (Migne 45,1111ᵃ) 1,94 ut ... dignitas nominum dogmatum tuorum adhaesione vilescat. in psalm. 118 serm. 10,2 adhaesio ista ... non coniunctionem carnis et animae ..., sed carnalem magis animae affectum, quo caro concupiscit adversus spiritum, significare mihi videtur. vita erem. 39 adhaesio ista caritatis. serm. 216, 5 hanc adhaesionem illa dilectio praestat. serm. app. (Migne 46, 832) 5, 4 anima adhaesione dei digna creata est.

adhaesus, -ūs *m. nomen ab Lucretio fictum, quod* adhaesio *in versum non conveniebat*. NON. 73 adhaesum ab adhaerendo (coh- *codd.*) dixit Lucretius. GLOSS. V 637,30 adhaesum cohaerentem, *nisi revocandum est ad verbum cf. p. 634, 1*. LVCR. 3, 381 nam neque pulveris interdum sentimus adhaesum corpore. 4, 1242 *semen* tenue locis quia non potis est adfigere adhaesum, liquitur. 5,842 vinctaque membrorum per totum corpus adhaesu *portenta*. 6, 472 litore vestes suspensae, cum concipiunt umoris adhaesum.

adhālo, -āvī, -āre. *ab* ad *et* halare. PLIN. nat. 22, 95 *serpens* si patescentem *boletum* primo adhalaverit.

Adherbal, -lis *m. nomen Punicum, gr. Ἀδάρβας* (*Ἀδαρβάλου* Paian. Eutrop. 4,26). *Micipsae filius a Iurgurtha pulsus et necatus*: SALL. Iug. 5,7. 9,4. 10,8. 11,3 *passim*. FRONTO p. 126,6 N. Aderbalis. FLOR. 1, 36, 4. 5 VIR. ill. 66, 7 EVTR. 4, 26. CLAVD. 15, 409 lacrimisque senatum in Numidas pulsus solio commovit Adherbal (aderbal, aterbal, atherbal *variant codd.*). OROS. 5, 15, 3 Atherbalem (*sic Vat. s. VIII Rehd. s. IX/X*). IORDAN. Rom. 210 Aterbalae. *dux Carthaginiensium victus a C. Laelio a. a. Chr. 206*: LIV. 28,30,4. 5. 6. 12. CORP. VIII 6141 (*Arsacalae Numidiae*) Q. L. Mustiolus Adarb(al?). **Adherbēs,** -ae *Poenus*. SIL. 7, 601 prosternit Adherben *Fabius*. *V.*

Adhēsis *v.* Aesis.

Adhibē *ex imperativo nomen*. CORP. VI 27938 M. Valerio Adhibe. *Otto.*

adhibeo, -uī, -itum, -ēre. *ab* ad *et* habere. [*cf. c. umbr.* n e i 'd h a b a s 'ne adhibeant'. *Th.*] *verbum generis relativi, ut aut addi dativus (vel praepositio) aut subaudiri debeat*. GLOSS. adhibeo *παραλαμβάνω. προσλαμβάνω. προσλαμβάνομαι. παρέχω. προσάγ[ορευ]ω.* adhibe: iunge; adiunge; accommoda; adsiste. adhibete (adhibitae *codd.*): praesentes facite (*v. p. 643, 71*). adibuit *προσηνέγκατο*. adhiberi *προστίθεσθαι*. adhibenda: praestanda (BENED. reg. 36, 2). adhibitis *συνπαραληφθέντων* (*συναποληφθέντων cod.*). congregatis, convocatis. adhibitus *ἐπακτός*. adhibita ⟨a⟩scita. *legitur inde a* PLAVT. *et de rebus corporeis et de incorporeis, raro tamen apud poetas: apud* OV. *13ies*, LVCR. *7ies*, VERG. *quater; trinis locis apud* HOR. STAT., *binis* IVV. MART., *singulis* TIB. EPICED. Drusi. SEN. trag. VAL. FL. SIL. *deest apud* CAT. PVBLIL. PROP. GRATT. GERM. MANIL. PHAEDR. LVCAN. PERS., *praeterea apud* VELL. *et* MELAM. *verbum adamavit* CIC. (*legitur 360 locis*) QVINT. (*106 locis*), AVG. (*in* civ. dei *81 locis*), COLVM. (*74 locis*); *apud* LIV. *invenitur 48ies*, SEN. *36ies*, PLIN. nat. *25ies*. PLAVT. Trin. 264 (adhibendus *AP*) *v. sub* abhibeo. *in codicibus saepe scriptum est* athibeo *sive* adibeo.

I *corporea*: *res animantia*: 1 *indicata re, persona, actione, quo motus tendit*: **a** *praepositionibus*: **ad:** VARRO rust. 2, 1, 4 ad cibum (*sc. augendum*) ... lacte et caseum ovium adhibitum, ad corpus vestitum et pelles adtulerunt. CIC. Tusc. 5,99 ad panem (*sc. condiendum*) ... quicquam praeter nasturcium. VERG. *v. p. 641, 60*. OV. am. 2, 1, 37 ad mea ... vultus adhibete ... carmina. PLIN. nat. 22,143 sucus ad oris exulcerationes et genitalium (*sc. sanandi causa*). 23, 20 ad expuitionem (expiationem *codd.*) sanguinis ... *radicem*. *cf.* MART. CAP. 9, 926 (*in imagine*: CIC. Tusc. 4,63 ad recentes quasi tumores animi remedium). GELL. 15, 17, 1 tibias ... ad os (*sc. canendi causa*). LAMPR. Hel. 5,4 *v. p. 641, 55*. CIC. nat. deor. 2, 150 ad inventa animo, percepta sensibus (*sc. ad effectum quendam perducenda*) adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos. LVCR. 1, 50 auris ⟨animumque⟩ ... adhibe ad veram rationem (*sc. intellegendam*). CIC. nat. deor. 1,112 *v. p. 641, 61*. VARRO rust. 2, 1, 21 cuius scientiae genera duo, ut in homine, unum ad quae (*proeorum morborum, ad quos*) adhibendi medici *sunt* (SEN. epist. 50, 4 ad recens vitium). CIC. Verr. 6, 137 ad ea convivia (*sc. celebranda*) matres familias (AVG. civ. 6, 7. LIV. 1,7,12 ad dapem. 23, 9, 4 ad *mensam*. SEN. dial. 5, 15, 3 ad regiam ... mensam. TAC. hist. 2, 68 ad epulas). Cluent. 144 ad quas (*leges sc. interpretandas*) adhibemur. Brut. 301 ad maiores causas (*sc. agendas*) adhiberi coeptus est (opt. gen. 11). dom. 118 ad quam (*dedicationem*) non conlegium, non ... pontificem, non ... adulescentem quemquam. Phil. 1, 2 ad deliberationes eas, quas habebat domi de re publica, principes civitatis. *v. etiam p. 641, 58*. CAES. Gall. 1, 40, 1 ad id consilium adhibitis centurionibus (7, 77, 3 ad concilium). LIV. 1, 56, 5 ad publica prodigia Etrusci ... vates adhibentur. 37, 3, 6 decem ingenui, decem virgines ... ad id sacrificium (*cf.* FEST. 57). SEN. contr. *v. p. 641, 57*. SEN. dial. 10, 12, 4 ad res serias saepe etiam tristes adhibiti sunt *homines*. VLP. dig. 28, 1, 18 pr. testes ... ad testamentum (28, 1, 20, 2 *ibid.* 5. 28, 1, 21, 2 PAVL. dig. 22, 5, 15 sent. 3, 4ᵃ, 10; PAVL. sent. 3, 4ᵃ, 12 ad testamenti sollemnia). VLP. dig. 28, 1, 20, 7 servus ... ad sollemnia adhiberi non potest. 28, 1, 22, 1 ad testium numerum. CHAR. dig. 1, 11, 1, 1 qui ... ad huius officii magnitudinem adhibentur. GAIVS dig. 36,3,16 fideiussores ad ... stipulationem (inst. 3,110 ad id quod stipulamur). *nota*: FEST. 329 Salias virgines Cincius ait esse conducticias, quae ad Salios adhibeantur (*sc. cum quibus sacra celebrent; cf. Marquardt, St.-V.² III p. 433*). **in:** CELS. 4, 23 p. 149 in hoc (*intestinorum levitatem*) ... adhibere oportet comprimentia. CIC. Verr. 6,28 nonnullae (*mulieres*) ... in convivium adhibebantur (NEP. praef. 7 IVST. 7, 3, 3 AMM. 27, 12, 3). 3, 74 illis adhibitis in consilium (*cf. p. 640, 43*; LIV. 35,19,1. 36,7,2 VAL. MAX. 3,7,6. 5, 9, 1. 8, 2, 2. SEN. nat. 2, 41, 2 *syn.* advocat. QVINT. inst. 4, 2, 22 PLIN. epist. 5, 1, 5. 6, 11, 1 AMM. 31, 12, 5 AVG. civ. 4, 23 CORP. XI 6337, 7. *nota*: CIC. epist. 2, 7, 2 tecum loquere, te adhibe in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

consilium, te audi, tibi optempera). top. 65 *iuris consulti* adhibentur in consilia (Liv. 1, 54, 1 in consilia publica). div. 2, 72 qui in auspicium adhibetur. Ascon. in Corn. p. 60 B. paucos ... ho⟨mines⟩ ... in iudicium. *apud posteriores etiam* in *cum abl.*: Vlp. reg. 1, 13ª in consilio adhibentur Romae quinque senatores (Herm. rec. Pal. sim. 5, 4, 1 Spart. Hadr. 22, 11). Lampr. Hel. 26, 4 adhibuit in tali contione ... lenones. *de praepositione* **cum** *v. p. 640, 10.*

b *dativo* (*structuram dativi gerundivi v. sub 2b p. 640, 72 sqq.*): *in medicina*: Cic. Sest. 135 sanae parti corporis scalpellum. Tusc. 4, 58 remedia morbis animorum (*in imagine; cf.* Sen. dial. 9, 9, 2 desideriis naturalibus. Cvrt. 10, 2, 21 insanabilibus). Sest. 135 medicinam ... rei publicae (*in imagine*). Cels. 1 prooem. his (*generibus morborum*) ... remedia (7, 7, 15 *venis*. Sen. dial. 12, 14, 1 volneri. epist. 99, 29 aliis *sc. corporis partibus*). Colvm. 6, 30, 3 frigori fomenta. 6, 30, 6 eadem ... medicina tumentibus *maxillis* (Hier. epist. 124, 8 vulneribus). 6, 16, 3 ulceribus ... linamenta (Plin. nat. 26, 149 folia). Plin. nat. 22, 133 purgationem eam ... insaniae melancholicae, comitialibus, podagris. 24, 75 *hedera* nervis adhibita foris prodest. Tac. ann. 14, 6 medicamina vulneri et fomenta corpori. Apvl. met. 8, 18 vulneribus medelas. *v. p. 641, 73. addito instrumento, quo quid admoveatur*: Scrib. Larg. 67 laser ... Syriacum ... per pinnam faucibus adhibitum. *cur quid adhibeatur ex verborum contextu apparet*: Cic. agr. 2, 47 adhibeant manus vectigalibus vestris (*in imagine*). Ov. met. 9, 216 genibus ... manus (*supplicandi causa*). Sen. Herc. O. 1078 pomis (*habendi causa*). Lampr. Hel. 5, 4 *v. p. 641, 55*. Colvm. 2, 14, 2 quam (*urinam*) ... vitibus aut pomorum arboribus (*stercorandi causa*; *cf.* 11, 3, 12 *stercus* glareae aut ... arenae). 4, 7, 2 caulibus ... falcem (*putandi causa*). 12, 23, 3 huic notae vini sal. 12, 49, 5 quae (*conditurae*) lautioribus mensis adhibentur (Qvint. inst. 1, 10, 20 epulis fides ac tibias. Avg. civ. 2, 5. *v. etiam p. 641, 79*). Qvint. inst. 12, 10, 76 fucinis sulpura (*probandi causa*). Vlp. dig. 50, 16, 216 corpori ... vincula. Gaivs dig. 50, 16, 236 omne, quod adhibitum, naturam eius, cui adhibitum esset, mutat. Avg. civ. 14, 17 extr. genitalibus tegmina. Fest. 238 alteram (*porcam*) ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Ceriali. *in imagine*: Lvcr. 3, 1018 mens sibi conscia praemetuens adhibet stimulos. *incertum dativus an ablativus temporis*: Plin. nat. 18, 119 auctionibus adhibere eam (*fabam*). 18, 124 quod (*cicer*) religio pervigiliis adhibet. *v. etiam p. 641, 42.* Cic. de orat. 2, 186 aegro adhibere medicinam (Tusc. 4, 59 *in imagine*: lugenti ..., miseranti aut invidenti. Att. 16, 15, 5 desperatis. Colvm. 6, 18, 2 bubus). nat. deor. 3, 69 vinum ... aegrotis. Colvm. 8, 5, 22 remedia ... laborantibus (7, 7, 3 ovibus. 8, 11, 16 gallinaceis. 9, 5, 4 languentibus. 9, 13, 5 aegris examinibus. Plin. nat. 28, 59 alicui). Cic. Rab. perd. 11 civibus ... vincla (Ov. fast. 3, 293 captis). Brut. 204 alteri (*Ephoro*) ... calcaria ..., alteri (*Theopompo*) frenos (*in imagine*). Colvm. 6, 27, 1 quae utraque (*scil. et auctor industrius et pabuli copia*) ... pecoribus (*educandis*). Mart. Cap. *v. p. 641, 74.* Cic. nat. deor. 1, 3 deis immortalibus cultus, honores, preces. Val. Fl. 3, 412 armenta ... deis (*sacrificandi causa*). *obiectum ex antecedentibus supplendum est*: Cels. 3, 20 p. 104 D. si expergiscitur *aeger*, adhibere ei, ut sopito, supervacuum est *scil. ea, per quae sternutamenta evocantur* (*antecedit* admotis iis, per quae ...). *nota*: Itin. Alex. 16 Aradum multasque sibi alias adhibet civitates (*i. sibi adiungit; cf.* Arrian. 2, 13, 8). Greg. Tvr. glor. mart. 83 ab ipsis paleis focos sibi adhibuerant excussores *seminum*. Ov. met. 6, 647 Terea mensis (Colvm. 11, 1, 19 *et v. p. 641, 67*). Liv. 23, 8, 5 convivio neminem Campanum (Cvrt. 8, 1, 22. 8, 5, 9 Flor. 1, 12, 11 Capitol. Opil. Macr. 13, 5 Lampr. Alex. 48, 2 Treb. trig. tyr. 25, 4 Spart. Hadr. 9, 7 Treb. Gall. 17, 8 Anon. Vales. 5, 28 Svlp. Sev. vit. Mart. 25, 3). Qvint. inst. 11, 2, 12 adhibitus ei cenae Simonides (decl. 296 p. 170, 5 Plin. epist. 6, 31, 13 Svet. Caes. 73 Aug. 74. Cal. 25 cenae nuptiali. Claud. 32 Tit. 9). Tac. ann. 2, 28 Libonem ... convictibus. Svet. Cal. 27 alium ... epulis. Verg. *v. p. 641, 68*. Pavl. Fest. 110 canes adhibentur eius (*Aesculapii*) templo. Mart. 6, 57, 3 tonsorem capiti. Cic. div. 1, 95 publicis consiliis ... sacerdotes. Caes. Gall. 6, 13, 1 (concilio *β*). Cvrt. 6, 8, 1. 10, 6, 15 Tac. ann. 14, 62 Plin. epist. 6, 15, 3. Treb. trig. tyr. 27, 1 eosdem ... contionibus. Fest. 334 quibus (*funeribus*) adhibentur ... ludi⟨i⟩ corbitoresque. Val. Fl. 3, 412 socios ... sacris (Stat. Theb. 4, 630 sacris ... nefastis. Apvl. apol. 44 sacrificio). Colvm. 1 praef. 4 ei studio, quod quis agere velit, consultissimum rhetorem adhibeat. Qvint. inst. 1, 2, 13 quibus (*partitionibus et declamationibus rhetorum*) ... quantuscumque adhibeatur numerus *discipulorum*. Tac. ann. 15, 14 testis iis, quae pepigissent (Vlp. dig. 22, 5, 17 alieno negotio. Avg. civ. 4, 31 sententiae). Vlp. dig. 28, 1, 20, 10 cui rei (*scil. testamento*) *aliquis* adhibitus sit. Apvl. apol. 47 cui (*magiae*) ... pauci adhibentur (*bis*). *v. etiam p. 641, 71.* Ivvenc. 3, 757 omnes ... laetis nati thalamis (*i. nuptiis, cenae nuptiali, v. l. 61 et 62*). Sidon. epist. 2, 12, 3 contubernio nostro ... Iustus (*medicus*) adhibebitur. Ter. Phorm. 714 hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testis adhibeam (Vvlg. Is. 8, 2). Cic. *v. p. 641, 66*. Rab. perd. 11 civibus Romanis ... carnificem (Sen. contr. exc. 8, 1 ne carnificem, quem sacrilegis minantur, calamitosis adhibeant). Fest. 242 pronubae adhibentur nuptis. Cvrt. 6, 10, 30 solent rei capitis adhibere vobis (*iudicibus*) parentes. Scaev. dig. 28, 5, 86 non eam mentem testatoris fuisse, ut quemquam heredem adhiberet fratri. Vlp. (Trib.?) dig. 24, 2, 11, 2 si *patronus* concubinam sibi adhibuerat. *v. etiam p. 641, 65*. Gell. 12, 1, 5 puero nutrices (Avg. civ. 6, 9 p. 263 D.). Hier. epist. 117, 8 obstetrices ... languenti. Avg. civ. 3, 11 extr. fugitivis custodes ... vel ... invalidis adiutores. 20, 14 vitam suam quisque (*hominum*) ab angelo sibi adhibito audiet recitari. *v. etiam p. 643, 81. nota*: Ter. Phorm. 880 tibi potestatem eius (*puellae*) adhibendae (*sic A*, habendae *Call.*) dari (*i. licet eam uxorem tibi adhibere*). *nota apud posteriores pro dativo legi praepositionem* cum: Vvlg. Matth. 18, 16 adhibe tecum adhuc unum vel duos (*παράλαβε μετὰ σοῦ*). Svlp. Sev. chron 1, 19, 2 adhibito secum Aaron, Nabad et Abiud. vit. Mart. 11, 3 paucis secum adhibitis fratribus. Oros. hist. 3, 12, 25 adhibitis secum Atheniensibus. **c** *adverbiis loci*: Plavt. Pseud. 152 hoc agite, hoc animum advortite, huc adhibete auris, quae ego loquor. Cas. 475 huc aures. Ov. am. 2, 13, 15 huc vultus.

2 ***indicato fine*: a** *praepositionibus*: **ad:** Cic. nat. deor. 2, 40 quem (*ignem*) adhibemus ad usum atque victum. de orat. 3, 155 vestis ... adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem. Plin. nat. 24, 43 *v. p. 641, 76*. Sol. 53, 22 ad gratiam poculorum ... gemmarum ... apparatum. Ov. met. 5, 111 tu quoque, Lampetide, non hos adhibendus ad usus, ... iussus eras celebrare dapes festumque canendo. Liv. 1, 7, 12 adhibitis ad ministerium dapemque (*v. p. 638, 56 sqq.*) Potitiis ac Pinariis (*cf.* Colvm. 11, 1, 23). 5, 3, 6 ad cuius (*aegri*) curationem ... adhibeantur. 5, 17, 1 eum (*vatem*) ... ad prodigii procurationem ac deos rite placandos (*v. l. 35*). Sen. epist. 75, 7 urendus, secandus, abstinendus sum. ad haec adhibitus es. Cic. Tusc. 5, 111 ad investigandum ... oculos advocatos. ad Brut. 1, 18 (= 9, 26), 4 machinas ad tenendum adulescentem (*in imagine*). Plin. nat. 24, 43 *v. p. 641, 76*. Cic. opt. gen. 11 ad picturam probandam adhibentur etiam inscii faciendi. off. 1, 147 ad ea eligenda ... doctos homines. epist. 7, 13, 2 tu soles ad vim faciundam adhiberi. 9, 2, 5 *nos* non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rem publicam. Att. 14, 3, 2 ad obsignandum tu. *v. etiam p. 641, 78*. Liv. 5, 17, 1 *v. l. 25*. Pavl. dig. 2, 8, 8, 1 mulierem ... ad satisdandum. Pap. dig. 22, 5, 14 ad testamentum faciendum ... adulterii damnatus. Vlp. dig. 4, 9, 7, 5 qualescumque ad instruendam navem. Gell. 12, 1, 17 quam (*nutricem*) ad praebendum lactem. Marc. et Comm. apud Mac. dig. 1, 18, 14 extr. ad hoc ..., ne ... *v. p. 641, 64*. **in:** Plin. nat. 24, 69 flos et folia et cortex in eosdem usus adhibentur. Qvint. decl. 350 p. 378, 20 quaedam in voluptates ... et luxuriam. Tac. ann. 2, 31 in novissimam voluptatem ... epulis. *de structura* aliquem in consilium adhibere, *quae potest etiam sensu finali accipi, v. sub 1 a p. 638, 81 sqq.* Cic. *v. p. 641, 66*. Ov. met. 11, 447 Alcyonen in partem ... pericli. Sen. benef. 3, 15, 3 in quid isti ornati viri adhibiti sunt? Pavl. coll. 4, 2, 2 si ... adulterum ... deprehenderit *vir*, isque in eam rem socerum adhibuerit. Gaivs dig. 46, 1, 70, 5 in nullam rationem adhibetur fideiussor. Vlp. dig. 46, 1, 8, 7 qui pro aliis obligantur, ... in duriorem causam. Ivst. 3, 6, 2 in cuius (*belli*) auxilium ... Athenienses. Amm. 15, 8, 8 Iulianum in Caesaris ... potestatem. 27, 10, 10 nullo in conscientiam arcani. 26, 2, 8 in omnes casus socia potestate collegam. 31, 9, 3 Taifalos ... in societatem (25, 10, 11 in societatem trabeae Varroniano filio). Svlp. Sev. chron. 2, 1, 4 in honorem et gratiam adhibiti. Bened. reg. 62 episcopus adhibeatur in testimonium. **causa:** Varro frg. Charis. gramm. I 144, 21 fax ex spinu alba praefertur, quod purgationis causa adhibetur. Liv. 42, 40, 3 salutis causa tristiora remedia. Pavl. Fest. *v. p. 642, 3*. Sen. nat. 1, 17, 10 speculum ornatus ... causa. Colvm. *v. p. 641, 67*. Vlp. dig. 34, 2, 19, 13 quid cuius rei ornandae causa. 34, 2, 19, 20. Plin. nat. 33, 26 servorum quoque causa nomenclator adhibendus. Pavl. dig. 46, 3, 98, 5 solutionis ... causa adhibetur Titius. **gratia:** Fest. *v. p. 642, 4*. Vlp. dig. 34, 2, 19, 15 margaritae auri ornandi gratia. **ob:** Sen. contr. 9, 2 (25), 13 *v. p. 641, 57*. **b** *dativo*: Pavl. Fest. 117 laurum omnibus suffitionibus adhiberi (Plin. nat. 15, 138 purificationibus). Fest. 348 spurcum vinum est, quod sacris adhiberi non licet (11). *v. etiam* Pavl. Fest. (sacrificiis) *p. 641, 81*. Colvm. 6, 17, 9 mel aliusve sucus remediis adhibetur. Qvint. inst. 5, 14, 1 quae (*res*) probationi alterius adhibetur. Avg. civ. 7, 30 quem (*ignem*) focis et luminibus adhiberent. Diosc. 1, 23 aqua ... fomento (2, 92). Plin. nat. 29, 63 lethargi ... medicinae ... adhibent *cimices*. Plin. nat. 27, 30 radix discutiendis concoquendisque adhibetur. 21, 166 expurgandis ulceribus. 25, 109 purgandis domibus *herba*. 24, 43 *v. p. 641, 76*. Qvint. inst. 7 prooem. 1 disponendis eis (*saxis*) collocandisque ... manus. Avg. civ. 1, 13 quae curandis funeribus condendisque corporibus defunctorum adhiberi solent. Pavl. Fest. 56 qui signandis testamentis adhibebantur. Sen. dial. 3, 16, 4 civitati curandae adhibitus sum. Gell. 19, 10, 2 fabri ... balneis novis moliendis adhibiti. **c** *accusativo praedicativo*: Cic. Tusc. 5, 112 caecum adhibebant ducem (*v. etiam p. 642, 1*). off. 2, 71 Themistocles est auctor adhibendus (*v. etiam p. 641, 84*). Mur. 7 vos ... arbitros (Apvl. *v. p. 641, 70*. Hier. epist. 117, 9 amicos). Sull. 13 nos ... patronos (Svet. Otho 4 *Otho*. Avg. civ. 8, 18 eos). Deiot. 31 ille adiutorem servum ... repudiavit, tu etiam accusatorem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adhibuisti. Att. 14, 14, 5 ipsos non laudere, qui te obsignatorem adhibuerunt. Verr. 6, 139 (*aliquis adhibetur testis*) *v. l. 78.* Vlp. dig. 28, 1, 20, 4 Gaivs inst. 1, 113 *et* 119 *et* 2, 104. 2, 108. 2, 106 Avg. civ. 2, 18 *v. etiam l. 71.* Verg. *v. l. 68.* Liv. 27, 30, 5 adhibitus ab Aetolis et (*i. etiam*) ex finitimis pacificator Amynander. Sen. contr. exc. 9, 6 consciam ... *filiam.* Colvm. 8, 2, 7 anus ... vel puer adhibeatur custos vagantium. Gaivs inst. 2, 103 alius ... familiae emptor adhibetur. *per effigurationem*: Plin. paneg. 75 orbis terrarum pietatis nostrae adhiberetur testis et conscius. Fronto *v. l. 69.* *nota*: Ennod. epist. 1, 3 p. 6, 27 Vind. huius rei magnitudo vestra adhibere se indicem fugit. **d** *adiectivo, quod obiecto adiunctum est*: Verg. *v. l. 60.* Apvl. *v. l. 73.* Marc. chron. II p. 88, 12 Iacobus ... medicas adhibuit manus. **e** *enuntiato*: Cic. Cluent. 139 si causae ipsae pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem: nunc adhibemur, ut ea dicamus ... quae. *v. etiam l. 63.* Vlp. dig. 47, 5, 1, 2 qui adhibentur, ut navis naviget. 4, 4, 7, 2 adhibere debet curatores, ut ei solvatur pecunia. Avg. civ. 22, 8 Alexandrinum ..., ut ipse faceret quod .... Vlp. dig. 43, 13, 1, 7 si forte aggeres vel quam aliam munitionem adhibuit, ut agrum suum tueretur. Soran. 95 quae adhibenda sunt ... ut lac abundet nutricis. Cels. 5, 27, 3 homo adhibendus est, qui id vulnus exsugat. Vlp. dig. 4, 4, 3, 5 adhibenti aliquem, qui dotem stipularetur (Pavl. dig. 23, 3, 72). Gaivs inst. 1, 119 *adhibito* alio ..., qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens. Tac. ann. 11, 27 adhibitis, qui obsignarent.

3 *addito* ***qua in re*****:** Cic. de orat. 2, 205 parvis in rebus ... dicendi faces (*in imagine*). *v. etiam l. 82 sqq.* Pompon. (*ex Varo*) dig. 50, 16, 239 quod (*aratrum*) in urbe condenda (*v. etiam p. 642, 4*). Pavl. sent. 5, 15, 6 in re pecuniaria tormenta (dig. 48, 18, 18, 2 in ea causa). Vlp. reg. 9 p. 581 H. in quo (*sacrificio*) panis ... farreus adhibetur (Gaivs inst. 1, 112 *v. etiam* Pavl. Fest. *p. 642, 2*). Oribas. syn. 1, 31 senapismum ... in pegris et stupentibus passionibus. Varro ling. 6, 81 in cretione adhibere ... testes (Pavl. dig. 28, 1, 30 in testamento). Cic. Verr. 3, 189 adhibentur in scribendo de conventu viri primarii. Ivl. dig. 45, 2, 5 fideiussorem ... in ea obligatione (Pavl. dig. 42, 1, 41 pr.). *nota loci definitionem*: Cic. fin. 4, 29 in sole ... lucernam adhibere. Varro *v. l. 41.* Cels. 6, 6, 9 ab occipitio ... cucurbitula adhibenda est (*cf. I p. 21, 73*).

4 *addito* ***quando*****:** Plavt. Poen. 1317 quin (qur non *A P*) adhibuisti, dum istaec loquere, tympanum? (Cels. 5, 26, 34 medicamenta ..., dum malum serpit, ... nulla). Varro ling. 5, 61 ea (*ignis et aqua*) nuptiis (*v. Spengelii adnot.*) in limine adhibentur (*cf. etiam exempla incerta p. 639, 37*). Pavl. Fest. *v. l. 80.* Cels. 1, 3 p. 20 D. exigua potio neque adhibita, nisi cum ... cepit (1, 3 p. 18 *medicamenta.* Colvm. 1, 6, 18 ignem lucernamque). 7, 19 p. 299 cetera eadem, quae, ubi pus moveri debet, adhibenda sunt (3, 18 p. 99 remedia. Oribas. syn. 1, 19 p. 824 ydreleon). Lampr. Alex. 37, 6 adhibebatur anser diebus festis, Kalendis autem Ianuariis ... fasanus (*v. etiam l. 68 et 79*). Vvlg. Sirach 18, 20 ante languorem ... medicinam. Avg. civ. 22, 8 quid adhiberet, quando doleret. Plavt. Pers. 595 quantum est adhibere hominem amicum, ubi quid geras. Plin. epist. 1, 5, 4 me ..., cum recitaret librum, non adhibuerat. Gaivs inst. 3, 117 adstipulatorem ..., cum ita stipulamur. 3, 107 sicubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur ⟨tutor⟩.

5 ***variae structurae*** *coniunctae*: *1a et 1b*: Lampr. Hel. 5, 4 una manu ad mammam, altera pudendis adhibita. *1a et 2a*: Sen. contr. 9, 2, 12 ad ea (*supplicia*) magistratus ob custodiam, non ob laetitiam (saevitiam *Lipsius*). *1a et 2c*: Cic. Verr. 5, 93 ad ... scelus ... furtumque ... homines ... duces atque adiutores. *1a et 2d*: Verg. georg. 3, 455 medicas ... manus ad volnera. *1a et 2e*: Cic. nat. deor. 1, 112 quem cibum ... aut quas potiones aut quas vocum aut florum varietates aut quos tactus, quos odores adhibebis ad deos, ut eos perfundas voluptatibus (*de philosopho deos forma humana sibi fingente*). *1b et 2a*: Marc. et Comm. apud Mac. dig. 1, 18, 14 extr. custodes furiosis non ad hoc solum adhibentur, ne .... Cic. off. 2, 82 adhibuit sibi in consilium ... principes. *1b et 2a et 4*: Colvm. 1, 8, 5 eum (*servum*) ... honoris causa mensae suae die festo ... adhibere. *1b et 2c*: Verg. Aen. 8, 56 hos castris adhibe socios. Fronto p. 131, 4 N. adhibeo tibi deprecatores humanitatem ipsam (*per effigurationem*). Apvl. Socr. p. 130 Oud. quem miseris auxiliatorem ... ciebo? quem ... iuri iurando arbitrum adhibebo? Avg. civ. 4, 31 cui sententiae suae testem adhibet ... gentem Iudaeam. *1b et 2d*: Apvl. Plat. 2, 18 medici ... corporibus non adhibent medentes manus. *1b et 2e*: Mart. Cap. 1, 7 crepitacula tinnitusque, quis infanti somnum induceret, adhibebat quiescenti. *2a et 2b*: Plin. nat. 24, 43 mastiche lentisci replicandis palpebris et ad extendendam cutem in facie et zmegmata adhibetur. *nota*: Cic. Verr. 6, 139 ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possem. *1b et 4*: Vop. quatt. tyr. 8, 10 quos (*calices*) tu velim festis diebus conviviis adhibeas. *2b et 4*: Pavl. Fest. 87 *faba* et Lemuralibus iacitur larvis et Parentalibus adhibetur sacrificiis (*cf.* Plin. nat. 18, 118 parentando utique assumitur). *2c et 3*: Cic. de orat. 3, 122 si in civium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus publicis adhibendi auctores et principes sumus. Verr. 4, 23 hunc in omnibus stupris, hunc in fanorum expilationibus, hunc in impuris conviviis principem adhibebat. *2a et 3*: Pavl. Fest. 85 quaecumque ... purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur. Fest. 258 quae solent boni [h]ominis gratia in urbe condenda adhiberi.

6 ***obiectum nude positum*** *est, ita tamen, ut quae sit res, persona, actio, quo motus tendat, sive qui finis facile ex verborum contextu appareat*: **a** *aliquid*: Varro ling. 6, 18 *mulieres* e caprifico adhibent virgam (*sacrificio*). 7, 84 ne quod scorteum adhibeatur (*ad sacra facienda vel in templum*). Cic. leg. 2, 24 casta corpora (*ad sacrificia*). Cato 36 tantum cibi et potionis (*corpori*; Cels. 4, 12 p. 136 D.). fin. 2, 64 cetera illa *i. res voluptarias* (*sibi; antecedit* utebatur ... eo cibo ... vino). Tusc. 3, 35 *eae res* stimulos admovent, ignis adhibent (*cf.* Tusc. 2, 61 cumque quasi faces ei doloris admoverentur *et* off. 2, 37 *et l. 51*). off. 3, 39 *in imagine*: tormenta (*v. l. 61. proprie*: Char. dig. 48, 18, 10, 3). Arch. 5 quorum (*consulum*) alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset (*carminibus, quibus illas tractaret, audiendis probandisve*). orat. 79 *in imagine*: tum removebitur omnis insignis ornatus ..., ne calamistri quidem adhibebuntur (*i. artificiosa orationis ornamenta*). Cels. 3, 21 pueriles aut muliebres manus (*corpori fricando*; 7, 26, 2 *vesicae.* Colvm. 5, 10, 7 *qui tamen locus non sanus videtur.* Tac. dial. 31 *in imagine de medici officio sumpta*: *orator* adhibebit manum et temperabit orationem). Cels. 7, 26, 3 ferramentum adhibetur ..., quod admotum calculo ... eum findit. 8, 5 fascia (*ossi*). 7, 7, 4 scalpellus (*angulo.* 7, 7, 8. 7, 20 p. 301 D.). Sen. dial. 3, 16, 2 vincula publica et carcer (*tibi; antecedit* omne poenae genus remedi loco admoveo). Colvm. 2, 14, 3 *vetus amurca* per se quoque adhibita (*arboribus*) ... iuvat. Calp. ecl. 5, 107 sucos ... novos (*pecori*). Qvint. decl. 301 p. 187, 22 haec vilia (*cenae*). Vlp. dig. 28, 1, 22, 5 signum ... anulo ... impressum (*rei*). Gaivs dig. 50, 16, 236 *v. p. 639, 32.* inst. 1, 122 aes et libra (*mancipationi*). Apvl. met. 11, 25 sacrificia (*tibi, deae*). Avg. civ. 1, 13 quod (*ornamentum vel adiutorium*) adhibetur extrinsecus (*corporibus*). 11, 22 venena ... convenienter adhibita (*hominibus*). 12, 4 qui (*sol*) convenienter adhibitus (*rei, homini*). 21, 4 aquam (*calci*). Theod. Prisc. eup. faen. 32 cucurbitarum (*corporibus*). Prisc. Anast. 201 aurum. *saepissime de medicamentis*: Cels. 5 prooem. medicamentum (5, 26, 30 vehementiora. Scrib. Larg. 228 Plin. nat. 28, 27 Avg. civ. 19, 12). 7, 29 p. 317 D. medicinam (Colvm. 6, 31, 1 Qvint. decl. 320 p. 257, 18. Avg. civ. 15, 6 extrinsecus. *in imagine*: Cic. Tusc. 3, 54 dom. 12). 6, 11 p. 249 compositiones. 6, 18, 2 aquae fomentum (Colvm. 11, 1, 18). 6, 18, 3 frigida aqua (5, 26, 27). 5, 19, 11 iis (*sc. emplastris*). 6, 8, 1 lycium ... aut amurca. 8, 16 p. 357 modo manibus solis utendum est, modo quaedam alia adhibenda (2, 8. 7, 30, 2. Scrib. Larg. 113 recte). 7, 6 p. 272 pus moventia (*cf.* 4, 22. 5, 26, 23. 6, 11. 6, 18, 7. 6, 18, 8). Colvm. 6, 30, 4 remedia (Qvint. inst. 6, 4, 19. 12, 1, 34 melius. Tac. ann. 13, 48. 14, 51. *in imagine*: Liv. 22, 8, 5 *cf. etiam p. 649, 52*). Tac. ann. 12, 51 medicamina. Cael. Avr. chron. 3, 2, 41 acopa. Oribas. syn. 1, 17 clisterem. 1, 21 gargarizius. 1, 26 fermentum. *posito ablativo absoluto*: Cic. nat. deor. 2, 151 materia ... ad calficiendum corpus igni adhibito ... utimur (Colvm. 12, 16, 3). Cic. Caec. 49 non adhibita vi manu (Ivl. dig. 9, 2, 51 pr. adhibita vi et quasi manu). Pavl. Fest. 74 *diffarreatio* fiebat farreo libo adhibito. 78 quae (*purgatio*) fit certo genere scoparum adhibito. Colvm. 2, 15, 3 alter (*ager*) ... hoc (*stercore*) adhibito regelatur: alter ... hoc assumpto ... torretur. 2, 9, 9 glabreta signis adhibitis notari. 6, 30, 8 firmioribus cibis adhibitis ad iusta perducetur *equus.* 7, 11, 2 una fiet cicatrix adhibitis ... remediis (Qvint. inst. 5, 13, 35 extrinsecus). 9, 15, 13 ne, quod est primi saporis *mel*, hoc (*melle secundae notae*) adhibito fiat deterius. 12, 43 conditura. Vlp. dig. 19, 1, 32 ponderibus. 21, 1, 10, 5 lumine (Svlp. Sev. vit. Mart. 23, 8). Pavl. sent. 5, 14, 11 tormentis. Capitol. Gord. 8, 3 insignibus. Avg. civ. 7, 35 sanguine. 10, 11 lapidibus et herbis. **b** *aliquem*: Plavt. Poen. 915 proba materia data est, si probum adhibes fabrum. Varro frg. Non. 494 praecantrices. Cic. div. 2, 7 peritus ..., quilubet (*ad auspicia*). dom. 48 pontificem (*consecrationi*). fat. 28 medicum (29. 30 Qvint. decl. 335 p. 320 Vlp. dig. 21, 1, 31, 12 Avg. civ. 22, 8). nat. deor. 3, 76 te (*curandi causa; cf.* Qvint. inst. 7, 2, 17). Verr. 6, 81 libertus Timarchides (*conviviis; cf.* Mart. 10, 27, 2 Qvint. decl. 296 p. 170, 7 Ivv. 5, 16 Capitol. Pert. 12, 7 Lampr. Hel. 20, 2 Alex. 16, 3. 31, 3. 34, 6 Amm. 14, 6, 14). Lael. 93 quod amici genus adhibere (*sibi*) omnino levitatis est. Phil. 2, 42 magistrum (*declamationibus; cf.* Plin. epist. 2, 19, 9. 6, 15, 4. *v. p. 643, 35 et syn.* advocare *apud* Sen. contr. 4 praef.). Tusc. 1, 10 nec te L. Crassus defendet ... nec ... poteris adhibere Demosthenem (*defensorem*). de orat. 2, 313 patronos (*causae.* 3, 49 Cluent. 57 epist. 16, 26, 1; fin. 2, 67 *in imagine*: laudatores; *idem proprie apud* Front. p. 173, 7 N. Vlp. dig. 1, 16, 9, 4 advocatos). Brut. 317 cum Cotta princeps adhibitus esset (*ad causas; cf. p. 638, 60 et* Brut. 115. Svet. gramm. 22 *per ironiam*: alium grammaticum). fin. 2, 67 testes (*causae, hic in imagine; proprie*: Sen. benef. 3, 15, 2 Cels. dig. 28, 1, 27 Gaivs inst. 2, 116. 374. 2, 109 legitimum numerum testium. Comm. apol. 52 Vvlg. Ier. 32, 10. 32, 25. 32, 44. *v. p. 643, 50*). inv. 2, 1 Zeuxin (*ad templum picturis locupletandum*). rep. 5, 1 praestantes viros (*rei publicae*). agr. 2, 53 Pompeium (*ad rem perficiendam; cf.* Att. 2, 4, 7).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Rab. perd. 20 adhiberent tribunos plebis et praetores (*sibi in auxilium; cf.* STAT. Theb. 3, 386 finitimas manus. *v. p. 643, 32 et 52*). Att. 12, 28, 1 Ciceronem (*ad colloquium; cf.* Phil. 12, 27 Verr. 6, 120 CAES. Gall. 1, 20, 6. SALL. Iug. 109, 4 interpretes. 113, 3 *opp.* remotis. LIV. 32, 35, 7 *opp.* submotis. CVRT. 10, 3, 7. *v. p. 643, 37*). Att. 12, 18ª, 2 eos (*ad obsignandum; cf.* QVINT. inst. 7, 2, 53). 11, 6, 3 Trebonius, Pansa, si qui alii (*testes*). 4, 2, 4 pontifices (*in senatum; cf.* Phil. 5, 23). 5, 12, 8 praeconem. 11, 7, 1 cum adhibuisset domi meae Lupus me et Libonem et Servium (*consultandi causa; cf.* 4, 7, 6 agr. 2, 12. CAES. Gall. 7, 83, 4 locorum peritos. LIV. 36, 6, 7 *syn.* accitus ad consultandum. VVLG. III reg. 12, 8 *v. p. 643, 28 et 25*). HOR. ars 227 quicumque deus, quicumque adhibebitur heros (*satyris in scaena*). SEN. benef. 2, 3, 2 irascor . . ., quod quemquam adhibuisti (*petens deprecatorem; cf.* QVINT. decl. 349 p. 376. 377 p. 421, 4 amicos. RVT. rhet. 1, 7 liberos *v. p. 643, 48*). CVRT. 5, 4, 1 vates (*cf.* SVET. Tit. 2 metoposcopum). SIL. 13, 474 canes (*ad corpus dilacerandum*). QVINT. decl. 315 p. 241 carnificem (*ad occidendum*). 291 p. 161, 11 auspices (*matrimonio iungendo; cf.* IVV. 2, 135 nubit amicus nec multos adhibet). VLP. dig. 11, 6, 1, 1 (11, 6, 3, 4) eum *sc. mensorem* (*v. p. 643, 46*). 4, 8, 25 fideiussorem (GAIVS dig. 4, 2, 10 *saepius*). 4, 9, 7 pr. eos *sc. nautas* (*navigandi causa. ibid.* 4. 14, 1, 1, 2). 25, 4, 1, 5 obstetrices (*ad partum inspiciendum*). CIC. dom. 117 conlegium non adhibuisti (*ad loci consecrationem; cf.* 132; *consultandi causa*: off. 3, 80). Verr. 3, 81 consilio *v. p. 643, 56*. CVRT. 4, 13, 3 consilium adhibet (8, 6, 28 frequens). GAIVS inst. 1, 20 consilium autem adhibetur in urbe Roma . . . quinque senatorum et quinque equitum puberum. QVINT. decl. 331 p. 304 senatum, . . . populum. *sic saepe posito ablativo absoluto*: CIC. Verr. 3, 122 Claudius adhibitis omnibus Marcellis . . . (*in consilium*) leges dedit (Cluent. 33. 182. 186 LIV. 5, 25, 7. 6, 34, 11. 25, 31, 3 *syn.* advocare. 34, 33, 5. 37, 19, 1. 45, 12, 5 SEN. epist. 27, 1 CVRT. 7, 11, 6. CORP. IX 5420, 13 *anni 82 p. Chr.* adhibitis utriusque ordinis splendidis viris. *al. saepe*). Phil. 12, 26 hic . . . adhibito fratre (*in auxilium*) . . . numquam . . . a me . . . manus . . . abstinebit (AMM. 27, 9, 6. 16, 2, 5). dom. 123 tibicine (*consecrationi*). ac. 2, 12 Heraclito doctisque compluribus (*disputationi*; VLP. dig. 37, 14, 17 pr.). de orat. 1, 14 doctoribus (*ad docendum; cf.* PLIN. nat. 18, 211). epist. 10, 25, 3 haec . . . locutus sum . . . adhibito Quinto (*colloquio*; LIV. 39, 12, 3. CVRT. 8, 12, 9 eo *sc. interprete*. SVET. Tib. 25 *al.*). ACTA Arv. a. 63 I 7 sacrificium indixit . . . adhibitis Q. Volusio Satur⟨ni⟩no, T. Sextio Africano . . . . CAES. Gall. 4, 13, 4 Germani . . . principibus maioribusque natu adhibitis . . . in castra venerunt (*cf.* civ. 3, 18, 3. 3, 33, 1 LIV. 34, 57, 5 VAL. MAX. 9, 5 ext. 2 AMM. 14, 1, 9 *al. saepius*). LIV. 8, 36, 6 adhibitis legatis (8, 6, 12. 34, 35, 1. CORP. V 5050, 17 *anni 46 p. Chr. et* TRAIAN. Plin. epist. 10, 84 procuratoribus. FRONTIN. aq. 100 praetoribus. 105 libratoribus. TAC. hist. 4, 19 tribunis centurionibusque. CORP. III 586, 3 mensoribus. *ibid.* 7 *al. saepe*). VAL. MAX. 2, 1, 8 ut . . . querella . . . fautoribus concordiae adhibitis tolleretur. QVINT. decl. 377 p. 418, 11 adhibitis amicis petit a patre (281 p. 146, 17. 257 p. 52, 9 IVST. 8, 4, 6). VEN. dig. 45, 1, 137, 3 operis adhibitis festinare. GAIVS inst. 1, 29 testibus (*cf.* PAVL. dig. 24, 2, 9 HIER. epist. 125, 19). HIER. epist. 124, 1 adhibitis notariis descripsit. CIC. leg. 2, 37 severitatem maiorum . . . consulum exercitu adhibito (*sc. ad adiuvandum*) quaestio animadversio⟨que⟩ declarat. BELL. Afr. 19, 4 cum equitibus Gallis Germanisque MDC, . . . praeterea Petreiano auxilio adhibito equitibus MDC . . . (TREB. trig. tyr. 6, 2 adhibitis . . . Germanorum auxiliis). LIV. 2, 36, 6 consilio propinquorum adhibito (42, 62, 9 frequenti. VAL. MAX. 5, 8, 2 propinquorum et amicorum. 2, 9, 2 amicorum. VOP. Aur. 21, 9 senatus. PAVL. dig. 40, 2, 15, 5 *et* VEG. mil. 3, 9 *et* SVLP. SEV. chron. 2, 30, 6 *et* CORP. III 8472 consilio, *ubi* athirito *est in lapide*). PLIN. epist. 4, 7, 2 adhibito ingenti auditorio. SVET. Vit. 11 sacerdotum frequentia. VLP. dig. 4, 2, 9 pr. si forte adhibita manu (*i. hominum multitudine*) in meo solo per vim aedifices. TREB. trig. tyr. 23, 3 contione adhibita dixisse fertur. *notabilia*: CIC. Att. 15, 29, 1 de Tulliano semisse M. Axianum adhibebis, ut scribis. fin. 5, 12 teneamus Aristotelem et eius filium Nicomachum . . . , Theophrastum tamen (*i. eius librum, doctrinam*) adhibeamus ad pleraque (*i. disputanda*). TAC. ann. 12, 67 provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet (*sc. ad necem*).

***deos*:** CIC. nat. deor. 2, 69 *Diana* adhibetur ad partus. VERG. Aen. 5, 62 adhibete penates et patrios epulis et quos colit hospes Acestes. *potest hoc proprie intellegi de sigillis larium et penatium mensae adhibitis; cf.* PETRON. 60 duo *servi* lares bullatos super mensam posuerunt; *Marquardt, St.-V.² III p. 126, Priv.-L.² p. 326 not. 11. inde dictum* HOR. carm. 4, 5, 32 alteris te (*Caesarem*) mensis adhibet deum *Romanus*. AVG. civ. 4, 8 quae (*numina*) ita suis quaeque adhibentur officiis, ut . . . LIV. 38, 48, 14 quae (*civitas*) . . . omnibus rebus incipiendis gerendisque deos adhibet. CIC. Verr. 5, 67 testem . . . ipsum Iovem suae voluntatis (off. 3, 44 deum . . . id est . . mentem suam, *ubi cum parte codd. et* LACT. inst. 6, 24 habere *legit Müller*). COD. Iust. 3, 1, 14, 2 deo inspectore adhibito. AVG. civ. 6, 9 mulieri fetae post partum tres deos custodes . . . adhiberi. *nota*: AVG. civ. 3, 17 Aesculapium ab Epidauro quasi medicum deum . . . advocare atque adhibere. AVG. civ. 6, 9 ut in domo sit *nupta*, adhibetur deus Domitius. AVG. civ. 6, 9 cum mas et femina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus. AVIAN. fab. 32, 112 praesentes . . . adhibe, cum facis ipse, deos. OV. fast. 4, 829 quos . . . pium est adhibere deos (*in urbe condenda; cf. p. 641, 28*). FLOR. 1, 1, 6 uter auspicaretur et regeret adhibere placuit deos (*arbitros*). AVG. civ. 3, 12 quanto maior facta est *Roma*, sicut navis nautas, tanto plures adhibere putavit *deos*.

II *incorporea*: 1 *indicata re, persona, actione, quo motus tendit*: **a** *praepositionibus*: **ad:** CIC. ac. 2, 57 ad similitudines istas (*sc. dinoscendas*) usus adhibendus est. div. 2, 9 ad nullam . . . earum rerum . . . divinatio. 1, 127 ad quas (*notas*) . . . memoria et diligentia. fin. 5, 90 *id*, ad quod dilectus adhibetur. ac. 1, 32 has (*definitiones rerum*) ad omnia, de quibus disceptabatur (top. 9). Tusc. 4, 65 ad . . . motum curatio. Lael. 29 quibus rebus (*beneficio, studio, consuetudine*) ad illum primum motum animi et amoris adhibitis (*tamquam fomite*) . . . exardescit benevolentiae magnitudo. epist. 5, 20, 2 ad quas (*rationes*) . . . nihil . . . praeter lectionem. Brut. 151 plus studi . . . et ad dicendum (*v. p. 646, 6*) et ad omnes bonarum rerum disciplinas. orat. 180 *v. p. 648, 1.* 17 ad has . . . res . . . ornamenta. leg. 3, 44 plus . . . ad suffragium consilii. off. 1, 17 ad quod (*genus virtutum*) . . . actio quaedam, non solum mentis agitatio. LVCR. 2, 1023 (*adiuncto dativo commodi; cf. p. 648, 15*) animum nobis adhib⟨e⟩ veram ad rationem. 1, 50 vacuas auris ⟨animumque⟩ semotum a curis adhibe veram ad rationem. AVG. civ. 12, 18 ad opus novum . . . sempiternum . . . consilium. 17, 15 omnia, quae . . . prophetantur, ad contextum huius operis. CIC. ac. 2, 32 cum adhibemus ad eos (*philosophos*) orationem eiusmodi. Tusc. 4, 60 *ratio, oratio* raro proficit neque est ad volgus adhibenda. **in:** CIC. epist. 16, 9, 4 in hoc (*i. in eam rem*) omnem diligentiam (QVINT. inst. 5, 10, 109 nec minus in hoc curae). top. 89 in illud . . . genus, in quo de expetendo fugiendoque quaeritur, ea quae . . . . STAT. silv. 5, 3, 80 non ego, quas . . . inferias praemittit olor . . . in patrios adhibebo rogos (*i. non trita argumenta ad patris funus celebrandum*). QVINT. inst. 5, 11, 36 adhibebitur extrinsecus in causam et auctoritas. *in imagine*: CIC. epist. 6, 1, 2 sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem aut timorem (*cf. p. 638, 84*). LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230, 7) revocata memoria patris eaque in consilium et fide sua adhibita *hereditatem partita est* (*i. cum in consilium adhibuisset memoriam patris et fidem suam*). CIC. dom. 60 crudelitatem . . . in ipsum me ac meos. off. 2, 24 saevitia . . . in famulos. epist. 16, 6, 1 quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiae. COLVM. 1, 9, 8 in cessantes animadversio iusta . . . videtur adhiberi. **adversus:** CIC. off. 1, 99 quaedam reverentia adversus homines (*sunt qui* adv. hom. *secludant*) et optimi cuiusque et reliquorum. TERT. scorp. 5 *medicus* ferme pares adhibet qualitates medellarum adversus qualitates querellarum. **contra:** QVINT. inst. 4, 1, 56 videtur ars omnis dicentis contra iudicem adhiberi. **erga:** CIC. epist. 13, 6, 2 officium, quod adhibetur erga illos (*sic HD*; adhibeturga *M*, adhibet erga *alii*). **circa:** PAPIN. dig. 29, 1, 34, 2 nec tamen circa militem eadem adhibebitur distinctio. *nota*: CIC. Att. 13, 1, 2 de pecunia vero video a te omnem diligentiam adhiberi vel potius iam adhibitam esse. epist. 2, 7, 3 de sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim . . . cognosces ex . . . . *de praepositione* **cum** *v. p. 645, 72.* **b** *dativo* (*structuram dativi gerundivi v. sub 2b p. 646, 41 sqq.*): *rei*: LVCIL. 1043 animos attendere dictis atque adhibere. CIC. off. 1, 17 rebus . . . modum quendam et ordinem (Tusc. 4, 39 modum . . . vitio. SEN. dial. 3, 9, 3. 9, 17, 2 epist 64, 8 CVRT. 6, 11, 17. COLVM. 1, 3, 8 mensuramque. 4, 27, 1. 9, 15, 3 PLIN. nat. 34, 92 QVINT. inst. 9, 3, 74 *al. saepius*. ordinem: CALL. dig. 50, 4, 14, 5). de orat. 3, 50 quae (*oratio*) lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras afferat. 1, 145 his (*rebus*) artem (LIV. 4, 44, 5 *v. p. 644, 82. cf.* COLVM. 11, 1, 8 nonnullis *sc. operibus* minus virium, plus artis adhibetur. PLIN. nat. 8, 209 adhibetur et ars iecori feminarum *suum*. QVINT. inst. 8 prooem. 28 huic *sc. verborum supellectili* artem collocandi. decl. 338 p. 336 extr. artem quaestioni. TAC. dial. 22 compositioni). Att. 1, 19, 8 privatis rebus . . . cautionem et diligentiam (CAPITOL Max. 10, 10 iudiciariae rei. HIER. epist. 148, 23 vitae nostrae. VVLG. II Macc. 11, 23 rebus suis). off. 1, 119 cura *v. p. 647, 83* (CELS. 8, 10, 7 ossi. PLIN. nat. 15, 105 cornis, . . . lentisco. 17, 87 radicum filis. FRONTO p. 62, 23 N. industriamque rei. GAIVS dig. 18, 1, 35, 4 suis rebus. *al. saepius*). off. 1, 83 morbis . . . curationes (CELS. 7, 4, 3. 5, 26, 28 SEN. epist. 68, 7 HIER. epist. 122, 1). div. 1, 116 oraclis . . . explanationes. fat. 40 fato adsensionibus. off. 1, 104 rerum turpitudini . . . verborum obscenitas. nat. deor. 1, 113 titillatio . . . sensibus. fin. 3, 19 quibus (*elementis*) ubertas orationis. de orat. 1, 18 memoria rebus *v. p. 647, 80 et l. 80.* Quinct. 47 vis . . . veritati (Verr. 4, 37 ac. 1, 32 HOR. carm. 3, 28, 4 CELS. 8, 10, 1 QVINT. decl. 306 p. 201, 13). LVCR. 2, 854 debent primordia rerum non adhibere suum gignendis rebus odorem nec sonitum, quoniam nil ab se mittere possunt. NEP. Ep. 7, 2 nullam . . . memoriam contumeliae (*cf.* CIC. de orat. 1, 18 *l. 76*). OV. met. 9, 654 solacia menti. LIV. 4, 44, 5 Sempronium comitiis plus artis adhibuisse quam fidei (*i. probitatis*). 5, 6, 3 belli necessitatibus . . . patientiam. VAL. MAX. 8, 7 ext. 15 regiis auribus familiarem et adsuetum sonum vocis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cels. 4,5 frictio ... thoraci, ori, capiti (4,9 *saepius*). Sen. dial. 7,25,7 paupertati ... illas (*virtutes*), quae pugnare sciunt, fortiores, divitiis illas diligentiores. 9,10,4 rationem difficultatibus. 9,9,3 si paupertas ei (*animo*), ignominia, rerum eversio adhiberetur. epist. 94,24 *v. p. 647,74*: Colvm. 5,5,13 cultura vel brachiatis vel capitatis (Pavl Pell. 195). 4, 3, 1 peraedificatis (*domibus*) cultum. 6, 26, 1 quod (*genus castrationum*) adhibetur aetati tenerae. arb. 1, 1 cui (*surculo*) labor adhibetur. Petron. 101 dolum malum consilio. Qvint. inst. 2, 15, 30 iuri ... fraus (Svet. Dom. 2 testamento. Vlp. dig. 14, 6, 7, 3 senatus consulto. 47, 2, 43, 3 verbis). 2, 10, 8 probationes ... causae. 3, 7, 4 quae (*laus*) negotiis adhibetur. 5, 11, 17 iis (*fabulis*) minus adfirmationis. 5, 10, 109 argumenta ... rei. 6, 5, 3 illud (*iudicium*, κρίσιν) ostendentibus ⟨se⟩ rebus. 12, 10, 76 iudicium (*i. iudicandi facultatem*) his corruptis *dictis* (5, 11, 26. 10, 1, 36). 7, 3, 4 haec (*finitio*) ... orationi. 8, 3, 9 nullus ... frugiferis ... decor. 9, 4, 126 asperis asperos ... numeros. 11, 1, 7 ornatus ... rei. 11, 1, 3 genus sublime dicendi parvis causis *sqq.* 9,4,139 saltationi ... musica ratio *v. p. 647, 75*. Tac. dial. 22 verbis dilectum. 35 materiae abhorrenti a veritate declamatio. ann. 1, 46 animis ... fomenta. Hyg. grom. p. 109, 22 L. definitioni fides (*i. fiducia*) est adhibenda (Pap. dig. 17, 1, 7 placitis. Vlp. dig. 48, 18, 1 pr. *cf. ibid.* 23 quaestioni fidem non semper nec tamen numquam habendam. Avg. civ. 18, 10 fabulosis ... figmentis. Svlp. Sev. vit. Mart. 1, 9 dictis. 11, 2 incertis. *cf. l. 60 et p. 648, 67*). Vlp. dig. 12, 3, 4 pr. iudicio ... finis (Pap. dig. 17, 1, 56, 4 negotio. Cod. Iust. 3, 3, 4 negotiis). 16, 2, 10 neglegentiam societati. Apvl. met. 8, 7 officiis studium. 6, 5 quae possunt alia meis aerumnis temptari vel adhiberi subsidia. Hil. in psalm. 2, 3 adulatio interpretandi ... tempori. Siricivs epist. 5, 2 (Migne 13, 1156^{b}) consensum talibus. Dictys 5, 3 ⟨curam⟩ rationemque futuris. Clavd. 18, 418 sacro ... silentia somno (*quod est officium cubicularii Caesaris*). Avg. civ. 2,7 ab hac tanta auctoritate (*Iovis*) adhibet patrocinium turpitudini suae (*cf.* 15, 7). 5, 1 quibus (*factis*) caelestis necessitas adhibetur. 5, 8 quos (*versus*) disputationi. 5, 9 fati nomen alicui rei. 12, 25 operationem suam (*angelorum*) rebus, quae gignuntur in mundo. 12, 26 species, quae adhibetur extrinsecus cuicumque materiae corporali. 10, 8 miracula ... promissis. *v. p. 647, 77*. Leo M. serm. 3, 4 cohortationes ... auribus. Sidon. epist. 2, 9, 10 nisi terminum nostrae loquacitati, quem verecundia non adhibet, charta posuisset. Cod. Iust. 2, 4, 32 rebus ... iudicatis effectum.

animanti: Plavt. Men. 983 metum [id] mihi adhibeam, culpam abstineam (Qvint. inst. 1, 3, 16 iuveni. Vlp. dig. 4, 2, 14, 3 ei. *cf. ibid.* 3 metum sibi illatum; Sen. benef. 6, 24, 1 adhibito timore nolentibus). Cic. Verr. 5, 116 vim ingenuis (Caecin. 42. 44 S. Rosc. 31 off. 3, 110 Sen. contr. 9, 3 (26), 9. 9, 3 (26), 11. benef. 6, 24, 2 et severitas [servitas *N*]. Svet. Tib. 61 mori volentibus vis ... vivendi. Vlp. dig. 4, 2, 14, 3. 4, 2, 12, 2). Tusc. 4, 74 sic ... adfecto ... curatio (3, 4 Cels. 7, 5, 5. 7, 26, 2 Gallican. Avid. Cass. 10, 8). Cluent. 115 diligentia ... reo damnato (Colvm. 12, 1, 6 aegris). Lael. 98 his fictus ad ipsorum voluntatem sermo cum adhibetur. de orat. 2, 189 motus (*fletum, misericordiam*), quos orator adhibere volet iudici. Brut. 330 quam (*consolationem*) tu mihi ... adhibuisti (*cf.* Plin. epist. 1, 12, 13 solacia). Lvcr. 5, 229 cuiquam (*infanti*) ... nutricis ... loquela. Liv. 1, 28, 9 tibi ea disciplina. 29, 23, 7 blanditiis ... puellae. Val. Max. 2, 7, 5 communioni nominis (*i. fratri*) ... verbera. Sen. epist. 94, 24 medicina (*ars medendi*) ... aliis. *v. p. 647, 74*. Colvm. 6, 27, 10 praegnanti ... cura (7, 5, 4 Vvlg. II par. 28, 15). Qvint. inst. 1, 10, 32 quae (*adlectatio*) adhibetur infantibus. 3, 8, 36 quorum (*virorum*) auctoritas et quibus (*hominibus*) adhibeatur (*ab oratore in exemplis afferendis*). Apvl. Plat. 1, 2 ei (*Socrati*) plurimum adhibuit dignitatis *Plato*. Paneg. 11, 16 cui (*imperatori*) preces. Gallican. Avid. Cass. 7, 2 artem ... militibus. Avson. 399, 1 fides (*i. fiducia*) falsis ... poetis (*cf. l. 20*). Avg. civ. 12, 6 hanc igitur consensionem, hanc ... suadenti adhibuit voluntatem. 21, 13 criminosis supplicia. *v. p. 647, 79*. 21, 27 *v. p. 647, 82*. Oribas. syn. 1, 7 flevotomia ... omnibus (*cf.* 1, 11). Bened. reg. 65 ei correptio disciplinae regularis. *nota*: Cic. nat. deor. 1, 94 omnis cultura et curatio corporis erit eadem adhibenda (*sc. a vobis, qui eandem hominum esse et deorum figuram probare studeatis*) deo (*sc. a vobis fingendo*), quae adhibetur homini, ingressus, cursus, accubitio, inclinatio, sessio, conprehensio, ad extremum etiam sermo et oratio. Tac. ann. 14, 53 ego quid aliud munificentiae tuae (*i. donis, quibus sum obrutus*; tuae *om. M*) adhibere potui quam studia ... in umbra educata. *singulariter*: Hist. Apoll. 27 adhibitis secum viribus tulit puellam in cubiculo suo; *cf. p. 640, 10*. **c** *adverbio loci*: Cic. Tusc. 4, 50 quid ... huc (*i. ad eas res explicandas*) adhibetis iram (*i. notionem irae*). *nonnunquam, quo motus tendat, indicatur genetivo attributivo*: *ex. gr.* Cic. off. 1, 140 at quam multi villarum magnificentiam imitati! quarum quidem certe est adhibendus modus ad mediocritatem⟨que⟩ revocandus. orat. 48 ex illis locis aut levia quaedam aut causis aliena aut non utilia gignuntur; quorum ab oratoris iudicio delectus ⟨nisi⟩ adhibebitur, ... *exempla v. sub II 9*.

2 ***indicato fine*: a** *praepositionibus*: **ad:** Cic. orat. 203 si ad quam rem adhibeatur *numerus orationis*, quaeritur: ad delectationem. 180 *v. p. 648, 1*. part. 13 ad fidem (*cf. p. 646, 8*) et ad motum adhibenda est omnis oratio. orat. 188 qui (*pes*) adhibetur ad

numeros. Qvint. inst. 8, 5, 10 non semper ... ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum *enthymema*. Rhet. Her. 4, 19 videtur adhibenda *exornatio* et ad ornandam et ad exaugendam orationem. Cic. Lael. 44 ea (*auctoritas*) ... ad monendum. de orat. 2, 39 ad eam (*eloquentiam*) laudandam ipsam illam (*eloquentiam*) adhibere. Tusc. 4, 62 ad deterrendum ... oratio. Brut. 151 plus studi ... ad dicendum. 233 ad optinendas causas curam ... et gratiam. de orat. 3, 104 quos (*locos*) ad fidem orationis faciendam. orat. 170 nimis ... insidiarum ad capiendas auris. Att. 12, 4, 2 ad convalescendum ... prudentiam. top. 59 praecursionem ... ad efficiendum. epist. 15, 2, 6 diligentiam ad se conservandum (16, 9, 3 ad convalescendum). off. 1, 18 ad considerandas res et tempus et diligentiam. frg. phil. V 85 M. verbera ... ad domandum. Liv. 21, 54, 8 ope ... ad arcendum frigus. 44, 29, 8 aequos ... animos ad pacem accipiendam. Sen. dial. 4, 17, 2 ad res ... agendas non iram, sed vim. Qvint. inst. 9, 4, 139 *v. p. 647, 75*. Fronto p. 18, 15 N. studium ... ad pronuntiandum. Vlp. (*ex Labeone*) dig. 4, 3, 1, 2: calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum. Gell. 10, 11, 5 ad rem agendam ... industriae celeritas et diligentiae tarditas. Amm. 16, 8, 2 incantamentum ad leniendum ... dolorem. Avg. civ. 10, 8 *v. p. 647, 77*. **in:** Sen. epist. 94, 2 *v. p. 647, 74*. 16, 3 nec *philosophia* in hoc adhibetur, ut .... Qvint. inst. 2, 5, 4 quae (*praelectio*) in hoc adhibetur, ut .... Tert. pudic. 7 in officium, in ministerium alienae idololatriae aliquas artes. **ob:** Cic. de orat. 3, 38 alterum (*i. plane dicere*) adhibetur ob eam causam, ut intellegatur ....

causa: Varro rust. 3, 16, 32 quoius ⟨causa⟩ adhibeatur ea cura. Cic. off. 1, 88 rei publicae causa severitas. inv. 1, 54 cuius (*partis*) causa similitudines. Avg. civ. 21, 13 *v. p. 647, 79*. Oribas. syn. 1, 9 flegmonis causa flevotomia. **gratia:** Qvint. inst. 8, 3, 54 illud genus ... adfirmationis gratia. 8, 6, 3 qui (*tropi*) significandi gratia. 9, 2, 6 alterum (*i. interrogare*) noscendi, alterum (*i. percontari*) arguendi gratia. 9, 2, 66 qui (*usus schematis*) venustatis ... gratia. Clavd. dig. 48, 19, 16, 2 quae (*verbera*) impunita sunt a magistro allata vel parente, quoniam emendationis, non iniuriae gratia videntur adhiberi. **pro:** Qvint. decl. 301 p. 185, 26 tota ..., quae pro innocentia mea adhibebitur, non tam defensio erit, quam satisfactio. Oribas. syn. 1, 5 quibus pro cura adhibendus clamor (*i. quos curationis causa clamare necesse est*). **b** *dativo*: Liv. 27, 31, 7 neque enim omnia emebat aut eblandiebatur *rex*, sed vim etiam (*om. Σ*) flagitiis (*sc. faciendis*) adhibebat. Avg. civ. 21, 13 omnes poenas emendationi adhiberi. Liv. 8, 27, 5 si qua ars serendis discordiis adhibeatur. Sen. epist. 40, 4 quae (*oratio*) sanandis mentibus. Colvm. 9, 8, 6 curam vestigandis examinibus (Svet. Vesp. 5 Dom. 8). arb. 1, 3 legendis seminibus ... diligentiam. Tac. ann. 14, 4 occultando facinori nox. Svet. Cal. 39 instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii. Tit. 8 medendae valetudini leniendisque morbis nullam divinam humanamque opem. Pap. dig. 35, 1, 72, 3 rationi ... non exigendae modus. Vlp. dig. 39, 1, 1, 14 operi ... sustinendo remedium. Sever. apud Mod. dig. 26, 6, 2, 2 rationem ... subveniendis pupillis. Dictys 2, 48 voluntatem ... agendo negotio. Avg. civ. 12, 26 corporales vel seminales causae gignendis rebus. 19, 8 cui (*vulneri*) sanando ... consolationes. 22, 22 quae (*formidines*) cohibendis parvulorum vanitatibus. **c** *accusativo praedicativo*: Cic. de orat. 1, 18. *v. p. 647, 80*. top. 95 dandast opera, ut legem adiutricem et testem adhibeamus (*sc. controversiis disceptandis*). Tusc. 4, 24 cum est concupita pecunia nec adhibita continuo ratio quasi quaedam Socratica medicina, quae sanaret eam cupiditatem. Avg. civ. 21, 27 *v. p. 647, 82*. *nota*: Avg. civ. 1, 19 ad oculos hominum mentis suae testem illam poenam (*mortem voluntariam*) adhibendam putavit *Lucretia*.

d *enuntiato*: Plavt. Mil. 41 curam ... adhibere, ut praeolat mihi, quod tu velis (Varro rust. 3, 9, 1 Cic. off. 1, 114 nat. deor. 2, 127 Planc. Cic. epist. 10, 11, 1 Cvrt. 3, 12, 22 Colvm. 6, 27, 12. 9, 15, 12 *saepius* Plin. nat. 9, 62 Qvint. inst. 2, 2, 3 *al.*). Varro rust. 2, 2, 17 diligentia ..., ne (2, 2, 19 Cic. Cluent. 33 off. 1, 114 Att. 11, 7, 5 epist. 5, 6, 1. 15, 2, 5 Colvm. 6, 4, 1. 5, 11, 13 arb. 27, 2 *al.*). 3, 9, 1 scientia ac cura, ⟨ut⟩. Cic. off. 1, 114 cura, meditatio, diligentia, ut. Sen. dial. 3, 19, 7 alteram (*animadversionem*) ..., ut. Qvint. inst. 9, 2, 6 modum ..., ne. Vlp. dig. 25, 4, 1, 3 poenam ..., ut. 29, 4, 6 pr. ordo ..., ut. Pompon. dig. 41, 1, 50 decretum ..., ut. Pavl. sent. 1, 8, 2 dolum, ... metum ..., ut. Veg. mil. 1, 15 sollertia ..., ut (4, 38). *nota*: Vitr. 2, 5, 1 de harenae copiis cum habeatur explicatum, tum etiam de calce diligentia est adhibenda, uti de albo saxo aut silice coquatur. Lvcr. 1, 828 rerum quae sunt primordia, plura adhibere possunt, unde queant variae res quaeque creari. Cic. ac. 2, 44 se (*orationem accuratam*) ..., quo id (*patefactio rei opertae*) facilius adsequatur, adhibituram et sensus et ea, quae perspicua sint. de orat. 1, 188 adhibitast igitur ars quaedam (*logica*) extrinsecus ex alio genere quodam ..., quae rem ... conglutinaret. Vlp. dig. 37, 4, 3, 5 rescissio (*sc. emancipationis*), quo magis admittantur, non quo minus, adhibeatur.

II *significatur aliquid durare usque ad tempus loquentis, cum praesenti et perfecto historico*: **A** *comparatur tempus praesens cum futuro*: **a** *sequitur futurum vel imperativus vel coni. praes.*: Plavt. Men. 1110 optime usque adhuc conveniunt signa, porro operam date. Ter. Andr. 481 adhuc, ..., quae adsolent quaeque oportet signa esse ad salutem, omnia huic esse video. nunc primum fac ista ut lavet. Rhet. Her. 2, 48 quartus locus est, quo demonstratur ... multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc expectatio iudicii remoratur. Cic. S. Rosc. 18 id, quod adhuc est suspiciosum, ... hunc ad finem culpae iudicatote. Verr. 4, 221 adhuc parum est: permittite, ut liceat, quanti quisque velit, tanti aestimare. de orat. 1, 246 quam concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si ..., tum esse illam artem futuram. rep. 3, 41 ut, qui adhuc voluntate nobis oboediunt, terrore teneantur. 6, 11 erit ... cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc nobis hereditarium. Att. 4, 3, 2 videt ... nihilo suam causam difficiliorem, quam adhuc sit, in iudicio futuram. Att. 7, 10 Gnaeus noster quid consilium ceperit capiatve, nescio, adhuc in oppidis coartatus et stupens. *cf.* 3, 14, 2. 7, 13ª, 2. 11, 16, 1 epist. 10, 23, 4. 14, 24. Gratt. 66 flet adhuc et porro flebit Adonin ... Venus. Sen. contr. 2, 3, 4 quid facturus sim, adhuc nescio. suas. 2, 6 adhuc non sum ex ulla parte Atheniensium similis ... nihil prius illorum imitabor quam fugam? dial. 3, 16, 2 tu adhuc in prima parte versaris errorum ... obiurgatio te ... emendare temptabit. benef. 3, 33, 3 si adhuc parum est, adice, ut provincias ... continuat. *cf.* epist 116, 5 Qvint. inst. 2, 4, 14. 7, 1, 48 decl. 319 p. 254, 8 Plin. epist. 1, 20, 24 Vvlg. Hab. 2, 3 Itala (Aug. civ. 18, 31) Hab. 2, 2. *sequitur* sed *vel verbum timendi*: Cic. Att. 3, 3 adhuc quidem valde me paenitet, sed te oro, ut ad me Vibonem ... venias. ad Brut. 1, 10 (= 9, 19), 5 hoc adulescentis praesidium equidem adhuc firmum esse confido, sed ita multi labefactant, ut, ne moveatur, interdum extimescam. *cf.* 2, 5 (= 9, 3), 2 Att. 3, 4. 5, 11, 5 epist. 12, 10, 2. Plin. epist. 2, 14, 14 nos tamen adhuc et utilitas amicorum et ratio aetatis moratur ac retinet: veremur enim .... Cic. ad Q. fr. 2, 11, 2 certi nihil est adhuc, sed veremur (*cf.* epist. 8, 1, 4). epist. 5, 10ª, 1 de Dionysio tuo adhuc nihil extrico ..., sed tamen non desistam, quin illum aliquando eruam. *sequuntur particulae*: Cic. orat. 225 membratim adhuc; deinde caesim. epist. 4, 9, 3 deinde qui finis istius consilii est? nam adhuc et factum tuum probatur .... Lvcan. 9, 315 nunc pontus adhuc Phoebo siccante repugnat, mox ... tellus Syrtis erit. *opponitur* nondum, non: Cic. leg. agr. 2, 32 formam adhuc habetis ... et speciem ... tyrannorum ..., nondum ipsam potestatem. Tusc. 2, 40 adhuc de consuetudine exercitationis loquor, nondum de ratione. *cf.* Att. 5, 10, 3 Liv. 39, 16, 3 Sen. dial. 12, 6, 6 nat. 7, 32, 1 epist. 45, 4. 47, 1. 71, 30. 75, 9. 110, 5. Lvcan. 3, 746 nondum destituit calidus tua volnera sanguis ... et adhuc potes esse superstes. Stat. silv. 5, 2, 62 nondum validae tibi signa iuventae inrepsere genis, et adhuc tenor integer aevi. Theb. 8, 603. Qvint. inst. 1, 10, 17 Svet. Aug. 69 Treb. Claud. 15, 1 Avg. civ. 13, 9. 19, 27.

vix adhuc: Sen. Herc. f. 651 vix adhuc certa est fides vitalis aurae. Med. 117 vix adhuc credo malum. Fronto p. 167, 20 N. dolor ita me adflixit, ut adhuc usque vix inclinare me ... possim. **b** *temporis futuri notione non diserte definita*: Plavt. Merc. 382 res adhuc quidem hercle in tutost. Truc. 794 conveniunt adhuc utriusque verba. Ter. Phorm. 497 adhuc tranquilla res est. Varro Men. 550 tu quidem ut taceas, censeo, quoniam tu quoque adhuc adulescentiaris. Cic. Mil. 52 video adhuc constare ... omnia. Lig. 4 adhuc ... Q. Ligarius omni culpa vacat (*cf.* Qvint. inst. 4, 2, 51 caret). *apud Ciceronem saepius ponitur imperfectum praesentis loco in litterarum sermone*: Cic. Att. 2, 16, 2 adhuc haec ἐσοφίζετο, se leges Caesaris probare, actiones ipsum praestare debere (*Pompeium*). 3, 11, 1 me ... tuae litterae ... adhuc Thessalonicae tenebant. *cf.* 3, 14, 2 *v. p. 655, 66.* 6, 5, 4. 9, 2a, 3 epist. 16, 11, 2 ad Brut. 1, 90 (= 9, 19), 1 ad Q. fr. 3, 1, 16. *passim apud Ciceronem et in orationibus et in scriptis philosophicis et praecipue in epistulis (50ies fere)*. Caes. civ. 2, 32, 10 de meis ... meritis ... praedicaturus non sum, quae sunt adhuc et mea voluntate et vestra expectatione leviora. Sall. or. Phil. 8 Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit. Verg. ecl. 9, 35 nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna digna. Ov. met. 7, 53 nempe pater saevus, nempe est mea barbara tellus, frater adhuc infans. *cf.* met. 10, 615 am. 3, 5, 15 epist. 16, 263. 17, 169 trist. 2, 63. 4, 9. 29. 5, 11. 25. Ib. 9 quisquis is est — nam nomen adhuc utrumque tacebo. Liv. 29, 31, 4 adhuc teneras et fragiles vires eius esse. *cf.* frg. 22 Sen. contr. 1, 8, 6. 2, 3, 11. 2, 5, 16. 10, 1, 1. 10, 1, 5. 10, 1, 11 contr. exc. 8, 6 suas. 1, 4. 5, 1 Sen. Herc. f. 849 dial. 3, 2, 3 7, 24, 4. 8, 3, 4. 10, 4, 3 clem. 1, 5, 1 nat. 7, 31, 1 epist. 16, 8 (*saepius, 9ies*). *inde saepius apud* Cvrt. Petron. Plin. Qvint. **c** *cum negatione*: Ter. Haut. 175 nihil adhuc est, quod vereare, Clinia. Cic. ac. 2, 139 nec quicquam habeo adhuc probabilius. Att. 3, 10, 1 omnino adhuc nihil mihi significatis, nisi discordiam istorum. *cf.* 11, 18, 1. 10, 6, 1. 13, 48, 1. 14, 6, 1 *cf. p. 656, 81* epist. 2, 12, 1. 9, 7, 2. Sen. suas. 3, 1 nihil adhuc virgo Priami timet. Sen. epist. 26, 5 nihil est ... adhuc, quod aut rebus aut verbis exhibuimus. 117, 28 quomodo, oro te, quod adhuc nihil est, iam bonum est? Qvint. decl. 298 p. 177, 24. 322 p. 266, 18. Tac. hist. 1, 14 Galba ... quamquam nihil adhuc de Vitellio certum ... comitia imperii transigit. Cic. Lig. 17 scelus tu illud vocas ... alii errorem, scelus praeter te adhuc nemo. *cf.* Att. 14, 3, 1. epist. 9, 18, 2 video nullius adhuc consilium me huic anteponere. Ov. Pont. 4, 14, 44 extat adhuc nemo saucius ore meo. Epist. Sapph. 93 o nec adhuc iuvenis, nec iam puer. Sen. epist. 67, 3 neminem certe adhuc scio eo nomine votum solvisse. Plin. epist. 3, 6, 4 neque enim ullum adhuc Corinthium domi habeo. Cic. Lig. 6 nullum ... habes ... adhuc in Q. Ligario signum alienae a te voluntatis. *cf.* Att. 10, 12ª, 4. 14, 16, 3 Ov. met. 5, 506. 6, 418 ars 706 rem. 123. Liv. 39, 15, 10 nullas adhuc vires coniuratio ... habet (*de* nullas dum *cf. Stacey, Archiv 10, 1898, 63*). Stat. Ach. 1, 440 Mart. 6, 38, 1. 7, 80, 10. 8, 28, 11. Tac. hist. 1, 31 nullo adhuc consilio rapit signa. Ter. Ad. 122 adhuc non molesta sunt. Cic. S. Rosc. 5 quod adhuc vos ignorare non mirum est (*cf.* Ov. met. 5, 474 nescit adhuc, ubi sit. 9, 554 quid liceat, nescimus adhuc. *cf.* fast. 6, 516 Sen. contr. 1, 7, 7. 2, 3, 7. 10, 1, 4 Sen. epist. 59, 14 Lvcan. 9, 1015 Stat. Theb. 6, 784 Qvint. decl. 305 p. 196, 6. 349 p. 374, 18 Avg. civ. 19, 6). nat. deor. 3, 15 non igitur adhuc ... intellego deos esse. fin. 5, 78 nam adhuc ... quid ego quaeram, non perspicis. de orat. 1, 246 *cf. p. 655, 59.* Att. 1, 13, 4 nam neque adhuc mihi satis nota sunt. 9, 1, 2. 12, 15. 16, 15, 5. epist. 2, 8, 2 neque tamen adhuc habeo quod te accusem. 3, 5, 2. 8, 17, 2. 14, 18, 2. Lvcr. 5, 385 neque adhuc conata patrantur. Nep. frg. 18 (p. 223 Peter). Verg. Aen. 1, 546 quem si fata virum servant, si vescitur aura aetheria neque adhuc crudelibus occubat umbris, non metus. *cf.* 10, 854. 11, 70 Ov. met. 5, 453. 8, 423. 15, 205 epist. 20, 185 trist. 3, 4, 45. Liv. 28, 40, 7 unius, insitae ingenio meo cunctationis, quam metum ... appellent, dum me non paeniteat adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper visa, mea usu meliora. Sen. nat. 7, 3, 1 deprehendi enim ... eorum (*cometarum*) cursus adhuc non potest. Lvcan. 8, 471 Val. Fl. 6, 176 Qvint. decl. 246 p. 9, 5. 274 p. 122, 14 Mart. Cap. 6, 718 Sidon. epist. 1, 5, 10. Boet. herm. sec. 2, 7 p. 170, 20 Meis. quod fit, nondum est adhuc, cum fit. 3, 9 p. 210, 10 si nondum adhuc factum est. **d** *cum substantivis, participiis, adiectivis*: Lvcil. 363 praetor noster adhuc. Val. Fl. 1, 692 adhuc in fontibus amnes. Stat. Theb. 3, 374 hospes adhuc.

ablativo absoluto: Sen. benef. 7, 31, 5 fundamenta tepente adhuc area

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ponimus. LVCAN. 8, 81 deformis adhuc vivente marito summus et augeri vetitus dolor. *cf.* ITIN. Silv. 2, 1, 2 adhuc vivente favilla. PLIN. epist. 8, 8, 3 fons adhuc et iam amplissimum flumen. APVL. met. 4, 20 gliscente adhuc illo tumultu. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 15 Gabinium tres adhuc factiones postulant. OV. Pont. 4, 14, 53 solus adhuc ego cum vestris immunis in oris exceptis, si qui munera legis habent. VAL. FL. 4, 540 omnis adhuc sors laeta quidem. *cf.* 6, 141. STAT. Theb. 11, 95 tu (*Megaera*), cui totus adhuc furor exultantque recentes Cocyti de fonte comae. APVL. met. 9, 29 SVLP. SEV. chron. 2, 3, 8. CIC. Att. 6, 3, 3 hoc est igitur eius modi. reliqua plena adhuc et laudis et gratiae. SALL. epist. Mithr. 21 nostris vitiis adhuc incolumem. orat. Phil. 7 cum legatis adhuc iure parentibus. VERG. Aen. 11, 419 adhuc intacta iuventus. HOR. epist. 1, 17, 3 disce docendus adhuc. carm. 3, 7, 22 adhuc integer. 3, 11, 11 nuptiarum expers et adhuc protervo cruda marito. 4, 10, 1 o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens. OV. met. 3, 310 imperfectus adhuc infans ... ab alvo eripitur. 4, 582 per adhuc humana ... ora. 6, 644 vivaque adhuc ... membra dilaniant (*cf.* 14, 713 AVG. civ. 11, 33 *v.* 20, 9 SVLP. SEV. dial. 3, 5, 3). 8, 316 adhuc a coniuge tutus. *cf.* rem. 224 ars 61 LIV. 36, 24, 3 SEN. contr. 9, 4 (27), 21. *inde passim.* MELA 3, 14 latae adhuc Hispaniae *incipiunt* magis magisque spatia contrahere (*cf.* TERT. anim. 26 longe adhuc partus et aëris nullus impulsus. ITIN. Silv. 23, 1 perveni ad quandam civitatem supra mare adhuc Ciliciae. AVG. epist. 243, 2).

B *comparatur tempus praesens cum praeterito*: **a** *significatur aliquid etiam nunc durare, quamquam exspectatur vel timetur vel optatur, ut iam desierit. in sententiis interrogativis*: TER. Hec. 176 quid adhuc habent infirmitatis nuptiae? VERG. Aen. 6, 806 et dubitamus adhuc virtutem extendere factis ...? OV. met. 6, 171 aut cur colitur Latona per aras, numen adhuc sine ture meum est? SEN. Tro. 955 adhuc Achilles vivit in poenas Phrygum? adhuc rebellat? *cf.* Phaedr. 954 Herc. O. 8. 1399 epist. 93, 6. 99, 30. PERS. 3, 58 stertis adhuc ...? SIL. 12, 75 (*verba Hannibalis*) tene heu Cumanus hiantem agger adhuc murusque tenet ...? *cf.* 13, 102. STAT. silv. 1 praef. 6 quid enim ⟨opus huius⟩ quoque auctoritate editionis onerari, quoniam adhuc pro Thebaide mea ... timeo? *cf.* Theb. 9, 13. 11, 377. IVV. 6, 192 tune etiam ... adhuc graece? TERT. anim. 26 HIER. epist. 48, 16 AVG. civ. 10, 26. 14, 5 SVLP. SEV. dial. 3, 85. *in enuntiatis condicionalibus*: VERG. Aen. 4, 319 oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem. OV. met. 2, 300 si quid adhuc superest. *cf.* 13, 378 epist. 9, 149 Pont. 4, 8, 65. 4, 15, 1 trist. 1, 6, 6. 3, 10, 1. SEN. Herc. O. 1854 cessate, matres, pertinax si quas dolor adhuc iubet lugere. CVRT. 10, 4, 3 LVCAN. 8, 143 STAT. Ach. 1, 72 Theb. 12, 818 MART. 1, 54, 1 QVINT. decl. 372 p. 406, 16 IVV. 8, 36 APVL. apol. 98. MART. 8, 64, 15 quod si ludis adhuc semelque nasci uno iam tibi non sat est in anno, natum te ... nec semel putabo. *in enuntiatis concessivis vel sensu concessivo usurpatis*: GLOSS. adhuc tamen *μέχρι τούτ⟨ο⟩ν ὅμως*. HOR. epist. 1, 12, 14 cum tu inter scabiem tantam et contagia lucri nil parvum sapias et adhuc sublimia cures. OV. met. 12, 592 cum tamen ... vivit adhuc ... Achilles. epist. 17, 187 aestus adhuc tamen est. *cf.* SEN. benef. 7, 10, 3 LVCAN. 2, 658. 8, 11. 9, 519 PLIN. nat. 4, 54. 13, 73 STAT. silv. 1, 2, 32 QVINT. inst. 8, 3, 27 PLIN. epist. 2, 3, 5. 5, 8, 8 COMM. apol. 546 AVG. civ. 2, 21. 7, 23. 13, 9. 14, 14. 19, 4. LIV. 45, 22, 1 peccaverimusne, adhuc dubium est; poenas ... iam patimur. SEN. nat. 6, 18, 5 ⟨in⟩ hoc non intellexerunt nec id, quod clausum est, esse adhuc ventum, nec id, quod ventus est, posse iam claudi. epist. 75, 14 effugit avaritiam, sed iram adhuc sentit. iam non sollicitatur libidine, etiamnunc ambitione, iam non concupiscit, sed adhuc timet. LVCAN. 8, 659 STAT. Theb. 3, 208. 10, 489 IVV. 3, 215 PLIN. epist. 4, 15, 10 AVG. civ. 13, 11 *et sic passim.* **b** *significatur aliquid, quod antea fuit, etiam nunc, hodie quoque esse*: CIC. Att. 3, 14, 1 minus moleste feremus nos vixisse et adhuc vivere. OV. met. 2, 255 occuluitque caput (*Nilus*), quod adhuc latet. PAVL. FEST. 12 quod genus domicilii (*tabernae*) ... Romanis fuisse testimonio sunt exterae gentes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis. SEN. contr. 2, 1, 27 semper ... illos colui, immo adhuc colo. VAL. MAX. 2, 5, 6 febrem ... ad minus nocendum templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio ... extat. SEN. nat. 3, 25, 5 erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum. *cf.* epist. 70, 1. CVRT. 4, 11, 21 nuntiate regi vestro, et quae amisit et quae adhuc habet. COLVM. 6 praef. 4 veteres possederunt, et adhuc apud quasdam gentis ... usurpatur. MELA 2, 77 mirum quam facile et tunc sedem alienam ceperit, et adhuc morem suum teneat (*Massilia*). *cf.* PLIN. nat. 37, 37. STAT. silv. 2, 6, 30 vidi et adhuc video. QVINT. decl. 340 p. 343, 3 PLIN. paneg. 56 SVET. Tib. 29 GAIVS inst. 1, 184 TERT. nat. 2, 17 ANTH. 426 AVG. civ. 4, 1. 21, 13. *in sententiis condicionalibus vel optativis irrealibus*: SEN. contr. 1, 2, 1 sacerdos vestra adhuc in lupanari viveret, nisi hominem occidisset. *cf.* contr. exc. 1. contr. exc. 9, 1 quid aliud facerem, si adhuc alligatas haberem manus? SEN. Herc. O. 1333 adhuc malis ferisque suppositus fores, ni me tulisses. benef. 3, 32, 5 quid nunc ceteros persequar, quos iam consumpsisset oblivio, nisi illos filiorum gloria e tenebris eruisset et adhuc in luce retineret? CVRT. 6, 10, 9 ut viveret adhuc. *cf.* STAT. silv. 5, 5, 74 heu munera nostra rideres ingratus adhuc. CVRT. 8, 1, 36 LVCAN. 3, 320 QVINT. inst. 10, 2, 7 decl. 330 p. 299, 25 PLIN. paneg. 79 APVL. apol. 76 *al.* SALL. Iug. 18, 8 ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, ... oblonga incurvis lateribus tecta quasi navium carinae sunt. OV. fast. 4, 70 et quod adhuc Circes nomina litus habet. PAVL. FEST. 35 unde adhuc baiulari dicitur. 69 unde adhuc dicimus sine dolo malo (*cf.* 23. 71. 86. 92. 276. 281. 309. 359. 366). PLIN. nat. 10, 135 ita (*novae naves*) enim adhuc vocantur. *cf.* 33, 42. TAC. ann. 2, 88 caniturque adhuc barbaras apud gentes. GAIVS inst. 1, 122 SOL. 1, 21. 40, 8. 42, 2. VERG. Aen. 2, 142 ... quae restet (restat *M*^{1}) adhuc mortalibus usquam intemerata fides ... (*cf.* OV. Pont. 2, 3, 60 *cf.* 4, 8, 65 *v. p. 657, 41* SEN. epist. 64, 7). 5, 413 sanguine cernis adhuc sparsoque infecta cerebro (*cf.* STAT. silv. 5, 2, 148 TAC. ann. 1, 59). OV. met. 8, 719 ostendit adhuc ... vicinos corpore truncos (*cf.* 15, 294 SVET. Aug. 6 Tib. 6). OV. met. 2, 300 *cf. p. 657, 40* (*cf.* LIV. 23, 12, 17 hostium quidem ergo, inquit, adhuc nimis multum superest. PHAEDR. 4 epil. 1 adhuc supersunt multa, quae possim loqui. SEN. benef. 2, 1, 1 VAL. FL. 1, 808 MART. 14, 13, 1. 8, 66, 7 *cf.* QVINT. inst. 6, 2, 2. 10, 1, 104 TAC. Germ. 34 PLIN. epist. 3, 14, 6 GAIVS inst. 3, 122 TERT. nat. 2, 17). met. 14, 759 dominae sub imagine signum servat adhuc Salamis (*cf.* COLVM. 11, 3, 62 PETRON. 141 VAL. FL. 2, 21 PLIN. epist. 1, 14, 4). FRONTIN. aq. 101 perseverat. OV. Pont. 2, 4, 3 ecquid adhuc remanes memor infelicis amici ...? (*cf.* PAVL. FEST. 70 unde adhuc manet delicatus, quasi lusui dicatus. 79. 250 remanet. 261 permanent. 343 manet. SEN. epist. 4, 2 remanet. STAT. Theb. 11, 568 manet. QVINT. inst. 1, 6, 32 remanet. *item* manere: TAC. dial. 37, 7 Germ. 28 PLIN. epist. 10, 37, 2 SVET. Tit. 2 TERT. ieiun. 16 VVLG. I Cor. 15, 6 AVG. civ. 21, 4 SVLP. SEV. dial. 2, 10, 3 CORP. III 567, 20 *cum add.* p. 987 *et* 1317). GERM. 657 horret vulnus adhuc (*cf.* STAT. Theb. 8, 108 CLAVD. 15, 7). SEN. epist. 47, 14 quod etiam in mimis adhuc durat. *cf.* 87, 4 PLIN. nat. 2, 226. 6, 121. 14, 55. 28, 31. 33, 96 VAL. FL. 6, 309 PLIN. epist. 4, 16, 1 SOL. 10, 9. 35, 12 CLAVD. 3, 72. AVG. civ. 4, 7 perdurat. VERG. Aen. 12, 35 recalent nostro Tiberina fluenta sanguine adhuc (*cf.* CLAVD. 1, 117 sudor adhuc per membra calet). HOR. carm. 4, 9, 10 spirat adhuc amor (*cf.* STAT. Theb. 7, 546). VAL. FL. 6, 626 frater adhuc maeret (*cf.* STAT. Theb. 4, 107). STAT. Theb. 6, 520 ardet adhuc (*cf.* IVV. 15, 35). *sic passim cum verbis durandi inde a Ciceronis, praecipue a Quintiliani aetate. cum aliis coniunctionibus*: OV. met. 12, 444 signa vides, apparet adhuc vetus inde cicatrix (*cf.* ITIN. Silv. 14, 2). TAC. hist. 5, 4 olim ... adhuc. SVET. Claud. 1 *fossae*, quae nunc adhuc Drusianae vocantur (*cf.* AVG. civ. 14, 20. PROSP. epist. ad Aug. 5 vel nunc quoque adhuc). SVET. gramm. 25 veteres controversiae ... ex historiis trahebantur, sicut sane nonnullae usque adhuc (*cf.* GELL. 2, 4, 6 TERT. pudic. 8 ieiun. 11 adv. Marc. 4, 19 SOL. (4^{ies}). ITIN. Silv. 5, 5 usque in hodie adhuc. AVG. civ. 4, 7 *v. l. 32.* HYG. fab. 133 p. 114 adhuc hodie. VVLG. Rom. 8, 22 I Cor. 4, 13. *cf.* 15, 6 *v. l. 27*). **c** *cum negatione*: CIC. Verr. 3, 29 ego iam pridem ab eo peto ... et adhuc impetrare non possum. OV. met. 1, 356 haec quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae certa satis; terrent etiam nunc nubila mentem. SEN. epist. 54, 6 nec adhuc, quamvis desierit, ex natura fluit spiritus. *cf.* 79, 11. PLIN. nat. 33, 73 nec tamen adhuc aurum est (*cf.* QVINT. decl. 297 p. 174, 4 PLIN. epist. 5, 18, 2. AVELL. p. 160, 11 et tamen nec adhuc). MART. 3, 50, 6 tertius est *liber*, neque adhuc mensa secunda venit. APVL. apol. 16 etiam libenter te nuper usque, albus an ater esses, ignoravi et adhuc hercle non satis novi. TERT. nat. 1, 7 adhuc Galliae Rhodano suo non lavant. AVG. civ. 22, 5 adhuc usque non credunt? CIC. epist. 5, 10^a, 3 Caesar adhuc mi iniuriam facit: de meis supplicationibus et rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. LIV. 38, 49, 3 equidem adhuc, qualem aut sibi fingant aut vobis videri velint hostem fuisse, non invenio. SEN. Phoen. 354 non satis est adhuc civile bellum. MELA 3, 2. LVCAN. 4, 370 nec fervida pestis cedit adhuc, sed morbus egens iam gurgite plenis visceribus sibi poscit aquas. *al.* *i. q. non iam*: OV. met. 10, 255 nec adhuc ebur esse fatetur (*Pygmalion*). LVCAN. 8, 741 abest a munere busti infelix coniunx nec adhuc a litore longe est. COMM. instr. 1, 16, 12 quae (*daemonia*) nec numerantur adhuc et in collo feruntur. OPTATVS p. 123, 16 non est adhuc necessarium testamentum. AVG. civ. 22, 29 non adhuc eorum (*sanctorum*) carne carnaliter, sed spiritaliter iam vivente. **d** *cum substantivis, adiectivis, participiis*: FRONTO p. 95, 21 N. quasi adhuc magister. CIC. Att. 3, 8, 2 adhuc miser in ... aerumnis ... maneo. BELL. Hisp. 26, 4 nostris ... adhuc freti praesidiis bellum ducunt. OV. met. 2, 398 amentes et adhuc terrore paventes. *cf.* 4, 2. 14, 562 trist. 4, 2, 31 Pont. 4, 14, 20 LIV. 24, 22, 8. 25, 39, 9 calentes adhuc ab recenti pugna ... proelium ineunt. OCTAVIA 599. SEN. Troad. 1157 nec tamen moriens adhuc deponit animos (*cf.* PLIN. nat. 10, 78 nuper et adhuc tamen rara ... cerni coepere picarum genera). CVRT. 6, 2, 13. 8, 1, 45 COLVM. 6 praef. 7 MELA 1, 66 LVCAN. 2, 730 PETRON. 106 VAL. FL. 3, 278 STAT. silv. 1, 5, 7 Theb. 2, 640. 4, 439 PLIN. epist. 8, 14, 16. 9, 1, 4 *al.*

C *in praeceptis, sententiis, apud rerum rusticarum scriptores, medicos, iurisconsultos praecipue, usurpatur de actione durante non ad tempus loquentis pertinente*: PAVL. FEST. 15 arbitrarium (*dicitur*), cum adhuc res apud arbitrum geritur. *cf.* COLVM. 2, 4, 1 proscindendi sunt (*campi*) anni tempore iam incalescente, cum omnis herbas edi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

derint neque adhuc earum semina maturuerint. *v.* 6, 2, 1. 7, 5, 8. 12, 50, 1. MART. 13, 68 galbina decipitur calamis et retibus ales, turget adhuc viridi cum rudis uva mero. QVINT. inst. 5, 10, 122 an ad probandum id, quod intendimus, forte respondeant, nisi cum discunt et adhuc usu carent. PAVL. FEST. 126 matrimes et patrimes dicuntur, quibus matres et patres adhuc vivunt. *cf.* PAVL. FEST. 271. VAL. MAX. 7, 2 ext. 2 age quam prudenter Solo neminem, dum adhuc viveret, beatum dici debere arbitrabatur. CELS. 2, 15 p. 60 D. utilisque est (*gestatio*) et iis corporibus, quae iam ex . . . febre carent, sed adhuc exerceri per se non possunt. *cf.* 2, 15 p. 61 D. *saepius.* SEN. nat. 6, 18, 2 ubi illum (*spiritum*) extrinsecus superveniens causa sollicitat conpellitque et in artum agit, si licet adhuc, cedit . . . . COLVM. 6, 12, 1. 8, 14, 8. 12, 6, 2. 12, 55, 3. PLIN. nat. 10, 197 si tenerior est catulis adhuc aetas. GAIVS dig. 5, 4, 2 si ex pluribus . . . quidam adierint, quidam adhuc deliberant . . . . CELS. dig. 8, 6, 6, 1[b] si modo et ab initio potuit angustior constitui via . . . et adhuc id loci superest . . . . *passim apud* ICTOS. SEN. nat. 5, 11, 2 Iulio enim mense . . . pauca iacent adhuc sub nive *etesiae.* COLVM. 2, 9, 15 omne virus, quod adhuc inest terrae, propulsare. 2, 10, 32 dum adhuc viret (6, 26, 1. 7, 3, 13. 7, 6, 3 *passim.* SCRIB. LARG. 207 huic ergo emplastro, cum ita compositum est, dum adhuc modice calet, adicito . . . . SCAEV. dig. 38, 8, 10 GAIVS inst. 3, 159 ANTH. 439, 3 VEG. mil. 3, 4 FAVST. REI. serm. 14 p. 278, 6 Vind.). *saepius, apud* COLVM. 7[ies]. PLIN. nat. 32, 122 quibus (*ranis*) adhuc cauda est. QVINT. inst. 12, 6, 2 quidquid est illud adhuc acerbum. decl. 307 p. 207, 12 adeo ille, qui nondum iudicavit, adhuc non est pro torto. *v.* PLIN. epist. 3, 16, 6 *passim.*

in comparatione: OV. met. 6, 529 utque columba suo madefactis sanguine plumis horret adhuc avidosque timet . . . ungues. SEN. epist. 28, 6 *cf.* 75, 12. 124, 8 non magis infans adhoc (*sic BA*) boni capax est, quam arbor . . . . VAL. FL. 7, 375. 8, 27. QVINT. inst. 2, 4, 8 PLIN. epist. 5, 16, 11. *cum abl. abs.*: CELS. 1 *prooem.* adhuc spirante homine. *cf.* 2, 7 p. 42 D. 2, 17 p. 62 D. 6, 6, 8 p. 229 D. SEN. nat. 4, 1, 2 manenti adhuc intra mensuram suam Nilo. *cf.* epist. 94, 74 COLVM. 2, 9, 4 (*inde 5[ies]*). PLIN. nat. 12, 130 olea adhuc alba expressa. QVINT. inst. 10, 1, 21 SCAEV. dig. 31, 89, 5. *cum substantivis, adiectivis et participiis*: COLVM. 2, 14, 3 adhuc vere. CELS. 1, 3 p. 17 D. praecipio . . . ne ex hac quidem causa sudanti adhuc frigidum bibendum esse (*saepius inde, 7[ies]*). CELS. 2, 1 p. 30 D. teneros adhuc pueros (*cf.* SEN. dial. 4, 18, 2 CVRT. 6, 5, 14. *inde saepe, 15[ies] apud* CELS. COLVM. QVINT.). SEN. dial. 3, 6, 3 novissime ad poenas et has adhuc leves decurrat (*saepius, apud* SEN. *6[ies]*). COLVM. 2, 14, 9 (*saepe, 11[ies]*). SCRIB. LARG. 111. 268 PLIN. nat. 8, 200. 30, 62 MART. 13, 102 QVINT. inst. 1, 2, 27. 6, 2, 7. 7, 4, 27. 10, 1. 21. 12, 5, 3. 12, 6, 3 PLIN. epist. 3, 1, 2 GAIVS inst. 2, 179. 181. 3, 176.

III *de tempore praeterito*: *eodem sensu, de quo sub I et II explicatum est.* **a** *significatur aliquid pertinuisse ad temporis praeteriti terminum: usque ad id tempus*: CIC. fin. 5, 16 ille (*Carneades*) vidit, non modo quot fuissent adhuc philosophorum de summo bono, sed quot omnino esse possent. de orat. 1, 94 scripsi . . . disertos cognosse me nonnullos, eloquentem adhuc neminem. OV. met. 1, 132 vela dabat ventis, nec adhuc bene noverat illos, navita. *cf.* fast. 5, 423 FLOR. 1, 40, 31. OV. met. 9, 273 sensit Atlas pondus. neque adhuc Stheneleius iras solverat Eurystheus odiumque . . . exercebat. 13, 166. 408. SEN. contr. 7, 8 (23), 4 sive adhuc (adhoc *AB*) esset vitiata, sive non. SEN. dial. 11, 2, 5 hoc adhuc defuerat tibi lugere vivos. 12, 2, 2. PETRON. 13 adhuc suturae quidem non attulerat rusticus curiosas manus. *cf.* 54. QVINT. inst. 9, 4, 16 decl. 284 p. 149, 17 FRONTIN. strat. 1, 2, 2 TAC. ann. 15, 33 hist. 1, 36 AVG. civ. 2, 21.

b *significatur aliquid tempore praeterito durasse, i. q. tum, etiam tum*: OV. met. 1, 76 sanctius . . . animal . . . deerat adhuc, quod dominari in cetera posset. 3, 359 corpus adhuc Echo, non vox erat. 4, 163 incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat. epist. 15, 43 matris adhuc utero . . . tenebar. *cf.* trist. 1, 9, 42 fast. 2, 292. 4, 241. 6, 173. 420. LIV. 10, 28, 1 quamquam communis adhuc Mars belli erat, necdum discrimen fortuna fecerat, . . . haudquaquam similis pugna in dextro laevoque cornu erat. 28, 40, 10 me dictatorem, cum vigerem adhuc viribus . . ., nemo . . . audivit. *saepissime ita coniungitur* (*cf.* SEN. excerpt. contr. 8, 6 cum adhuc pulsaret. VELL. 2, 33, 1 cum . . . *Lucullus* bellum adhuc administraret. ASCON. Mil. p. 52 B. cum adhuc quaestor designatus esset. PETRON. 61. 63. 88 PLIN. nat. 16, 170 STAT. silv. 5, 1, 18 MART. 6, 32, 1 QVINT. decl. 296 p. 171, 13. 335 p. 318, 8 SVET. Tib. 57 Vitell. 10 Vesp. 1 *cf.* APVL. apol. 86 SPART. Sev. 6, 1 VOPISC. Aurel. 32, 2 CAPITOL. Alb. 13, 4 FAVSTIN. prec. 7 (Migne 13, 88[a]) trin. 2, 4 (*ibid.* 53[b]) AMM. 19, 8, 5. 21, 2, 1 VVLG. iud. 6, 24 I reg. 13, 7 II reg. 13, 30 *saepius.* AVG. civ. 16, 29 AVELL. p. 12, 22 VEN. FORT. carm. 10, 6, 115). LIV. 33, 49, 7 regem . . . fluctuantem adhuc animo incertumque. SEN. contr. 9, 6 (29), 7 adhuc puella erat. *cf.* 10, 4, 21. PHAEDR. 1, 1 amphoram, adhuc Falerna faece e testa nobili odorem quae . . . spargeret. SEN. nat. 6, 31, 1 nondum videlicet spiritus omnis exierat, sed adhuc emissa sui parte maiore oberrabat (*cf.* 6, 5, 2). *cf.* epist. 78, 1. 90, 35. 45 CVRT. 4, 16, 19. 6, 2, 8. 8, 2, 8. 8, 13, 27. 9, 6, 10. PETRON. 99 adhuc loquebatur, cum crepuit ostium (*v.* 115). *cf.* 47. 70 VAL. FL. 1, 775. 7, 106 STAT. Theb. 2, 627. 7, 356. 12, 420 MART. 50, 15, 8 QVINT. inst. 3, 1, 7. 4 praef. 1. 8, 3, 34 decl. 245 p. 5, 10. 337 p. 329, 16

TAC. ann. 2, 33. 5, 3. 14, 63 PLIN. epist. 6, 16, 18. 10, 67, 1 SVET. Caes. 69 Tib. 65 Ner. 1 FLOR. 1, 17, 1. 1, 28, 15. 1, 47, 2 FRONTO p. 186, 11 N. ICTI *saepius.* APVL. flor. p. 10 *et* 96 Oud. met. 7, 13. 10, 12. *inde saepius apud* TERT. SCRIPT. hist. Aug. AMM. VVLG. AVG. civ. *al.* *cum negatione*: OV. epist. 12, 141 pertimui nec adhuc tantum scelus esse putabam. fast. 2, 239 puer impubes et adhuc non utilis armis . . . relictus erat. LIV. 10, 31, 1 his ita rebus gestis nec in Samnitibus adhuc nec in Etruria pax erat. FEST. 213 etiam noxii pecore multabantur, quia neque aeris adhuc neque argenti erat copia. SEN. contr. 2, 5, 18 nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam, postea cogitavi. *cf.* 7, 4 (19), 1. 7, 8 (23), 3 contr. exc. 2, 5. 7, 4. 7, 8 SEN. epist. 95, 14 PETRON. 11. 57 STAT. Theb. 8, 292. 10, 850 QVINT. inst. 12, 2 decl. 260 p. 68, 14. 301 p. 186, 19 TAC. ann. 14, 15. 15, 27 hist. 1, 16. 1, 55 TERT. pudic. 6 VVLG. II par. 5, 11. 20, 33 Hebr. 11, 7.

cum substantivis, adiectivis, participiis: VELL. 2, 9, 4 iuvenes adhuc Iugurtha ac Marius. 2, 35, 3. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 adhuc puer. CVRT. 7, 9, 19. STAT. Ach. 1, 589 oscula . . . dabat . . . sorori (*Iunoni*) frater adhuc. QVINT. decl. 282 p. 147, 17 PLIN. epist. 1, 18, 3. 4, 1, 4 SVET. Aug. 20. 25. 89. 94 infans adhuc. Calig. 7 infantes adhuc. Claud. 26 virginem adhuc. Galb. 4 puero adhuc. *saepius apud* SVET. *et alios* SALL. frg. 2, 6 Ceam insulam tenuit primo adhuc hominibus vacuam. VERG. Aen. 11, 487 aenis horrebat squamis . . . tempora nudus adhuc. OV. met. 8, 823 lenis adhuc somnus. 11, 691 adhuc umente capillo. fast. 2, 253 adhuc duris . . . pomis. 3, 119 adhuc ratione carentes. trist. 1, 7, 22 adhuc crescens et rude carmen erat. LIV. 21, 48, 3 gravis adhuc vulnere erat. *cf.* 27, 20, 4. 32, 17, 15. 37, 49, 5. PAVL. FEST. 93 patrimes et matrimes erat, id est patrem matremque adhuc vivos habebat. SEN. contr. 9, 4 (27), 14 deformem adhuc faciem. 10 praef. 7 postea viventis adhuc scripta conbusta sunt. VELL. 2, 16, 3. 2, 76, 2. 2, 115, 2. VAL. MAX. 1, 6, 2 pavidi adhuc milites. 1, 8, 8. *cf.* 5, 2 ext. 1. 6, 1, 4. CELS. 1 prooem. adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam. SEN. Phoen. 451 error invitos adhuc fecit nocentes. dial. 10, 6, 1 pupillus adhuc. *cf.* 12, 9, 7 nat. 4, 7, 2 epist. 77, 14. 95, 15. 99, 14. 102, 26 CVRT. 3, 5, 2 *passim* (*11[ies]*). LVCAN. 4, 80 adhuc rudibus . . . sagittis. 6, 679 viventis adhuc . . . cerastae. VAL. FL. 8, 125 ibat adhuc aptans umeris leonem. SIL. 14, 445 quos fuga . . . partem glomerarat in unam puppis adhuc vacuam taedae (*saepius, 12[ies] fere*). STAT. *passim.* MART. 4, 22, 1. QVINT. inst. 1, 8, 2 Caesarem praetextatum adhuc (*saepius, 7[ies]*). FRONTIN. aq. 18 frequentia adhuc . . . bella. IVV. 4, 9 sanguine adhuc vivo. 6, 129. 13, 41. TAC. ann. 1, 5 neque satis compertum, spirantem adhuc Augustum . . . an exanimem reppererit *Tiberius.* hist. 2, 1 Germ. 28 dial. 26 *passim* (*25[ies] fere*). PLIN. epist. 6, 20, 18 occursabant trepidantibus adhuc oculis. 7, 27, 2. 9, 13, 5 paneg. 15. SVET. Aug. 17 remisit inter alios C. Sosium et T. Domitium tunc adhuc consules (*cf.* Tib. 14 Otho 3. TERT. scorp. 10 adhuc tunc. orat. 22 quoniam tunc innupta adhuc Eva . . . fuit). *passim* (*23[ies]*). *saepe apud* APVL. (*8[ies] fere*). TERT. bapt. 3 pudic. 14 SPART. Sev. 15, 5 LAMPR. Alex. Sev. 14, 3. 5, 4 *saepius.* VVLG. num. 30, 4 *saepius.* CLAVD. 1, 188. 15, 173. 15. 360 AVG. civ. 4, 6 *saepius. al.* *cum negatione*: OV. met. 1, 10 nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan. fast. 2, 297 nullus adhuc erat usus equi. SEN. contr. 7, 6 (21), 14 nec adhuc iniuriae idonea. TAC. ann. 2, 76 censebat nihil adhuc inexpiabile admissum. 3, 26 hist. 1, 31. 14, 2. SVET. Claud. 10 hinc ad alios commilitones fluctuantis nec quicquam adhuc quam frementis perduxit. gramm. et rhet. 2 TERT. pudic. 7. SPART. Sev. 8, 6 nihil adhuc . . . palam dicens. *cf.* CASSIOD. var. 7, 32, 3. LIV. 6, 33, 2 cum . . . defectio recentibus adhuc animis ferociores (*Latinos*) faceret. 23, 33, 3 incertis adhuc viribus fluctuatus animo fuerat. *cf.* 33, 20, 9. 37, 8, 4. SEN. contr. 2, 5, 6 laceratis membris nec adhuc sufficientibus. *cf. p. 658, 63 sqq.* VELL. 2, 7, 1 viva adhuc matre. *hac relatione saepius* (*cf.* VELL. 2, 103, 3 VAL. MAX. 1, 7, 6 CVRT. 6, 11, 29. SPART. Ael. 6, 7 vivente adhuc Vero (*cf.* VVLG. deut. 31, 27 AVG. civ. 17, 8. 18, 3. 4). AVG. civ. 3, 29. 8, 12. 15, 20. 16, 34). VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 adhuc se continente. 9, 3 ext. 4 altera parte crinium adhuc soluta. SEN. Ag. 249 stante adhuc Troia. CVRT. 4, 16, 28 dubioque adhuc pugnae eventu. *cf.* 4, 10, 34. PETRON. 17 tacentibus adhuc nobis. *cf.* 33. 96. TAC. Agr. 16 manentibus adhuc civilibus bellis. hist. 1, 46 incolumi adhuc Galba. *cf.* 2, 1. *saepius* (*18[ies] fere*). PLIN. paneg. 57 adhuc initio principatus. SVET. Caes. 26 inperfecto adhuc bello. *saepius* (*7[ies]*). APVL. met. 1, 11 haec adhuc me suadente. *saepius* (*5[ies]*). TERT. nat. 2, 12 orat. 16 anim. 51 CAPITOL. Aur. 21, 6 *saepius.* VVLG. III reg. 1, 14. 22. 42 IV reg. 6, 33 Esth. 6, 14 *saepius.* AVG. civ. 18, 3. 6. 7. 10.

c *significatur aliquid durasse tempore praeterito, licet exspectaretur vel optaretur, ut iam tum desineret; sensu 'etiam tum' vel 'tamen'*: OV. met. 8, 11 sexta resurgebant orientis cornua lunae, et pendebat adhuc belli fortuna. SEN. contr. exc. 5, 3 iam perierant, et adhuc minabatur. SEN. Herc. O. 507 iam totus undis Nessus exierat ferox, medioque adhuc errabat Alcides vado. PLIN. epist. 6, 20, 6 iam hora diei prima, et adhuc dubius et quasi languidus dies. paneg. 10 TERT. idol. 9 AVG. civ. 3, 12. adhuc tamen: CVRT. 7, 4, 36 praecipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. 8, 6, 18 iam alii ex cohorte in stationem successerant . . . adhuc tamen coniurati stabant vice officii sui expleta. AVG. civ. 18, 15 iam ergo regnabant Laurentes utique in Italia . . . et tamen adhuc regnum Assyrium permanebat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VELL. 2, 22, 5 omnia erant praecipitia in re publica, nec tamen adhuc quisquam inveniebatur, qui. PETRON. 113 omnia me oscula vulnerabant..., nec tamen adhuc sciebam.... AVG. civ. 17, 2. PETRON. 43 olim oliorum (*corrupta?*) et adhuc salax erat. LIV. 36, 37, 1 iam profecto ad bellum M'. Acilio, manente adhuc Romae P. Cornelio consule. VAL. MAX. 1, 1, 19 effecit ... ut ... eversis iam arboribus poenas lueret et adhuc superantibus immunitatem ... pareret. 1, 7, 2. SEN. dial. 10, 5, 2 iam victo patre Pompeio, adhuc filio in Hispania fracta arma refovente. APVL. flor. p. 66 Oud. *varie notatur tempus in his*: OV. met. 7, 664 flabat adhuc eurus redituraque vela tenebat. 667 sed adhuc regem sopor altus habebat. *cf.* 11, 533. 13, 189. VELL. 2, 54, 2 nusquam erat Pompeius corpore, adhuc ubique vivebat nomine. 2, 63, 1 *Lepidus* decreta sibi Hispania adhuc in Gallia morabatur. SEN. dial. 5, 20, 4 agebat adhuc regem ira praecipitem, cum partem exercitus amississet .... epist. 85, 1. COLVM. 9 praef. apibus quoque dabatur sedes adhuc nostra memoria. ASCON. Scaur. p. 25 B. ipsum quoque dubitare adhuc dixit. VAL. FL. 8, 112 dictis fidens Cretheia proles calcat et aeriam quamvis perfertur ad ornum, cuius adhuc rutilam servabant bracchia pellem. 146 *cf.* 205. SIL. 13, 19. STAT. Ach. 1, 667 et adhuc in corde manebat ille diu deceptus amor. MART. 3, 22, 1 dederas ... bis trecenties ventri, et adhuc supererat centies tibi laxum. PLIN. paneg. 61 utriusque adhuc oculis paulo ante dimissi fasces oberrabant. TERT. pudic. 14 CAPITOL. Aur. 29, 2 CLAVD. carm. min. 25, 56. *cum substantivis, participiis, adiectivis*: VELL. 2, 30, 2 sed Pompeius hoc quoque triumpho adhuc eques Romanus .... LIV. 9, 6, 12 non hiscere quemquam prae metu potuisse, tamquam ferentibus adhuc cervicibus iugum, sub quod emissi essent. 45, 43, 1 haerente adhuc non animis modo, sed paene in oculis memoria. VELL. 2, 55, 2 adhuc paterni nominis magnitudinem sequentium. CELS. 3, 4 p. 81 D. inclinata quidem febre, sed adhuc tamen (etiam num *Vatic.*) inhaerente. *cf.* CVRT. 8, 4, 14. VELL. 2, 73, 2 senatus paene totus adhuc e Pompeianis constans. *cf.* VAL. MAX. 7, 3 ext. 6 CVRT. 4, 5, 13. 4, 16, 15 *saepius* CALP. ecl. 1, 65 STAT. Theb. 10, 616 QVINT. inst. 6, 2, 35 PLIN. epist. 9, 13, 20 APVL. met. 8, 8. 9, 39. LIV. 25, 37, 14 avidos adhuc caedisque et sanguinis. *cf.* 27, 40, 8. STAT. Ach. 1, 159 ille aderat multo sudore et pulvere maior, et tamen ... dulcis adhuc visu. *cf.* silv. 4, 6, 54. SVET. Claud. 45 quasi pro aegro adhuc vota suscepta sunt. *cf.* Galb. 20.

IV *de tempore futuro*: *significatur aliquid duraturum esse in futurum tempus*: **a** *cum futuro*: SEN. dial. 7, 11, 3 videbimus, an, apud quos tam contumeliose tractata virtus est, adhuc virtus sit. LVCAN. 7, 212 omnes ... legent (*bella*) et adhuc tibi, Magne, favebunt. PLIN. nat. 35, 61 de hoc enim adhuc loquamur. QVINT. inst. 8, 3, 58 de hac parte et in alio nobis opere plenius dictum est et in hoc saepe tractatur et adhuc spargetur omnibus locis. *cf.* 9, 3, 87 decl. 247 p. 11, 8. TAC. ann. 1, 48 Germanicus ... dandum adhuc spatium ratus .... *cf.* 2, 26. 3, 15. 4, 40. PLIN. epist. 2, 10, 2 magna ... expectatio est, quam frustrari adhuc et differre non debes. *cf.* 2, 19, 9. 7, 19, 8. TERT. nat. 2, 12 adhuc de Saturno immorabor. HERM. rec. Pal. sim. 9, 23, 4 deus ... non memor est ..., sed propitiatur et adhuc propitius eis fiet. *cf.* SPART. Pesc. 11, 3 LVCIF. Athan. 1, 18 de reg. apost. 6 FILASTR. 79, 8 VVLG. iud. 15, 7 psalm. 48, 10. 91, 15· *passim* (ἔτι, *hebr.* עוֹד *cf.* HIER. epist. 106, 25 ad psalm. 41, 12). AVG. civ. 16, 26. 18, 29 *saepius* (*cf.* 7, 23 hic eum adhuc teneo, tantisper de hac ago). SVLP. SEV. epist. 3, 13 AVELL. p. 19, 16 *al.* *cum adiectivis*: HOR. ars 114 interierit multum, divusne loquatur an heros, maturusne senex an adhuc florente iuventa fervidus. OV. met. 9, 406 manes tellure videbit vivus adhuc vates. LIV. 21, 43, 13 exercitu tirone ... ignoto adhuc duci. SEN. dial. 12, 8, 4 aegrum eum adhuc et secum reluctantem. STAT. silv. 2, 7, 54 teneris adhuc in annis. QVINT. inst. 12, 5, 3 si quis haec forte minus adhuc peritus distinguendi vim cuiusque verbi leget (*cf.* 1, 2, 27). TAC. ann. 3, 22 Quirinus post dictum repudium adhuc infensus. PLIN. epist. 8, 4, 6 ... erunt recentia ... et adhuc similia nascentibus. TERT. anim. 58 quam iniquissimum otium apud inferos, si et nocentibus adhuc illic bene est et innocentibus nondum (*cf.* anim. 55). ieiun. 6 pudic. 7. VVLG. levit. 18, 18 nec revelabis turpidinem eius adhuc illa vivente. FAVST. REI. 73, 14 divina providentia sicut novit iudicare de gestis, ita adhuc gerendis nescit praeiudicare. *cum negatione*: *i. q. non iam*: QVINT. inst. 2, 5, 21 neque vim eorum (*Gracchorum et Catonis*) adhuc intellectu consequentur et elocutione ... contenti similes sibi magnis viris videbuntur. FRONTO p. 56, 17 N. fortassis pauculis te adhuc diebus ... non videbo. *cf. p. 662, 6. 11. cf.* OPTATVS p. 12, 16 AVG. civ. 20, 30 epist. 120, 2. 9 p. 711, 26 Vind. enchir. 74 Migne 40, 267.

b *inde derivantur hae significationes*: **1** *vim addendi praebet*: *cum verbis addendi*: GLOSS. ἔτι. SEN. nat. 2, 52, 1 pauca adhuc adiciam. 4, 8, 1 unam rem adhuc (adhoc Φ) adiciam. *cf.* 5, 17, 3 epist. 64, 7. 113, 31 illud adhuc tibi adfige, quod paulo ante dicebam. QVINT. inst. 3, 5, 16 adhuc adicitur alias esse quaestiones in rebus ipsis. *cf.* 3, 8, 26. 6, 2, 12. 11, 1, 48. decl. 335 p. 321, 23 adiciam adhuc (ad hoc *codd.*) causas moriendi. 270 p. 105, 10 quin mihi accedit supra haec unum adhuc patrocinium. FRONTIN. aq. 112 illud adhuc ... diligentiae adiciendum est. FLOR. 1, 7, 17 addito adhuc gladio. VLP. dig. 45, 1, 75, 6 adhuc occurrit, quod .... TERT. anim. 56 adhuc addam. CYPR. de laps. 17 ne adhuc lapso et hoc accedat. COMM. instr. 1, 29, 2 adhuc adgerere. VVLG. II reg. 5, 22 addiderunt adhuc. *cf.* II reg. 7, 20. IV reg. 4, 6 affer mihi adhuc. Isai. 8, 5 adiecit dominus loqui ad me adhuc. *cf.* I Macc. 16, 88 ITALA (Aug. quaest. hept. 1, 15 Vind. 28, 3 p. 9, 9) gen. 8, 21 AVG. civ. 8, 26 CAEL. AVR. acut. 1, 11, 84 ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 19, 17. *cum adiectivis quantitatis et numeralibus*: *cf. supra p. 661, 72. 75 sqq.* SEN. epist. 87, 11 nunc volo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere .... QVINT. inst. 9, 3, 38 deinceps adhuc multa. *cf.* decl. 323 p. 273, 15. IVV. 6, 502 tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum aedificat caput. PLIN. epist. 4, 13, 1 pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor. *cf. p. 661, 72.* TERT. spect. 24 quot adhuc modis probavimus .... ITIN. Silv. 6, 1 euntes adhuc aliquantulum. FILASTR. 102, 1 et iterum adhuc. HIER. epist. 48, 11 unum adhuc ponam testimonium. VVLG. exod. 11, 1. 17, 4 Ios. 23, 4 iud. 6, 39 (adhuc semel. *cf.* 16, 18 II Macc. 3, 37 Hebr. 12, 26. 27) I reg. 3, 8 psalm. 36, 10 Isai. 7, 8 (Ion. 3, 4 adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur *i. q.* post) *saepius*. SVLP. SEV. dial. 1, 12, 7. 1, 20, 1. 2, 8, 5 *al.* *i. q. insuper, praeterea*: SEN. epist. 52, 4 praeter haec adhuc invenies genus aliud. 66, 5 sunt adhuc tertia *bona* (*de primis, secundis supra*). *cf.* 72, 10. 100, 9. 113, 31 (*cf.* nat. 7, 25, 2). PLIN. nat. 33, 37 sunt adhuc aliquae non omittendae in auro differentiae. *cf.* 35, 159. MART. 11, 108, 1 quamvis tam longo possis satur esse libello, lector, adhuc a me disticha pauca petis. QVINT. inst. 2, 21, 6 atque adhuc alibi (*dicitur*). 7, 4, 29 iudicia aut propter id, quod factum est, aut propter id, quod adhuc fieri vel non fieri potest, instituuntur (*cf.* 5, 8, 6. 6 prooem. 19. 6, 3, 64. 7, 1, 36. 9, 4, 34. 12, 1, 20 decl. 249 p. 22, 15). FRONTIN. aq. 114 TAC. Germ. 10 sin permissum, auspiciorum adhuc fides exigitur. *cf.* ann. 1, 17 PLIN. epist. 3, 9, 37. 3, 10, 4 GAIVS dig. 7, 1, 6, 1 CALL. dig. 14, 2, 4 VLP. dig. 23, 3, 36 GAIVS inst. 3, 102. 180. 4, 34 APVL. met. 6, 16. 9, 38 flor. p. 28 Oud. TERT. spect. 19 nat. 1, 10 scorp. 2, 7. 10 pudic. 2. 15 ieiun. 4 anim. 21. 32 ITALA cod. Lugd. gen. 29, 31—35 HERM. rec. Pal. sim. 6, 4, 1 CYPR. epist. 73, 18 COMM. apol. 486. 677 CAPITOL. Marc. Aurel. 6, 3 AVR. VICT. Caes. 2, 2 *saepius*. QVEROL. p. 14, 23 *saepius*. AMBR. fug. saec. 7, 44. *apud* AVG. civ. *et* epist. *passim*. MARC. COM. chron. II 100, 15 FAVST. REI. p. 35, 7. 54, 1. 62, 16 VEN. FORT. carm. 5, 14, 11. **2** *vim augendi praebet*: SEN. epist. 118, 2 ei vero, qui ad illa pervenit, humilia sunt. mentior, nisi adhuc quaerit escendere (*cf.* CVRT. 9, 3, 13 adhuc penetrare in Indiam. MART. 4, 89, 3 procedere adhuc. ITIN. Silv. 20, 1 adhuc inante accedere. CLAVD. 15, 201 iret adhuc in verba dolor). CVRT. 8, 8, 12 insatiabilis autem avaritia est adhuc implere velle (*vas*), quod iam circumfluit. MART. 8, 3, 2 quid adhuc ludere, Musa, iuvat? sit pudor et finis. QVINT. inst. 2, 16, 18 et adhuc augeri potest (*orandi facultas;*) (*cf.* TAC. ann. 4, 55. 14, 52 POMP. dig. 1, 2, 2, 48 CORP. VI 10048, 14). 3, 8, 33 crescit... adhuc (*cf.* VEN. FORT. carm. 10, 19, 7). 5, 14, 18 variavit hic adhuc et rursus rationem tertio loco posuit. decl. 269 p. 99, 21 alioqui non eram tam ingratus, ut in hoc nomine (*servitutis*) adhuc eos detinerem, qui mecum soli fuissent (*cf.* SOL. 36, 3 e vertice *Cassii montis* vigilia adhuc quarta conspicitur globus solis). TAC. Agr. 33 Agricola ... militem accendendum adhuc ratus ita disseruit. PLIN. epist. 8, 7, 1 tu in scholam revocas, ego adhuc Saturnalia extendo. QVINT. inst. 5, 7, 12 in iis quoque adhuc ... vitandae insidiae (*cf.* 11, 2, 29 decl. 310 p. 221, 7 CYPR. epist. 69, 1 VVLG. gen. 4, 25). QVINT. inst. 1, 4, 20 nihilominus fuerunt, qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent (*cf.* QVINT. inst. 7, 1, 62). QVINT. inst. 9, 2, 107 etiam nova fieri adhuc possint *schemata;* (*cf.* GAIVS inst. 2, 59 adhuc etiam. 3, 152 APVL. Plat. 1, 6 TERT. ieiun. 4 CYPR. epist. 75, 6 IREN. 1, 18, 1. GAIVS inst. 3, 33 adhuc autem etiam). CYPR. epist. 59, 18 adhuc insuper, *saepius*. *cf.* COMM. instr. 1, 13, 4. LVCIF. de reg. apost. 4 non solum ... sed et adhuc *vel* sed adhuc. *cf.* Athan. 1, 19. 2, 3. *cum comparativo coniungitur*: SEN. dial. 5, 8, 5 magis adhuc proderunt summissi ... (*homines*). nat. 4, 13, 11 aliquid adhuc quaerite illa frigidius. *cf.* 7, 31, 1. epist. 49, 3 punctum est, quod vivimus et adhuc puncto minus. 57, 8 qui (*animus*) adhuc tenuior est igne. *cf.* 66, 46. 85, 40. 101, 15. 124, 5 subtilior adhuc (adhoc *BA*, adhuc ς; *cf. Hermes 28, 1893, 308*) acies nulla quam oculorum. CVRT. 4, 12, 24 melius adhuc ratus in eodem tumulo castra munire. 9, 6, 24 di faveant, maiora adhuc restant. *cf.* VAL. FL. 8, 429 SIL. 4, 476. 6, 711 MART. 2, 10, 3. 5, 22, 9. 5, 70, 6 QVINT. inst. 1, 5, 22 (*inde 28ies*) FRONTIN. aq. 65 TAC. Germ. 19. 29. PLIN. paneg. 85 adhuc tamen ardentius diligaris. SVET. Tib. 17. 44 Nero 10 FRONTO p. 83, 22 N. NERAT. dig. 2, 11, 14 GAIVS inst. 3, 184 APVL. Plat. 2, 11 TERT. pudic. 18 anim. 27. 55 adv. Marc. 4, 17 CYPR. de dom. orat. 30 *saepius* VOP. quatt. tyr. 14, 4 ITIN. Silv. 18, 2 LVCIF. Athan. 1, 18 FAVSTIN. *saepius*. AMM. 17, 12, 10 PARIS 5, 6 ext. 4 VVLG. AVG. ALC. AVIT. CASSIOD. GREG. TVR. *al.*

opposita: *ad I*: nunc. *ad II*: porro, tum, iam, nondum. *ad III*: nunc, iam. *synonyma*: *ad II*: nunc, etiamnunc, hodie, tamen; non iam. *ad III*: usque ad id tempus, tum, etiamtum, tamen; nondum. *ad IV*: etiam, insuper, praeterea. *Ausfeld.*

adhumerālis, -e. *ab* ad *et* humerus. ITALA (Ruf. Orig. in exod. hom. 13, 7 Migne graec. 12, 394) exod. 35, 27 gemmas obtulerunt et lapides smaragdos et lapides repletionis et lapides adhumerales

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(VVLG. gemmas ad superhumerale, *εἰς τὴν ἐπωμίδα*); *sequitur* lapides repletionis cohaerent et conexi sunt ad lapides humerales.

Adia *pagus prope Gazam.* HIER. hebr. nom. p. 93, 1 L. quaedam villa Adia iuxta Gazam. *V.*

Adiabarī, -ōrum *gens Aethiopica.* PLIN. nat. 6, 189 contra Meroen Megabarri, quos aliqui Adiabaros nominavere.

Adiabās *v.* Adiabene.

Adiabenē (-a), -ēs (-ae), *Ἀδιαβηνή, Assyriae regio, nunc* Hadjab. *graece declinatur, latine ab* AMM. AVR. VICT. Caes. 20, 16 IVL. HONOR. geogr. p. 26, 11. AMM. 23, 6, 20 Adiabena ... Assyria priscis temporibus vocitata longaque adsuetudine ad hoc translata vocabulum ea re, quod inter Onam et Tigridem sita navigeros fluvios adiri vado numquam potuit (*διαβαίνειν*) .... et veteres quidem hoc arbitrantur. nos autem dicimus, quod in his terris amnes sunt duo perpetui ... Diabas et Adiabas iunctis navalibus pontibus, ideoque intellegi Adiabenam cognominatam. *cf.* TAB. Peut. 12, 2 Diabene. MELA 1, 62 *Syriae terra.* PLIN. nat. 5, 66 ultra Armeniam Adiabene, Assyria ante dicta. 6, 41 Assyriorum initium (SOL. 46, 1 MART. CAP. 6, 691). nat. ind. 6, 16. nat. 6, 25 in Adiabenen. 6, 27 regio. 6, 28 Adiabenen Tigris et montes invii cingunt. 6, 114. AMM. 18, 7, 1 Nineve Adiabenae ingenti civitate. 23, 3, 1 per Adiabenam et Tigridem. IVL. HONOR. geogr. p. 26, 11 R. (*minus recte*) Adiabena oppidum. *latetne hoc nomen sub* Adiazane RAVENN. p. 88, 16 *? v. Fränkel, PW. I 360. adi.* **Adiabenus,** -a, -um, *Ἀδιαβηνός.* TAC. ann. 12, 14 Adiabeno *exercitu.* 15, 1 Monobazus, quem penes Adiabenum regimen (*vix crediderim esse* -ûm). *subst.* TAC. ann. 15, 14 Monobazus Adiabenus. *plur.* **Adiabenī,** -ōrum, *Adiabenes incolae.* CHRON. Gall. a. 511 chron. min. I p. 641, 384 Azafenos. EVTR. 8, 18, 4 Azabenos. CHRON. Alex. I p. 107, 167, 8 Adiabini. p. 110, 192 Adiabinii. MON. Ancyr. 6, 1 (*ex exemplari graeco suppleti*). PLIN. nat. 6, 28. 6, 44 Adiabenis conectuntur Carduchi. 6, 129 (SOL. 37, 6). 6, 131 inter Medos Adiabenosque. TAC. ann. 12, 13 permeant Adiabenos. 15, 1. 15, 4. HIER. epist. 108, 9 *Helena* Adiabenorum regina (OROS. 7, 6, 12 *ubi v. l.* adz-). SPART. Sev. 18, 1 Adiabenos in tributarios coegit. 9, 9 in dicionem redactis ... Adiabenis ... appellatus est ... Adiabenicus (AVR. VICT. Caes. 20, 16 *et* 17 RVF. FEST. 21 HIER. chron. a. Abr. 2214 EVTR. 8, 18, 4 PROSP. epit. chron. min. I 434, 750 CASSIOD. chron. min. II 144, 876). POL. SILV. fast. Ian. 31 circenses Adiabenis victis (*v. Mommsen, Corp. I² p. 385*). **Adiabenicus,** -ī, *Ἀδιαβηνικός. sic cognominatus est primus Septimius Severus Adiabenis devictis, post eum Caracalla, Aurelianus, Diocletianus, al.* VOP. Aur. 30, 5 quod ... Adiabenicus iam ille (*Aurelianus*) diceretur. *sescentiens in titulis, ex quibus paucos propter orthographiam inusitatam appono*: CORP. VIII 306 (*Ammaedarae, a. 195*) Aziabenico. CORP. VIII 10338 (*prope Sitifim, in miliario a. 198*) Azabenico (10362). 10337 (*ibid. eiusdem anni*) Azab. 20262 A⟩zaben⟨ici. *eadem redit scriptura in codd.*: EVTR. 8, 18, 4 PROSP. epit. chron. min. I 434, 750. *v. l. 28.* CORP. III 3705 (*Pannon. inf., a. 354*) Adiabin(icus). CORP. VI 1035 (*a. 204*) (*falso*) Adiabeníc(o). *plur. i. q.* Adiabeni: LIB. gener. chron. min. I 107, 197, 8. p. 110, 221 (*v. l.* azab-): *utrubique* CHRON. Alex. *exhibet* Adiabini (-ii). *Diehl.*

Adiabescatia *nom. gent.* CORP. V 3475 (*Veronae*) Adiabescatiae Quintinae N⟨o⟩nius Neoc⟨...⟩ coniugi. *Otto.*

Adiabon *v.* Adiaum.

adiacentia, -ae *f. ab* adiacere [*francog.* aisance. *M.-L.*]. AVG. nat. et grat. (Migne 44, 275) 51 ubi ... est inseparabilis possibilitas, ei accidere non potest voluntatis infirmitas, vel potius voluntatis adiacentia et perfectionis indigentia. *cf. neutr. plur.* adiacentia *p. 664, 37.*

adiaceo, -uī, -ēre. *ab* ad *et* iacere. GLOSS. adiacens: *προσπαρακείμενος, πρόσχωρος*; adiacet: aut iacet supplex aut locus alicui iunctus. [*francog. vet.* agesir. *M.-L.*].

I ***proprie:*** **1** *de situ locorum, gentium, sim.*: *vicinum esse, adnecti*: *c. praepos.* ad: CAES. Gall. 6, 33, 2 ad eam regionem, quae ad Aduatucos (Aduatucis *β*) adiacet (civ. 2, 1, 2 ad id mare, quod adigit [*codd.*, adiacet *Nipp. edd.*] ad ostium Rhodani). MELA 1, 34 Hadrumetum ... Neapolis hinc ad Syrtim adiacent. *c. acc.*: LIV. 7, 12, 6 qua ex parte Etruriam adiacent *fines Romani.* AVIEN. orb. terr. 565 Graios adiacet agros *tellus.* 812. 837. Arat. 977 circulus iste (*tropicus Cancri*) ... Cancro tenus adiacet axem semper inocciduum. or. mar. 252 quidquid amnem (amni *Pithou non recte*) gentis huius (*Vasconum*) adiacet occiduum ad axem. NEP. Timoth. 2, 1 eas gentes, quae mare illud adiacent. AVIEN. orb. terr. 589 adiacet Haemum partibus ab Zephyri Dodonae vatis alumnus. *c. dat.*: CAES. Gall. 6, 33, 2 (*v. l. 64*). OV. met. 7, 382 adiacet his (*lacubus*) Pleuron. 11, 728 undis moles. fast. 6, 105 Tiberino lucus †Helerni. LIV. 10, 31, 2 quae ... Vulturno adiacent flumini. MELA 1, 22 in ea parte *Africae*, quae Libyco *mari* adiacet. 1, 68 non obliqua pelago sed adversa adiacens Asia. 2, 47 ut modo latere ita nunc fronte pelago adiacens *terra.* 2, 52 pelago Pylos. 2, 100. 114. 3, 46. 58. PLIN. nat. 5, 121 quae Hellesponto adiacet, Troas. FRONTIN. strat. 3, 9, 5 ab ea parte murorum, quae mari adiacebat. PLIN. epist. 5, 6, 40 fonticuli sedilibus adiacent. 9, 26, 2 plerumque altis et excelsis adiacent abrupta. VLP. dig. 39, 2, 15, 14 insula adiacens domui. EXP. tot. mundi 51 (geogr. p. 118) adiacet ei (*Macedoniae*) Dardania. 55 p. 120 (*rec. alt. item* 13 p. 107. 17 p. 107. 58 p. 122). HIL. in psalm. 64, 2 Sion mons ... Hierusalem (*acc.?*) adiacens est. VVLG. deut. 2, 37 cunctis, quae adiacent torrenti Ieboc. MACR. sat. 1, 20, 13 Aegypto adiacens civitas. OROS. hist. 5, 11, 4 ora ..., quae maxime Carthaginiensi atque Vticensi litori adiacet. GREG. TVR. Franc. 2, 9 quod adiacet civitate Lugdunense. 4, 42. 44. 5, 18 glor. mart. 66 glor. conf. 53. ISID. orig. 14, 6, 18 Coos insula adiacens provinciae Atticae. LIV. 2, 49, 9 tota regione, qua Tuscus ager Romano adiacet. 26, 42, 4 in Hispaniae ora, qua nostro adiacet mari. MELA 1, 15 qua *ora Europae* Propontidi et Hellesponto latere adiacet. 2, 121 Pithecusa, Leucothea ... Italico lateri citra Tiberina ostia adiacent. PLIN. epist. 2, 17, 15 adiacet gestationi interiore circumitu vinea tenera. MART. CAP. 8, 876 Africam Carthagini ab austro adiacentem. LVCAN. 7, 187 Tyriis qui Gadibus hospes adiacet ... Romanus. PLIN. nat. 6, 56 non Eoo tantum mari adiacens *est Indorum gens*, verum et.... AVIEN. or. mar. 200 Cempsis adiacent populi Cynetum. GERM. 174 Aurigae pedibus ... adiacet ... Taurus. SCHOL. Arat. p. 157 retrorsis ... vestigiis *Arcturi* adiacet Leo. 211 adiacens Agitatori. 264 Scorpioni. *absolute*: SEN. nat. 6, 1, 1 Pompeios ... consedisse ... vexatis quaecumque adiacebant regionibus. MELA 1, 91 Adrymetion Asturam Chrysam oppida eodem quo dicta sunt ordine adiacentia continet *sinus.* 2, 3 oppidum adiacet Cherronesus. PLIN. nat. 5, 135 adiacent insulae Rhypara.... VAL. FL. 1, 452 interea clari decus adiacet orbis. QVINT. inst. 1, 6, 22 adiacet et mollior et magis trita *via.* FRONTIN. aq. 11 hortis adiacentibus. TAC. hist. 2, 93 adiacente Tiberi. PLIN. epist. 2, 17, 11 adiacet unctorium, hypocauston, adiacet propnigeon balinei. 8, 8, 5 adiacet templum priscum et religiosum. 8, 17, 2. 9, 33, 2. APVL. met. 1, 23 erit tibi adiacens ... illud cubiculum honestum receptaculum. SCAEV. dig. 32, 41, 6 si quam suburbanam adiacentem possessionem haberet. VLP. dig. 47, 9, 1, 2. SOL. 15, 4 adiacentium terrarum ... tristissima solitudo. AVIEN. orb. terr. 677 nec procul Aegyptum Rhodus adiacet, adiacet ora Suniados. VVLG. II Macc. 12, 16 adiacens stagnum. TAC. ann. 13, 55 adiacentium populorum miseratione. EXP. tot. mundi 58 (geogr. p. 122) *regio* habet adiacentem gentem barbaram Gothorum. TREB. trig. tyr. 8, 11 cum ceteris, quae adiacent, gentibus. PLIN. epist. 5, 6, 19 villae hac adiacentis. *neutr. plur.* **adiacentia** *pro substant.*: PLIN. nat. 37, 137 adiacentia inlustrare. TAC. hist. 5, 14 cuius (*molis*) obiectu revolutus amnis adiacentibus superfunderetur. ann. 1, 79 lacum in adiacentia eruptu-rum. VLP. dig. 47, 9, 1, 3 ex adiacentibus. ITALA (Aug. quaest. hept. 7, 5) iud. 1, 18 Azotum et adiacentia eius. EXP. tot. mundi 36 (geogr. p. 113) cuius (*Alexandriae*) adiacentia ... copiosas afferunt fruges. GREG. M. epist. app. I fundorum ... cum castello suo vel cum adiacentibus suis. *ibid.* cum ... adiunctis adiacentibusque suis. CORP. VI 13319 monimentus cum omnibus suis adiacentibus. *vi praepositionis fere imminuta*: EXP. tot. mundi 13 (geogr. p. 107) post ... Nebus gentem adiacet regio Disaph. 17 p. 107 deinde adiacet †Eximia regio. 57 p. 121 quae *regio* adiacet trans flumen Danuvium. SCHOL. Arat. p. 183, 4 maior Arcturus ad aquilonem adiacens. 11 novissimus ... ad orientales adiacet (*cf.* 189, 9 Serpens, qui ad aquilonium *iacet.* 16). p. 270 quae (*Virna*) adiacet (*gr. κεῖται*) panda secus genua Virginis. IORD. Get. 58, 300 civitatem, quae inter Danubium Margumque adiacebat. **2** *de aliis rebus: obici, praeiacere, adiungi, coniungi cum dat.*: *de hominibus*: MANIL. 4, 47 adiacuit *Marius* Libycis compar iactura ruinis. COLVM. 1 praef. 10 an putem fortunatius ... foribus ingratis adiacere? TAC. ann. 1, 65 cum ipsi passim adiacerent vallo. 4, 48 pars munitionibus. 15, 58 vincta agmina ... foribus hortorum. COLVM. 12, 1, 2 complexibus adiacentem (*vilicum*) feminae. VAL. FL. 2, 191 sua cuique furens festinaque coniunx adiacet. APVL. met. 10, 34 adiacentem lateri meo ... mulierem. *de rebus*: MANIL. 1, 164 adiacuit ... cavis fluidum convallibus aequor. SEN. nat. 1, 10 virgae soli tantum adiacent. epist. 99, 18 quibus (*oculis*) adiacentem umorem. PAVL. NOL. carm. 24, 271 adiacentes pectori ... epistulas. AVG. civ. 19, 13 quae apte ac convenienter adiacent sensibus. 19, 17 ipsis rebus vitae adiacentibus. gen. ad litt. 4, 1, 1 quae sensibus ... corporis adiacent. 12, 25 si nullis aliis sensibus exploretur, sed soli adiaceat olfactui citrium, putatur herba, quae vocatur apiaria. 12, 36 ut ... nunc nobis adiaceant istae species corporales. nat. bon. 5. *absolute*: *de rebus*: TAC. ann. 1, 61 adiacebant fragmina telorum equorumque artus. IVL. VAL. 1, 4 subter ... leonis caput hastile adiacens erat *in signaculo*.... AVG. gen. ad litt. 5, 23 illa in exiguo grano mirabilior ... vis est, qua valuit adiacens humor commixtus terrae ... verti in ligni illius qualitatem. epist. (Migne 33, 746) 169, 10 cum ex adiacenti materia corpus utrumque formetur. mus. (Migne 32, 1168) 6, 5, 9 cum ... congruit *animae* quod infertur aut adiacet. *nota de syllabis et verbis*: TER. MAVR. 1320 cum brevis duas habebit adiacentes consonas, longa fiet e brevi. 1033 *si* syllaba ... adiaceat geminis exorta sonoris. BOET. herm. pr. 2, 10 p. 130 (= post. 4, 10) quando ... est tertium adiacens, praedicatur. *ibid.* quoniam est aut iusto adiacebit aut non iusto. p. 131. *de tempore*: PRISC. gramm. II 415, 28 sicut apud illos *Graecos* infinitum tempus adiectione *τοῦ ἄρτι* adverbii *τὸν παρακείμενον* id est adiacens tempus ... significat, sic .... GREG. TVR. Mart. 3, 31 die sabbati post solis occasum quod nocti dominicae adiacebat. 3, 56.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II ***translate*****:** *adnecti, adiungi, inesse*: *c. dat.*: Ps. Cypr. mart. 16 illi (*deo*) adiacent omnia. 17 si adiacentibus tibi cunctis sola salus deesse videatur. Hil. in psalm. 118 Mem 13 p. 473 ... humanae ... naturae omnes ... adfectionum adiacent motus. Vvlg. Rom. 7,18 nam velle adiacet mihi (*locus saepe laudatus*). 7, 21 quoniam mihi malum adiacet (*item*). Avg. epist. 47, 1 sicut mihi adiacet suadere, eo modo adiacet persuadere cuilibet. Cassian. conl. 13, 12, 7 adiacere ... homini ... arbitrii libertatem. Avell. p. 546, 17 adiacet tibi dirigere, quod devium est. Ennod. epist. 2, 25 cui (*deo*) adiacet humana facta conponere. op. 2 carm. 1, 7 praef. Cassiod. hist. (Migne 69, 908) 1, 14 soli ... patri ... adiacere huius scientiae sacramentum. var. 2, 25, 3 quibus adiacet eligere. 2, 40, 1 adiacet ... vobis doctum eligere. Tert. nat. 2, 12 si qua ... vestris ⟨script⟩oribus litterisve vestris superioribus ... fides adiacet. cult. 2, 9 quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent. Hil. in psalm. 63, 8 occultis ac fallentibus insidiis pestiferae adhortationis doli adiacent. Cassian. conl. 4, 13, 2 possibilitate eorum desideriis adiacente. *nota apud grammaticos*: Prisc. gramm. II 274, 12 excipiuntur ea *neutra*, quibus verba adiacent e habentia in paenultima syllaba 'ulcus ulceris ulcere'. 476, 33. III 493, 18. *Bannier.*

Adiacius *nom. gent.* Corp. V 4449 (*Brixiae*) Valerius Surian(us) et Publilius Vitalis et Adiacius Primian(us). *Otto.*

(adiaculo) **adiaculātus**. *ab* ad *et* iaculare. Mart. Cap. 2, 169 instar speculi praenitentis adiaculati fulgoris radios revibrare.

Adiada *vicus in tribu Dan.* Vvlg. I Macc. 12, 38 (*Ἀδιδά*). 13, 13 Addus (*Ἀδιδά*). I Esdr. 2, 33 (Neh. 7, 37) Hadid (חֲדִיד). *Ἀδδιδά Iosephi.*

adialyto(n?*)* *cf. ἀδιάλυτος*. *herba.* Ps. Apvl. 50 adialyton *i. q. heliotropion.*

? **adianoctos,** -on, *ἀδιανόητος*. Qvint. inst. 8, 6, 33 adianoeta vix (*sic Haupt*; adoinoia et mio eo *codd.*) ferimus in Graecis. *V.*

Adianto, -onis *nom. vir. celticum, cf.* Adiatullus, Adiatunnus *al.* Corp. XIII 5278 (*in Rauricis, sumpsi ex Holderi Altcelt. Sprachsch. I p. 41*) Adiantoni Toutio⟨n(is) f.⟩ et Marulin(ae) Maru⟨li⟩ f. coniugi. *Otto.*

adianton (-um), -ī *n., vel* **adiantos,** -ī, *ἀδίαντον, herba aquatica.* Plin. nat. 21, 100 *dat.* adianto. 22, 62 (*item dat.*) aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est..., unde et nomen a Graecis alioqui frutici topiario. quidam callitrichon vocant, alii polytrichon.... duo genera eius: candidius et nigrum breviusque. id quod maius est, polytrichon, aliqui trichomanes vocant; *describitur pluribus.* 27, 50 cum ... adianto. 27, 138 (*dat.*). 28, 163 (*abl.*). 1 ind. 22, 30. Marc. med. 6, 1 adianton (*nom.*). Ps. Apvl. herb. 48 *et* 50 adianton. Diosc. 4, 129 *et* 130 adianton. Oribas. eup. 2, 4 adianton. Theod. Prisc. eup. faen. 8. Cael. Avr. chron. 3, 5, 76 cum ... herba adianto. Plin. nat. 1 ind. 21, 60 heliotropium adiantum herbae. Diosc. herb. fem. 14 adianthos. Ps. Apvl. herb. 97 adiantos. Gloss. adiantus id est fil[c]icula. pulitricon id est adiantus.

adiaphoros, -on, *ἀδιάφορος*. (Cic. fin. 3, 53 quod ... *Stoici ἀδιάφορον* dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem.) Atil. Fort. gramm. VI 284, 14 omnis enim ultima syllaba in versu adiaphoros erit (*graece scriptum* Mar. Victor. gramm. VI 62, 28. 71, 23 *hic vertitur* indifferens). Beda gramm. VII 233, 21 Avdax gramm. VII 336, 18. Gloss. IV 9, 30 adiaphoros communis. *V.*

Adiaptotus, -ī, *Ἀδιάπτωτος*. *nom. vir.* Corp. VI 17303 (*periit*) dís manibus Eubulionis ... Doryphorus et Myrtale parentes, item Flavia Parapsyche et Adiaptotus parentium fratres. *Diehl.*

Adias *v.* Adaias.

Adiat ... *nom. vir. barbaricum.* Corp. XII 5696, 4 (*Arelate in ampulla vitrea*) Capnus Adiat/i (t *littera incerta est*). *fuit fortasse* Adiatui, *cf.* Adeituus.

Adiatorīx, -īgis, *Ἀδιατόριξ, Domneclii tetrarchae Galatarum filius, Heracleae Ponticae civibus indigenis ab Antonio praepositus, post Actiacam victoriam occisus, cf.* Strab. 12, 543. Cic. epist. 2, 12, 2 ad Adiatorigem (Adiatoregem *Mediceus*). *cf.* Adiatullus *al.*

Adiatro, -onis *cogn. vir., cf.* Adiatullus *al.* Corp. XI 4382 (*Ameriae*) T. Atilio T. f. T. n. Clu. Adiatroni omnibus honoribus functo.

Adiatullus *nom. vir. celticum, cf.* Adianto, Adiatunnus *al.* Corp. III (*in Norico*) 5350 Adiatullus Vepotali f. 11535 Mivilae Adiatulli. 11571 Vppiae Adiatulli f.

Adiatumārus *et* **Adietumārus** *nom. vir. celticum, cf.* Adiatorix *al.*, Adietuanus *apud Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 42.* Inscr. ap. Wilthem, Luciliburgensia n. 256 (*Orolauni*) Lucaniae Adia⟨t⟩umar⟨i⟩. Corp. III 10867 (*in Pannon. sup.*) C. Iulius Maximi lib. Adietumárus. *cf.* Ientumarus *al.*

Adiatunnus *nom. vir. celticum, cf.* Adianto, Adiatullus *al.* Caes. Gall. 3, 22 alia ex parte oppidi (*Sotiatium*) Adiatunnus, qui summam imperii tenebat, cum DC devotis ... cum his Adiatunnus eruptionem facere conatus .... *sic codices α, nisi quod priore loco Vaticanus et Parisini I alt. m.* Adiatonnus; *codices β utroque loco* Adcatuannus. Nicol. Dam. ap. Athen. 6, 249^{b} *Ἀδιάτομον.* **Adiantunneni** (*dat.*) *nom. mul. celticum.* Inscr. Bull. épigr. par Mowat 5 p. 52 (*in Gallia Belgica*) Adiantunneni Exvertini Nappisetu. *Otto.*

Adiaum (-avu-), -ī *castellum Pannoniae superioris. hanc nominis formam restituerunt ex* Azao in medio Itin. Anton. 246, 3 *et* Odiabo *sub duce provinciae Valeriae* Not. dign. occ. 33, 8 *et* 29. Tab. Peut. 5, 3 *eodem exhibet loco* Lepavist, *sub quo nomine Mommseno (Corp. III p. 460) latere visum est* leg. I Azai, *non probante Tomaschek, PW. I 361. idem nomen redit fortasse apud Ptolem. 2, 11, 15 Ἄναυον* (*corrige Ἀδιαβον*). *Diehl.*

adībilis, -e. *ab* adire. Cassiod. hist. 11, 18 tunc deus inadibilem terram fecit adibilem. orat. frg. (Mon. Germ. XII) p. 483, 17 quid mirum, si ferro fuit [in]adibile, quod ab armis se non potuit vindicare? Isid. orig. 14, 8, 32 aviaria secreta loca ... tantum avibus adibilia. *compositum*: inadibilis. *V.*

Adica *nom. mul.* Corp. XII †2187 (*inter Viennam et Gratianopolim, a. 564*) bone memoriae Adica qui vixit annus sex. **Adico** *cogn. vir.* Corp. VI 1057, 1, 12 (*a. 205*) L. Primius Adico *vigil. Otto.*

adicio, -iēcī, -iectum, -icere. *ab* ad *et* iacere. Gloss. *προστίθημι. προσβάλλω. περιποιῶ.* adicit *προστίθησιν*; adponit; addit. adicias addas. adice *πρόσθες* (adic) *ἐπίβαλε.* adiecit adplicuit. *apud poetas raro invenitur* (*saepius* Ov.); *nec frequentius in oratione pedestri antiquioris aevi* (*saepius* Varro rust.); *saepe exhibetur inde a* Liv. *primam praesentium formarum syllabam quasi positione producunt vetustiores quadrisyllabarum*: Plavt. Poen. 1174 ádicerét *in anapaestis* (*non liquet de* Asin. 769 ádiciát *in iambis,* Merc. 491 ádicitó *in trochaeis;* Phaedr. 4, 2, 9 adíciam), Lvcr. (5, 567 adicere et, adlicere *codd.*), Verg. (Aen. 8, 304 *et* 10, 182 adiciunt. 11, 354 adicias. 12, 837 adiciam), Moret. (99 adicitur), Hor. (carm. 4, 7, 17 adiciant), Prop. (4, 2, 41 adiciam), Ov. (am. 2, 13, 25 met. 9, 628 Pont. 1, 8, 56 adiciam. met. 1, 245. 7, 121. 10, 656 adiciunt. trist. 5, 5, 25 adicerem), Stat. (Ach. 1, 168 adiciunt); *trisyllabarum*: Prop. 4, 11, 77 ádice, Ov. (adice am. 3, 9, 25 rem. 558. 790 med. 63. 82 met. 6, 182. 14, 319 fast. 1, 189. 4, 75 trist. 3, 49; adicit ars 3, 152 met. 2, 384. 7, 266. 11, 637. 671. 12, 58. 14, 276; adicis ars 3, 8 met. 11, 285), *deinde* Epiced. Drusi 283 adice, Val. Fl. 8, 41 adice. *trisyllaba corripiunt recentiores*: adice (Manil. 1, 666. 4, 44 Sen. Herc. O. 364 Med. 277. 471. 527. 783 Oed. 811 Octavia 125), adicit (Sen. Thy. 727 Sil. 17, 528 Mart. 4, 54, 9. 10, 82, 1), adici (Stat. Theb. 7, 4). *cf. Lachmann ad Lucr. p. 188 et 128, L. Müller r. m. p. 250. in codicibus* adicere *saepe confunditur cum* adigere, *hic illic cum* adlicere, abicere. *nota* Acta lud. saec. Sept. (Corp. VI 32326) 15 adiacta.

I *notione angustiore*: *i.* ***iacio alqd. ad,*** *in alqd.*: **a** *proprie*: Cvrt. 7, 11, 15 adiectis funium laqueis *ad saxa.* Fest. 372 Brennus ... ad pondera adiecit gladium. Cic. nat. deor. 2, 144 adiectae *auribus* voces. Lvcr. 5, 566 quibus e spatiis cumque ignes lumina possunt adicere (adlicere *codd.*) *sc. in terram.* Hyg. astr. 4, 14 p. 116 sol lumen eicit et ... ad corpora nostra adicit. *de rebus in vasa infusis*: Colvm. 12, 38, 2 mustum ... in seriam. 12, 42, 3 medicamentum in vas fictile. 12, 49, 2 olivam ... in vas. 12, 54, 2 olivam ... in regulas, vel in novo fisco. 12, 16, 4. 12, 21, 1. 2. 3. 12, 33, 1. 12, 53, 1 aromata ... in reticulum. 12, 46, 4 terram usque ad dimidium vas. Apic. 8, 369 in mortarium piper. *varia*: Colvm. 8, 14, 9 pullos ... in haras. arb. 24 in fissuram cuneum pineum taedae. *proverbialiter*: Plin. epist. 1, 2, 5 si ... errori nostro album calculum adieceris. Ov. met. 1, 244 stimulos ... frementi. Sen. benef. 3, 36, 2 nat. 5, 8, 2. **b** *translate*: oculos: Plavt. Asin. 769 ad eorum ne quem oculos adiciat suos. Cic. agr. 2, 25 cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. Verr. 3, 37 plane videbant adiectum esse *Verris* oculum hereditati. leg. 2, 36 quo (*in sacrificium*) ne imprudentiam quidem oculorum adici fas fuit. animum (*i. attendere, propensum esse ad alqd*): *sequente dat.*: Plavt. Mil. 909 quasi militi animum adieceris, simulare. Poen. 1174 amabilitati. Liv. 28, 33, 9 consilio. 35, 38, 2. 8, 24, 11 fatis suis. 1, 20, 1 sacerdotibus creandis. 22, 22, 8 obsidibus ... tradendis. Sen. epist. 83, 8 quid ergo est nunc, cui animum adiecerim. Ov. met. 14, 319 tu dictis adice mentem. *c. acc.*: Plavt. Merc. 334 ne hic illam me animum adiecisse sentiat. ad: Ter. Eun. 143 ad virginem. Liv. 25, 37, 17 ad consilium. 36, 8, 4. 40, 4, 7 ad rem atrocem. Gell. 11, 16, 1 ad vocabula rerum. *similiter* Vell. 2, 100, 1 Armeniae *manum.* Val. Max. 7, 5, 4 *bello* summam manum.

II *notione ampliore* (*cum vi augendi*): **A** *generaliter*: *addere, tribuere, afferre praeter aliud*: **1** *de hominibus*: **a** *homines hominibus*: **α** *additur quo*: *sequente dativo*: Liv. 1, 20, 2 huic *sacerdoti* duos flamines adiecit. 7, 21, 9. 10, 30, 6. 26, 48, 9. 39, 41, 4 conlegam ei ... Flaccum adiecerunt. Ov. trist. 3, 1, 49 adice servatis unum civem. Liv. 35, 48, 4 equestribus copiis ... adiciebat multiplices copias peditum. 10, 27, 2 Val. Max. 5, 2, 10 Sen. Thy. 727 dial. 12, 4, 1. Val. Max. 1, 6, 13 te ... deorum concilio. 7, 6, 1 mancipia ... exercitui. 9, 2, 1 cives ... proscriptorum numero. Liv. 10, 8, 3. 1, 36, 7. 38, 1, 6 Avg. civ. 2, 29 Oros. hist. 4, 20, 9. Cvrt. 10, 5, 25 stragi ... filiorum patrem. 4, 5, 18 captivos remiges ... classi. 3, 2, 9. Plin. nat. 33, 34 coepit ... adici senatui populoque Romano et equester ordo. Gaivs inst. 2, 243 an coheres ei adiciatur. *talia saepius apud* Ictos *in testamentis et stipulationibus, veluti* Ivlian. dig. 28, 6, 32 Gaivs dig. 28, 5, 89 Vlp. dig. 42, 6, 2 Pavl. dig. 46, 3, 59. *cf. PW. I 361. sequente dativo commodi*: Avg. civ. 3, 12 quantos sibi deos Romani praeter constitutionem Numae adiecerint. *cum* ad: Liv. 4, 17, 10 ad dilectum a consulibus habitum centuriones veteres ... adiecti. 22,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 3. 35, 2, 4. 42, 65, 13. PAVL. FEST. 18 accensi ... ad censum adiciebantur. LIV. 10, 6, 8 ad quattuor *sacerdotes* quinque adiecti. SVET. Claud. 6 *alqm* ad numerum sodalium Augustalium. *additur adverbium*: CAES. civ. 3, 4, 6 huc Dardanos ... adiecerat. *β sequente nudo obiecto*: VERG. Aen. 10, 182 ter centum adiciunt ... qui Caerete domo. BELL. Afr. 60, 2 adiecerat paucas *cohortes*. TAC. hist. 2, 61 ann. 13, 35. 15, 25. LIV. 1, 8, 5 adiciendae multitudinis causa. 4, 52, 7. 8, 8, 14. 22, 36, 3. 24, 48, 1 veteres reciperent socios et novos adicerent. SEN. contr. exc. 3, 2 CVRT. 8, 6, 9. VELL. 2, 45, 4 adiecto etiam quaestore. 2, 56, 3 CVRT. 6, 6, 35 COLVM. 2, 12, 7. 9, 13, 9. TAC. ann. 1, 54 Tiberius Drususque ... adiciuntur. 3, 64 Augustales. PLIN. epist. 10, 112, 1 *bulentas* super legitimum numerum. QVINT. inst. 10, 1, 96 si quem (*lyricum Horatio*) adicere velis. **b** *homines rei* (*quasi personae*): LIV. 32, 28, 12 Macedoniae legatos (*de populis imperio adiectis cet. vide infra p. 669, 33*). MANIL. 2, 434 numina signis. LIV. 24, 5, 13 adiecti ... poenae ceteri quoque insontes. SVET. Vit. 14. **c** *rem hominibus* (*i. hominum commodo vel incommodo*): *corporalem*: GAIVS inst. 2, 70 quod per adluvionem nobis adicitur (regionem hominibus adicere *v. infra p. 661, 69*). SEN. contr. 9, 5, 3 *praeconi.* insignia. CVRT. 4, 9, 3 *militibus* scuta. MACR. sat. 1, 7, 24. ITALA cod. Lugd. exod. 5, 8 statutum opus lateris, quem ipsi faciunt per singulos dies, adiectis eis (ἐπιβαλεῖς. VVLG. inponetis). *incorporalem*: LIV. 5, 4, 3 militibus ... aliquid novi commodi. 21, 35, 6 fessis ... terrorem. OV. met. 10, 656 animos iuveni. QVINT. inst. 4 prooem. 5 quantum nobis exspectationis. iust. 1, 5, 42 fuerunt qui nobis quoque adicerent dualem 'scripsere legere'. LIV. 7, 22, 2 Gaium nomen Quinctio. VAL. MAX. 4, 3, 4. LIV. 40, 19, 9 L. Duronio praetori ... adiecta de Bacchanalibus quaestio est. PLIN. nat. 34, 12 Corinthiis fabulam. *bona*: VAL. MAX. 8, 15, 1 plus auctoritatis. SEN. benef. 3, 33, 3 maiorem nobilitatem nobili viro. 5, 1, 5 beneficia ... subpressis. SVET. Tib. 67 nihil honoris ... mihi. ALC. AVIT. epist. 9 p. 43, 9. QVINT. inst. 11, 3, 4 scaenici actores ... et optimis poetarum tantum adiciunt gratiae. SPART. Hadr. 7, 8 pueris ac puellis ... incrementum liberalitatis. ARATOR 2, 12 quam splendida laudum materia est adiecta viro. FRONTIN. aq. 89 *aquarum* universis ... utilitatem. *mala*: LIV. 6, 20, 30 adiectae mortuo notae sunt. SEN. suas. 7, 3 crimen inimico. QVINT. inst. 9, 4, 30 *alci* deformitatem. 3, 7, 20 post mortem adiecta quibusdam ignominia est. *de animalibus*: COLVM. 6, 24, 3 pabulum ... tauris. PLIN. nat. 11, 26 contubernia ... fucis. VARRO rust. 3, 5, 2 eo adiciant praeterea aves alias quoque. *proverbialiter*: OV. ars 3, 7 quid virus in anguis adicis?

2 *adicere res* (*priore loco variae res adiectae tractabuntur; secundo speciales: loci, litterae cet., tempora, affectus cet.*): **a** *indicatur quo*: *α cum dativo rei auctae*: *eandem rem*: VERG. Aen. 11, 354 donis istis ... unum ... adicias. CIC. fin. 4, 29 teruncium ... Croesi pecuniae. LIV. 27, 30, 16 *naves* classi. VAL. FL. 8, 41 hoc etiam ... muneribus. CELS. 8, 10, 1 adicienda ... prioribus quinta fascia. FRONTIN. aq. 72 *fontem Augustam* fontibus Claudiae. LIV. 4, 7, 2 bello ... bellum. 35, 2, 8 duarum provinciarum dilectibus tertium. OV. rem. 558 praeceptis ... hoc quoque. ACTA lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 156 ludos ... honorarios ... ludis sollemnibus. CELS. 7, 5, 3 vulneri ipsi ... vulnus. VAL. MAX. 8, 7, 5 duplicant tenebras, fortuitis voluntarias adicientes. AVG. civ. 1, 27 parvis tuis peccatis ... gravius. *augmentum haud raro pronomine indefinito indicatur, ut* SEN. epist. 14, 18 divitiis ... aliquid. 104, 6 quantum ... viribus. LIV. 3, 8, 10 adiectum aliquid numero. 34, 54, 5. 6, 6, 9. VAL. MAX. 8, 10 ext. 1 operi nihil. CELS. 6, 6, 1 p. 226 D. tantum ... cibis. 1, 3 p. 21 D. SEN. nat. 3, 29, 5 quidquid *umori*. SEN. epist. 79, 8 numquid sol magnitudini suae adicit? STAT. Ach. 1, 167 quantum ... formae (*sc. pulchritudinis*). PLIN. nat. 3, 29 tantundem ... latitudini. MART. 4, 54, 9 nil ... penso. 10, 82, 1. PLIN. nat. 23, 101 mellis ... suavitati multum. *aliam rem*: CAES. Gall. 7, 12, 4 huic *vallo* loricam pinnasque adiecit. PLIN. epist. 6, 31, 17 saxis *pilas*. HOR. carm. 3, 6, 11 praedam torquibus exiguis. OV. rem. 790 remis adice vela tuis. VAL. MAX. 5, 2, 1 vetustis ... aurium insignibus novum vittae discrimen. 9, 1, 3 *muliebribus apparatibus* cotidie aliquid novitatis sumptiosius adiectum est. VAL. MAX. 4, 3, 1 aurum ... summae dotis. COLVM. 5, 3, 2 summis ... singulos asses. PAVL. FEST. 132 additamentum ponderi (PLIN. nat. 21, 178). CELS. 1, 3 *aquae calidae* paulum olei. *talia passim.* OV. met. 11, 671 adicit his *verbis* vocem *coniugis* Morpheus. LIV. 2, 15, 6 dictis facta. SEN. epist. 94, 20 adicit remediis medicina consilium. VAL. MAX. 2, 4, 4 verbis ... gestus. QVINT. inst. 12, 11, 9 artibus in pueritia discendis morum quoque praecepta et scientiam iuris civilis praeter ea, quae de eloquentia tradebantur, adiecerim. LIV. 4, 8, 5 honori ius maiestatemque. 28, 9, 20 equitum praerogativae auctoritatem. PLIN. epist. 10, 13 dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum vel septemviratum ... adicere digneris. OV. met. 11, 285 adicis huic animo momenta potentia. VELL. 2, 7, 2 atrocitati ... scelus unicum. VAL. MAX. 5, 1, 6 vitae dono honorem sepulturae. TAC. hist. 3, 8 imperio consilium. *β cum dativo commodi vel incommodi*: *res corporales*: PLIN. nat. 14, 82 vinaceis aquae puteanae (*gen. partit.*). HIER. epist. 22, 8 oleum flammae. LIV. 42, 3, 2 ornatum templo. PLIN. nat. 17, 21 *zothecam* cubiculo. PAVL. FEST. 37 cornua ... simulacro. PLIN. nat. 2, 94. CVRT. 10, 10, 13 capiti insignia. VAL. MAX. 8, 11 ext. 7 navibus spumas. QVINT. inst. 5, 8, 2 nervis ... corporis speciem. *incorporales*: LIV. 24, 28, 8 praetoribus ... militare consilium. 38, 5, 8. 44, 33, 4 aliquantum ... duci famae et auctoritatis. 26, 12, 8 sibi honorem. 32, 36, 10 speciem legationi. VELL. 2, 36, 1 consulatui ... decus. VAL. MAX. 7, 5, 6. 2, 10, 3 funeri speciem alterius triumphi. VITR. 3, 3, 13 adiciuntur crassitudinibus temperaturae. LIV. 1, 30, 3 omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo. VAL. MAX. 6, 2, 3 incendio multum incrementi. PLIN. nat. 14, 118 *vinis* tantum vetustatis. 25, 33 vino ... gratiam. VITR. 7 praef. 17 operi ... summam ... auctoritatem. 7, 5, 7. QVINT. decl. 338 p. 332 testimonio. 338 p. 335 tormentis. PLIN. epist. 1, 20, 5 voluminibus ipsis auctoritatem quandam et pulchritudinem adicit magnitudo. *cf.* VAL. MAX. 7, 5, 2 honoribus ... debitum auctoritatis pondus. SEN. epist. 91, 3 novitas adicit calamitatibus pondus. QVINT. inst. 10, 5, 4 sententiis ... orationum robur. PLIN. nat. 23, 64 crematio ei (*vini faeci*) multum virium adicit. QVINT. inst. 11, 3, 9 vox propriam vim adiciat rebus. 9, 1, 1. MELA 1, 103 famae fidem. OV. Pont. 2, 1, 35 felix adiectum plausibus omen. LIV. 35, 15, 5 eam quoque causam clandestino facinori. VITR. 7, 5, 6 indecens ... status signorum publice civitati vitium existimationis adiecit. SEN. contr. 10, 5, 14 aliquid *rei publicae*. SEN. dial. 7, 4, 3 nec detrahens quicquam beatae vitae nec adiciens. epist. 98, 15. *nota*: *omittitur obiectum*: VARRO rust. 2, 7, 14 ab undecimo die usque ad quartum decimum dandum hordeum, cotidie adicientem minutatim. SEN. epist. 21, 7 non pecuniae adiciendum, sed cupiditati detrahendum est (8). SCRIB. LARG. 97 ponderibus ... antiquis (MARC. med. 20, 1 *addit* aliquid). STAT. Theb. 7, 4 proclamat ... adici cervicibus Atlans (*i. pondus suum augeri*). SEN. nat. 2, 26, 5 altitudini. CELS. 3, 21 (p. 108 D.) adiciendum et exercitationibus et cibis. 4, 20 periculo. 7, 4, 4 (p. 268 D.) adicitur celeritati, sicut tormento quoque. 7, 21, 1 (p. 302 D.). SEN. dial. 10, 7, 9 huic (*vitae*) adici potest, detrahi nihil. QVINT. inst. 10, 2, 9 si prioribus adicere fas non est. LACT. inst. 4, 26, 13 completis hominum temporibus adiecisse. AVG. c. Faust. 17, 2 OROS. hist. 4, 20, 9. *γ cum praepositionibus*: *rem ad rem*: *res corporales*: VARRO Non. 551, 25 ad folliculos reiculos et vinacia adiecerant sapam. PLIN. nat. 22, 143. CAES. Gall. 5, 9, 7 aggere ad munitiones adiecto. civ. 3, 66, 4 LIV. 27, 47, 5. VITR. 4, 8, 4 columnis adiectis ... ad umeros pronai. BELL. Alex. 13, 4 ad has *naves* minores ... adiecerunt. CAES. civ. 2, 4, 2 LIV. 22, 19, 2. 44, 28, 1. 3, 37, 4 duae tabulae legum ad ... decem tabulas erant adiectae. 3, 34, 7. *de mensuris*: CIC. Verr. 4, 188 hordei numero ad summam tritici adiecto. COLVM. 5, 2, 9 hos *pedes* adicies ad quadraginta. SCRIB. LARG. 107 ad superius dicta pondera .... VITR. 6, 4, 6 tertia *parte* latitudinis ad altitudinem adiecta. 10 pr. 1. FRONTIN. aq. 28. *de pretio*: LIV. 22, 58, 5 aliquantum ... ad id pretium. *obiecto omisso*: VARRO rust. 1, 4, 2 adiciunt ad fundi pretium. *incorporales*: LIV. 3, 43, 1 ad clades ... nefanda facinora. 10, 10, 12 tumultus ad bellum. 45, 19, 13. QVINT. decl. 301 p. 189 *cultum* ad speciem (*de femina*). SEN. contr. 10, 5, 5 *tristitiam* ... ad priorem vultum. SVET. Iul. 79 ad ... contumeliam multo arrogantius factum. SEN. contr. 10, 4, 5 aliquid ad quaestum. LIV. 35, 51, 5 ad ius inferendi Antiocho belli ... aliquantum. CIC. off. 1, 116 ad ... *belli* laudem doctrinae et ingenii gloriam. SEN. nat. 6, 4, 2 aliquid nobis aut ad scientiam aut certe ad diligentiam. LIV. 37, 7, 5 nihil ad praesentia mala. SEN. epist. 92, 21 huic nec misero nec beato quantumcumque ad miserias adiecero. QVINT. decl. 325 p. 279 si quid ad hanc infirmitatem adici potest. inst. 12, 10, 43 ad necessaria ... aliquid melius. *nota*: *deest obiectum nominale*: VITR. 1, 6, 3 adiciendo ad membra. COLVM. 6, 3, 6. LIV. 2, 27, 10 ad id, quod ... ius non dixisset, *adiecit*, ut ne dilectum quidem ... haberet. QVINT. inst. 2, 10, 9 utinamque adici ad consuetudinem posset, ut nominibus uteremur. VVLG. Sirach 3, 29 peccator adiciet ad peccandum (προσθήσει ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις). *rem in rem*: COLVM. 12, 25, 3 in amphoram musti portionem. 12, 52, 20. 12, 18, 7 quinta pars picis Bruttiae in universam cocturam adiciatur. 12, 50, 2 in singulos modios olivae salis integri ternas heminas. 12, 20, 6. 22, 3. 56, 4. 5, 1 in praedictam mensuram. PLIN. nat. 20, 12 haec farina et in smegmata adicitur. APIC. 4, 124. VITR. 4, 6, 5 in latitudinem adiciatur amplius foris latitudo. *rem in re*: VITR. 2, 5, 1 in fluviatica aut marina *arena* ... testam tunsam et succretam. SCRIB. LARG. 22 opium ... in omni collyrio medicamentoque. VITR. 3, 3, 9 adiciendum rationis supplementum in symmetriarum membris. 3, 3, 13 *adiectio* quae adicitur in mediis columnis, quae apud Graecos ἔντασις appellatur. SCRIB. LARG. 220 murteum oleum ... in mortario. 271 in novo vase adicere vini veteris congium unum (*ad adipem*). PALLAD. 12, 22, 6. *rem super rem*: PAVL. FEST. 14 auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram vel pondus iustum adiciebatur. COLVM. 12, 42, 3 tres heminae roris Syriaci ... super omnia adiciuntur. SCRIB. LARG. 204. *obiecto omisso*: VVLG. II par. 28, 13 quare vultis adicere super peccata nostra (ἐπιθεῖναι ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις)? supra: VITR. 3, 1, 6 supra sex adiecto asse. *δ cum adverbio loci*: CIC. fin. 4, 30 quo (*sc.* ad illam vitam, quae cum virtute degatur) haec (*sc.* ampulla aut strigilis) adiectae sint. CELS. 4, 16 (p. 120 D.) quo vinum et oleum adicitur. 6, 6, 1 (p. 227 D.) eo mulsi paulum. 5, 25, 17 (p. 185 D.). 4, 24 (p. 150 D.) huc adiciat nitri paulum. SEN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 64,8 occasio aliquid adhuc adiciendi. *de loco veteris legis apud* Cic. leg. 2,61 *vide sub* adigo *p. 678, 28.*

b *saepe non indicatur quo, velut his exemplis:* **α** *res corporales adicere:* Ov. met. 7,291 adiecto . . . corpore (*i. carne*). 10,677 sublato pondera malo. Vitr. 2, 1, 1 ligna. Cvrt. 5, 5, 24 denae vestes adiectae. Liv. 34, 7, 10 in gratulationibus . . . excellentiorem ornatum adiciunt *mulieres.* 10, 7, 9. Ov. ars 3, 152 adicit ornatus proxima quaeque dies. Plin. nat. 21, 6 *lemniscos.* Pavl. Fest. 97 adiectis perticis. Cels. 8,16 habenis. Colvm. 2,20,4 adicere tribulam. Plin. nat. 36, 31 *quadrigam.* Epiced. Drusi 226 vix capit adiectas alveus altus aquas (*i. lacrimas*). Sen. nat. 3,8 Plin. nat. 36,121. *de rebus medicamentis sim. admixtis:* Varro rust. 1, 61 adicitur . . . mustum. Ov. met. 7,266 adicit *Medea* extremo lapides oriente petitos. 14, 276 sucos. medic. 63 adice narcissi bis sex sine cortice bulbos. 82. Varro rust. 2, 7, 7 hordeo adiecto. 2, 7, 14. Cels. 1, 6 adiectā uvā. Scrib. Larg. 41 tunc haec adiciuntur et admiscentur . . . . Colvm. 12, 49, 6 acetum usque ad summum labrum. *talia passim, maxime apud* Cels. Colvm. Scrib. Larg. Plin. nat. *de mensuris:* Vitr. 3, 5, 7 adiecta parte. Manil. 2, 733. Vitr. 4, 4, 2 striarum numero adiecto. 5, 6, 7 paulum demere aut adicere. Plin. nat. 4, 9 tantundem. 11, 256 adiecta latitudine. Tac. ann. 3, 6 si modus adiceretur. *de pretiis:* Plavt. Merc. 490 auctarium (auctorarium *A*) adicito vel mille nummum plus quam poscet. Varro rust. 1, 69, 1 diutius servata usuram adiciunt. Ov. Pont. 4, 12, 18 adiecto faenore. met. 13, 434 opes. Sen. benef. 4, 11, 6. Sen. contr. 10, 2, 7 adiectis pretiis. Qvint. decl. 279 p. 139. 363 p. 395. Cvrt. 8, 12, 16 mille talenta ex praeda. Qvint. decl. 279 p. 135 adiecta pecunia. Vitr. 10 praef. 2 si adicient centum. *translate:* Val. Max. 7, 1, 1 parentes ei *fortuna* nobilissimos dedit, adiecit animi rarissimas dotes et corporis vires. *varia:* Svet. Iul. 38 epulum. Corp. XI 4391 adiecto pane. 6362, 19. Cels. 7, 7, 8 *suturas.* Vitr. 2, 2, 3 adicientes suis cogitationibus res novas. **β** *res incorporales:* Verg. Aen. 12, 836 morem ritusque sacrorum adiciam. Hor. epist. 2, 2, 43 adiecere bonae paullo plus artis Athenae. Liv. 6, 6, 9 quid laboris. 41, 15, 3 curam. Val. Max. 9, 2 pr. crementum. 4, 7, 2 adiecta voluntaria morte. Prop. 4, 11, 77 oscula cum dederis tua flentibus, adice matris. Cels. 4, 20 sorbitionem. 3, 22 exercitationes, frictiones, cibos. 7, 5, 5 curationem. Petron. 68 plausum. Plin. nat. 2, 69 *motum.* Corp. VI 6357, 15 *venationem.* Svet. Iul. 10 gladiatorium munus. Sen. epist. 109, 9 *calorem.* Plin. nat. 16, 119 fertilitatem. 35, 29 *splendorem* (*in picturis*). Liv. 33, 34, 8 adiecta decreti auctoritate. Liv. 4, 55, 5 vires. 34, 25, 7 Cels. 8, 17 p. 358 D. 6, 1 p. 222 D. Sen. nat. 4, 2, 10. Ov. met. 7, 120 Minyae clamoribus augent adiciuntque animos. *nota:* Ov. met. 11, 637 *Morpheus* iussos . . . exprimit incessus vultumque . . . , adicit et vestes et consuetissima cuique verba. *obiectum quoque omittitur:* Cic. Verr. 4, 77 supra adiecit Aeschrio (*de licitatione*). Arnob. nat. 2, 7 neque omnes pariter sed paulatim adiciendo canescant.

speciatim: **a** *de locis: loca locis adicere: proprie:* Plin. nat. 5, 115 multitudo limi . . . mediis iam campis Syrien insulam adiecit. *translate:* Liv. 39, 23, 10 urbes . . . regno. Val. Max. 7, 4, 2. Liv. 45, 29, 8 adiecta huic parti *terrae* regio Paeoniae. 2, 41, 2 Plin. nat. 3, 95. Mon. Ancyr. 5, 24 Aegyptum imperio. Val. Max. 5, 3, 2e Plin. nat. 18, 18 Ivst. 1, 9, 1. 3, 6, 13. 5, 4, 6. (*inde translatum de hominibus regioni adiectis:* Hor. carm. 3, 5, 3 adiectis Britannis imperio. Liv. 40, 18, 4. Hor. epist. 2, 2, 178 Calabris saltibus adiecti Lucani.) Liv. 32, 29, 4 his *coloniis* Buxentum adiectum. 33, 34, 10. Sen. epist. 90, 39 agros agris. Vell. 2, 81, 2 supplementum . . . coloniae. Plin. epist. 49, 1 priori foro novum. Corp. VI 32323 (acta ludor. saecul. Aug.), 100 scaena quoi theatrum adiectum non fuit. Bell. Alex. 28, 3 unum *loci* latus erat adiectum flumini. Plin. nat. 6, 220 singulis dimidia horarum spatia . . . circulis. *similiter loca hominibus: locis, qui ab hominibus tenentur:* Ov. met. 15, 756 Pontum populo . . . Quirini. Plin. paneg. 51. Liv. 38, 39, 14 regi Eumeni Chersonesum. 37, 54, 12. 38, 48, 1. 4. *cf.* Cvrt. 4, 1, 26 regionem . . . dicioni eius. *loca ad loca:* Liv. 30, 44, 12 ad regnum . . . urbibus agrisque . . . adiectis. *non indicatur quo:* Liv. 1, 33, 6 Ianiculum quoque adiectum. 31, 11, 8. 37, 53, 22. 39, 28, 10. 8, 11, 14. 35, 10, 12. Caes. Gall. 3, 1, 5 non magna adiecta (*i. adiacente*) planitie. Svet. Iul. 22 Galliam Cisalpinam, Illyrico adiecto, . . . accepit. Prop. 3, 7, 11 terra parum fuerat fatis: adiecimus undas. **b** *de litteris, vocabulis, nominibus, librorum partibus additis* (*de specie generi adiecta cf. 670, 66*)*: cum nudo obiecto:* Varro ling. 7, 1 in scrutando verbo litteram adiciunt aut demunt. Fest. 173. Qvint. inst. 6, 3, 53 nominum fictio adiectis, detractis, mutatis litteris. 1, 7, 12. 1, 6, 32 adiectis aut detractis . . . litteris syllabisve. Gaivs inst. 2, 221 *syllabam.* Pavl. Fest. 55 Porph. Hor. sat. 1, 10, 21. Qvint. inst. 1, 5, 19 aspirationem. 6, 3, 55. Fest. 230 praepositionem. 376. Varro rust. 1, 9, 2 nullo cognomine adiecto. 2, 11, 12 nomen. Qvint. inst. 1, 8 in his quoque libris erunt . . . plurima adiecta. 2, 13, 17. Plin. epist. 3, 10, 2 haesitavi . . . , an adicerem, quae in aliud volumen cogito reservare. Qvint. inst. 5, 12, 1. Plin. nat. 7, 101 Ennius . . . sextum decimum adiecit annalem. *cum dativo rei auctae:* Qvint. inst. 1, 7, 4 adiecta . . . syllabae s littera. 1, 5, 10. Char. gramm. I 107, 10 nominativo singulari s litteram. Cels. 7, 6 (p. 271 D.) vocabulis *vocabulum.* Val. Max. 8, 5, 6 maiorum suorum titulis Isaurici cognomen. Sen. epist. 94, 21 praecepta . . . aliis. Varro rust. 3, 9, 2 hisce appendix adicitur pars quinta. Sen. epist. 94, 38 legibus . . . principia. Cels. 1 pr. adiectum quicquam empiricorum professioni. *cum praepositione:* Varro Rufin. gramm. VI 556, 14 in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiet comicus quadratus. Ov. Pont. 3, 2, 107 adiecti . . . genetiva ad nomina Cottae. Char. gramm. I 149, 19 ad singularem ablativum adiecta a littera. *cum dativo commodi:* Sen. epist. 88, 40 principium . . . operi. Plin. nat. 12, 14 Seriae *oppido* adicitur Fama Iulia *cognomen.* Char. gramm. I 155, 31 ἐπιθετικά . . . personis. *nota:* Boet. herm. pr. 2, 11 p. 163, 29 Meis. quando in adiecto quidem (ἐν τῷ προσκειμένῳ) aliquid oppositorum inest, quae consequitur contradictio. **c** *de tempore: cum obiecto solo:* Com. inc. 85 tu non intellegis tantum te gratiae demere quantum morae adicis. Sen. Tro. 205. Liv. 39, 9 diem unum . . . ludorum. Tac. ann. 2, 26 si proxima aestas adicerctur, posse bellum patrari. Plin. nat. 11, 112 adiectis diebus accrescit *uruca.* Plin. epist. 3, 18, 4 tertium diem. *additur quo, seq. dat.:* Hor. carm. 4, 7, 17 quis scit, an adiciant hodiernae crastina summae tempora di superi. Manil. 3, 598 bis sex adiectis mensibus aevo. Sen. dial. 10, 14, 1 Plin. nat. 2, 35. Svet. Otho 11 vitae et hanc noctem. Plin. nat. 28, 325 tantundem novissimis *partibus noctis* ex die adiciet. Liv. 9, 34, 16 diem censurae. Svet. Cal. 17 diem Saturnalibus. Sen. dial. 6, 21, 6 adulescentiae *annum.* Prvd. cath. 1, 12 in parte noctis addita tempus labori adieceris. Sen. epist. 21, 8 *nota obiectum omissum:* non annis adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. *cum* ad: Liv. 6, 42, 12 dies unus ad triduum adiceretur. Colvm. 11, 2, 90 longis noctibus ad diuturnum tempus aliquid adiciendum est. **d** *de affectibus virtutibus vitiis adiectis: aliquid affectui adicere:* **α** *obiectum indefinitum* (*saepe amplificationis figura*)*:* Qvint. inst. 11, 1, 53 quidquid meris adicietur adfectibus. *bonis:* Liv. 37, 53, 11 voluntati . . . et studio in colendis vobis adicere . . . nihil potui. Sen. contr. 1, 3, 4 nihil . . . amplius . . . audaciae istius. Frontin. aq. 112 illud adhuc . . . diligentiae. Qvint. inst. 12, 10, 9 aliquid . . . receptae religioni. decl. 248 p. 18 nihil verecundiae suae. Sen. epist. 66, 9 virtuti . . . quid. Qvint. inst. 10, 1, 120. *cf.* Sen. epist. 13, 3 multum . . . adicit sibi virtus lacessita. benef. 2, 2, 2 beneficium . . . si praesto fuit, . . . multum sibi adicit. dial. 4, 19, 4 ira . . . non multum sibi adiciens. *malis:* Val. Max. 9, 11, 5 *crudelitati* nihil. Qvint. decl. 277 p. 129 quid . . . invidiae. Sen. contr. exc. 6, 4 quid his malis. Sen. Phoen. 200 quis . . . quicquam potest malis tuis adicere? epist. 78, 14 Cels. 3, 11 p. 92 D. Sen. contr. 1, 1, 20 miserationi . . . aliquid. Sen. epist. 78, 13 nihil *dolori.* 99, 16 nihil maerori. Sen. contr. 9, 6, 4 si quid adicere tormentis tuis possum. *obiectum omissum:* Sen. epist. 81, 6 beneficio adicit, iniuriae demit. Qvint. inst. 8, 5, 34 adiciamus virtutibus. **β** *affectum affectui:* Ov. met. 2, 384 luctibus adicit iram. Sen. benef. 3, 27, 4 liberalitatem clementiae. epist. 94, 30 novas persuasiones . . . innatis. Qvint. inst. 10, 1, 116 ceteris virtutibus colorem et gravitatem orationis. *rei:* Liv. 5, 48, 9 rei foedissimae per se adiecta indignitas est. 22, 22, 14 rei suapte natura gratae . . . insuper gratiam. Sen. dial. 4, 28, 1 malefactis adrogantiam et contumaciam. Tac. ann. 12, 52 inpudentiam paupertati. 15, 55 dictis constantiam. *cum praepositione:* Liv. 3, 56, 3 ad cetera scelera inpudentiam. Sen. dial. 7, 22, 3 aliquid ad perpetuam laetitiam. Cvrt. 8, 1, 41 ad pristinam violentiam ira quoque adiecta. Qvint. inst. 12, 10, 26 ad eas Demosthenis virtutes quas . . . habuit . . . quae defuisse . . . videntur. Liv. 37, 53, 11 novus . . . super veterem luctus . . . adiectus. Qvint. inst. 5, 6, 2 praeter alia causae instrumenta adiciet ex abundante hanc quoque conscientiae suae fiduciam. *cum dativo commodi:* Val. Max. 6, 8, 9 pr. multum animis hominum et fiduciae adicere et sollicitudinis detrahere. Plin. epist. 4, 25, 4 tantum licentiae pravis ingeniis. 9, 38, 1 *libro* multum gratiae. *non indicatur quo:* Cic. Att. 3, 8 in maximis meis aerumnis et luctibus, hoc metu adiecto, maneo Thessalonicae. Qvint. inst. 4, 2, 75 accusator . . . adiecit invidiam. Tac. ann. 1, 29 adiciendos ex duce metus. **c** *de rebus in distributione generum generi adiectis: adicere generi vel specici genus vel speciem: in natura describenda:* Plin. nat. 32, 152 his *animalibus* adicimus ab Ovidio posita nomina. 16, 92 quibus *foliis* adicit Cato decidua populea quernaque. 18, 93. 24, 167. *in philosophia:* Sen. epist. 65, 7 his quintam Plato adicit exemplar, quam ipse idean vocat. 89, 10 his *tribus philosophiae partibus* partem, quam οἰκονομικὴν vocant. 92, 6 rationali inrationale, honesto inhonestum. *in re grammatica et rhetorica:* Plin. nat. 7, 192 sedecim *litteris* . . . quattuor. Qvint. inst. 1, 4, 19 coniunctionibus articuli adiecti. 3, 6, 54 quattuor *verbi status* tribus illis rationalibus. 3, 3, 5 his *quinque rhetorices partibus* adiecerunt quidam sextam partem. 3, 4, 10. 3, 5, 1. 3, 9, 1. 3, 10, 4. 4, 1, 40 *generibus* causarum . . . quinque . . . recte videtur adici turpe. 4, 2, 63. 5, 10, 52. 5, 7, 35 his *testimoniis* divina testimonia. *saepius similia.* ad *genus vel speciem:* Varro rust. 3, 1, 8 villatica *pastio* . . . a quibusdam adiecta ad agriculturam . . . neque explicata tota separatim. Qvint. inst. 3, 6, 55 translatione ad septem superiores *status* adiecta. in *genere:* Varro rust. 1, 19, 3 in hoc genere semivocalium adiciendum de pecore ea sola, quae agri colendi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

causa erunt ... habenda. *omittitur quo alqd addatur*: VARRO rust. 3, 3, 6 inferiores *gradus* luxuria posterior adiecit. 2, 1, 8 Capricornum *signis pecudum vocabulis appellatis*. PLIN. nat. 10, 11 quidam adiciunt genus aquilae. 5, 135. 15, 50. 90. 127. 16, 20. 20, 235. 37, 92. *de re grammatica*: QVINT. inst. 1, 4, 21 adiciebant et adseverationem. 1, 7, 27 Claudius Aeolicam illam ... Ⱶ litteram adiecerat. 3, 3, 8 *quinque eloquentiae partibus* ordinem. 3, 8, 26 si qua adhuc adicere quis eiusdem generis velit. 9, 2, 107 Visellius adicit et sententiam. 12, 10, 18 tertium ... qui haec dividebant, adiecerunt genus Rhodium.

randum adegi, ne uxorem ducat. PAVL. dig. 37, 14, 15 qui contra legem Aeliam Sentiam ad iurandum libertum adegit. **in verba:** CAES. civ. 2, 18, 5 provinciam ... in sua et Pompei verba ius iurandum adigebat. LIV. 7, 5, 6 adiurat in quae adactus est verba. PLIN. paneg. 64 adigendum te praebes in verba principibus ignota. 77 adigebantur ... in verba, in quae paulo ante ipse iuraverat princeps. TAC. hist. 2, 14 provinciae ... in verba Vitellii adactae (2, 73). 2, 80 militem in verba Vespasiani (3, 13. 3, 43. 4, 21. 4, 59. 4, 70 SVET. Vesp. 6). 4, 61 neque se neque ... Batavum in verba Galliarum adegit. *saepissime cum* ***abl.*****:** CAES. Gall. 7, 67, 1 omnibus iure iurando (ad ius i. *β*) adactis. LIV. 2, 1, 9 iure iurando adegit neminem Romae passuros regnare. 10, 38, 9 non enuntiaturum. 21, 1, 4. 22, 38, 2. 24, 16, 12. 26, 27, 15. 27, 38, 5 iuniores *et passim apud* LIV. SEN. contr. 1, 6, 8 an nemo iure iurando teneatur, quo per necessitatem adactus sit. 10 praef. 1 VAL. MAX. 7, 6, 1 ASCON. in Cornel. p. 63 B. FRONT. strat. 4, 1, 4 milites iure iurando adacti (facti *codd.*) sunt. FLOR. 1, 6 (*sequitur* ne). LIV. 3, 20, 4 sacramento. 4, 5, 2 tu ... consul sacramento iuniores adiges et in castra educes (6, 32, 4. 6, 38, 8 *passim de sacramento militari*). SEN. dial. 10, 4, 6 iuvenes adulterio velut sacramento adacti. SVET. Galba 16 in nomen senatus. FLOR. 1, 36, 13 FRONTO p. 197, 5 N. DIG. *passim*. TAC. hist. 1, 55 pro Galba. 1, 76 sacramento Othonis. 2, 55 Vitellii (2, 79). *absolute*: TAC. hist. 4, 31 adigente ... Flacco ... dixit sacramentum, *cf.* 4, 15.

synonyma: *ad I*: accersere, cogere, incitare. conpellere, mittere. defigere, demittere, defodere. adicere, inferre. inpingere. *ad II*: cogere, conpellere (movere), hortari. *opposita*: *ad I*: removere, avellere, evellere. adigi: exilire, retro abire. *V.*

?Adila, -ae *nom. vir.* CASSIOD. var. 2, 29 (*inscr.*) Adilae v. s. comiti Theodericus rex (*in Sicilia senator publicis fungebatur muneribus*).

Adilbertus, -ī *nom. vir. Germ.* GREG. M. epist. 11, 37 (*inscr.*) Gregorius Adilberto regi Anglorum (*pars librorum variat*). BEDA hist. eccl. 1, 32 Aedilbercto.

Adima *Numidiae fluvius memoratus a solo* RAVENN. p. 153, 6.

Adimantus, -ī *nom. vir.*, *Ἀδείμαντος. Graeci varii*: NEP. Alc. 7, 1 ut duo sibi (*Alcibiadi*) collegae darentur, Thrasybulus et Adimantus. *v. Toepffer, PW. I 355, 3.* PLIN. nat. ind. 12 et 13 *ex auctoribus externis.* APVL. Plat. 1, 2 ex isdem genitoribus Glaucus et Adimantus ei (*Platoni*) fratres fuerunt. *v. Toepffer, PW. I 355, 5.* RVTIL. LVP. 1, 17 *Atheniensis* (*frg. Demosthenis*). AVG. c. advers. leg. 2, 41 Adimanti ... illius discipuli Manichaei, qui praenomine Addas dictus est. c. Faust. 1, 2. 6, 6 serm. 12, 2. AVG. *scripsit* contra Adimantum Manichaei discipulum. GREG. TVR. virt. Mart. 13 hodie sanus eris, fili dilectissime Adimathe (*v. l.* Adimanthe). *v.* Aphidantus *in add.*

Adimirus, -ī *nom. vir.* CONC. Tolet. a. 646 (Mansi X) p. 771^{b} Adimirus sanctae ecclesiae Tudensis episcopus. *Diehl.*

adimitio *v.* ademptio.

adimo, -ēmī, -emptum, -imere. [*ab* ad *et* emere. *Th.*] GLOSS. *ἀφαιρῶ. ἀφαιροῦμαι.* adimit *ἀφαιρεῖται.* adimit: tollit, tollit vel negat, violenter (violat *cod.*) tollit aufert amputat. adimam: detraham, auferam. adimet: separabit. adimentium: tollentium. ademptus *περιαιρεθείς*, na⟨c⟩tus (*i.* adeptus) vel deductus. adempta: subtracta, ablata, sublata, remota, amputata. *ἀφαιρεθέν* ademtum exemtum. ademptum: violenter sublatum aut ablatum. ademptis: tultis. *cf.* PAVL. FEST. 248 perimit: adimit, tollit. 226, 7 dicimus tamen et privatum, cui quid est ademptum. *cf.* BEDA gramm. VII 263, 14. *formae*: adempsit (*i.* ademerit): PLAVT. Epid. 363. adhimerunt: EPIT. Alex. Wagn. 6. GRAMM. suppl. 292, 5 ademptus per m et p scribendum est. *in codicibus nonnumquam sine* p *scriptum invenitur, velut in Agobardino saec. IX* TERT. spect. 23, *in Sangall. saec. VIII* GLOSS. IV 404, 29; *neque minus confunduntur* adeptus *et* ademptus (*v.* GLOSS. IV 303, 46 LVCR. 2, 898 AMM. 19, 3, 3 *et* 25, 1, 8). *non confirmantur, quae legimus* GRAMM. VII 530, 17 aufert, quod dedit, adimit imperio coactus, eripit vi. itaque auferre possumus, adimere iubemur, eripere valemus. *propria significatio est* sibi capere, sumere sibique habere, vindicare, *cf.* VLP. dig. 43, 27, 1, 6 arborem adimere sibique habere. CIC. S. Rosc. 30 bona adempta, possessa. *nota*: CORP. X 6262 loco adempto (*cf.* VI 29726, 7) sibi posterisque suis, *quod idem valere videtur atque* loco empto, *formula in titulis frequens.* *cf. gr. ἀδεμπτεύω.*

I *generatim*: *eripio, aufero (alicui) aliquid*: PLAVT. Trin. 315 neu suom adimerem alteri. CIC. Att. 3, 5 inimici mea mihi, non me ipsum ademerunt. 8, 13, 1 nec cuiquam quicquam ademerit (SVET. Tit. 7). PVBLIL. M 13 mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit sibi. CIC. Verr. 5, 46 quibus multa fortuna ademisset, tamen apud eos remansisse ea, quae religio retinuisset. 6, 175 omnia ista vobis ... adempta atque erepta sunt. S. Rosc. 150 cum ademerit nobis omnia, quae nostra erant propria (*syn.* eripere). ac. 2, 33 ut, si quis quem oculis privaverit, dicat ea, quae cerni possunt, se ei non ademisse. LVCR. 3, 898 misero misere ... omnia ademit una dies. ASCON. Corn. p. 78 B. quod lege Sullae eis erat ademptum. TAC. ann. 13, 56 quid darent, quid adimerent. CIC. leg. agr. 2, 19 ille quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodam modo dedit; hic, quod adimi nullo pacto potest, tamen quadam ratione eripere conatur. p. red. 2, 19 mihi quod potuit vis et ... furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit; quod viro forti adimi non potest, id mihi manet et permanebit. Vatin. 35 ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo umquam ademit. epist. 4, 5, 4 quid horum fuit, quod non, prius quam datum est, ademptum sit? epist. 8, 10, 3 (*opp.* tribuo). PLIN. nat. 17, 178 quidquid materiae *vitis* adimitur, fructui accedit. TAC. ann. 13, 27 quod datum non adimeretur. VLP. dig. 39, 4, 1 vi (*opp.* restituo). CALL. dig. 47, 9, 7 quidquid probaverint ademptum *sibi* naufragio, id a possessoribus recipiant. NER. dig. 19, 1, 31 vi. TRYPH. dig. 16, 3, 31, 1 facto scelestissimo (*opp.* reddo). AMM. 21, 16, 17 adimere facilis, quae donabat. AVG. civ. 19, 13 p. 378, 10 (*syn.* aufero, *opp.* relinquo). 8, 7 p. 332, 5 (*opp.* dare). *absolute* (*opp.* addere, dare, tribuere): TER. Phorm. 276 qui saepe propter invidiam adimunt diviti aut propter misericordiam addunt pauperi. CIC. leg. agr. 3, 6 cui ademptum est ... cui datum est (*syn.* eripere). off. 2, 54 non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. 2, 79 si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus iniuste ademptum est (*cf.* 2, 81). QVINT. inst. 7, 5, 5 lex omnis aut tribuit aut adimit. PAVL. dig. 39, 4, 4 publicanus, qui vi ademit. VLP. dig. 28, 5, 6, 4 sicuti legari sibi non potest, ita nec a se adimi; *et saepe apud* ICTOS.

II *de variis rebus possessis*: TITIN. com. 139 tunica et togula obunctula adimetur, pannos possidebit fetidos (OV. met. 2, 461 vestis). PLAVT. Rud. 389 leno ademit cistulam ei. Cas. 696 quid uxor mea? non adiit atque ademit *gladium ancillae*? Capt. 1028 ut istas compedes tibi adimam, huic dem (OV. met. 8, 332 vincula ... canibus). Most. 481 aurumque ei ademit hospiti. LIV. 32, 40, 11 non aurum modo eis, sed ... vestem quoque mundumque omnem muliebrem ademit. 34, 7, 5 uxoribus vident ea concessa ornamenta, quae sibi adempta sint (EPIT. Alex. 6 ornamenta. regia adhimerunt; *sic. cod.*). LIV. 29, 9, 3 cui cum ... ademptum poculum esset (*cf.* 6, 4, 11). SVET. Claud. 35 ne cuius comiti aut librario calamariae aut graphiariae thecae adimerentur. CIC. Verr. 2, 124 das possessionem ei, ... adimis tu ei. 2, 137 'mihi det possessionem', 'mihi ne adimat'. S. Rosc. 30 bona adempta, possessa, direpta. Verr. 2, 113 bona fortunasque (*syn.* eripere, *opp.* condonare). 2, 146 non modo patrias eius fortunas, sed etiam bona tutorum. 2, 153 infanti pupillae fortunas patrias. HOR. epist. 1, 16, 75 adimam bona. :: nempe pecus, rem, lectos, argentum. OV. trist. 2, 129 accedunt, te non adimente, paternae ... opes. LIV. 26, 30, 10 bona (38, 43, 4. *cf.* 2, 19, 10 ob erepta bona patriamque ademptam). TAC. ann. 13, 43 adempta bonorum parte (*opp.* concedere). 16, 3. 15, 71 magnis primum et integris opibus, post ademptis. VLP. dig. 43, 16, 1, 24 ei possessionem. 48, 22, 7, 4 partem bonorum vel bona. MOD. dig. 38, 2, 33 bonorum possessionem. CAPITOL. Pert. 9, 8 omnibus ... possessiones suas reddidit, quibus Commodus ademerat. SVLP. SEV. dial. 2, 7, 3 bona adempta rehiberet (*cf.* 3, 11, 4 vitam et bona). chron. 2, 51, 4. VARRO rust. 1, 2, 17 non solum adimis domino pecus, sed etiam servis peculium (*syn.* tollere). LVCR. 5, 1291 et pecus atque agros adimebant. LIV. 7, 14, 4 iumenta. IVV. 16, 37 convallem ruris aviti improbus aut campum mihi si vicinus ademit (*cf.* SIL. 9, 416 *opp.* reparare). PLIN. nat. 17, 4 ac ne uno quidem denario, si adimerentur (*sex arbores*), emptam (*domum*) volente Domitio. VLP. dig. 43, 27, 1, 6 arborem adimere sibique habere (POMP. dig. 43, 27, 2). LIV. 39, 44, 4 aquam publicam omnem in privatum aedificium aut agrum fluentem ademerunt *censores*. ALF. dig. 41, 1, 38 flumen (*opp.* addere). CIC. Quinct. 49 pecuniam si cuipiam fortuna ademit aut alicuius eripuit iniuria. off. 2, 28 aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniae. Phil. 13, 31 vectigalia ... Lupercis. NEP. Epam. 4, 4 pecunia adempta (*syn.* ereptum). VITR. 10, 16, 3 ademerunt Diogneto, quod fuerat quotannis ei constitutum. PLIN. nat. 29, 22 notum est ... medico HS C damnato ademisse Claudium principem. 12, 84 *minima computatione* miliens centena milia sestertium ... India et Seres ... imperio nostro adimunt.

agros, terras, urbes, provincias, regna, sim., maxime hostibus victis: CIC. Phil. 13, 32 Massiliensibus iure belli adempta redditurus vos pollicemini (*cf.* leg. agr. 2, 81). SALL. Cat. 12, 5 per summum scelus omnia ea sociis adimere, quae fortissumi viri victores reliquerant. LIV. 32, 33, 15 Aetolis eum plura socium quam hostem ademisse. 26, 31, 9 quae ... singulis victor aut ademi aut dedi. 42, 24, 9 Carthaginiensibus victis se et urbem et agros concessisse, non ut in pace eriperent per iniuriam, quae iure belli non ademissent. SPART. Sev. 9, 5 multa his ademit. Neapolitanis etiam ius civitatis tulit. IVST. 5, 10, 2 nec se ideo arma cepisse, ut aliqua victis adimat, sed ut adempta restituat. CIC. Mil. 73 *occidi* eum, qui regna dedit, ademit, orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus est. VERG. Aen. 8, 320 *Saturnus* regnis exul ademptis (*cf.* SIL. 16, 4 abditus ut silva, stabulis cum cessit ademptis, amisso taurus regno). LIV. 1, 47, 6 in dando adimendoque regno. 38, 48, 4 regna augetis, minuitis, donatis, adimitis. 36, 41, 5 imperium adimendum *Romanis*. CVRT. 4, 14, 24 imperium (8, 6, 6 opes). SVET. Aug. 48 regna (*opp.* reddidit). TERT. pudic. 16 quibus autem regnum adimitur, utique nec vita permittitur. SVLP. SEV. chron. 1, 40, 5 regnum. 1, 46, 1 adempto nepoti im-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perio. 2, 17, 1. Cic. leg. agr. 3, 3 non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris. *ibid.* adimi Sullanos agros. 2, 90 si senatum et magistratus sustulissent agrumque civibus ademissent (2, 88). dom. 79 civitatem ... agros. Verr. 6, 85 quibus illi urbis suae partem ademerunt, eis tu nostri imperii partem dedisti. Att. 1, 16, 8 desponsam homini iam Syriam ademi. Sall. Iug. 82, 3 si adempta provincia alii quam Mario traderetur. Liv. 21, 44, 7 Siciliam ... Hispanias. 21, 53, 4. 37, 56, 2. 38, 39, 15 Mysiam, quam Prusia rex ademerat, ei restituerunt. 45, 12, 8 adempta Antiocho Aegyptus (*opp.* redditum). 39, 37, 12 muros ... urbem agrosque. 40, 10, 5 tot urbes, tot gentes. 21, 13, 6. 26, 24, 5. 39, 23, 10 (*opp.* adicere). 2, 39, 3 Romanis oppida. 33, 40, 3 civitates (35, 12, 7). 33, 34, 11 castella (39, 28, 4 *opp.* recipere). 7, 38, 5 adimendae Campanis Capuae (10, 38, 6). 26, 13, 11 Romam. 28, 28, 6. 31, 23, 11. 39, 25, 4. 31, 31, 14 agros (2, 6, 3. 2, 15, 6 *opp.* restituit. 2, 25, 6 data pax, ager ademptus. 23, 6, 1 *opp.* recuperare; *passim*). 38, 59, 6 regionem. 41, 10, 5 provinciam et exercitum. 45, 25, 13. 1, 33, 9 silva Mesia Veientibus adempta. Sil. 2, 565 terras adimit victoria Poeni (*cf.* 9, 416 campum). Tac. hist. 1, 8 fines. 2, 65 Hispania. Amm. 17, 5, 11 Mesopotamiam poscis ut tuam perindeque Armeniam et suades integro corpori adimere membra quaedam.
Verg. Aen. 9, 129 rerum pars altera (*i. mare*) adempta (dempta *R*) est, terra autem in nostris manibus. Ov. Pont. 1, 2, 16 cum patria pax sit adempta mihi (*cf.* trist. 3, 7, 46). Stat. Theb. 5, 609 patriae solamen ademptae. Liv. 2, 19, 10 ob erepta bona patriamque ademptam. Cic. Verr. 6, 149 navibus, mancipiis, mercibus ademptis. Liv. 34, 35, 5 naves, quas civitatibus ... ademisset, redderet. 34, 36, 2 naves et maritimae civitates ademptae. 38, 16, 6 duas tectas naves et tres lembos. Plin. nat. 7, 93 naves piratis. *arma, signa, praedam, sim.*: Liv. 9, 16, 10 arma Satricanis ademit. 22, 25, 8. 39, 3, 1 insontibus Cenomanis ... ademerat arma. 39, 2, 1 in deditionem gentem accepit et arma ademit. 39, 54, 8. frg. 22 Weiss. obsidibus acceptis pecuniae modicam exegit summam armaque omnia ademit; *et passim. cf.* Sil. 17, 619. *aliter*: Liv. 3, 19, 6. 22, 44, 6 ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus. 1, 43, 5 ocreae tantum ademptae. Liv. 26, 6, 8 signaque Carthaginiensibus quindecim adempta. 21, 25, 12. 27, 13, 7 signa ... ademisset (abstulisset *cod. Puteanus*); *passim*. 34, 52, 4 arma tela signaque aerea et marmorea (*cf.* Ov. met. 13, 376 perque deos oro, quos hosti nuper ademi) transtulit, plura Philippo adempta, quam quae ex civitatibus ceperat. Svet. Aug. 21 signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt (Evtr. 7, 9). Tib. 9 recepit et signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. *aliter*: Liv. 25, 14, 7 signifero signum (26, 5, 15. 34, 46, 12. Spart. Sev. 7, 1 praelatis signis, quae praetorianis ademerat. Amm. 25, 1, 8 ademptis (adeptis *V*) ⟨signis hastis⟩que diffractis. Liv. 10, 26, 12 captivos eis ac praedam ademptam. Ov. am. 1, 10, 29 sola viro mulier spoliis exultat ademptis. Clavd. Pros. 2, 62 qualis Amazonidum peltis exultat ademptis (aduncis *Koch*) pulchra cohors. Ivst. 6, 8, 11 num cadenti sibi scutum ademisset hostis.

de corporis partibus: Plavt. Mil. 1398 gestit moecho hoc abdomen adimere (*cf.* Tac. ann. 6, 31). Lvcr. 3, 652 conatur adempto surgere crure. Amm. 29, 5, 31 *sagittariis* manus. 29, 5, 49 ademptis dexteris. Marc. Com. chron. I p. 102, 23 adempto eius capite. Colvm. 8, 11, 5 locustae ... pedibus ademptis. Plin. nat. 11, 28 alis. 28, 11 extis adimi capita vel corda. 30, 74 stelionis ... capite, pedibus, interaneis ademptis. 32, 26 testes. 32, 101 brachiis. Tert. anim. 15 ademptis eis (*animalibus*) partibus corporis. Amm. 19, 3, 3 unguibus ademptis (adeptis *V*) et dentibus. *de herbis*: Colvm. 4, 6, 5 nepotem. 4, 8, 2 radiculae. 5, 9, 2 ramos ... arboribus. 12, 15, 2 ficis pediculos. 12, 51, 1 si qui adhaeserant pediculi, adimuntur. 12, 59, 3 cute. Plin. nat. 17, 162 medulla. 12, 58 *cortex* laxatur ... plaga, non adimitur. Plin. med. 2, 20 ademptis (demptis *vulgo*) granis. Pavl. dig. 7, 4, 13 uva. Ov. met. 2, 211 tellus fissa ... agit rimas et sucis aret ademptis.

ordines, munera, honores (*opp.* tribuere, adsignare, deferre): Lex Iul. munic. (Corp. I 206) 121 quoive aput exercitum ignominiae caussa ordo ademptus est. Lex repet. (Corp. I 198) 28 neive equom adimito. Cic. de orat. 2, 287 ademptum sibi equom. Liv. 24, 18, 6 illis equi adempti. 24, 43, 3; *passim*. Fest. 344, 5 ei equum ademit. Val. Max. 2, 7, 9. Svet. Cal. 16 palam adempto equo. Cic. Verr. 3, 128 ne ... Herodoto praesenti honos adimeretur. Phil. 14, 12 clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorium nomen adimemus. Tac. hist. 1, 52 adimendis adsignandisve militiae ordinibus (Amm. 31, 14, 2 erga deferendas potestates vel adimendas nimium tardus). 1, 87 cui ademptum a Galba tribunatum reddiderat. ann. 14, 48 praeturam. Plin. epist. 4, 8, 1 *sacerdotium*. Svet. Tib. 35 senatori latum clavum. Cal. 44 plerisque centurionum ... primos pilos. Claud. 24 senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit (*opp.* tribuo). Cal. 35 familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem, Cn. Pompeio ... Magni cognomen (*cf.* Ov. fast. 1, 601). Svlp. Sev. chron. 2, 45, 2 adempto episcopatu. *leges, iura, beneficia, sim.*: Cic. leg. 2, 36 tu vero istam Romae legem rogato, nobis nostras ne ademeris. Liv. 39, 33, 6 Lycurgi leges. 39, 37, 6 quod ad leges ademptas attinet, ego antiquas

Lacedaemoniis leges tyrannos ademisse arbitror (*opp.* dare). Hor. sat. 2, 3, 217 interdicto huic omne adimat ius praetor. Liv. 4, 2, 14 si patribus tribuni cum iure ac maiestate adempta animos etiam eripuerint. 38, 52, 5 ius sententiae de se dicendae et libertatem. 39, 23, 7 ius saeviendi. 2, 9, 6 salis vendendi arbitrium (*cf.* 30, 15, 5). 3, 45, 8 si tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tenendae, ademistis. 8, 14, 10 Latinis populis conubia commerciaque et concilia inter se ademerunt (9, 43, 24 Vlp. dig. 24, 2, 11, 2. 25, 7, 1 conubium). 45, 15, 3 suffragii lationem. Sil. 17, 619 iura improba ... armaque. Tac. ann. 1, 15 ius. 4, 43 ius templi ... armis ademptum ac post ... redditum. Svet. Caes. 29 ne sibi beneficium populi adimeretur. Tib. 49 veteres immunitates et ius metallorum ac vectigalium. Claud. 38 coercitionem popinarum aedilibus. Aug. 45 coercitionem in histriones magistratibus. Svet. Dom. 8 feminis probrosis lecticae usum (*cf.* Caes. 43) ademit iusque capiendi legata. Vlp. dig. 48, 2, 4 ius accusandi. Call. dig. 49, 14, 2, 3. Marcian. dig. 40, 10, 3 ius anulorum datum ademit illis. Vlp. dig. 1, 16, 6, 1 iurisdictionem. Pavl. dig. 40, 7, 20, 6 libertus (*i. patronatus iura*). Cic. epist. 12, 30, 7 te tuis etiam legatis lictores ademisse (Att. 11, 6, 2). Verr. 6, 137 imperium navium legato populi R. ademisti, Syracusano tradidisti (*cf.* 6, 85 *opp.* concessisti). Phil. 11, 20 aut exercitus adimendus aut imperium dandum fuit. Liv. 22, 27, 8 sibi communicatum cum alio, non ademptum imperium esse (Avg. civ. 3, 15 p. 118, 22 D.). Svet. Caes. 24 adempturumque ei exercitus. Caes. civ. 1, 7, 4 Pompeium, qui amissa restituisse videatur bona (*sic Victorius*, dona *codd.*), etiam, quae ante habuerint, ademisse. Tac. ann. 4, 41 minui sibi invidiam adempta salutantum turba (*syn.* tollere). *nota*: Cic. Phil. 2, 69 ex duodecim tabulis clavis ademit, exegit (*opp.* claves tradere). *libertatem, civitatem*: Cic. Caecin. 96 si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit .... si semel civitas adimi potest, retineri libertas non potest. 97 Arretinis adempta civitas. 98. 99 libertas aut civitas. 100 non adimitur iis civitas, sed ab eis relinquitur atque deponitur. 101. 102. dom. 79 populus Romanus ... municipiis civitatem ademit, ademit eisdem agros (*syn.* eripere). Sall. orat. Phil. 14 civitatem confirmari, quibus ademptam negat. Svet. Caes. 28 ut colonis ... civitas adimeretur, quod per ambitionem ... data esset. Val. Max. 6, 3, 3 libertatem ademit, spiritum extinxit (*cf.* 9, 10, 1). Tac. ann. 11, 16 adimi veterem Germaniae libertatem. 12, 58 reddita Rhodiis libertas, adempta saepe aut firmata. Svet. Tib. 37 Cyzicenis ... publice libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant. Claud. 25 (*opp.* reddidit). Vesp. 8. Call. dig. 49, 14, 12 in metallum damnatis libertas adimitur. Vlp. dig. 48, 19, 8, 4 poena, quae adimat libertatem (*et saepius apud* Ictos). Avg. civ. 5, 10 p. 209, 3 D.

diem, lucem, lumen, aspectum, sim.: Plavt. Capt. 417 nox diem adimat. Manil. 3, 349 tricenasque trahent *signa* noctes et totidem luces adiment. Plin. nat. 2, 49 non posset ... totus sol adimi terris intercedente luna. Cic. Arat. 345 adiment lucem caeca caligine nubes. Cat. 68, 93 misero fratri iucundum lumen. Lvcr. 3, 1033 lumine adempto animam moribundo corpore fudit. Verg. Aen. 3, 658 *Polyphemo* lumen ademptum. Hor. epod. 17, 44 adempta vati reddidere lumina. Ov. trist. 4, 4, 45 nec lumen ademptum nec mihi detractas possidet alter opes. Ib. 271 idem lumen ademit, qui dedit. met. 3, 337 pro lumine adempto scire futura dedit. 3, 515 tenebrasque et cladem lucis ademptae obicit. 14, 197 damnum mihi lucis ademptae. Liv. 4, 3, 8 lucis vobis huius partem ... adimant. Manil. 2, 386 consensus hebet, quia visus ademptus. Tac. ann. 13, 5 quod (*velum*) visum arceret, auditus non adimeret. Cic. ac. 2, 61 aspectum solis. Caes. Gall. 7, 81, 5 prospectu tenebris adempto. Liv. 10, 32, 6 ut lucis usum eriperet (*nebula*), non prospectu modo extra vallum adempto, sed ⟨ex⟩ propinquo etiam congredientium inter se conspectu. 22, 46, 9 prospectum. 6, 9, 11 *nox* conspectum ademit (29, 27, 10. 37, 41, 3 obscuritas lucis ... Romanis non adimebat in omnes partes conspectum). Cvrt. 5, 13, 12 prospectum. 7, 11, 20 conspectum oculorum. Tac. ann. 2, 23 prospectum (hist. 3, 20). Amm. 19, 1, 5 conspectum. 15, 4, 9 lucem. 23, 5, 12 usus adimitur lucis. Liv. 30, 5, 5 quantum nox providentiae adimat, tantum diligentia expleant curaque. *animam, vitam, spiritum*: Plavt. Trin. 1091 adimit animam mi aegritudo. Mil. 732 vitam ei longinquam darent ... is adimerent animam cito. Rhet. Her. 4, 65 non vox mea tibi vitam adimit? Cic. Planc. 101 sin aut vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset (*cf.* Ov. met. 5, 542 reditum ... ademit. Sen. epist. 120, 7 reditum, *syn.* auferre. Plin. nat. 17, 153 transitum). Phil. 2, 5 eis se dedisse vitam, quibus non ademerint. 2, 60 fac id te dedisse mihi, quod non ademisti, meque a te habere vitam, quia non a te sit erepta. 9, 10 reddite ... ei vitam, cui ademistis. Tusc. 5, 112 si nox non adimit vitam beatam, cur dies nocti similis adimat? parad. 24 et parenti nonnumquam adimi vita sine scelere potest et servo saepe sine iniuria non potest. epist. 9, 13, 4 quoniam eis Caesar vitam ... concessit, nec est, quod eis praeterea magnopere possit adimi. Lvcr. 3, 869 mortalem vitam mors ... immortalis ademit (*cf.* 3, 404 adempta anima). Ov. Pont. 1, 2, 108 vitam non adimat ... ense Getes. 1, 7, 47 nec vitam nec opes nec ademit posse reverti (trist. 5, 11, 15). met. 2, 644 animas tibi reddere ademptas. Val. Max.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 3, 1 vitam. 9, 10, 1 vitam ac libertatem. CVRT. 6, 10, 32 ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam extinguo (*cf.* 6, 10, 33 ego in ipso robore aetatis eripior: tibi carnifex spiritum adimet). 10, 1, 42 aliis regna daret, aliis adimeret vitam. SIL. 15, 691 praedam animamque simul victori victor ademit. PLIN. epist. 8, 14, 13 utraque *sententia* vitam relinquit, haec adimit. CALL. dig. 48, 20, 1 aut vita adimitur aut civitas (VLP. dig. 48, 19, 8, 1). AMM. 14, 7, 12. 25, 1, 15. 30, 1, 18 per vim ei vel clam vita adimeretur. AVG. civ. 8, 19 p. 349, 20 humanam vitam sibi adimi. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 4 vitam et bona. *animantem*: CIC. Quinct. 61 hominem P. Quinctii ... conaris abducere. non patitur Alfenus, vi tibi adimit. HOR. carm. 3, 22, 4 virgo, quae laborantes utero puellas ter vocata audis adimisque leto (*cf. formulam sollemnem* leto dare). CIRIS 313 tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit. OV. epist. 8, 19 nuptae repetitor ademptae. met. 5, 16 *Andromedam* tibi non Perseus ... ademit (*syn.* rapere). LIV. 27, 31, 8 Arato adempta uxor (*syn.* asportata). 23, 15, 10 sibi adsumpsisse quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium (*Marcellum*). VAL. FL. 3, 649 Herculis ... adempti. ANTH. 451, 6 qui tibi me dederat, idem et ademit: Amor. CLAVD. Pros. 3, 420 ego te, fateor, crudelis ademi. OV. met. 13, 871 taurus vacca furibundus adempta stare nequit. VAL. FL. 3, 737 prolis ademptae. STAT. Theb. 9, 312 ademptis ... equis. PLIN. nat. praef. 27 *artifices graeci* omnia opera tanquam novissima inscripsere et tanquam singulis fato adempti. *nota*: CIC. Mur. 80 nolite adimere eum, cui rem publicam cupio tradere. *de exule*: OV. trist. 1, 1, 27 qui me suspiret ademptum. 3, 10, 1 Nasonis adempti. Pont. 4, 6, 49. *de morte, poetarum maxime usus*: NAEV. com. 95 deos quaeso, ut adimant et patrem et matrem meos. PLAVT. Epid. 363 si illam ... mi adempsit Orcus. TER. Andr. 697 hanc nisi mors mi[hi] adimet nemo. OV. met. 4, 142 Pyrame, clamavit, quis te mihi casus ademit? (*cf.* CARM. epigr. 170, 2 mors imatura ademit, ut faceret mater filio. INSCR. christ. Rossi II 113, 76 nil, mors, adimes). LVCAN. 9, 205 Pompeio rebus adempto. MARC. COM. chron. I 92, 20 Sabinianum ... mors ... ademit. *inde*: **ademptus** (*primo cum dat. superstitis*) *i. mortuus, occisus*: CAT. 67, 20 o misero frater adempte mihi (*praecedit* mors abstulit). 68, 92 (*praecedit* letum ... fratri attulit, *sequitur* ei misero fratri iucundum lumen ademptum). 101, 6 fortuna mihi tete abstulit ipsum, heu miser indigne frater adempte mihi. HOR. carm. 2, 4, 10 ademptus Hector. 2, 9, 10 Mysten ademptum. OV. epist. 9, 166 patriae frater adempte tuae. 8, 102. 13, 95 virum lugebit ademptum. 1, 99 ille per insidias paenest mihi nuper ademptus. Pont. 1, 9, 41 lacrimas Celso libamus adempto. trist. 4, 10, 79. met. 11, 273 fratrem. 11, 331 natam. fast. 4, 852 invito frater adempte, vale. EPIST. Sapph. 115 nati pia mater adempti portet ad extructos corpus inane rogos. SEN. Oct. 178 ut fratrem ademptum scelere restituat mihi? CVRT. 8, 8, 17. VAL. FL. 6, 282 omnes cecidere senes, ... omnis ademptus ante pater. 4, 315. STAT. silv. 2, 6, 85 Theb. 1, 627. 7, 354. 9, 53. 9, 673 gravius fremit Hippomedontis adempti orba cohors. CARM. epigr. 1119, 5 (*saec. I p. Chr.*) *soror* fratrem luget ademptum (*syn.* abreptus). CORIPP. Iust. 1, 307 senioris adempti. Ioh. 8, 599 corpus ademptum (*cf.* STAT. Theb. 10, 493. 12, 102).

alia: TER. Haut. 422 falsumst, quod volgo audio dici, diem adimere aegritudinem hominibus. Hec. 680 postquam ademptam hanc quoque causam vides. Andr. 837 causa ... erit adempta his. Phorm. 161 qui adimat hanc mihi consuetudinem. Hec. 817 quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie! quot commodas res attuli! quot autem ademi curas! (HOR. sat. 2, 3, 288 das adimisque dolores). Phorm. 886 Phaedriae curam ... argentariam. Haut. 341 omnem metum. Andr. 339 ut metum ... adimam atque expleam animum gaudio. 304 adempta spes est. CIC. Manil. 35 Cretensibus ... spem deditionis non ademit obsidesque imperavit. CAES. Gall. 5, 6, 4 omni spe impetrandi adempta. OV. met. 750 LIV. 1, 3, 11. 1, 53, 4. 9, 2, 12. 23, 17, 1. 25, 6, 16. 40, 26, 2. SIL. 9, 41 spe lucis adempta. PLIN. nat. 31, 47. VLP. dig. 40, 7, 9 nec enim deditio spem illi adimit libertatis. AMM. 17, 13, 16 cunctis adimi spem omnem vitaeque solacium (*cf.* SVET. Tib. 61 studendi solacium). CIC. Att. 2, 16, 1 ut somnum mihi ademerit *epistula*. VERG. Aen. 4, 244 dat somnos adimitque *Mercurius*. HOR. carm. 1, 25, 3 nec tibi somnos adimunt *iuvenes protervi*. PROP. 3, 10, 25 dulciaque ingratos adimant convivia somnos. PLIN. nat. 35, 121 somnum sibi ademptum volucrum concentu.
CIC. inv. 1, 25 iocandi facultatem. Verr. 6, 127. Att. 3, 7, 3 nisi mihi dolor meus cum omnis partis mentis (*cf.* LIV. 9, 9, 10. 44, 6, 14), tum maxime huius generis facultatem ademisset. 8, 11 d, 8. CAES. civ. 1, 29, 1 facultatem insequendi (VEG. mil. 3, 22). LIV. 28, 30, 8. VLP. dig. 39, 5, 7, 3 donandi facultatem (*cf.* 43, 27, 1, 6 tibi datur adimendi facultas). APVL. apol. 63 AMM. 31, 2, 9. CIC. inv. 2, 149 testamenti faciendi iis ... adimat potestatem. div. Caec. 21 Quinct. 8 leg. agr. 2, 30. leg. 3, 22 iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit. LIV. 3, 25, 3 QVINT. decl. 344 p. 360, 6. AVG. civ. 22, 1 p. 554, 16 liberi arbitrii potestatem (*cf.* p. 553, 21. civ. 2, 14 p. 69, 34 maledicendi licentiam). AMM. 31, 13, 3 evadendi copiam (SIDON. epist. 4, 3, 9 censendi copiam). 31, 13, 5 evadendi suffugium. 17, 13, 10 adempto fugiendi subsidio. LIV. 2, 49, 11 non pugnae modo incipiendae, sed consistendi ademit locum. 4, 24, 3 materia quaerendae bello

gloriae adempta. PLIN. nat. 9, 152 adempta ratione contra eundi. QVINT. inst. 11, 1, 69 scientiam petendi consulatus (*opp.* concedere). OV. Pont. 3, 6, 47 pavor attonito rationis ademerat usum. LIV. 25, 34, 5 adempto rerum omnium usu. 37, 14, 6 adempturum se maris usum hostibus (*cf.* 26, 39, 10 si navali proelio possessionem maris ademissent). SVET. Aug. 65 *filiae* usum vini omnemque delicatiorem cultum. Tib. 61 sermonis et conloquii usus. FLOR. 2, 19, 6 usum sagittarum. AMM. 23, 5, 12 usus lucis. TAC. Agr. 2 adempto per inquisitiones ... loquendi audiendique commercio. ARATOR (Migne 68, 158) 1, 774 membris defecit ademptis *paralyticus* (*i. usu membrorum adempto*). OV. am. 3, 5, 19 somno vires adimente ferendi. Pont. 1, 10, 33 nec vires adimit Veneris damnosa voluptas (*cf.* PLIN. nat. 26, 94 Venerem in totum adimit ... nymphaea Heraclia. PRVD. Symm. 2, 1071 nec contempta perit miseris *Vestalibus*, sed adempta voluptas corporis intacti). met. 3, 469 dolor vires. LIV. 34, 49, 2 viribus ad nocendum ... ademptis. 23, 18, 13 error vires. 2, 56, 16 non vim suam illis (*tribunis*) tempus adempturum, sed consilium viribus additurum (*cf.* 1, 17, 9 vi adempta). COLVM. 5, 6, 25 vires viti. PLIN. nat. 16, 206 castratio illa est adimitque vires. SVLP. SEV. chron. 1, 53, 5 ademptis viribus inani tantum umbra regii nominis concessa. OV. met. 8, 592 huic ego virgineum dilectae nomen ademi. CARM. epigr. 1141, 4 quoi ... virginitas nuper adempta fuit. AVG. civ. 7, 24 p. 306, 13 D. ut non solum fecunditas (*cf.* PLIN. nat. 28, 102), sed nec virginitas adimatur. COLVM. 6, 26, 3 adempta omni virilitate. TAC. ann. 6, 31 Abdus ademptae virilitatis (*cf.* PLAVT. Mil. 1398).
PLAVT. Merc. 473 id (*toxicum*) mi adimitur. Epid. 234 cani quoque etiam ademptumst nomen (CIC. Sest. 6 soceri nomen. VAL. FL. 5, 655 tua nomina bellis). CATO agr. 157, 3 omnem putorem. VARRO ling. 5, 5 illa (*verba*), quae iam maioribus nostris ademit oblivio, fugitiva secuta sedulitas ... Bruti retrahere nequit. CIC. Verr. 6, 85 aditum (*opp.* concedere). Mur. 77 benignitas (*syn.* eripere). Sest. 6 caritatem ... benevolentiam. S. Rosc. 71 caelum solem aquam terramque. Verr. 2, 26 comperendinatum. Cat. 4, 8 dolores ... poenas (*syn.* eripio, *opp.* relinquo). inv. 1, 25 fidem (OV. ars 2, 314 *opp.* adferre) ... auctoritatem (VAL. MAX. 2, 10, 5 PLIN. nat. 19, 59). Caecin. 12 fructum (PLIN. nat. 17, 230). Verr. 2, 107 hereditatem (MOD. dig. 38, 2, 33). Sulla 90 ignominiam (*syn.* aufero). Flacc. 9 tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam (*syn.* derogare). dom. 22 libertatem. Planc. 87 luctum ... indicia luctus. S. Rosc. 154 misericordiam. Rabir. 6 consulis partes (*opp.* relinquere). *cf.* Att. 3, 7, 3. de orat. 2, 364 omnem recusationem. epist. 1, 7, 4 reductio regis. Phil. 10, 9 respectum pulcherrimum et praesidium firmissimum (LIV. 23, 42, 13. TAC. ann. 16, 34 filiae ... subsidium). inv. 1, 8 ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit, quam philosophiam concesserit. ac. 2, 37 aut ei sensus adimendus est aut ... reddenda accensio (*cf.* LIV. 1, 54, 10. 30, 6, 2 AVG. civ. 13, 6. 19, 28 *syn.* tollere). CAT. 68, 31 munera (*opp.* tribuo; *cf.* LIV. 39, 26, 11 *opp.* do. VITRVV. 6 praef. 3 *opp.* do. SIL. 15, 625). LVCR. 2, 1133 augmine adempto. VERG. georg. 2, 56 fetus. Aen. 12, 879 mortis condicio. HOR. ars 175 multa ferunt anni venientes commoda secum, multa recedentes adimunt. OV. met. 2, 474 tibi figuram. 8, 615 si dant adimuntque figuras. LIV. 6, 7, 5 animos (*opp.* facere). VAL. MAX. 6, 2, 5 admirationem. 1, 8 ext. 4 vocem (PLIN. nat. 8, 80). CVRT. 8, 1, 23 gloriam (SIL. 4, 342 laudem pedum cum sanguine ademit *ensis*. TERT. idol. 9 *gloriam saecularem* Christus erat adempturus). PLIN. nat. 7, 79 affectus humanos. 7, 70 explanationem omnem *dentes*. 28, 102 fecunditatem restituere ademptam veneficio (*cf.* AVG. civ. 7, 24). 28, 80 florem coloribus. 37, 162 memoriam (*cf.* SEN. suas. 7, 13). praef. 8 patrocinia. 11, 205 risum. 15, 60 spiramentum. 7, 174 remeanti animae veluti vaginam. STAT. Theb. 9, 268 conamine adempto. TAC. ann. 16, 18 defensione. hist. 1, 79 pernicitate. 4, 36 pudorem. PLIN. epist. 2, 5, 8 adimunt gratiam illis, quibus capitur. SVET. Aug. 34 adempta demum lenitave parte poenarum et vacatione trienni data. FRONTO p. 340, 10 N. utrique nostrum in officiis moderandis omnem detrectationem. SCAEV. dig. 2, 15, 1 legatariis actiones (*cf.* 45, 1, 122, 1). VLP. dig. 7, 9, 5, 1 adempta fructus causa. 8, 4, 13, 1 ut ... neque commoditas rei iure domino adimatur. 9, 4, 38 vendendo noxae deditionem sibi ademit. PAVL. dig. 16, 1, 1, 1 civilia officia feminis. TERT. bapt. 12 apostolis ... baptismum (*cf.* 14 quasi hoc argumento baptismus adimatur). idol. 12 omnem causationem. pudic. 18 peccatoribus ... communicationem (*opp.* restituo). spect. 23 ademptis bonis dignitatum. nat. 1, 6 adempta diligentia cavendi. spect. 1 spectaculorum voluptates. HILAR. in psalm. 1, 22 p. 34, 23 ambiguitate adempta iudicii non desideratur examen. 119, 10 p. 551, 1 deo curam, providentiam, arbitrium, potestatem. DICT. 4, 9 cum ... undique adempta fuga esset (*cf.* FLOR. 1, 34, 14). AVG. civ. 12, 3 p. 515, 23 integritatem, pulchritudinem, salutem, virtutem (*syn.* detrahi sive minui). 12, 6 p. 520, 4 bonum naturale. 14, 21 (tit.) benedictionem. SVLP. SEV. chron. 2, 40, 2 concedentes similitudinem, dum adimerent unitatem. MART. CAP. 3, 272 contextus orationis plerumque adimit aut mutat proprios sonos singulis vocibus *e. q. s.* COD. Iust. 11, 62 (61), 14, 2 dempto canone ... adempti canonis beneficium. CORIPP. Ioh. 3, 382 lites cunctis (*opp.* addidit). 3, 277 pestes. *technice*: VITR. 4, 7, 1 locus ... cum habuerit in longitudine sex partes, una adempta (dempta *al.*), reli-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quum quod erit, latitudini datur. 6,7,1 quantum inter antas distat, ex eo tertia adempta (*parte*) spatium datur introrsus. VITR. 3,5,7 cymatio, adempto (adepto *GH*) abaco et canali, reliqua sit pars. DIOMED. gramm. I 378,7 adempta una littera vel addita. *cf.* GRAMM. II 30,10. V 422,22. 430,28 (*opp.* adsumpta). MART. CAP. 6,723 si aequalibus aequalia addas, tota aequalia esse; et, si aequalibus aequalia adimas, aequalia sunt reliqua (*syn.* subtraho).

i. fere q. minuo: PLIN. nat. 17,230 *vermes* sub cute innati fructum adimunt, augent, si in ipso nucleo fuere erodentes eum. 28,53 *fricatio* multa adimit corpus, auget modica. *prohibeo cf. p. 682, 1*: HOR. ars 53 quid autem Caecilio Plautoque dabit Romanus, ademptum Vergilio Varioque? PLIN. nat. 8,223 glires, quos censoriae leges ... cenis ademere. TERT. ieiun. 5 ademptis quibusdam *cibis* veluti immundis (anim. 6). *plura, quae tali significationi propinqua sunt, exempla supra reperies. revocare peculium, quod concessum erat*: POMP. dig. 15, 1, 4 cum servi peculium totum adimere vel augere vel minuere dominus possit; *et passim apud* ICTOS. *quod testamento scriptum erat*: VLP. dig. 34,4,3,9 condicio legati an adimi possit vel hereditatis. IVL. dig. 34,4,11 qui hominem legat et Stichum adimit, non peremit legatum, sed extenuat. *passim apud* ICTOS. *cf.* FRONTO p. 38,10 N. ut, cui funus decreveris, ei ademeris testamentum.

structurae: *cum* ab *praepositione pro dativo*: PRISC. gramm. III 280,13 Latini 'aufero tibi' et 'a te', similiter eripio, adimo, amolior, amoveo. CIC. Verr. 5,151 cum iste a Syracusanis, quae ille calamitosus dies reliquerat, ademisset. VLP. dig. 28, 5, 6, 4 nam, sicut legari sibi non potest, ita nec a se adimi. 34, 4, 7 dicendum erit a primo ademptum legatum. SCAEV. dig. 33, 4, 30, 2 quaesitum est, an id, quod superfuerit ex sexaginta, a Lucio Titio tacite ademerit, respondit ademptum videri. *varia*: *c. inf.*: HOR. epist. 1, 19, 9 adimam cantare severis. OV. Pont. 1, 7, 47 nec vitam nec opes nec ademit posse reverti. SIL. 9, 160 cui fatis genitorem agnoscere ademptum. 9, 425 si tibi non ira superum tunc esset ademptum Hannibalis cecidisse manu. TERT. anim. 17 Plato ... in Theaeteto adimit sibi scire atque sentire (*syn.* negare). *nota*: CARM. epigr. 170 quot par parenti dequs facer(et) filius, mors imatura ademit ut faceret mate[r] filio. PLAVT. Mil. 588 quoin (quin *A*, quod in *P*) id adimatur ne id, quod vidit, viderit.

ex synonymis frequentissimum est eripere, *ex oppositis* dare. *synonyma*: *ad I*: eripere, privare, detrahere, auferre. *ad II*: tollere, ferre (SPART. Sev. 9, 5), amittere, extinguere, arcere, perimere, abducere, rapere, asportare, abripere, derogare, demere, subtrahere, minuere, negare. adimi: cadere. *opposita*: *ad I*: dare, retinere, relinquere, tribuere, reddere, restituere, donare, addere, recipere. adimi: accedere. *ad II*: concedere, condonare, rehibere, reparare, permittere, tradere, adicere, recuperare, capere, adsignare, deferre, communicare, firmare, confirmare, explere, repetere (*cf.* OV. epist. 8,19), adsumere, afferre, offerre, retrahere, ferre (HOR. ars 175), facere (animos), augere. *Oertel.*

adimpleo, -ēvī, -ētum, -ēre. *ab* ad *et* implere. PAVL. NOL. epist. 24,21 hoc...est adimplere, quod desit adicere. adimplesti ENNOD. epist. 1,1. *invenitur semel apud* COLVM., *inde ab* ECCL. *passim*. [*it.* adempiere, *francog. vet.* aemplir. *M.-L.*]

I *proprie*: **1** *ita quod deest addere, ut nihil desit sive additum supergrediatur modum*: COLVM. 12,43 *casei frusta* vase componito: tum optimi generis musto adimpleto, ut superveniat. IVL. HONOR. cosmogr. geogr. p. 29 de decem fluminibus adimpletur Ganges. PAVL. dig. 29,2,74,1 si quinque putet se iussum dare, cum decem dare iussus est et dat quinque, non implet condicionem, sed ad aliquid proficit, ut si adimpleverit reliquum, aliorum quinque datione videatur condicio esse impleta. PAVL. NOL. epist. 24,21 (*v. s.*). ITALA (Ambr. exam. 3, 2, 10 *et* Hier. in eccl. Migne 23, 1014) eccl. 1, 7 mare non adimpletur (ἐμπιμπλαμένη. VVLG. redundat). AMBR. exam. 3, 2, 10 hoc...maioris miraculi est, quomodo omnes congregationes *aquarum* in unam congregationem defluxerint et una congregatio non adimpleta sit. VVLG. Sirach 50, 3 quasi mare adimpleti sunt *putei* supra modum. HIL. in psalm. 66, 2 terram implere non poterant *soboles Adae*, quae pro copia hominum licet habitetur, non tamen adimpletur. **2** *fere i. q. implere*: EPIPHAN. metrol. 4 qui (*modius*) apud Cyprios XVII sextariis adimpletur (ISID. orig. 16, 25, 4). IREN. 1, 1, 3 compositae ... praedictae horae in semetipsas triginta numerum adimplent (1, 15, 1. 1, 16, 2 ἀναπληροῦν). MACR. somn. 2, 2, 15 spatia, quae inter duplos ac triplos numeros hiabant, insertis partibus adimplebat. VICT. VIT. 10 navem...lignorum aridorum manipulis. COSMOGR. anon. geogr. p. 83 insula ... rosis vel ceteris floribus adimpletur. ITALA (Aug. gen. ad litt. 6, 5 *al.*) gen. 2, 21 adimplevit (ἀνεπλήρωσε. VVLG. replevit) carnem in locum eius (*costae ademptae*). VVLG. Sirach 1, 35 adimplebit thesauros illius. Os. 13, 6 iuxta pascua adimpleti sunt et saturati. CASSIOD. hist. 9, 38 cibis omnibus adimpleti. THEOD. PRISC. eup. 47 cavernas *dentium* pulvere aluminis. log. 107 umor ventrem. CAEL. AVR. acut. 1, 182 magis patientes partes adimplet *sanguis*. SEDVL. op. pasch. 2, 17 mellis crassi dulcedo ... licet alvum...vescentis adimpleat. *similiter in imagine absolute*: PAVL. NOL. epist. 23, 9 ut adimplerent mensuram patrum suorum. ITALA (Hil. in psalm. 118 Phe p. 509) psalm. 80, 11 dilata os tuum et adimplebo illud (πλατύνω. VVLG. implebo). ITALA cod. Cant. Ioan. 16, 6 tristitia adimplevit cor vestrum (πεπλήρωκεν. VVLG. implevit). IREN. 1, 13, 2 inexcogitabilis et inenarrabilis gratia adimpleat (πληρώσαι) tuum intus hominem. AMBR. Isaac 6, 51 adimplebo te. SEDVL. op. pasch. 1, 17 illius caelum terramque voluntas adimpleat. *aliqua re*: HERM. vulg. mand. 11 diabolus ... adimplet eum spiritu suo. IREN. 1, 23, 1 LACT. epit. 38 (43), 5. FIRM. err. 4, 2 tibiarum cantu. VVLG. psalm. 15, 11 laetitia. Sirach 10, 15. 15, 5 Ier. 31, 14 *al.* AVG. epist. 194, 8, 35. CASSIAN. conl. 4, 5 odoribus. FAVST. REI. grat. 2, 5. 12 CASSIOD. hist. 2, 18. *cum praepos.* de: IREN. 3, 1, 1 de omnibus adimpleti sunt. VVLG. psalm. 16, 14 de absconditis tuis adimpletus est venter eius. *aliquid alicui*: AVELL. p. 247,24 qui (*sanctus spiritus*) sensui Christi aliquam virtutem adimplebat (253, 12 caritatem). *de via*: SCHOL. Germ. Sang. p. 226,17 B. adimpletur zodiaci ambitus. IOS. Cassiod. c. Ap. 2,87 licet viam propositam non adimpleant asini. *de tempore*: TERT. anim. 56 vacua sunt tempora solo decursu adimplenda. ITALA (Aug. quaest. hept. 3, 40) lev. 12, 6 cum adimpleti fuerint (ἀναπληρωθῶσιν. VVLG. expleti fuerint) dies purgationis. SEV. MINORC. Migne 20, 735 ante non parum quam adimpleretur tempus. FVLG. myth. 3, 9 tibia artis musicae partem extremam poterit adimplere.

II *translate*: **1** *ad finem, eventum perducere* (*v. I 1*): VVLG. Col. 1, 24 adimpleo ea quae desunt (ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα) passionum Christi (*locus saepius laudatus*). PAVL. dig. 26, 7, 43, 1 adimplere id, quod supra vires patrimonii ... in dotem dare promisit. PAVL. NOL. epist. 36, 3 properemus adimplere, quod restat. INST. Iust. 3, 2, 3[a] *praetores* quod deest *legi* adimplentes. TERT. bapt. 11 utpote nondum adimpleta gloria domini. 19 passio domini. anim. 57 non...*omnia* quia videntur, vera sunt, sed quia adimplentur. haer. 26 haec apostoli adimpleverunt. adv. Marc. 3, 21 aut prophetata ... aut adimpleta. pat. 6 fides ampliandae adimplendaeque legi adiutricem suam patientiam praefecit. ITALA (Lucif. Athan. 2, 29) Ephes. 4, 10 ut adimpleret omnia (πληρώσῃ. VVLG. impleret). CYPR. epist. 63, 4 quam rem perficiens et adimplens dominus (LACT. epit. 45 (50), 3 *doctrina* tum perfecta est, cum factis adinpletur. PRISCILL. tract. 2, 43 adinplendi perfecti operis non habeant facultatem. *cf.* IREN. 3, 1, 1 de omnibus adimpleti sunt et habuerunt perfectam agnitionem). LIB. gener. a. 334 p. 84,1 F. ut ... discensio senum (*leg.* seminis) Israel ex patribus in Christo adimpleretur. VVLG. Matth. 1, 22. 2, 15 ut adimpleretur (πληρωθῇ), quod dictum est a domino. 4, 14. 8, 17. 12, 17 per Isaiam. 21, 4 per prophetam. 13, 14 ut adimpleretur prophetia Isaiae. 26, 56 scripturae prophetarum. Ioan. 13, 18 scriptura. 15, 25 sermo, qui in lege est scriptus. Matth. 2, 17 tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam (*loci saepe laudati*). 5, 17 non veni solvere *legem et prophetas*, sed adimplere (*locus item tritus*); *nota*: AMBROSIAST. Rom. 3, 31 non...lex exinanitur per fidem, sed adimpletur. GAVDENT. serm. (Migne 20, 925) 11 nec destruebat legem sed potius adimplebat. AVG. epist. 199, 11, 39 ut somnii prophetici veritas adimplenda Christo domino servaretur. PAVL. NOL. epist. 23, 9 defectiones fidei nostrae in illis pultibus adsumendis adinplebat. COD. Iust. 3, 1, 13, 9 litem ... usque ad terminum ... adimplere. 5, 9, 8, 3 (4) veterem sanctionem. 7, 6, 1, 7 condicio. 10, 35 (34), 3, 2. MAX. TAVR. hom. (Migne 57, 783) 4 totum ... fidei et divinis operibus et miserationibus adimplebant. ENNOD. epist. 1, 1 gaudia ... alloquii dotibus adimplesti. CASSIOD. hist. 9, 21 verba operibus. EVGIPP. Sev. 1, 1 propositum sanctis operibus. VITA Cael. Arel. 46 nec docuit verbis quod non adimplevit exemplis (*cf.* LACT. epit. 45 (50), 3 *doctrina* tum perfecta est, cum factis adinpletur). AMBROSIAST. II Cor. 9, 5 per quos (*fratres*) admoniti adimplerent, quod promiserant et non implebant. VVLG. Iudith 13, 18 in me ... adimplevit misericordiam suam, quam promisit dominus Israel. act. 13, 13 quoniam hanc (*repromissionem*) deus adimplevit filiis nostris. CASSIAN. inst. 3, 3, 1 in his ... promissionum perfectio ... est adimpleta. CASSIOD. var. 2, 13, 2 ea quae promisisse suggeritur, sine aliqua mora ... adimpleat (*cf.* PAVL. dig. 26, 7, 43, 1). CELS. 34, 5, 25 (26) testatoris voluntas adimplenda est. CONST. epist. (Migne 13, 563) ut susceptа voluntate sacrae memoriae imperatoris id ipsum adimpleam, quod ille non potuit. CASSIAN. inst. 6, 7, 2 nec iam posse propositum certamen demptis viribus adimplere. GAVDENT. serm. (Migne 20, 961) 17 ut Thomae desiderium adimpleret (AVELL. p. 707,11 GREG. M. epist. 3, 36). AVELL. p. 645,11 quod nullum nobis maius nec minus beneficium praestare potestis ..., quam si hanc nostram petitionem adimpleveritis (GREG. M. epist. 3, 35. 6, 13). VVLG. Sirach 18, 11 adimplevit (ἐπλήθυνε) propitiationem suam in illis. II Petr. 1, 2 gratia vobis et pax adimpleatur (πληθυνθείη; *cf.* Iudas 2). **2** *efficere, perficere, fine non indicato*: PAVL. dig. 18, 1, 57 sin ... dimidia pars vel minor quam dimidia *domus* exusta fuerit, tunc coartandus est emptor venditionem adimplere. MARCIAN. dig. 36, 1, 32 (31), 2 recusante herede factum adimplere licentia dabitur fideicommissario secundum imitationem dationis factum implere. MARCELL. dig. 39, 5, 20, 1 fidem testatori suo (INST. Iust. 2, 23, 12). TERT. idol. 12 quotusquisque haec adimplevit? 21 ut adimplens disciplinam. nat. 1, 5 nec tamen legem philosophiae adimplent. anim. 19 donec aetas adimpleat habitum. virg. vel. 16. paen. 3 quia aut malum volueris aut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

